R. 4983

A
14
14

Commentariorum

FELINI SANDEI FERRARIENSIS,

IN DECRETALIVM LIBROS V. PARS SECVNDA:

DOCTISSIMORVM VIRORVM ADNOTAtionibus, rerumq; summis illustrata, atq; innumeris locis, collatione ad uetustissimorum codicum fidem facta, integritati suæ fideliter restituta.

De la libreria del collegio de S.ta Catharina letra A n.º 4

FRO BEN

[illegible]

DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
Æ. C. N.

BASILEAE, EX OFFICINA FROBENIANA,
M. D. LXVII.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

R. 4983

Commentariorum

FELINI SANDEI FERRARIENSIS,

IN DECRETALIVM LIBROS V. PARS SECVNDA:

DOCTISSIMORVM VIRORVM ADNOTA-*tionibus, rerumq́ summis illustrata, atq; innumeris locis, collatione ad uetustissimorum codicum fidem facta, integritati suæ fideliter restituta.*

De la libreria del collegio de Sta. Catalina letra A n. 4



Dr. D. Juan Clem. de Carpio, ...

DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
E. C. N.

BASILEAE, EX OFFICINA FROBENIANA,
M. D. LXVII.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

Titulorum & Capitulorum II. Partis Commentariorum Felini, Index.

¶ De iudicijs.

Cap. 1. De Quouultdeo. Col. 7.
2. Decernimus. 19.
3. Quanto.
4. At si clerici. 29.
§. de adulterijs. 42.
5. Cæterum. 54.
9. Dilecti filij. 63.
7. Intellex mus. 67.
8. Clerici. 76.
9. Causam. j. 79.
10 Cùm non ab homine. 87.
11. Quia G. 96.
12. Cùm uenissent. 101.
13. Nouit ille. 106.
14. Pastoralis. 125.
15. Examinata. 130.
16. Cùm deputati. 143.
17. Qualiter, & quando. 148.
18. Causam. ij. 149.
19. Exhibita. ibid.
20. Venerabilis. 156.
21. Significauerunt. 166.

¶ De foro competenti.

1. Si quis clericus. 175.
2. Nullus iudicum. ibid.
3 Sanè. 180.
4. Si quis contra. ibid.
5. Si clericus laicum. 184.
6. Ex transmissa. 186.
7. Verùm. 187.
8. Cùm sit. 193.
9 Quod clericis. 207.
10. [illegible] ex suscepto. 208.
11. Ex tenore. 211.
12. S[illegible] di[illegible]igenti. 212.
13. Cùm contingat. 226.
14 Postulasti. 230.
15. Ex parte B. 238.
16. Conquestus. 240.
17. Dilecti. 242.
18 Significasti. 243.
19. Proposuisti. 250
20. Licet ratione delicti. 252.

¶ De libelli oblatione.

1. Ignarus episcopus. 272
2. Significantibus. 278.
3. Dilecti filij. 295.

¶ De mutuis petitionibus.

1. Ex literis. 298.
2. Prudentia. 300.

¶ De litis contestatione.

1. Olim. 303.

¶ Vt lite non contestata, etc.

1. Ad hoc Deus. 310.
2. Accidens. j. 325.
3. Tuæ fraternitatis. 331.
4. Accidens. ij. 333.
5 Quoniam frequenter. 343.

¶ De probationibus.

1. Ex epistolæ. 371.
2. Sicut consuetudo. 390.
3. Ex literis. 401.

Cap. 4. Proposuisti. Col. 408.
5. Tertio loco. 414.
6. Iurauit quidam. 419.
7. Post cessionem. 422.
8. In præsentia. 433.
9. Licet causam. 472.
10. Per tuas. 504.
11. Quoniam contra. 513.
12. Ad nostram. 548.
13. Cùm causam. 552.
14. Causam. 558.
15. Cùm bonæ. 561.

¶ De testibus & attestat.

1. Placuit. 563.
2. In nomine. 564.
3. Quoniam. 578.
4. In omni. 580.
5. Quoties. 584.
6. Insuper. 590.
7. Ex parte. 599.
8. Si qui testium. 605.
9. Sicut. 609.
10. Veniens. 613.
11. Causam, quæ. 623.
12. Cùm nuncius. 634.
13. Super eo. 636.
14. De cætero. 638.
15. In causis. 642.
16. Cùm tu. 645.
17. Fraternitatis. 654.
18. Intimauit. 666.
19. Causam, quæ. 672.
20. Personas. 678.
21. Iudæi. 679.
22. Super eo. 681.
23. Licet uniuersis. 686.
24 In literis. 687.
25. Cùm uenisset. 693.
26. Series. 698.
27. Præterea. 701.
28. Cùm à nobis. 704.
29. De testibus. 711.
30. Constitutus. 716.
31. Præsentium. 717.
32. In nostra. 723.
33. Tam literis. 728.
34. Cùm olim. 731.
35. Ex tenore. 737.
36. Significauerunt. 739.
37. Cùm causam. 747.
38. Veniens. 766.
39. Tuis quæstionibus. 778.
40. Dilecto. 784.
41. Significauit. 787.
42. Cùm causa. 791.
43. Albericus. 794.
44. Cùm in tua. 797.
45. Constitutis j. 801.
46. Constitutis. ij. 802.
47. Licet ex quadam. ibid.
48. Per tuas. 811.
49. Licet. 815.
50. Præsentata. 818.

Cap. 51. Nuper. Col. 823.
52. Venerabili. 824.
53 Cùm clamor. 826.
54. Testimonium. 830.
55. Vltra tertiam. 846.
56. Non debet. 851.

¶ De testibus cogendis.

1. Causam. 855.
2. Cùm super causa. 858.
3. Super eo. 862.
4. Peruenit ad aud. 865.
5. Peruenit ad uos. 866.
7. Præterea. 867.
10. Dilectorum. 872.
11. Venerabilis. 874.

¶ De fide instrumentorum.

1. Si scripturam. 880.
2. Scripta. 890.
3. Ex literis. 903.
4. Accepimus. 913.
5. Contingit. 917.
6. Inter dilectos. 920.
7. Quod super his. 923.
8. Pastoralis. 939.
9. Cùm dilectus. 943.
10. Cùm Ioannes. 953.
11. Ex parte. 972.
12. G. perpetuus. 974.
13. Imputari. 977.
14. Si cautio. 981.
15. Cùm P. tabellio. 1013.
16. Si instrumenta. 1021.

¶ De præsumptionibus.

1. Sicut noxius. 1027.
2. Afferte. 1033.
3. Ex studijs. 1039.
4. Nullus. 1040.
5. Nonne. 1042.
6. Mandata. 1049.
7. Quosdam. 1051.
8. Quanto. 1054.
9. Scribam. 1058.
10. Quia uerisimile. 1061.
11. Illud. 1063.
12. Literis. 1069.
13. Tertio loco. 1073.
14 Literas. 1079.
15. Cùm in iuuentute. 1085.
16. Dudum. 1086.

¶ De iureiurando.

1. Ex administrationis. 1105.
2. Peruenit. j. 1121.
3. Peruenit. ij. 1122.
4. Ego N. 1126.
6. Debitores. 1132.
7. Ad nostram. 1140.
8. Si uerò. 1147.
9. Ex rescripto. 1151.
10. Querelam. 1159.
11. Tua nos. 1164.
12. Cùm quidam. 1170.
13. Sicut ex literis. 1177.

FELINI

COMMENTARIA

FELINI SANDEI FERRARIENSIS,

IVRIS INTERPRETIS EMINENTISSIMI, SAcrique Palatij Apostolici causarum auditoris meritissimi, in DECRETALIVM Gregorij IX. librum II,

DOCTISSIMORVM VIRORVM ADNOTATIONIbus ac rerum summis fideliter illustrata, & genuinæ lectioni restituta.

De iudicijs, Tit. I.

SVMMARIVM.

1 ¶ *Iudicium dicitur criminale, quando pœna applicatur fisco.*
2 *Iudicium an sit criminale, si sit statutum episcopi priuās aliquem beneficio, si fecerit tale quid.*
3 *Iudiciorum quot sunt species.*

1 VBI [a] Pœna † applicatur fisco, iudicium est criminale: ubi uerò non, tunc est ciuile. Glo. est in l. iij. in prin. ff. de sepul. uio. & in l. j. in gl. fi. C. eo. & ibi illam pōderat Salic. ad hoc: & est gloss. in l. aut damnum. in prin. ff. de pœnis. & in §. in summa. Insti. de iniurijs. & hoc tenet Bart. in l. j. ff. de priua. deli. & in l. nō solùm. §. fi. ff. de procur. & Bald. in l. trāsigere. C. de transact. ¶ Vtrùm
2 autem, si † sit statutum episcopi priuans quē beneficio, si fecerit tale qd, an tale iudicium sit criminale? Dom. Anton. in c. super his. de accu. dicit, ꝙ sic: & ibi dom. Abb. dicit, hoc sibi non displicere: quia ex quo illa pœna est propria delicti, dicitur iudiciū criminale. Sed Ioan. de Imol. ibi contrà tenet, & idem tenet ibi Ioā. de Ana. Sed opin. do. Ant. & Abb. est uera: qa non est posibile dicere, ꝙ istud sit iudicium ciuile, ex quo pœna non applicatur parti: & licet iudiciū dicatur criminale, ubi pœna applicatur fisco, tamen ex quo isto casu delictum non habet aliam pœnam, meritò iudicium dicetur criminale: maximè, quia punit ea pœna, qua ipsum punit statutum. ¶ Vtrùm autem in dubio pœna debeat applicari fisco, uel parti, ponit Pet. de Anch. in cle. Pastoralis. in xx. nota. de re iu. Et ubi imponitur pœna ademptionis omnium bonorum, tunc in dubio applicatur fisco: c. cùm secundum. de hæret. in vj. c. felicis. de pœnis. eod. lib. vj. Et ubi imponitur pœna per uerba multiplicatiua, tunc applicatur parti. Text. est in c. super contumacia. & in c. quisquis inuentus. in fi. xvij. q. iiij. & in c. cùm deuotissimā. xij. q. ij. Vbi autem imponitur pœna contemplatione partis, etsi nō dicant uerba, ꝙ applicetur parti, tamen applicabitur damnum passo. Tex. est cum glo. in c. in quibusdam. de pœnis. & in c. si Canonici. de offi. or. in vj. & est etiam tex. cum glo. in c. quia clerici. de iure pa. & hæc allegat Lud. in l. ij. §. item si in facto. ff. de uerb. obl. Et quando pœna applicet fisco, uide Salic. in l. mulctarū. C. de modo mulctar. & Anahiam in c. ij. de maledicis. Et per hoc succinctè remanet expedita hæc
3 Rubrica. ¶ De iudicijs adde, ꝙ † iudiciorū multæ sunt species, quas prosequit Spec. in tit. de iudi. §. j. & ij. Et ideo rubrica est posita in plurali. Ad quā materiā uide do. Ias. May. in rubrica C. eo. tit. qui ponit septem principales species: quarū Prima est, quia quoddam est iudicium uniuersale, quando agitur petitione hæreditatis, uel actione de pec. uel actione de dote: quoddā est iudicium generale, quando agitur actione generali tutelæ, l. j. C. de iudi. uel, quādo agitur ac. neg. gest. quoddam est iudicium particulare, quādo agitur ad unam rem. Et de istis est gl. magistra. in l. j. in prin. in glo. ma. ff. de eden. de qua etiam per do. Ias. May. in l. edita. C. de eden. Secunda, quia quædam sunt iudicia simplicia, & quædā sunt iudicia duplicia. Et dicuntur iudicia duplicia, quādo unus sustinet personam actoris & rei: ut in tribus iudicijs, fami. her. cōmuni diui. & finium regūd. l. in tribus. ff. de iudi. Tertia, quia quoddā est iudicium ordinarium, quoddam extraordinariū: ut declarat gl. in c. quoniā cōtra. in uerbo, extraord. iud. ī. de proba. & gl. in c. dilectus. ī. de sentent. excō. & in l. filiusfa. ff. si cer. pet. Quarta, quia quoddam est iudiciū plenarium, quoddam summarium: cle. dispendiosam. de iudi. Quinta, quia quoddam est iudicium incidens, quoddam emergens: ut declarat gl. in l. quod iussit. ff. de re iudi. & gl. in l. j. ī. de ordi. iudi. Sexta, qa quoddā est iudicium merè tēporale, quādo litigatur de re profana: quoddā merè spirituale, putà de iure ecclesiastico: quoddam est temporale annexum spirituali, ut est ius patronatus in aliqua ecclesia, c. quāto. ī. eo. Et quale sit, declarat gl. magistra. in c. piæ mentis. xvj. q. vij. Septima & ultima, quia quoddam est iudicium merè ciuile, quoddam merè criminale: & quoddam mixtum, quod quando fit, gl. uariant, quas recitat Bar. in l. iij. in prin. ff. de sepul. uio. Tamē, prout dicit do. Ias. in d. rub. uera conclusio & communis est, ꝙ quando agitur pro pœna applicanda parti, etiamsi ageretur pro delicto, dicitur causa ciuilis: quando uerò agitur ad pœnā applicandam fisco, quia dicitur agi ad uindictam publicam, l. licitatio. §. qui illicitè. ff. de publicanis. dicit esse criminalis. Ita dicit tenere gl. in l. prætori. in prin. ff. de sepul. uio. quæ gl. dicitur esse ad hoc singularis, secundum Imol. in rub. ff. de pub. iudi. sed est similis gl. in l. j. in glo. fi. & ibi per Salic. no. C. de sepul. uio. & gl. in l. aut damnū. in prin. ff. de pœnis. firmat Bart. in d. l. iij. Cy. & Bal. in l. si qua per calumniā. reprobata gl. ibi, C. de episco. & cle. & communiter Cano. hîc. Si uerò in parte pœna applicatur fisco, & in alia parte ipsi parti, dicit causa mixta. Tex. est singularis in c. tuæ. ubi do. Ant. & alij, de procu. Et ad obiecta contra communē doctrinam prędictā per d. Abb. & Pan. hîc, in ult. col. responde, prout per do. Iaso in d. rub. quē uide. Et qualiter, & quot modis sumatur, uide ibi per eum plenè, & nota.

a VBI.] Adde, ꝙ regulariter pœna in qua uenit cōdēnandus reus cōuētus ciuiliter, est in totum applicāda parti: & hoc idem est in actione populari, ut p Scribētes in l. iij. ff. de sepulc. uiol. Adde do. Alex. in l. eū, q. §. in popularib. ff. de iureiu.

SVMMARIVM.

1 ¶ *Citatio debet fieri ad instantiam partis.*
2 *An præsumatur in dubio facta ad instantiam partis.*
3 *Citatio quibus casibus ualet non facta ad instantiam partis.*
Iudex post cōclusionem in causa, an possit interrogare ad finem fundandi nouam intentionem partis.

4 Excommunicatio facta de aliquo, donec satisfecerit, requirit absolutionem: Vbi uerò aliquis est suspensus, in dubio non requiritur absolutio, si satisfecit causæ, propter quã fuit suspensus. Et inu. 5.
6 Synodus an recusari possit tanquam suspecta.
7 Promittens soluere in tali loco, non potest uariare.
8 Excommunicatus si sustinet excommunicationem per annum, est priuatus beneficio.
9 Excommunicatio an requirat nouam citationem.
An notorius cõtumax possit excõmunicari sine noua citatione.
10 Citatio realis requirit cõmissionem iudicis: & rationẽ subiungit, Nam ad capturam requiritur causæ cognitio. Item nu. 11.
12 Nuncius generalis cum authoritate citandi, ubi non requiritur causæ cognitio, potest citare sine alia commissione.
13 Commissio citationis non præsumitur de iure.
14 Citatio realis de debitore fugitiuo competit parti.
15 Captura non solùm est licita propter recuperationẽ sui, uel sibi debiti, sed etiam ablatio rei alienæ.
16 Nullus tali communicet: uel, Talis euitetur ab omnibus: Talia uerba inducunt excommunicationem, si sunt lata præcedente apparatu ad excommunicandum.
17 Noueris te excommunicatum: hæc uerba sunt latæ sententiæ.
18 Iudicium ualet præsente non citato, & non contradicente.
19 Præsens in iudicio cogitur pati, ut sibi offeratur libellus.
20 Venditor non tenetur de euictione, si nõ uocatur, ut litem defendat, licet sciat emptori litem moueri.
21 Recedens à iudicio sine licentia, dicitur contumax.
22 Citatio si fit ad unum actum, uel ad unum locum, uel ad unũ tempus, & postea fiat alius actus, uel alio loco, uel alio tempore: citatus enim est contumax.
23 Concilium prouinciale utrùm possit deponere episcopũ: & pronunciare deponendum.

CAPITVLVM I.

De Quoouultdeo. Pactum de non declinando iudice suo, qui exceptione repelli poterat, est irreuocabile: &, Contumax in non respondendo, uel comparendo, potest excommunicari, sed non incurret priuationem beneficij. H. D. ¶ Not. q̃ quando dicitur, Ex concilio. tunc declaratur, q̃ aliquis proposuit tale quid in concilio, & Papa assensit: ubi uerò dicitur, In concilio. tunc demonstratur, q̃ Papa proposuit, & concilium assensit. Ita do. Abb. in c. j. de pac. & in c. j. de spons. & in c. consensus. de re. eccle. non alie. ¶ No. ibi, in uerbo, Aduersarius. Dicit hîc d. Ant. q̃ ille dicitur meus aduersarius, q̃ aduersatur mihi in lite etiã per aliũ mota. Et est de hoc text. in c. fi. de eo, qui mit. in poss. ubi Abbas hoc tenet, & Milus in Reportorio suo nouiter impresso in uerbo, Aduersarius. An aũt aduersarius meus possit esse testis contra me? Dicas, q̃ aduersarius olim, hodie repellitur. Ita Inn. in c. cùm oporteat. de accusa. & Bald. in l. in ipsius. C. fami. herc. & alibi text. in §. accusatores. iij. q. v. uult, q̃ etiã repellatur is, qui de nouo reconciliatus est: ponunt Imol. & Inn. in c. cùm l. & A. de re iu. Quòd autem in cõsideranda inimicitia non attendatur, an sit nata ex lite mouente, uel ex alio, & sic nõ consideretur, quis dederit causam inimicitiæ, uide ad hoc Bal. in l. prescriptione. C. si contra ius, uel util. publ.
1 ¶ No. ibi, petijsset. q̃ † citatio [a] debet fieri ad instãtiam
4 partis. An autem præsumatur ad instantiã partis facta, dicit hîc do. Ant. q̃ sic, per l. sciẽdum. ff. de uerb. obl. Dicit hîc Aret. q̃ ista conclusio reprobatur ibi p Lud. quia petitio citationis est solẽnitas extrinseca, quæ non præsumit, nisi appareat. Ergo, etc. Sed tu dicas, q̃ in factis antiquis præsumit solemnitas etiam extrinseca. Ita Inno. in c. illud. de præsumpt. Ergo ita erit in casu nostro, ubi res esset de antiquo. Are. autem ipse hîc respondet ad argumentum hoc modo, dicens: q̃ actus citationis nõ fit sine expensa: sed sic est, q̃ ubi actus requirit expensam, & reperitur factus, & nescit à quo, q̃ præsumit factus ab eo, cuius interest. Ita Bar. in l. cùm seruus. ff. de uerb. ob. Sed sic est, q̃ citatio fit cũ expensa partis. Ergo, etc. Et de ista solemnitate extrinseca, q̃ præsumat, apparet ex eo, quod decidit Bal. in l. ij. C. de eden. ubi dixit, q̃ si mercator scripsit in libris suis unam meã rationem, q̃ præsumitur scripta ad petitionẽ meã: quia, ex quo agitur de interesse meo, præsumitur facta ad instantiam meã. Ergo idẽ in casu nostro. Item pro alia respõsione dicti argumenti aduerte: quia solẽnitas extrinseca præsumit adesse, qũ solet cõmuniter interuenire. Ita Ioan. And. in tit. de emp. & uend. §. j. uer. sed nunc formam. ubi ponit de inuestitura, quæ fit communiter præsenti: & si non dicatur facta præsenti, præsumitur, quòd in uestitus fuerit præsens.
2 ¶ Valet † aũt tribus casibus citatio facta nõ ad instantiã partis. Primus casus est, ubi post talem citationẽ pars comparuit, & non opposuit, secundũ Bal. in l. j. C. ut quæ desunt aduo. Secũdus, nisi iudex uideret instantiam perire: quia tunc motu proprio potest citare. Ita Bart. in l. Seius & Augerius. ff. ad l. Fal. quia instantiam perire, damnum reipublicæ est. Inn. in c. cùm contingat. in fi. de iureiur. Tertius casus est, ubi causa concernit bonum publicum, ut in electione: quia ex officio citare potest. Abb. in c. proposuisti. de for. cõpe. & gl. in c. fi. de elect. in vj. quæ dicit, q̃ citare est iudicis, & nõ partis
b officium. ¶ Vtrùm [b] iudex † post cõ
3 clusionẽ in causa possit interrogare, ad finem fundandi nouam intentionẽ partis. Do. And. Barba. hîc allegat Bal. in l. j. C. ut quæ desunt aduo. ubi dicit, q̃ cõclusio fit partibus, & non iudici. Sed antè poterat interrogare, ergo & pòst. Item iudex post conclusionem in causa potest admittere probationes. Text. est in l. unius. §. fi. ff. de quæst. Allegat etiam pro hac opi. do. Ant. & Imol. in c. cũ causa. de iura. cal. & Lud. in repe. l. admonendi. ff. de iureiur. & do. Ant. hîc. Contrariũ tenet Inn. in c. cùm Ioãnes. de fi. instru. & est additio, ubi dicit, q̃ ad declarationẽ iam actorum, non aũt nouarũ rerum interrogare potest: & ibi Card. dicit. Not. hoc dictum Inno. quia uidi multos reputatissimos Doctores errare in hoc: pro quo quidem dicto consuluit & ipse consilio suo lxxij. incip. Si

a Citatio.] Adde tu pro uera cõclusione, quòd ubi ex actis cõstat de citatione, q̃ eò tunc citatio præsumitur facta ad instantiam partis. Ita Guid. de Su. in l. ad peremptorium. ff. de iudic. Imo. hic in instrumento. Text. & do. Abb. etiam hic in ij. co. in uersic. tertiò not. Ad de do. Lanfra. de Oriano in c. quoniam contra. de probat. in uersic. citationes.

b Vtrum.] Adde tu, & dic clariùs, quòd post didicita testificata iudex potest ex officio suo testem iterum interrogare: & hoc, quando obscurè deposuit. Ita tenuit glo. in c. pertuas. de testi. in gl. j. in uer. & iudex. Adde aliam glo. in c. cùm Ioãnes. de fi. instr. in uerbo, postquã. do. Car. in cle. sæpe. de uerb signi. in xxij. col. et practicam Papin. in fol. xxxix. in uerbo deinde, circa quid, si testis. Adde etiam, q̃ si sunt deperditæ attestationes, possunt iterum testes examinari. Text. est in c. fi. 5. de probat. & ibi Bald. Adde Spec. in titul. de teste. §. satis. in fi. Adde tu, q̃ iudex potest conclusionem in causa reuocare ex causa, & admittere probationes per testes & instrumẽta. Ita do. Abb. in c. quoniã contra. de proba. in x. col. in uersic. no. bene glo. & in c. dilectæ. de fide instru. in ij. col. do. Alexã: in l. quod iussit. ff. de re iudi. in

di. in penul. col. in uer. octauò fallit. & Ioã. de Ana. in c. ad petitionẽ. de accu. in iiij. col. in uer. no. q̃. hîc Papa. Et adde Fel. in d. c. quoniam contra. in uer. glo. in uerbo, productiones.

gillatim ad singula. in quarto dubio, alleg. gl. in §. illud. in authen. de testi. in uerbo. nõ habebit. circa fin. col. vij. ubi glos. dicit, potest interrogare post cõclusionem in causa, non ut addat, sed ut habeat declarationem iam dictorum. Idem tenet Pet. de Anch. in c. j. de confes. in vj. & Lud. in l. iiij. §. hoc aũt iudicium. ff. de dam. infec. sed pro do. Ant. uidetur tex. in c. Pastoralis. in fi. de causa posses. & ppriet. Cui tamẽ, si subtiliter consideraberis, potes respõdere. Et ideo tene secundam opin. & nõ primam. ¶ Ex
4 cõmunicatio † facta de aliquo, donec satisfecerit, requirit absolutionẽ. gl. est in cle. j. in uerb. donec. de decimis. Limita hoc, nisi lex, ppter quã est incursa excõmunicatio, reuocaretur per legislatorẽ: quia tunc etiamsi aliqs contrauenisset, non est opus absolutione. gl. est de hoc in cle. j. in uerbo, pro infectis. de immuni. ec. & ibi Paul. de Leaza. quem refert ibi do. Card. Secundus casus est, ubi Papa ipse excõmunicasset aliquẽ ad tempus: quia tunc elapso tempore non requiritur alia absolutio: dictum est do. Ant. in c. fi. de matri. cont. cõtra interdictũ eccl. sed Domin. in c. in primis. ij. q. j. reprobat illud dictum, dicens: q̃ licet Papa non subiaceat iuri positiuo, tamen in dubio, ubi non apparet, præsumitur in actib. suis inniti iuri cõmuni. Ergo & hoc casu standum erit iuri cõmuni, & sic requiretur absolutio: & hoc teneo p text. in c. in causis. de re iudi. & cõtra do. Ant. facit text. in cle. fi. de sent. excom. ubi p admissionẽ osculi nõ absoluitur excõmunicatus. Et q̃ excõmunicatus, donec satisfecerit, debeat absolui etiã post satisfactionem, est gl. in cle. præsenti. in uerbo, donec. de censibus. & gl. in c. cùm tu. in uerbo, donec. de usuris. Idem tenet Arch. in c. decenter. lxxxix. distin. Et no. q̃ ibi Arch. reprobat unam gl. quæ est in d. c. fi. de matri. contra. cõtra interdic. ecclesiæ. Hanc regulã tenet Domin. in c. si quis autem.
5 xviij. dist. & Abb. in c. non est. de spons. ¶ Vbi † uerò aliquis est suspensus, in dubio non requiritur absolutio, si satisfecit causæ, ppter quã incurrit suspensionem. De hoc est gl. in c. q̃ meritò. xj. q. iij. & in c. si quis deinceps. in gl. iij. xvj. q. vij. & in c. quisquis. de elec. in gl. iij. ¶ Fallit primò, ubi absolutioni apponitur tempus, putà suspẽdo te, donec fueris absolutus. Tex. est in c. Parochianos. & in c. cõquesti. de sent. excõ. & tenet Paul. de Leazaris in d. cle. j. de decimis. ¶ Secundò fallit, quoad forũ cõscientiæ: quia suspensio fertur pro culpa, & sic requiritur, q̃ pœniteat de illa culpa. Ita Ioan. And. post Host. in c. j. de sent. excõ. in vj. in gl. in uerbo, clapso. ¶ Tertiò limita, nisi suspensioni adijciatur factum, nõ tempus: ergo nõ satisfecisse sufficit, nisi doceas de facto corã superiore. Ita dicit Innoc. in c. cùm bonæ. de æta. & qual. Sed in hoc ueritas est in contrariũ: nam Inn. met tenet oppositũ in c. sicut. el j. de coha. cle. & mulie. & hoc firmat Domin. post Io. And. in c. quia sæpe. in gl. in uerbo, donec. de elec. in vj. Debet tam en fieri fides, an satisfecerit superiori: sed nõ restat, qn possit celebrare interim post factum adimpletũ. Et hoc etiam tenet Domin. in d, c. in primis. ij. q. j. Item ista conclusio non habet locum in suspensione ab homine, sed in suspẽsione à iure. Ita Arch. in c. sacerdotes. l. dist. & in d. c. qui meritò. Nã secũdum ipsum ibi, bene est uerũ, q̃ in suspẽso à lege, ut in symoniaco & notorio fornicatore, nõ requiritur absolutio: secus uerò in suspenso ab homine: sed certè nõ capio istã suã differentiã, quã ipse fundat p l. Celsus. ff. de arbi. ubi mitiùs agitur cum lege, q̃ cũ homine: & ipsam reprobat Domin. in c. ad hæc. xxiiij. dist. dicens, q̃ intẽtio omnium est, loqui sic in suspensione hominis, sicut in suspensione legis. ¶ Nota ibi, donec satisfecerit, q̃ cõtu-
6 max potest mulctari, parte etiã nõ petente [a]. ¶ No. etiã, q̃ excõmunicatus nõ appellat, quãdo contempsit absoluí. Ita dicit Cal. in c. ab excõmunicato. de rescript. & ibi do. Ant. in fi. cõmẽti. ¶ Gl. in uerbo, interrogat. Dicũt
6 hîc Moder. q̃ † Synodus recusari non poterat: ratio, quia ex diuersis diœcesibus ueniebãt episcopi, & erat impossibile, q̃ oẽs essent concordes: nõ sic est in ciuitate, quæ est unũ corpus mixtũ: & respondẽt ad tex. in c. quia suspecti. iij. q. v. q̃ illud cõciliũ ibi principaliter fuerat cõgregatũ contra Io. Chrysostomũ: secùs, ubi alia de causa fuisset congregatũ. Tamẽ dicas, q̃ Synodus recusari potest: qa appellatio & recusatio
b à pari procedũt [b], c. super eo. de appel. Sed à synodo appellari potest, c. multis. xvij. di. ergo & recusari. Et uide Cal. consi. vj. in tit. de app. ubi dicit, q̃ unũ collegiũ totũ potest recusari. Et uide etiam Spec. in tit. de requisitiõe cõcilij. ubi dicit, q̃ unus potest habere suspectos oẽs Doctores unius studij: & Bal. in l. j. C. si rector prouin. ubi dicit, q̃ propter caput suspectũ potest totũ collegium recusari: qd̃ ego intelligerẽ uerũ, dum modò illud caput sit tale, cui nõ auderet uniuersitas cõtradicere. Ita dicit Bal. hîc. ¶ Limita secundò, dum modò uniuersitas subsit sibi: secus, si non subest collegiũ sibi. Ita Ioã. And. in addi. Spec. in tit. de iudi. delegato. §. fi. in uer. itẽ quod ex plurib. iudicibus. Omnia ista limita, ut nõ habeãt locũ in cõcilio generali: quia illud nõ potest recusari. Ita Ab. hîc: gl. in uerbo, experiri. De hoc allego primò glo. in l. inter tutores. in gl. j. post prin. ff. de admin. tut. & gl. in c. dispendia. §. reo. de rescrip. in vj. & gl. in l. sæpe. in uerbo experiri. ff. de re iudi. gl. in uerbo, placere. ¶ Pactũ de prorogandã iurisdictione factũ in præsentia iudicis, est irreuocabile. Ita Ab. hîc, & tenet Ang. & Paul. de Cast. in d. l. si cõuenerit. allegata in gl. & l. j. ff. de iudi. Ang. ubi ampliat, etiãsi iudex solùm est præsens, licet alter non acceptet: & tenet Bal. in authẽ. & cõsequenter. C. de sen. & Abb. in c. significasti. in ij. not. de fo. cõpet. & do. Ant. in c. P. & G. de offi. deleg. & facit l. cùm ostendimus. §. fin. ff. de excusat. tut. ubi, si actus sit factus coram iudice, præsumitur in eo interuenisse stipulatio. Ad idẽ facit tex. in l. pacta nouissima. C. de pac. & ibi Bal. Ab. Card. & Imo. hîc tenẽt contrariũ, q̃ imo tale pactũ sit reuocabile. Et aduerte etiã, qa Are. dicit hîc, q̃ licet cõmunis conclusio sit, q̃ ex aliquo actu citra litis contestationẽ tacita, progatio inducat: quod tũ in contrariũ facit l. cùm apertissimi. C. de iudi. ubi probat, q̃ terminus proponẽdi declaratorias est litis cõtestatio. sed respõde, q̃ hoc est uerũ, nisi priùs qs renunciasset declinatorijs: quia tunc nõ expectat litis cõtestatio. Secũdò mouet: omnis exceptio, quæ præponitur ante litẽ contestatã, fit ad finem declinãdi iudiciũ: ergo nõ debet operari contrariũ. Sed his non obstantib. tene opin. primã Abb. ¶ Secundò fallit d. l. si cõuenerit. respectu interesse: quia hoc respectu nõ dat facultas uariãdi. Ita Abb. hîc, & Bal. in l. j. C. de iurisdi. om. iud. & Car. & Imo. hîc. Et sic, si uariat, tenetur ad interesse. Et ita tenẽt hîc oẽs Mod. Ex quo sequitur, q̃ ille, q̃ non est cõpetens in causa principali, est cõpetẽs in isto incidenti expensarũ. Et ponit Spec. in ti. de expensis. §. in ista. uer. ix. dicẽs, q̃ practica est, q̃ condẽnet eũ in expensis, & postea dicat se incompetentem. Sed certè uidetur, q̃ imo etiã possit fieri cõdemnatio expẽsarum, postq̃ dixit se incõpetentem, per text. in c. cum appellationibus. de app. in vj. ibi eadẽ die cõdemnet in expensis. Ecce, q̃ iste actus est posterior. Ad idem est text. in c. statutum. §. cùm uerò. de rescrip. in vj. Amplia, q̃ iudex incõpetens, est cõpetens non solùm in cõdemnãdo in expensis, sed etiam in tradendo malũ impetratorẽ carcerí. Casus est in c. super eo. de crimi. fal. Intellige tamẽ, q̃ ille

a Nõ petente] Adde dom. Alex. de Imo. in l ex cõsensu. §. fi. de appel. & in l. si quæ pœn. de uerb. sig. & Bal. in l. certa. C. quãdo prouo. non est necef.

b A pari procedũt] Adde Lap. in sua alleg. j. & Spec. in tit. de accus. §. j. uers. sed quid si causa. & §. effectus. uer. qs ergo. & in tit. de inquisitio. §. j.

c. Dequo uultdeo.

quòd ille text. loquitur in delicto, ut ibi per Ana. in fin. & Abb. in c. cùm sit generale. in fi. de fo. compe. ¶Tertiò fallit dicta lex, si conuenerit. ubi quis iurasset: quia tunc pœnitere non potest. Ita Pet. de Anch. consil. cxcij. incip. In auxilium ueritatis. in fin. dicens, hoc esse nouum ad intellectum d. l. si conuenerit. & sic contradicit Abb. hîc: ratio, quia iuramentum habet uim compellendi ad factum. Gloss. est in l. si pecuniam. in princ. ff. de condi. ob cau. ibi, dum gloss. dicit, ut quia iurasti. & tenet Bald. in c. ex rescripto. de iureiur. & Abb. in c. per tuas. in repet. de arbit. ubi tenet contra dictum Innoc. de quo hîc per ipsum. Et sic tenet ibi cōtrarium, quòd hîc, & in lectura ibi, in penult. col. ¶Vbi renunciatum est foro, non procedit §. contrahentes. Gloss. est in l. j. ff. si quis in ius uoc. non ierit. Imol. reprobat gloss. illam in c. fin. j. tit. proximo, dicens: quòd ubi etiam renunciatum est foro, idem est. Sed tu tamen tene illam glo. quia idem tenet Abb. in dicto capitulo fin. ad fin. Et ibi dicit, quòd fallit in clerico, qui non potest renunciare foro [a] sine licentia episcopi. Et idem tenet Ang. in l. hæres absens. & in l. j. ff. de iudi. Bald. in l. cùm Archimedoram. Cod. ut in pos. leg. & ibi dicit, quòd glossatores antiqui idē tenuerunt. Text. est in dicto §. contrahentes. qui loquitur. ubi non est renunciatum foro. Et ita tenet ibi Pet. de Ancha.

7 ¶Not. † quartò unum ad declarationem d. l. si conuenerit. quòd, ubi pactum fit per hæc uerba, Promitto soluere in tali loco. non possum tūc uariare. Hoc primò intellige, nisi inuenires me in loco pestifero, uel in loco, ubi propter potentiam tyranni dubitarem opprimi. Hoc est dictū Ang. in l. cùm res. §. j. ff. de leg. j. Idem, si ego nauigarem per illum locum. Imo. ibi tenet cōtrariū, quia debuit promittens cogitare, per l. si quis domū. §. j. ff. loca. Tamē hoc non obstāte, limitatio est uera: quia hoc intelligit, ubi hoc interuenire solebat: sed secus erat in casu nostro. Ratio, quia in loco nō tuto nullus tenet litigare. ¶Secundò [b] declara, nisi expresis aliquib. locis tunc subijciat̄ clausula generalis: quia intelligitur de locis nō magis distantibus expresis. Ita dicit Abb. hîc, & do. Ant. per tex. in c. sedes. de rescrip. Cōtra hoc tenet hîc Imol. & dicit, ꝙ c. sedes. nō intelligitur in genere, quod sequitur per uerba uniuersalia, & nō indefinita: allegat Io. And. in c. ij. de rescript. in vj. ubi ita limitat dictum c. sedes. quia si dicitur contra Pet. Martinū, & alios oēs, ista sunt uerba uniuersalia, & nō indefinita: & non procedit dictum c. sedes. De hoc ponit Domin. in c. generali. de elec. in vj. Imo. in cle. in plerisq;. de elec. ¶Tertiò declara, nisi quis promitteret respondere in aliquo loco: quia tunc adhuc locus est pœnitentiæ. Hoc uoluit Bald. in l. eū. C. de procu. ubi dicit, quòd uerbum, Respondere, non importat solutionem: & ita tenent omnes hîc, saluo nisi dicatur, Promitto respondere de pecunia. Ita Paul. de Cast. in d. l. si conuenerit [c]. & Bald. in l. eam, quam. C. de fideicom. & in l. si quis in conscribendo. C. de pac. Vltimò uide Bart. Cepol. in cautela sua lxxxviij. incip. Sepisimè. char. x. ubi dicit, quòd cautela est, ꝙ in instrumento dicatur, Promittis soluere ubicūq; locorum, etiā pestiferis, etiāsi nauigares, etiamsi distarent, etc. ¶Sed not. ꝙ ubi quis proponit exceptiones, de quibus debet cognosci post litem cōtestatam dicet̄ facta prorogatio irreuocabiliter. Ita Bald. in l. peremptorias. C. sen. rescin. non pos. ¶Item not. ꝙ d. l. si conuenerit. non habet locum in procuratore. Ita consuluit Ancha. in consil. cxl. incip. Primum dubiū. ubi dicit, ꝙ procurator non potest reuocare pactum D. promittentis conueniri posse in aliquo loco, nisi habeat ad hoc mādatum, licet D. posset pœnitere ante litem contestatam. per d. l. si cōuenerit. ¶Itē not. ꝙ ubi quis astrinxit se ad cōparendū per modum cōfessionis, tūc non est locus pœnitentiæ: & sic nō habet locū d. l. si conuenerit. Ita dicit Bal. in l. si pater. C. ne de sta. defunct. Ad omnia ista not. ꝙ ubi iudex erat cōpetens, sed declinabilis, ꝙ tunc non habet locū iste text. tūc enim pactum est irreuocabile. Item illa uerba, Vbicūq; tibi placuerit, uel uisum fuerit, not. ꝙ important arbitriū boni uiri. Ita dicūt Abb. & do. Ant. hîc. ¶Sed quid, si aliquis dixit, Promitto parêre mandatis curiæ? Dicas, quòd ista uerba inducunt rogationem. Ita Ang. in l. j. ff. si quis in ius uoc. non ierit. ¶Gloss. in uerbo. donec. Super ista glos. non insistunt Doc. quia clara est: & de hoc posui anno præterito in c. quærenti. de offic. deleg. ubi de offensa dubia & manifesta ibi plenè uideas.

8 ¶Gloss. † in uerbo, episcopatum. qui sustinet excommunicationem per annum, est priuatus beneficio. Dicunt hîc Moderni, quòd ista opinio communis est uera. Et aduerte, in quantum Pan. hîc latè scribit circa c. rursus. xj. q. iij. qa omnia ista, quæ ipse hîc dicit, furatus fuit à domino Card. in c. perpendimus. in repe. de sent. excō. ubi ipse ponit hæc per uerba formalia, & ibi dicit, ꝙ propter authoritates antiquorū difficilè sustineret̄ in practica, ꝙ esset priuatus beneficio, sed quòd tamē poterit mitti in possessionem ex secundo decreto, ita ut faciat fructus suos, per text. in l. Fulcinius. §. fi. ff. ex quib. cau. in pos. eatur. Et ibi Bart. ad hoc ponderat illum text.

9 ¶Vtrùm † excommunicatio requirat nouam citationem? Notorius contumax potest excōmunicari sine citatione. Ita Doctores hîc, & Host. in c. uenerabili. de censibus. Lap. allegatione lxxiij. incip. Prælatus regularis. Host. in c. j. de offi. deleg. in vj. Inn. in c. ad petitionē. de accus. & gl. in cle. si aū. de dolo & contu. Contra Doctores hîc tenet Inn. in c. sacro. de sent. excom. in glo. ij. Archi. in c. indignè. xij. q. ij. do. Ant. in c. cùm sit Romana. de app. Pro quibus facit, quia etiā in notorio facto requiritur citatio, c. porro. de diuor. c. ad nostram. quartò, de iureiu. Dicas, ꝙ requiritur citatio in casu isto, sed unica, ex quo notoriè est cōtumax. Ita Domin. in c. j. de offi. deleg. in vj. Dicit hîc Are. ꝙ non obstat dictum Bar. in l. eius, qui delatorem. ff. de iure fi. ubi dicit, ꝙ ille, qui dixit nolle uenire, non est manifestè cōtumax: quia poterat habere legitimam causam: & sic erit iterū citādus, quia dicit ipse hîc, quòd hoc dictum est falsum: nam si erat impeditus, debebat allegare. Ergo si non allegauit, est sibi imputandum, per notata in l. contumacia. ff. de re iudi. ¶Mulcta uerò requirit nouā citationem [d]. Hoc uult Bart. in l. j. in fi. prin. ff. si quis ius dicē. non

a Foro] *Adde Spec. in tit. de renun. §. cui aūt. & in ti. de pos. §. vij. uersi. ij. & in tit. de senten. §. iij. ad fin.*

b Secundò] *Adde tu, ꝙ ego teneo opin. Feli. & sic cōtra Imol. & dico, si etiam facta sit specificatio per uerbū generale, uel simile, restringitur secūdum species præcedentes, ut non sit maior expressis. Ita tenet dom. Abb. in cōsil. suo clxxx. inci. Si admittamus. Pro ista opi. allego duas decisiones in simili: primò illud, quod per c. sedes. de rescript. tenet Bart. in l. sed & si. §. quæsitum. in duobus locis. ff. si quis cau. ubi dicit: debitor promisit de aliquib. casibus specificatis fortuitis: postea subdit uerbū generale. Et de omnibus, quod intelligitur de omnibus similib. specificatis. Secundò illud, quod uult Lud. Ro. in cōsil. suo cclxxj. incip. Ius tota. in similibus terminis. Tertiò allego doctrinam Bar. ubi etiā Bal. l. quoties. C. fami. heris. ubi dicit, ꝙ uerba generalia idefinita recipiunt intellectū à specialibus præcedētibus. Facit, quod no. Bald. in d. l. j. C. de hære. & acti. uē. in fin. ubi dicit, ꝙ uerba generalia debent intelligi generaliter, nisi limitentur per præcedētia: & sic concludo, ꝙ si debitor promisit soluere certis locis specificatis, & subdit, & quibuscūq; locis, itelligitur nō de remotioribus expressis.*

c l. si conuenerit] *Et ibidē ad hoc uide omnino dom. Alexand. de Imol. & in l. j. de in ius uocan. & in l. ij. §. defendi. ff. ex qui. cau. in poss. eatur.*

d Nouam citationē.] *Adde do. Alex.*

c. De quo uult deo.

Alex. de Imol. in l. desertorem. §. si ad diem. de re mili. & in d. l. j. allega. in text. ubi etiam uide per Raphaelem.

obtempe. & ibidem Ang. in §. j. Bart. in l. iiij. C. de procura. Imol. & Paul. de Cas. in d. l. cōtumacia. Archi. in c. certum. xj. q. iij. Ancha. in c. j. de dolo & contu. in vj. ¶Fallit primò, ubi mulcta concernit processum. Bart. in l. iij. §. si ad diem. ff. de re mili. ¶Secundò fallit, ubi citans cōminatur se mulctaturum: tunc si non comparuit ex prima citatione, nō debet necessariò amplius citari. Ita dicit Bar. in l. impuberibus. §. fi. ff. de suspect. tutoribus. & est tex. in c. ij. de testi. cogē. & ibi hoc not. do. Ant. & idem tenet Imo. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infec. ubi dicit, ꝙ citatus cum comminatione, de qua s̄. si non uenit, nō est amplius citandus. ¶Tertiò fallit in excōmunicatione: casus est hîc in textu nostro. ¶Quartò fallit, ubi notoriè cōstat de contumacia in iudicio: quia tunc nō est amplius citandus. Hoc sentit hîc Abb. & latiùs in cap. fin. de iura. cal. ¶In condemnatione [a] expensarum ratione contumaciæ, non requiritur noua citatio. Innoc. in c. calumniam. de pœnis. Cy. in l. sancimus. in xiij. q. C. de iudi. Ioan. And. in c. finem litib. de do. & contu. & ibi do. Ant. & est tex. in c. cùm dilect. in fi. de do. & contu. & in c. j. eod. titu. lib. vj. & in c. cōstitutus. de procur. & ibi gl. expressa in uerbo, taxatione. Dicit hîc do. Ant. ꝙ non uidet differentiam inter mulctam & cōdemnationē expensarū. Imo. dicit, ꝙ differūt: quia mulcta uenit ex officio iudicis, meritò citatur ex quo nō fuit cōtumax in aliquo actu mulctæ: sed condēnatio expensarū est de processu, in quo fuit facta citatio, meritò nō citatur ad se uidendū condemnari. Ita dicit hîc Imo. Domi. in c. j. de resti. spo. in vj. tenet expressè, ꝙ sit citandus cōdemnandus in expensis, propter illū tex. ibi in uerbo, iudicialiter taxatiōe præmissa. Ergo si iudicialiter: ergo requiritur citatio. Tamē dicas, ꝙ hoc nō obstat, ꝙ expensæ requirant taxationem iudicialē: quia ille tex. ibi in d. c. j. non loquitur in casu cōtumaciæ, per tex. in d. c. constitutus. de procur. Stat ergo firma cōmunis conclusio, ꝙ ubi quis fuit cōtumax, nō requiritur noua citatio in condemnatione expensarū: secus, ubi non fuit contumax. Et ita loquit̄ d. c. j. de resti. spo. in vj. ¶Dicit hîc Abb. quòd citatio quæcūq; sit, requirit commissionem iudicis [b]. Fallit hoc secundū ipsum, nisi lex permittat capturā in certo casu: quia tunc competit priuato, ut est casus in l. ait prætor. §. si debitorem, ff. de his, quæ in frau. cre. & gl. in l. nullus. C. de Iudæ. quæ dicit, ꝙ possum capere offensorem meū, & ducere ad iudicem: & si non possum ducere, possum ulcisci iniuriā meam. Innoc. quoq; ponit in c. olim. j. de resti. spo. & glo. in c. ius gentiū. j. dist. Sed tu in ista materia fac infrà scriptas
10 conclusiones. ¶Prima itaq; sit, ꝙ † citatio realis requi-
11 rit commissionem iudicis. Ratio est, quia † ad capturam requiritur causæ cognitio, etiam in ciuili. Text. est in l. nemo. C. de exact. trib. lib. x. De criminali uerò captura est dictum Ioan. And. in c. si clericos. de sent. excom. in vj. & Bald. in l. quod euitandi. C. de condi. ob turp. cau. Sed causæ cognitio non spectat ad nuncium. Ergo in omni captura requiritur commissio iudicis. Et hinc est, quòd ad impetrandam capturam requiritur in procuratore speciale mandatum: & ita etiam ad relaxandum. Ita dicit egregiè Bar. in consilio suo lxxxiij. incip. In causa Stasij. ¶Secunda conclusio: Citatio uerbalis requirens aliqualem causæ cognitionem, requirit etiam commissionem. Bald. in leg. si quando. C. de testi. dicens, ita debere restringi. Bart. in l. ij. C. de exhiben. reis. Pro hoc facit text. in l. properandum. §. si quidem. C. de iudi. ibi, iudicibus aures suas reseruantibus. & in c. ex parte. de rescript. in uerb. authoritate iudicis citatus.

12 ¶Tertia conclusio: † Generalis nuncius cum authoritate citandi, ubi non requiritur causæ cognitio, potest citare sine alia commissione. Inno. in c. quoniā. de proba. quem ita intelligit Bal. in d. l. si quando. Et ista cōclusio est contra do. Ant. & Abb. hîc, nisi saluent̄ in dictis præcedentib. Sed opi. Inn. contra do. Ant. tenet hîc. Imo. pro ista opi. Are. hîc allegat text. cum glo. in l. j. in uerbo, traditus. C. de sportul. Et ibi gl. dicēs, ꝙ nuncius electus in principio causę potest citare usq; ad finē causæ sine cōmissiōe iudicis. Et Tex. i authē. sed libellū. C. de lit. contest. ubi executor potest recipere cautionē à parte de obediendo rei iudicatæ, sine alia cōmissione. Ergo & ita enūcio. Et allegat rationē: quia notarius ex generali cōmissione recipit libellū & alia acta. Nō obstat l. cum clericis. C. de epis. & cle. quia est uerū, ꝙ electio sola nō sufficit: sed opus est, ꝙ cōmittatur etiam facultas citandi in tota causa. Declara hoc, nisi agatur de citandi persona in dignitate cōstituta: quia tunc requiritur cōmissio iudicis. Ita dicit Bar. in l. quoties. C. de digni. lib. xij. ¶Secundò nota, quòd, ubi requiritur specialis cōmissio, non sufficit dicere, Cita debitores istius: quia oportet specificare omnes illos debitores. Ita Bar. in l. j. C. de iure domi. impe. ¶Quarta conclusio est,
13 ꝙ † commissio citationis non præsumitur. Ita omnes hîc. Idem tenet do. Ant. in c. quoniam contra. de proba. & Ludouicus in leg. sciendum [c] ff. de uerb. obli. Bart. in extrauag. ad reprimendum. in uerbo, per nuncium. Sali. in leg. tres denunciationes. C. quomodo, & quando iudex. Ioan. And. in Spec. in tit. de cita. §. j. in uer. sed nūquid credatur. ubi dicit, quòd creditur nuncio dicenti se citasse, sed non creditur sibi dicenti iudicem commisisse: ratio, quia officium suū non est electum circa hoc, quòd dicat, iudicem commisisse [d]. Et ibi dicit, quòd notarius malè facit scribere, Talis ad commissionem iudicis citauit. Et hoc tenet Bal. in l. his solis. C. de reuocandis dona. Non obstat: quod suprà dixi de petitione: quia illud sustentatur propter rationem expensæ. Non obstat, ꝙ probatis extremis, præsumant̄ media: qa dico, ꝙ hoc nō procedit in medijs, quę requirūt̄ ꝑ solēnitate: & sic, si media sunt de solēnitate, ut est in hoc casu, nō præsumunt̄. ¶Quin-
14 ta conclusio, quòd † citatio [e] realis de fugitiuo competit parti. Tex. est in d. leg. ait prætor. §. si debitorem. ff. de his, quæ in fraudem creditorum. Ratio est, defectus iudiciariæ potestatis. Circa hoc nota dictum Bal. in leg. j. C. ubi quis de curiali. ubi dicit, ꝙ ꝓpter defectū iudicis est licita parti captura: sed nō ultio damni, nisi tēpus hoc

a In condemnatione] *Adde tamen, quòd est magna differentia inter istas expensas, & expensas quæ debentur ex stipulatione: quia regula est, quòd quando expensæ debentur ex stipulatione, iusta causa non excusat: gl. fina. in §. oportet. in uersic. solo. in fin. ubi Ange. in authen. de iud. quam alleg. Bal. in c. breui. de iure. & Sali. in l. properandum. in §. si autem. C. de iudi. Illam gl. reputant singularē. Sed expensæ aliæ, quæ ueniūt ratione cōtumaciæ, iusta causa excusantur, licet ueniāt iure actiōis, ut no. Bar. in l. j. §. is uidetur. ff. si quis ius di. nō obtem. circa fi. in uer. quæro, an ad hoc. & est gl. cū tex. in c. querelā. de procur.*

b Commissionē iudicis] *Ad quā materiam adde Ange. in trac. malefi. uer. citentur. & do. Alexan. de Imo. in l. qui noua ff. de falsis. et Tancre. in sum. de cita. v. q.*

c In l. sciendū] *Et ibidem ad hoc uide plenè. et not. do. Alex. de Imo. & uide Gui. de Su. in l. ad peremptorium. de iudi. Ad quam materiam adde etiam, quæ habētur per dom. Alexan. in consil. cxxiij. ij. parte.*

d Commisisse] *Adde Pau. de Ca. in consil. l. & Ioan. de Imo. in l. ex consensu. §. eum, qui. de appel.*

e Citatio] *Adde tu, an competat iudici aliàs incompetenti, ut puta iudex incompetens ad preces creditoris capi fecit debitorem fugitiuum? Vide Rom. in l. ij. ff. de iurisd. om. iud. qui dicit, quòd captura personæ, quæ est suspecta de fuga, potest fieri à quocunq; delegato, & à quocunq; iudice aliàs incompe-*

incōpetenti: nam contra capturam factam propter suspicionem fugæ, non potest opponi de incompetentia iudicis. Ita ipse Ludo. Rom. in loco prælegato refert consuluisse Pet. de Anc. in consi. clxxxiiij. quod consilium etiam allegat do. Alex. ibi in d. l. ij. sed corruptè: quia debebat allegare in consi. cxcij. quod incipit, In auxilium ueritatis. Et pro conformatione eorū, quæ scripta sunt, mouetur: quia si debitor suspectus de fuga potest capi per ipsum creditorem, & sic per priuatam personam, leg. ait prætor. §. si debitorem. ff. de his, quæ in fraudem cre. multò magis per iudicē, quam uis aliàs incōpetentē: arg. l. fi. C. de malefi. Secundò, quia die feriato in honorē Dei iudex est incompetens, quo ad exercitium iurisdictionis, & tamen illo tēpore potest facere capi debitorem suspectum de fuga, ut est gl. sing. in l. fin. C. de fer. Tertiò, cùm mora sit periculū allatura, cessant regulæ iuris prohibitiuæ. l. de pupillo. §. si quis. ff. de oper. no. nun. Istam decisionem Pet. de Anchar. sequitur per dicta fundamenta Roma. in d. l. ij. ff. de iurisd. om. iudi. et in cōsi. suo ccxlij. quod incip. Vnde est & plenius in l. de pupillo. §. meminisse, in addi-tio. nouis, ubi quædam alia addidi, ff. de no. oper. nun. Idem simpliciter sequitur do. Alex. in d. l. de pupillo. §. si quis, & in d. l. ij. ff. de iurisd. omn. iudi. Adde, quòd Francis. de Arc. in consi. xcv. quod incip. Respondendo dubijs. recitat istam decisionem Pe. de Anch. & dicit, quòd est falsissima, & Pe. non fundauit se supra firmam petram, sed aurū & pecunia corruperunt eum, & fecerunt eum malè consulere, & quòd rationes Pe. sunt somnia. Et multa allegat, sed inter cætera optimum text. qui uel de tangit, in l. j. §. hoc aut. ff. de ser. fugi. ubi magistratus non tenetur capere seruū fugitiuū, nec facere ei auxilium ad capiendū, nisi ad litras iudicis domicilij: quod esset absurdū, si ratione fugæ quilibet iudex incōpetens posset capere. Secundò dicit aliud, quod placet, q̃ fundamentum Pe. de Ancha. non est ueru, dum dicit, Potest fieri die feriato. Ergo per iudicem incōpetentē. Hoc non est ueru: nam tutores & curatores possunt dari diebus feriatis, l. ij. ff. de feriis. & tamen non potest dari per iudicem incompetentē, l. j. C. ubi pe. tu. Quid tenendū in hoc passu subtilis? Ego teneo decisionē Pet. de Anch. & Ro. quā puto esse ueriorem, & eam confirmo iiij. optimis fundamentis. Primò, non pateretur: quia tunc potest ulcisci. Glo. est in d. c. ius gentiū. j. disti. Ad hoc facit text. in c. si qs pecunia. lxxix. dist. ubi electus in Papā propter pecuniam de facto eijcit: & est tex. similis §. pater. iij. q. j. quia ibi nō inuenitur iudex, cuius officio ille posit excludi, ut dixit tex. in d. §. pater. Facit gl. in c. Guilizari[9]. xxiij. q. iiij. quæ dicit, q̃ Papa potest iudicare in facto, ꝓprio, qa non habet iudicē. Ad idem uide Cardi. in cle. unica. de sequest. pos. & fruc. in uer. si quis aūt. in prima oppo. ubi dicit, q̃ in defectū omnimodæ iustitię licitū est sibi ius dicere, etiam de facto. Et uide Bal. in repet. l. ij. C. de serui. ubi dicit, q̃ passus furetū castri licitè tenet & occupat aliud castrū furis, donec re habeat suum. Ad idē etiā uide Bar. in l. si alius. §. bellissimè. ff. quod ui, aut clām. ubi dicit, q̃ ciuitates, quæ nō recognoscunt superiorē, possunt sibi ad inuicē ius dicere: & in l. nullus. C. de Iudeis. & Bal. in l. j. C. de his, qui à nō dominis. ubi dicit, q̃ princeps expulsus de suo territorio potest occupare etiā authoritate propria, etiamsi posset cō sequi iusticiā, sed tardè. Vide etiā ad idem Bald. in l. pignoris. C. de pigno. act. ubi dicit, q̃ creditor potest authoritate ꝓpria capere pignus hypothecatū debitoris fugitēis. Et ibi dicit, q̃ est ibi glo, quæ dicit, q̃ tantū operatur fuga, quando est in procinctu, quātū operatur, quando est in actu. Ad hoc ego allego Ab. in c. cùm non ab homine. j. eo. & in c. qualiter. in pri. no. j. eo. & in c. fi. de foro compe. & in c. postulasti. eod. titu. & in cap. j. de dolo & cōtuma. ¶ Et not. † q̃ nō solùm est licita captura propter recuperationem sui, uel sibi debiti, sed etiam ablatio rei alienæ. Ita dicit Inn. in c. olim. el j. de restitu. spolia. & sequitur Pet. de Ancha. in regula, peccatum. in iiij. q. de reg. iur. in vj. Abb. in c. j. quod met. cau. Archi. in ca. non sanè. xxiiij. q. ij. Abb. in c. ij. de immu. eccle. & Pau. de Cast. cōs. xxxvij. Car. in cle. j. in iij. q. de offi. ordi. Limita hoc, nisi dubitet de aliquo malo, uel scandalo futuro ex tali ablatione, secundū Inn. in loco prædicto. Et tripliciter potest occurrere scandalum, ut ponit Scotus in iiij. sentē. dist. xv. q. ij. & Alexan. de Halis in iiij. parte tractatus de usur. quos refert quidam Alexa. in tracta. suo de usu. q. ij. ¶ Nota illam conclusionē, q̃ † uerba, Nullus tali cōmunicet. uel, Talis euitetur ab omnib. inducunt excōmunicationem, si sunt lata præcedēte apparatu ad excōmunicandū. Ita dicit do. Ant. & Abb. in c. sup spe. ne cle. uel mona. & est de hoc ibi tex. Et ibi dicit domi. Ant. quòd ex hoc est sopita altercatio Doctorū in c. j. de iud. & est tex. etiā in c. præcipuè. xj. q. iij. ¶ No. † q̃ ista uerba, Noueris te excōicatū. sunt excōicationis latæ sententiæ. Ita do. Ant. in c. requisisti. de appel. Quid, si dicit, Noueris te excōicationi subiacere? Dic, q̃ idem est. Ita Abb. in c. non nimis. in ultimo not. de immun. eccle. Quid, si dicatur: Scias te excōicatum? Dic idem. Ita Dom. in c. ij. & q. ij. & in c. Engeltrudam. iij. q. iij. Et q̃ uerbū, Subiaceat. & omne denotans subiectionē, sit latæ sententiæ: de hoc est glo. in c. j. in gl. fin. de iniur. in vj. & ponit Ab. in c. clericis. in fi. ne cle. uel mona. Sed pone, q̃ iudex dicat solùm, Excōmunico te. dic, q̃ est uerbum latæ sententiæ. Glo. est in extrauaganti, uas electionis in impressis fol. xxviij. & uide, quæ ego posui in c. ueniens. in princ. de præsc.

3 ¶ Quid † si dicatur, Nõ obstante iuris solennitate? Dicit hîc Abb. in ij. col. in fi. & seq. in princ. post Bart. in l. filiusfamiliâs. ff. de dona. quòd per hęc uerba censetur sublata solennitas iuris ciuilis, non autem iuris diuini, uel gentium. Vnde inferunt, quòd in tali causa sufficiunt duo testes, licet aliàs requirerentur plures. Item quòd poterunt recipi testes etiam infames: quia iste est defectus iuris positiui: non tamen poterunt habentes talem cõmissionem tollere citationẽ, ut hîc per ipsum Abb. & Bar. ubi suprà: quia hoc respicit defensionẽ, &c. ¶ Quid, si dictum fuerit, Facias, prout uolueris? Dic, q; tamẽ semper uidetur exclusus dolus. Et de istis & similibus posui latè in d. c. j. col. xv. & quinq; sequentibus, de consti. C rca istas clausulas tamen no. quòd habens potestatẽ faciendi actum partibus non requisitis, debet tamen, postquam actum fecerit, illum partibus notificare: aliàs diceretur uersari in dolo. Ita Bald. in l. eos. C. de app. in §. apostolos. Item uide Bal. in c. consanguinei. de re iu. in fi. ubi sentit, quòd ista uerba, Procedas de facto. importãt idem, quod ista uerba, Procedas solennitate iuris relicta. Et idẽ tenet in l. solam. C. de testi.
4 ¶ Sed † quæro, stante tali cõmissione procedas solennitate iuris remissa, an talis poterit procedere in ferijs inductis in honorem Dei? Dicas, quòd sic. Ita Bald. in l. j. ff. de testa. mili. & Bart. & Bald. in d. l. filiusfamiliâs. & Bal. & Ang. in l. milites. C. de testa. mili. & Anc. in cle. sæpe. de uerb. sig. & Ludo. in repet. rubricę, de arbi. q. xvij. in uersic. item an hoc casu procedi possit diebus feriatis. Alleg. tex. in l. prouinciarum. C. de ferijs. ubi text. dicit, quòd tali die possunt famosi latrones suspendi. Itẽ ibi in libro meo alleg. gl. in l. quadraginta. C. eod. tit. de fer. quæ dicit, quòd de consuetudine non seruatur ille text. Contrarium tenet Innoc. & Lud. met. in d. l. filiusfamiliâs per no. in clem. sæpe. de uerb. sig. in gl. in uerb. ob necessitatem. cui addo consociam in l. omnes. in gl. fi. C. de ferijs. & ibi etiam alleg. Bart. in extrauag. ad reprimendum. in uerbo, sine figura. Non obst. tex. in d. l. prouinciarũ. quia ibi imperator non tollit tales ferias, & sic ius diuinum: sed limitat, quòd ex causa potest, ut per Bart. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. ij. q. iij. quæstio principalis. Sed per hęc uerba generalia nõ uidetur tollere, nisi aliud appareat. Et istã teneo. Non obst. glos. in d. l. quadraginta. quia quod in illo text. dicitur, non fuit inductum iure diuino, sed ibi ab imperatore, per illam l. nimirum si per cõtrariam consuetudinem 5
potuit illi derogari. ¶ Sed † iterum quæro, an habens a
talem[a] commissionẽ procedendi iuris solennitate nõ seruata, possit admittere testes non iuratos? Dic, quòd sic, secundum Bart. in locis præalleg. Augetur ratio: quia iuramẽtum hoc est de iure positiuo. Ita Ioan. An in regula, non est. de re. iur. in vj. quia per partes remitti potest, ut per Bart. in l. j. ff. de fer. Contrarium tenet Bald. & Angel. in d. l. milites. & Imo. & Lud. in d. l. filiusfamiliàs. tamen prima opinionior est & communis. Hoc firmat Anchi. n d. clem. sæpe. & Rot. in d. rubric. de arbit. in uerb. item an uigore dicti arbitrij. in d. xvij. q. in glos. j. Panor. hîc aliqualiter insistit. Sed tu uide de ista subtilitate Rom. con. ccccxc. & de multiplici subtilitate, uide etiã Imo. in clem. sæpe. in iij. col. de uerbo. signif. & uide etiam Arch. in d. c. si cupis. xvj. q. j. ubi ponit de multiplici simplicitate, quæ omitto: quia intelligetis per uos. ¶ Glos. in uerbo, actio. Causa exprimẽda est eo modo, quo dicunt hîc Doc. Primò declara, q; sufficit causam exprimere, licet non exprimantur appenditiæ ipsius causæ. Ita Innoc. in c. j. de libel. oblat. de cuius dicto meminit Bart. in l. j. in princ. ff. de edend. in ij. colum. Imol. in c. super hoc. de renunc. Et hæc quidẽ debent bene etiam exprimi, quando imploratur officium iudicis. Ita do. Anton. in c. Bertoldus. post Inno. ibi in fin. de re iudic. ¶ Item not. quòd ualet iste libellus, Peto censum consuetum mihi præstari tanto tempore, cuius initij memoria non existit in contrarium, licet in eo non sit expressa causa. Ita Cal. consil. suo j. in titul. de libelli oblat. quia in re antiqua est impossibile scire causam, & tempus non probat obligationem, sed causam obligationis. Et hæc est una limitatio ad c. peruenit. de censibus. pro quo allego Bart. in l. cùm de in rem uerso. ff. de usur. & Host. in summa, de censi. post princ. Item ualet libellus sine expressione illius causæ, Parte non opponente. Innocen. in c. cùm dilectus. de ordin. cog. Quod dictum allegat Bald. in l. generaliter. C. de reb. cred. Bald. & Imol. in l. Gallus. §. si eius. ff. de liber. & posthu. Item si causa exprimitur, & ineptè, libellus est nullus etiam parte tacente: putà, peto decem: quia rex est in Francia. Ita Bart. in l. j. ff. de edend. & sequitur in l. j. C. eo. in repet. Padua. Ratio: quia ex expressione causæ cõstat de calumnia libellantis, & propterea iudex potest talem ex officio suo repellere. Quæ ratio cessat, ubi nulla causa exprimit. Et q; hoc facit gl. in uerbo, de nouo. in fi. in cle. cõstitutionẽ. de ele. Et quãdo nomen actionis sit exprimendũ, tam de iure ciuili,

a An habens talem] Adde in simili: pone, quòd statutum dicat, q; credatur tali personæ, an intelligatur cum iuramento, uel sine iuramẽto? Et dic, cum iuramento. Casus est in l. Theopompus. ff. de do. præle. Angel. in l. uacantia. C. de bon. uac. li. x. in uers. sed incidenter opponitur.

c. dilecti filij.

quàm Canonico, ut plenè Bal. in l. edita. in repeti. Peru
ſina, C. de eden. in uerſ. & quæro primò de expreſsione
cauſæ. Et qualiter ſit exprimēda in libello p̃ſonali, uel
reali, uide Maria. in commento c. ij. de libel. obl. in uer.
6 decimò quæro. ¶ Nomen † actionis in libello non eſt
exprimendum. Fallit primò, quando pars interroga-
ret iudicem ut interrogaret agentem, qua actione uel-
let agere: nam hoc poteſt facere iudex ad petitionē par
tis. Ita Domi. in c. quo iure. diſt. viij. Sed iſtud dictum fa
cilè reprobatur: quia ſi narratio cōcludit actionem, eſt
clara, ſi non eſt inepta: & ideo reijcietur, & ſic nullo mo
do poteſt ſtare hoc dictum. ¶ Secundò fallit, ubi iudex
dubitaret de dolo circa actionem, quæ nō exprimitur:
quia tunc poteſt cogere agentem, ut exprimat actionē.
Ita Hoſti. hîc: quod dictum alleg. Ang. in l. j. C. de eden.
¶ Tertiò fallit in cauſis ſpiritualibus, in quibus minor
ſolennitas & narratio requiritur: ſed in ciuilibus requi
ritur talis narratio, ita quòd omnino cognoſcatur cau
ſa. Hanc differentiam ponit Ioan. An. in tit. de accuſ. §. j.
uer. porro. in addi. ad Spec. & ipſam ſequitur Lappus
alleg. ſua lxx. in j. colu. ¶ Quartò fallit, niſi ex narratis
poſſent reſultare plures actiones ad diuerſum effectū:
ſecus, ſi ad eundem. Ita Bal. & Imo. in l. Gallus. §. ſi eius.
ff. de lib. & poſt. & eſt glo. in l. ſi duo. in princ. & ibi Bart.
ff. de ſol. Et ita intellige text. in l. quod in hæredem. §. eli
gere. ff. de tribut. & ita hunc punctum inducit Bald. in l.
eſt ita. in repet. Padua. Quod no.

SVMMARIVM.

1 ¶ *Excommunicatus non poteſt eſſe teſtis.*
2 *Verba generalia, alicuius diſpoſitionis, quæ inducta ſunt in odium alicuius, non debent in fauorem eius interpretari.*
3 *Priuatus loco capituli, non eſt priuatus quo ad onera.*
4 *Excommunicatus an poſſit petere reuocari tenutam. & nu. 5.*
6 *Periurus an repellatur à iudicio.*
7 *Exceptio excommunicationis an poſſit opponi à tertio.*
8 *Excommunicatus non poteſt appellare à denegatione audientiæ.*
9 *Excommunicatus contemnens abſolui, non auditur etiam ut reus. Geſta ab excommunicato actore in iudicio ualent, ſi non opponatur.*
10 *Suſpenſis & interdictus bene agere poteſt.*
11 *Item excommunicatus excommunicatione minori.*
13 *Alia exceptio ponitur num. 12. Excommunicatio non obeſt, ſi uenit ad iudicium, tanquam publica perſona: ſecus, ſi uenit ut priuata.*
14 *Excommunicatus ſi cedit iura ſua alteri ceſſionario, non obſtat excommunicatio cedentis, quin agere poſſit.*

CAPITVLVM VII.

Ntelleximus. ¶ Excōmunica
tus in iudicio
1 ſtare non poteſt, niſi tanquā reus. Hoc in-
tēdit uſq; ad finem. ¶ Excommunicatus †
a non poteſt eſſe teſtis[2]. Hoc amplia, etiamſi dicat excō-
municationem nullam. Text. eſt in c.
a *Teſtis] Adde, quæ ad hoc habē tur per authent. in c. Rodulphus. ſ. de reſcript. & quod ibi in apoſtil. & in d. c. ueniens. alle. in tex.*
ueniens. ſecundò, de teſtib. de quo fa
cit ibi feſtū do. meus, in viij. not. ¶ Li-
mita hoc, ut non habeat locum in te-
ſte inſtrumētario: quia in eo bene po
teſt eſſe teſtis. Ita Inno. in c. pia. de ex-
cept. in vj. in fi. quod dictum ſequitur
do. Anto. in c. ex literis. de tranſac. Ra-
tio: quia licet teſtificari ſit publicum
officium: tamen teſtis non reddit te-
ſtimonium ratione publici officij. Ita dicit Inno. in c. ni
hil. quaſi in fi. de elect. Contra hoc tamen arguitur ſic:
Actus teſtificandi eſt actus à iure approbatus, & ſic eſt
actus legitimus: ſed excōmunicatus non poteſt exerce
re actus legitimos. Caſus eſt in c. licet, de ſent. excom. in
vj. Ergo non poterit eſſe teſtis etiam inſtrumentarius,
ſicut non poteſt eſſe iudiciarius teſtis. Reſponde, quòd
ſunt aliqui actus, qui ſunt legitimi, tam in ſe, quàm re-
ſpectu facientis: utputà in tabellione cōficiente inſtru-
mentum, & iudice proferente ſentētiam. Quidam ſunt
actus legitimi in ſe, ſed reſpectu facientes priuati, ut cō-
trahere & teſtificari. Primi quidem ſunt propriè actus
legitimi, & in his loquitur d. c. licet. ſed in ſecundis, qui
ſunt legitimi in ſe, ſed non reſpectu facientis, non pro-
cedit d. c. licet. Ita dicit do. Card. in repet. c. perpēdimus.
de ſen. excom. quod dicit notandum: quia eſt doctrina
noua non conſiderata per alios: & amplia prædicta e-
tiā in excōmunicato publico, quia poteſt facere actus
legitimos: ſecundo modo, niſi reperiatur ſpecialiter p-
2 hibitus. ¶ Not. † ex iſto text. ſecundum omnes, quòd
uerba generalia diſpoſitionis inducta in odium alicu
ius, non debent unquam in fauorem eius interpretari.
Et quòd odium non poſsit prodeſſe, do. And. alleg. hîc
Car. in c. Ioannes. de teſta. ubi dicit, quòd executor, qui
fuit per annum negligens, poteſt inuitus cogi ad exe-
cutionem, ut illam finiat: quia hoc facit in pœnā eius,
cùm negligentia ſibi non debeat prodeſſe. Secundò al
leg. Bart. in l. j. C. de digni. lib. xij. ubi dicit, quòd ſi nobi
lis delinquens ex forma ſtatuti perdit nobilitatem, q̃
intelligitur perdidiſſe, quo ad lucra &
honores: non autem, quo ad damna
& onera & incommoda. Et per hæc &
alia multa, de quibus per eum, repro
bat dictum Bald. in c. dilectus. de re-
ſcript. ubi dicit, quòd bannitus non
arctatur edicto de eundo in exercitū:
quia dicit ipſe, quòd eſt falſum: quia
hoc modo reportaret cōmodum ex
banno, quod eſt inductum in eius o-
dium. Ego ad hoc allego glo. in §. fi. in
c. ij. de confeſ. in vj. quæ dicit, quòd cō
tumax in reſpondendo habetur pro
confeſſo, poſtquam eſt iuſſus reſpon-
dere, ſi illa confeſsio tendit in eius dā
num: ſecus, ſi in commodum. Secun-
dò allego Bald. in l. cùm proponas.
ſecundò, C. de pact. ubi dicit, quòd
b clauſula[b], Rato manente pacto. non
prodeſt frangenti pactum, ſed alteri
parti. Tertiò allego Card. in clem. j. in
3 vj. opp. de regular. ubi dicit, quòd †
priuatus loco capituli non eſt priua-
tus, quo ad onera, arg. c. reprehenſi-
bilis. in uerbo, capituli diſciplina. de
appella. Et ibi etiam dicit, quòd excō
municatus non eſt exemptus ab offi-
cio: quia debet dicere illud priuatim.
Et ad hoc allegat c. pro illorū. de præ-
ben. ubi probatur, quòd ualent geſta
ab excōmunicato in eius incōmodū
& odium. Item facit tex. in l. ij. §. nemo.
ff. de capi. dimi. ubi probatur, quòd
nemo ex delicto reportat commodū:
& in l. tutela. §. itē. Et ibi Bar. dicit eod.
tit. quod exbannitus, licet deſinat eſ-
ſe ciuis, tamen debet intelligi, quo ad
cōmodum ſuū: non autem incōmo-
dū. Reliqua uide hîc p̃ Barb. Et ita no
tandū econuerſo, quòd fauor nō de-
bet retorqueri in odium, ut dicā in fi.
j. eo. ¶ In gl. j. in uerbo, cōueniri. dicit,
q̃ aut ſumus in loco inſigni, ubi faci-
lè eſt reperire, p̃curatorē, & tūc nō de-
bet excōicatus admitti. Et p̃cedit opi.
Cald. Aut uerò ſumus in loco, in quo
nō poteſt de facili reperiri: & tūc ad-
b *Clauſula] Adde tu, quòd glo. in c. cum inter R. de elect. dicit, q̃ clauſula, Rato manēte pacto. operatur etiam in fauorem conuenientis. Ibi uide do. Ab. in iiij. col. uerſ. et no. ex hac ſol. Adde tamen, quòd communis opi. eſt in cōtrarium, quòd imò iſta clauſula, Rato manēte pacto. poſita in contractibus, uel inſtrumentis ut eſſe poſita in odium conuenientis, non in fauorē. Ideo pœna poteſt peti, & etiam reijci à poſſeſſione. Bar. in l. ij. in uerſ. quæro, quando promiſſa eſt. C. de iure emphy. Adde Bart. in l. qui fidem. ff. de tráſac. in uerſ. quid ſi hoc caſu. Adde, quòd iſta clauſula, Rato manēte pacto. in inſtrumento pacis operatur, ut unus poſſit petere pœnam pacis ruptæ, & uenire cōtra pacem. Ita Car. in c. potuit. de loca. ubi etiam Moderni.*

mittitur

mittitur excōmunicatus, & procedit opi. glo. & Doct.
cōmunis. Sed quòd excōmunicatus nunquam poſsit
per ſe comparēre, & ſic contra Do. Ab. primò arguit de
glo. in c. Paſtoralis. j. eod. SOL. Illa glo. loquitur, prout
iſte tex. hîc. Si ergo iſte tex. limitatur hîc ita per omnes:
ergò & illa gl. debet ita limitari & declarari, dum dicit,
quòd debet per alium reſpondere. Secundò alleg. tex.
in l. cùm miles. ff. de alie. iud. mut. cau. fa. in uerſi. experi
ri oportet. ubi probat, q̃ ſi quis ceſsit iura ſua potētio-
ri, non tenet ceſsio, & ipſe debet agere, nec poterit con-
ſtituere procuratorē. Vnde dicit ſic: ſi ubicunq; in pœ-
nam alicui imponit̃ neceſsitas litigādi per ſe, nō poteſt
conſtituere p̃curatorem: ita eodē modo econuerſo, ubi
imponitur alicui neceſsitas litigandi per alium, nō po
terit ipſe per ſe litigare, ſed cogetur cōſtituere procura-
torē. SOL. Ille text. dicit, dominū experiri oportere, nō
ut tollat facultatem ſibi conſtituendi procuratorē, ſed
ut excludat militem. Tertiò dicit: Ipſe faciat. Nam hæc
decretalis emanauit in odium excōmunicati. Ergo nō
debet ex ea ſibi aliquod cōmodū reſultare: q̃d̃ fieret, ſi
poſſet per ſe reſpondere, inducēdo ut hîc per eū in uer.
tertio faciat. Dominus autem meus hîc dicit, q̃ ubi po-
teſt inuenire procuratorem idoneum, nunquā poterit
cōparēre per ſe cōtra Ab. Et q̃ præſumitur, quòd de fa-
cili poſsit inuenire, ſi eſt in loco inſigni: aut uerò nō po
teſt, & tunc poteſt per ſe cōparēre rationib. & argumen
tis, de quibus hîc per eum in ult. col. Quæ opinio & di-
ſtinctio fuit priùs Barb. ut ſ. dixi, licet Barb. ipſam re-
probet. Et dicit hîc dominus meus, q̃ in criminalibus
admittitur excōmunicatus ex perſona propria, ut hîc
per eum in fi. ubi hoc modo tollit unum motiuum Ab.
hîc. Ego uerò p̃ prima cōcluſione allego Dominic. iiij.
q. j. in ſumma, ubi dicit, q̃ dum eſſet ſcholaris, repetijt
iſtam decretalē: & tenuit opi. Cal. contra do. Ant. quòd
nullo modo poſsit per ſe cōparēre, & loquitur indiſtin
ctè. Pro ſecunda uerò concluſione allego Ang. in l. ſi is,
qui ſta hæres. ff. de hæred. inſtit. ubi dicit, quòd audiuit
Bart. allegātem uiua uoce dictam l. idemq̃. Et per hoc
fortè debet limitari dictū Bar. & Pau. de Caſ. in l. fi. ff. de
pig. actio. & Bal in l. fi. in fi. C. de execu. rei iud. dū dicūt,
poteſtas excuſatur capiendo uilem perſonā pro iuſti-
cia miniſtranda: quia ſi nō inuenerit uilem & idoneā,
ipſe cogitur facere per ſe. Et ſic ex præmiſsis concludit̃,
q̃ excōmunicatus ſemper tenet̃ mittere procuratorē,
niſi eſſet ita deſtitutus q̃ omnino inueniri non poſſet.
4 ¶ Vtrùm † autē excōmunicatus poſsit petere reuocari
tenutam? Bar. in l. de pupillo. §. fi. ff. de ope. no. nun. ubi
loquitur etiā in bānito, dicit, q̃ aut uenit principaliter
ad ſe defendendū, ſed in conſequentiā uenit ad peten-
dum reſciſsionē tenutæ: & tunc auditur. Aut uerò prin
cipaliter petit reuocari ipſam tenutam: & tunc, quia di
citur agere principaliter, non auditur. Et iſtam opi. ſe-
quitur Imo. & Domi. in c. j. de reſcript. in vj. & Imo. in c.
cùm inter. de excep. Et ad iſtā q. dicit hîc Are. quòd ſer-
uit nobis deciſio Ioan. An. in addi. ad Spec. in tit. de ac-
cuſatore. §. ſequitur. in add. magna, in §. gradum ſepti-
mum quæſtionis. ubi tandem deducit per aliqua, q̃d̃
bannitus prohibitus querelare, poterit accuſatorem
ſuum accuſare, quòd produxerit falſos teſtes, quòd nō
haberet aliud remediū excipiēdi. Et ita dicit ipſe Arch.
hîc ibi ſ. Idem debemus dicere in excōmunicato petē-
te reuocari tenutam, quòd ſi poteſt ſibi conſuli per uiā
exceptionis, nō audiatur agendo principaliter, quòd
tenuta reuocetur: aut uerò non poteſt ſibi eſſe conſul-
tum per uiam exceptionis, & tunc admittitur etiā prin
cipaliter petendo ipſam reuocari. Et ita concludit ipſe,
& per alia, quę uideas hîc per ipſum ibi ſ. Et diſtinctio-
n m, quam facit in §. fi. Bar. exemplifica pulchrè, ut di-
cit Paul. de Caſt. & Imo. in d. l. de pupillo. §. q̃ remiſsio-
nem. ubi dicunt, quòd habuerūt iſtum caſum de facto
in ciuitate Florentiæ, ubi eſt ſtatutū, q̃ qui obtinuit te-
nutam, poteſt facerè fieri præceptum de diſcōbrando.
Pone ergo, quòd ille, qui habuit tenutam in bonis bā-
niti, uel excōmunicati, facit fieri dictum præceptum, ſi-
le comparet ad ſe defendendum à præcepto, ne tene-
tur diſcombrare, & dicit tenutā eſſe nullam ex aliqua
iuſta cauſa: & ideo petit ipſam reuocari. Dicunt ipſi, q̃
hoc poteſt facere: quia petit hoc incidenter, non autem
principaliter, ſed bene principaliter defendit ſe à dicto
præcepto. Si autem nullum factum foret præceptum,
tunc dicunt ipſi, quòd ſi comparet ſciens tenutam eſſe
datam contra ſe. & dicit eam nullam, & petit ipſam re-
uocari: tūc uenit principaliter, & nō debet auditi. Hoc
tamen dicunt uerum, quādo ipſum impugnat de nul-
litate, uel iniuſticia: ſed ſi ipſum non impugnaret, ſed
peteret eam reuocari offerendo ſatiſdationem de iudi
cio ſiſti, & ſatisfaceret de expenſis: iuxta authen. ei, qui.
C. de bonis autho. iud. poſſ. tunc petens eam reuocari,
debet audiri: quia tunc non diceretur hoc facere prin
cipaliter, ſed cauſa ſe defendendi à prima citatione. Et
idē dicerem, q̃ non deberet audiri, ubi diceret ſe nō ci-
tatum, & nihilominus peteret ipſam reuocari: quia tūc
diceretur reus uoluntarius: quo caſu nō debet audiri,
etiamſi diceret ſe ſpoliatū, uel turbari, ut plenè ſcripſi
poſt Doct. in d. c. cùm inter R. col. vj. & ſeq. in uerſi. quo-
5 tidie allegantur. de except. ¶ Sed † q̃ excōmunicatus
nec principaliter nec in conſequentiā poſsit petere re-
uocationem tenutę, tenet Hoſt. in c. dilecto. de uerb. ſig.
& ita ſentit Spec. in tit. de contuma. §. fin. uer. ſed pone,
reus. & Imo. & Ludo. in d. §. fi. contra Bar. Ratio eſt: quia
negatur, q̃ ueniat in uirtute citationis. Nā data tenuta
citatio peregit curſum ſuū, cui acquieuit faciens citare.
¶ Secundò mouentur, quia excōmunicatus nō poteſt
petere ſibi ſoluí, nec etiā poteſt ſibi ſolui, ſm gl. in c. nos
ſanctorū. xv. q. vj. & in c. iuratos. ead. cauſa & q. Pro iſta
parte cōſidera, q̃ paſſus immiſsionē habet annū ad eā
inuocandā, & etiā pòst auditur: c. quoniā frequenter. §.
fi. ut lite non conteſt. Præterea excōmunicatus non po
teſt dicere ſententiam nullā. Ita Io. And. do. Ant. Imol.
Abb. in c. ſignificauerunt. de excep. & eſt intentio Rotæ
deci. ſm numerum meum cccclſj. inci. item fuit dubita-
tum. & Ioā. An. in c. j. de reſcrip. in vj. & eſt opin. cōmu-
nis. Ratio eſt: quia ſi poſſet dicere de nullitate, poſſet e-
tiam ſuper ea impetrare. Patet in c. fin. de excep. ſed nō
reperitur, quòd poſsit impetrare, niſi in cauſa appella
tionis, c. j. de reſcript. in vj. ergo, &c. Item non eſt eadem
ratio in nullitate, quæ in appellatione: quia ſententia
nulla nō tranſit in rem iudicatam, & erit ſibi conſultū,
quādo petetur executio ſentētiæ: nā tūc excipit de null-
litate ſententiæ. Pro iſta opi. facit: quia excōmunicatus
nō poteſt petere laudū arbitratoris reduci ad arbitriū
boni uiri. Ita Bal. in c. cùm inter. de excep. Imol. in d. c. ſi-
gnificauerunt. Ratio: quia arbitramentū nō tranſit in
rē iudicatā. Ita Inn. in c. Quinta uallis. de iureiur. & Bar.
in l. ſi ſocietatē. §. arbitrorū. ff. pro ſo. Et Ioā. An. in c. j. de
reſcript. in vj. dicit q̃ excōmunicatus in carceratus non
poteſt cōqueri de nullitate capturæ, aut iniuſticia: quia
nō reperitur permiſſum. Ex prædictis ergo uidetur poſ
ſe probabiliter dici, q̃ ex quo excōmunicatus habet lō-
gū tempus ad reuocandū, & tēpore ſecundi decreti po
terit cōquēri excipiēdo de nullitate & iniuſticia primæ
tenutæ: ſequitur, q̃ interim cogetur facere, & nullo mō-
do audiet, ſi petat reuocari tenutā. Qd̃ nota. ¶ Quòd
autē in conſequentiā poſsit, & ſic pro opi. Bar. arguitur
primo ſic: quādo quis uocatur ad cauſam, comparitio
eſt neceſſaria, nō uoluntaria: c. dilecti. de excep. in uer.
traxiſſet. Pro hoc eſt tex. in terminis, in l. pupillus. §. j. in
uerb. defendas. ff. de priui. credit. ubi agēs ut reſcindat
tenuta, ſemper dicitur ſe defendere: ſed excōmunica-
to conceſſa eſt omnis defenſio, c. cùm inter. de excep. Er
go & iſta erit ſibi permiſſa. ¶ Item eo ipſo, quod quis fa
cit aliquem citari, licet reus, deinde ipſum faciat citari,
certè

c. intelleximus.

certè ſemper dicitur hoc facere ſe defendendo. Tex. eſt cum glo.in l.libertus[a] à patrono.ff.de in ius uoc. ubi dicit text. quòd ſi patronus fecit citare libertũ, ꝙ ſi patronus eſt cõtumax, poteſt libertus facere citare patronũ, & nõ incidit in pœnã, licet non petierit ueniã. Ecce in terminis iſta tollunt rationem Inn.& Ro. dum dicũt, ꝙ citatio per egit curſum ſuum. Et ſic patet ex premiſsis, quòd excõmunicatus in conſequentiã poteſt petere reuocari tenutã ſolutis expenſis & cauendo de iudicio ſiſti. Nõ obſtat, quòd habeat longum tempus, & quòd de nullitate nõ poteſt dicere: quia ibi uſq; ad executionem nõ grauatur. Propterea non dicit de nullitate, ſed hîc, ubi eſt facta immiſsio, ſtatim grauatur: & ꝑ hæc dubito de dicto Ioan.And.s.relato, quòd excõmunicatus nõ poteſt dicere de nullitate incarcerationis: quia incarceratio eſt citatio realis: gloſ.in l.ij.ff.de iuriſd.om.iud.Ideo illud dictum reprobat Bal. in c.j.de reſcrip.in vj. in addi.& ipſum allegat Ioan. de Ana.in c.dura.in iiij.col.de crimi.fal.Ad rationem Hoſti. quod dicatur agere, negatur: quia imo dicitur ſe defendere, d.l.ſi pupillus.& pro hoc adduco Angel.in l.non cogendum.§.fin.ff.de procur.ubi dicit, quòd petens reuocari tenutam, uel ſequeſtrum, dicitur ſe defendere, & ſuſtinet partes rei. Et fortiùs dicit Abb.in d. c. cùm inter. ut habeat locum hoc, etiam quãdo petit principaliter reuocari tenutã: quia uenit ſtimulatus ex facto iudicis: & ſic eſt reus neceſſarius, non autem uoluntarius. Item poteſt appellare. Ergo & petere tenutam reuocari, ut ibi per eum in iiij.col. ad fi. Sed iſtud non ſuſtinetur: quia in appellatione ſtimulatur ab illis decem diebus, qui dãtur ad appellandum: ſed hîc ſecus, ubi non uenit in conſequentiã. Ideo ſi uenit, dicit plenè agere & eſſe uoluntarius reus. Ideo in primis debet purgare contumaciã, & poſtea audietur. Et ex prædictis, quæ loquuntur, quãdo uenit in cõſequentiam, infertur, quòd concluſio Bart.& cõmunis habet locum, ubi etiam poſſet inſtare per uiam exceptionis: putà tempore ſecũdi decreti, ut s.dixi. Et dicit hîc. Arc.in ij.col.in fin.quę omnia nota diligẽter. ¶ Vbi quis poteſt eſſe in iudicio, & ibi poteſt procuratorẽ conſtituere. Ita Inn.hîc & alij. Do. Andr.hîc in j.col.allegat Inno. in c.edoceri.de reſcrip.ubi dicit, ꝙ in caſu, in quo Abbas poteſt ſolus agere, ibi ſolus poteſt procuratorẽ conſtituere: & alia multa, de quibus hîc per eum, quem uideas. Vos uerò allegate text.in c.fin.de iudi.in vj.ibi, per te, uel procuratorẽ, quem dicit ibi ad hoc eſſe meliorem de iure dom.Pet. de Anch.& in c.ex parte. ſecundò, ibi: quin ipſa mulier, quamuis minor, &c.& ibi no. do.Anto.in vij.col.& bonũ textum, in l.ſeruum quoq;. in princ.ff. de procur.ubi tex.dicit, filium familiâs procuratorẽ habere poſſe: qui text.eſt ad hoc egregius, ſecundũ Ludo.in l.ſi ex legati cauſa.ff.de uerb.ob. ¶ Nota etiam, quòd omnis qui poteſt procuratorem conſtituere, poteſt procurator conſtituì: c.poſt ceſsionem.de proba. iuncto iſto tex. ¶ Secundò no, quòd excõmunicatus poteſt dare procuratorem ad omnia, quæ ſibi licent. Ita Car.conſi.xlvj.incip. Licet monialis.exemplũ ibi ponens, quòd excõmunicato licet conſtituere procuratorem ad concernẽdam profeſsionem: quia profeſsio eſt illi permiſſa, c.cùm illorum. de ſent.excom. Et dum Abb.impugnat.do.Ant.per c.per tuas. de ſenten. excom.dic, quòd ratio illius c. eſt uolentis, quòd excõmunicatus dicens ſententiam excõmunicationis iniuſtam, non audiatur, niſi priùs petat ſe abſoluì: quia ibi non eſt periculum in mora, cùm ſententia excommunicationis non tranſeat in rem iudicatam. Alia, quia cùm dicit ſententiam iniuſtam, fatetur ſe ligatũ: & ideo non petens abſolutionem uidetur contemnere, nimirum ſi non auditur: ſecus in alijs. Ita dicit do. Ant.in c. cùm inter.de excep.in vj.col.& cõtra Ab.etiã facit, quia ſi abſolueretur excõmunicatus, quando cõſtituit procuratorem ad ſe defendendum, nihil operarentur iura, quæ dicunt, quòd excõmunicato datur defenſio. Et dum Panor.hîc in pe.col.allegat c.qui ad agendum.de procur.in vj.uide ibi Pet.de Anch. ubi limitat ultra dicta hîc per Pan.& alios. ¶ Vtrũ † periurus poſsit repelli, ſicut excõmunicatus? Dicũt Doc. hîc, quòd non. Cõtrarium tenet Spec. in tit.de actore.§.j.uerſi. item quod eſt reus. Allegat l.ſi quis maior. C.de tranſac. Iſtam partem tenet gl.in c.paruuli.xxij.q.v. Tu uerò teneas opi. Doct.hîc, quæ eſt uera. Et iſtam opi.ſentit gl.in c.dilecti. de except.& ibi Innocẽ.& do. Ant.& Lud.ſingulari ſuo ccccxcij.col.lv.incip. Tu ſay.c.j.de iureiur. Et ibi limitat, niſi uellet agere ſuper materia, in qua fuit periurus. Allegat text. quem ita intelligit, in l.ſi quis maior. C. de tranſac. Et ita tenet Bald.in repetitione l.ij.ff.de iureiurando.chart.xvj.dicens, quòd periurus non reperitur ab agendo, niſi intendat iudicium in materia, in qua periurauit. Vtrùm damnati in metallũ, uel deportati, poſſunt agere? Doc.hîc clarè loquuntur: ideo non tango, ſed per te uideas. ¶ Iſte † text.recipit nonnullas declarationes. Prima eſt, ſi tertius opponat exceptionem excommunicato agenti, & ſua non interſit, non auditur, etiamſi actor fuiſſet excõmunicatus ad eius inſtãtiam. Iſta fuit limitatio. Spec. in tit.de reſcript.præſent. §.ratione autem formæ.in ultim.char.uerſic.tu es. Et ſic opus eſt, ut opponatur à reo conuento. Hoc dictum cõmendat Domi.in c.j.in iiij.col. de reſcript. in vj. ubi dicit, nota generaliter, quòd tertius opponit, ſi ſua non intereſt in cauſa uertente cum alio. Sed dubito primò, quia ubi agitur de periculo animæ, quilibet admittitur. Ita dicit Archi.in c.ut circa.de elect.lib.vj. Facit glo. in c.cupientes.§.cæterùm.in uerbo, contumacia.de ele. eod.lib. Ergo in exceptione excommunicationis eodẽ modo quilibet deberet audiri, ex quo eſt inducta propter periculum animæ. Item facit, quia licet quis iuraſſet non opponere excommunicationem, poteſt nihilo minus illam opponere non obſtante iuramento. Ita Domi.in c.pia.ad fi.princ.de except.in vj. Ratio: quia iuramentum hoc modo impediret, quominus quis liberaretur à periculo animæ. Quare ergo hoc modo non debet audiri tertius opponens excommunicationem excommunicato, ut ille hoc modo liberari poſsit à periculo animæ. Item moueor per text.in d.c.pia.ad fi.de except. ubi excõmunicatus ſi agit, & nullus opponit, poteſt iudex ex officio ſuo repellere[b]: quia intereſt reipublicæ. Præterea in popularibus actionibus quilibet admittitur. Ergo fortiùs tertius. Et ideo propter hæc multum dubito de eorum dicto. ¶ Secunda declaratio: Reo uolente excõmunicatus agere poteſt. Ita Innocen.in c. exceptionem.in gloſ.fin. de except & Abb.hîc, & Archidia. & Ioan. Andr.in c.pia. de except. in vj. Dicit hîc domi. Andr. quòd Bald. hîc uult, quod authent. qui ſemel.C. quomodo & quãdo iudex.procedit & habet locum in actore excõmunicato: quia cogetur finire iudiciũ reo uolente, ut hîc per eũ, qui & alia allegat, quæ uideas. Tamen ipſe finaliter credit contrariũ, ꝙ imo actor excõmunicatus reo etiam uolente nõ poſsit proſequi. Et mouetur primò per iſtum text. in uerbo, ſtare non poteſt, quæ uerba important neceſsitatem præciſam. Ergo etiam parte uolente non poterit proſequi. Sed dic, ꝙ tex. hoc non dicit. Secundò mouet per dictũ Vgo.in c.quęrendũ.ij.q.vij.quẽ ſequit ibi, Dom. ubi

a In l.libertus] Et ibidem ad hãc materiã uide omnino do. Alexan. de Imo. & Bal. et Paul. de Caſt. in l. teſtamenta. C. de teſta. & in l.ſi. C. de edi. diui. Adri. tol.

b Repellere] Adde Philip. in c. cùm parati. de appel. in j. col. et ad materiã uide etiã, quæ habẽtur per Spec. in ti. de off. iud. §. ij. in fi. §. iiij. uerſic. item poſt. & per do. Alexã. de Imo. in l. filius. §. uetera. ni. de procur. & per Iacob. de Areti. in l. j. ut quæ deſunt aduo. par. C. lib. x.

ubi dicit, quòd reo uolente non admittitur accuſator criminoſus: ſed ibi poteſt dicere, quòd nõ agebatur de incommodo accuſatoris, ſed hîc agitur de incommodo excommunicati. Allegat etiam Bald.in l.j.C. de his, quæ pœnæ nomi. ubi dicit, quòd bannitus nõ auditur etiam reo uolente. Sed dic, quòd ibi non agebatur de incommodo banniti, ut hîc de incommodo excommunicati. In iſto articulo uide Ab.in d.c.exceptionem.in fi. j.de except. ubi ſibi contrarius tenet, quòd imo etiam reo uolente excommunicatus non poſsit ſtare in iudicio. Secundò allego Domi. in c.alieni.ij. q.vij.ubi tenet idem, quod Ab.in d.c.exceptionem. & idem tenet in d. c.pia.§.fin.in ij.col. Et pro iſta parte poſſunt adduci motiua facta hîc per do. And. Sicu. licet nonnullis dederim reſponſum. optimè enim faciunt. Tamen pro prima opi. multum facit, quia aliâs quis reportaret ex ſua excommunicatione commodum: & ideo teneo primam opi. quòd imo reo uolente cogetur excommunicatus finire. ¶ Dicit hîc dominus meus in j. col. & ſeq. quòd reus excommunicatus poterit cogere actorem, ut proſequatur iudicium, & quòd in eo procedit authen. qui ſemel. C. quomodo & quando iudex. & l. diffamari. C. de ingenuis & manumiſ. Contra cõmuniter alios mouetur: primò per tex.in l.libertus à patrono.ff. de in ius uocan. Vidiſti inductionem in præcedenti lectione, quia ibi libertus uidetur ſe defendere: ſed defenſio eſt permiſſa excommunicato, c.cùm inter.j.de excep. Ergo erit hoc ſibi conceſſum: ut in ſimili dicitur in d.l. libertus. Secundò mouetur: quia æquitas, ut non claudicet iudicium, conſideratur etiam quo ad fauorem excommunicati, d.c.cùm inter.& c.fin.eod.tit. Sed claudicaret iudicium, ſi actor poſſet petere cauſam expediri, & non reus. Ergo etiam hoc non debet. Tertiò adducit c.uenerabilibus.§.j. de ſen. excom.in vj. ubi patet, quòd ſicut permittitur excommunicato agere de iniuſta excommunicatione per uiam appellationis, ita permittitur agere de iniuria contra iudicem, quaſi ſit connexa ad cauſam excommunicationis. Ergo eodem modo debet eſſe in caſu noſtro ratione cõnexionis: quia fuit primò tractus excommunicatus ad iudicium. Nec obſtat, quòd in odium excommunicati introducta ſit conuentio: ergo non debet conuerti ad eius fauorem: quia dicit ipſe, ꝙ licet conuentio ſit introducta in eius odium, tamen defenſio eſt introducta ex æquitate & in eius fauorem. Ergo ſi ſibi conceditur defenſio, intelligitur ita ſibi data & conceſſa, ut in iudicium claudicet: & non dicetur propter hoc reus uoluntarius, ſed imo neceſſarius inſpecta origine, ut hîc per ipſum. Sed quòd excõmunicatus poſsit agere conditione l.diffamari. licet rationes prædictæ non ſtringant, tenet Io. de Ana. in c. dura. in iij.col. de cri.fal. nam duplex eſt agere: unũ impugnando, & hoc eſt prohibitum excommunicato: aliud uerò defendendo, & hoc eſt ſibi permiſſum: nam excommunicato licitum eſt appellare & excipere: ergo uolendo agere contra eum, qui illum diffamat, poteſt: quia ad hoc ſtimulatur & impellitur per diffamationẽ. Nec obſtat tex.in c.j. de reſcrip. in vj. quia illi duo caſus excepti poſſunt extendi ad ſimilem, & ſic ad iſtum: & allegat dictũ Bal. de excommunicato incarcerato: quod heri retuli. Imo. dicit ibi, quòd poterit intentare remedium l.ſi contendat.ff.de fideiuſ. ſ. quòd pronuncietur ſibi exceptionem cõpetere. Ergo dicit Ana. poterit excommunicatus hoc modo eſſe in iudicio: quia ibi erit tanquam reus neceſſarius. Sed certè dic, quòd imo reſpectu l.diffamari. & l.ſi contendat. iſta non procederet. Pro hoc allego primò Abb. in d. c. cùm inter. ad fin. de excep. & ibi dixi, ubi dicit, quòd excommunicatus non poteſt petere, quòd pronuncietur ſibi exceptionẽ competere, quia prouocat ad iudicium: ergo habetur loco actoris. Allegat l. in tribus. ff. de iudi. Secundò allego Pau. de Caſ. in d.l.libertus. ubi dicit, quòd excommunicatus non poteſt practicare, l.diffamari. & facit: nam licet poſſet his caſibus dici reus, tamen eſſet uoluntarius: quo caſu non habet locum iſte tex. quo autem ad terminos authen. qui ſemel. bene: teneo hoc per text. in d.l.libertus. Quod no. diligenter. Sunt expedita omnia dicta Doc. hîc. ¶ Tertia declaratio, ſi dubitatur de pecca to, propter quod fuit excommunicatus, auditur proſequens iudicium in materia diſcuſsionis ipſius peccati: ut actor, & non abſoluitur ſtante altera ſuſpicione. Caſus eſt in c.ſignificauit. de offi. ordi. & ibi gl. fi. & expreſsiùs do. Ant. in ult. col. in uer. Hoſt. dicit. & ibi Panor. in fi. no. illud ad limitationem c.per tuas. de ſen. excom. & ſic dico, quòd conſiderando illum tex. per illud limitatur d.c. per tuas. ſed nõ facit ad iſtum tex. ¶ Quarta declaratio: Ille, qui neceſsitatur agere, dicitur quodãmodo reus: & ſic hoc reſpectu excommunicatus etiam poteſt eſſe in iudicio. Ita do. Ant. in d. c. ſignificauit. propter gl. ibi. Et propter hoc dictum dici poſſet, quòd contra excommunicatum poteſt intentari remedium l.diffamari. quia licet in ueritate ſit actor, habetur tamen quodammodo pro reo, ex quo neceſsitatur agere. ¶ Quinta declaratio eſt: In iudicijs duplicibus, putà familiæ herciſ. communi diuidun. non habet locum iſte text. Nam in illis excõmunicatus poteſt eſſe in iudicio: quia uterq; ibi eſt reus & actor. Ita dicit do. Ant. in c. ſignificauit. circa mediũ, de excep. ¶ Sexta † declaratio: Excommunicatus cum denegatione audientiæ nõ poteſt appellare. Ita dicit expreſsè Archi. in c.ſi quis deinceps.xvj.q.vij.ſuper uerbo, audientiam. De quo exclamat do. Ant. in d.c. ſignificauerũt. Fortifica per dictum Domi. in c.in nomine Domini. in ſi. xxiij. diſt. ubi dicit, quòd is, cui ſtatutum denegat audientiam, non auditur etiã in cauſa fauorabili: putà in poſſeſſorio. In hoc contrà tenet ſolus Imo. in d.c. ſignificauerunt. quia appellatio eſt defenſio: ſed defenſio nemini tollitur: ergo nec appellatio. Secundò dicit ipſe in d.c. in nomine Domini. tollitur audientia, non autem appellatio. Conſidera, quòd per principẽ poteſt tolli appellatio. Et ideo ſi tollatur per ipſum, erit ſublata, niſi in caſu, in quo eſſet euidens cauſa appellãdi, per glo. pen. c. ex conquæſtione. de reſti. ſpo. de qua Arch. in c. pia. in v. col. de excep. in vj. Et ideo ſi ipſe alicui denegaret audientiam, uideretur etiam denegare appellationem: nec per hoc uideretur tollere defenſionẽ: quia appellatio non eſt defenſio naturalis, quã bene non poteſt tollere princeps: ſed iuris communis, quam bene poteſt tollere. Et uide, quæ ſcripſi circa hoc in d. c. ſignificauerunt. col. pen. in uer. ulti. ¶ Septima declaratio: Vbi excommunicatus contemneret abſolui, non auditur tanquam reus. Ita Cal. in c. ab excommunicato. de reſcript. De quo eſt dictum s. ¶ Octaua † declaratio: Geſta ab excommunicato actore in iudicio ualent, ſi nõ opponatur. Ita Abb. hîc per text. in c.pia. de except. in vj. dum modò fuerint geſta coram ordinario: ſecus, ſi coram delegato, per c.j. de reſcript. in vj. Dicit hîc do. Andr. quòd iſta concluſio eſt omnino falſa: quia imo proceſſus factus ab excommunicato, etiã parte non opponente, eſt nullus. Quod probat ſic: nam quia ante c.proceſſus factus per excõmunicatũ erat nullus, ut probatur in iſto text. quia denegatur potentia. Nec obſtat c.pia. in illis uerbis, In ſuo tobore duraturis. quia illa uerba non addunt maius robur materiæ, quàm priùs habebant. Ang. in l.ſi. C. de temp. appella. & in l. omnes. C. de præſcript. xxx. anno. Si ergo per c.pia. non præſtatur nouum robur, ergo eſt proceſſus nullus. SOL. Dic, quòd imo non eſt uerum, quòd proceſſus ante d.c.pia. eſſet nullus. Ita dicit Car. in c.exceptionem. in iij. oppo. j. de except. dicens, quòd condemnatio expenſarum, de qua ibi, habet locum etiam hodie, cùm non reſpiciat intereſſe agentis, ex quo proceſſus ualet, ſed pœnam tardantis. Tamen iſta ſolutio poteſt cauillari, ſi uidebis, quæ ibi ſcripſi in pen. col.

c. intelle-
ximus.

Vnde ultra ſol. quam ibi dedi, potes dicere, quòd dictũ Angeli procedit in materia, ubi proferũtur illa uerba, Ab eo, qui ignorabat inualiditatem eorum. quia tunc bene eſt uerum, quòd nõ addunt nouum robur: ſecus uerò, ubi proferens ſciebat inualiditatem eorum, ad quæ ſe refert: quia tunc operantur & dant nouum robur. Sed poſito, quòd de iure antiquo eſſet nullus, ut hîc inquit Barb. tamen ex quo Papa hoc ſciebat, & nihilo minus in d. c. pia. addidit illa uerba, In ſuo robore duraturis. uidetur uelle, quòd addant nouum robur, & quòd illa, ad quæ ſe refert, ualeant. Quod no. ¶ Nona † declaratio: Iſte text. non habet locum in ſuſpenſo, uel interdicto, quòd iſti bene agere poſſunt. Ratio: *quia iſtis* non eſt interdicta hominum communio, per text. in c. à nobis. de except. & tenet ita do. Ang. hîc, & Abb. & Ant. in c. Apoſtolicæ. in pe. & ult. col. de except. Innoc. in c. uenerabili. de ſen. excom. & ibi Abb. Limita, niſi ſuſpenſus uellet agere pro beneficio, à quo eſt ſuſpenſus. Ita Ab. in d. c. Apoſtolicæ. in pen. col. de except. Ratio: quia ſi eſt ab eo ſuſpenſus, pro illo agere non potest. ¶ Decima † declaratio: Iſte tex. non procedit in excommunicato excommunicatione minori. Ita Abb. argumento c. ſi celebrat. de cle. excom. min. ¶ Vndecima † declaratio: Iſte text. non procedit, quando excommunicatio opponitur ab eo, qui ſolùm ad hoc excommunicauit, ut opponeret in iudicio, ut ſic ille agere nõ poſſet: quia nihilo minùs poterit eſſe in iudicio. Ita Roma. ſingulari ſuo dccxvj. incip. Ille, qui dicitur excommunicatus. Allegat Spec. in loco allegato in prima declaratione, ubi Spec. loquitur, quãdo tertius uellet opponere, & tamen impugnatum fuit eius dictum. Tamẽ credo, quòd uera ſit hæc fallentia, & poteſt pro confirmatione allegari Ioan. An. in c. fin. de teſti. ubi dicit, quòd licet ille, quem accuſaui de crimine, non poſſit eſſe teſtis in alia cauſa: tamen fallit, ſi eum accuſaui data opera, ut nõ teſtificaretur contra me: quia nihilo minùs poterit eſſe teſtis, ne fraus mea ſit mihi proficua: & ſequitur Bal. in authen. ſi dicatur. C. de teſti. & per iſtud dictum ſuſtentatur hæc limitatio. Poterit tamen iudex ex officio ſuo eum repellere ratione criminis. Ergo eodem modo hic iudex excommunicatum. Et ſic dictum Lud. non eſt facilè ſuſtentabile. ¶ Duodecima † declaratio eſt, ut habeat iſte text. locum in proſequente ius ſuum priuatum: ſecus, ſi uenit in iudicio ratione publici officij: quia tunc ei non obeſt excommunicatio, niſi ſit notoria, putà ſi prælatus agit pro eccleſia. Ita do. Ant. in c. nihil. in pen. col. de elec. & ibi dicit no. ad limitationem c. intelleximus. de iudi. & dicit etiam dictum Compoſtel. Ibi tamen dicit ipſe, ibi conſidera: quia adhuc ibi militat periculum communionis. Sed pro hoc dicto facit dictũ Innoc. in c. ſi uerò. in fin. de ſen. excom. ubi dicit, quòd excommunicatus occultus poteſt impetrare reſcriptum ratione officij ſui: putà, pro eccleſia ſua. & ſequitur ibi do. Ant. Ergo ita in propoſito. Nec obſtat periculum communionis: quia ſi conceditur ſibi hoc propter utilitatem officij ſui, certè intelligitur & in conſequentiam conceſſa communio. Et hoc confirmatur ex his, quæ habentur in ultima declaratione.

¶ Tertiadecima † declaratio: Non procedit iſte tex. ubi excõmunicatus cedit alteri iura ſua: quia ceſsionarius ipſe agere poterit. Iſta eſt gloſ. pen. in c. j. de iure pa. in vj. quòd depẽdet ab illo articulo, an exceptio, quæ[a] obſtat cedenti, obſtet ceſſionario. Et ratio huius fallentiæ eſſe poteſt, quia exceptio excommunicationis non tangit rem, ſed perſonam: meritò ergo uidetur, quòd ceſsionarius agere poſsit. Ita dicit gloſſ. in d. c. de iure patro. in vj. ¶ Vltima declaratio pro nunc eſt, ubi excommunicatus impeditur facere ſibi permiſſa: nã ad remouendum tale impedimentũ poteſt eſſe in iudicio. Ita Vinc. hîc. Hoc dictum allegat Lapus allegat. ſua Iv. incip. Quidam coram iudice. & loquitur in excommunicato eunte Romã pro impetrando reſcripto ſuper appellatione, quod ſibi licet, ut, ſi impeditur, poſſit eſſe in iudicio contra impedientes: & ſequitur etiam Arch. iiij. q. j. in ſumma, ubi dicit, quòd ſi excõmunicatus conuentus impeditur mittere procuratorem, tunc poteſt agere cõtra impedientem. Ratio: quia impeditur agere id, quod eſt ſibi permiſſum. Et per iſta ſic ſimul ordinata remaneat expedita hæc decretalis.

in l. doli. ff. de noua. & in l. hereditati. §. nos autẽ. ff. de pact. Adde gl. in c. j. de iure pat. in vj. in gl. pe.

a *Exceptio, quæ*] *Adde tu, q, Bart. & Dy. in l. apud Celſum. §. ſi cum legiti na. ff. de dol. except. renuerunt, quòd nõ obſtat. Sed cum uide*

SVMMARIVM.

1 *Doctor iuris Canonici an debeat præferri doctori iuris ciuilis.*
2 *Doctor ignarus an gaudeat priuilegio doctorum.*
3 *Deſcriptus in matricula alicuius artis, gaudet priuilegio, niſi caſſetur.*
4 *Laicus purus ſi habet ſcientiã eminentem, an poſſit eligi in epiſcopũ.*
5 *Canoniſta in promotione ad dignitatem eccleſiaſticã præfertur theologo, niſi in loco eſſent hæretici: quod fallit duobus modis.*
6 *Doctor & miles præfertur ſimplici doctori.*

CAPITVLVM VIII.

Clerici. ¶ Clericus de omni crimine debet coram eccleſiaſtico cõueniri, nec ualet conſuetudo contraria. H. D. ¶ No. quòd lex non dedignatur imitari ſacros Canones. De hac materia uide in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſti. in ſcriptis meis in prima declaratione. ¶ Vtrùm † doctor[b] iuris Canonici debeat præferri doctori iuris ciuilis? Examinant hîc omnes. Vtrùm autem doctor titulo tantùm, ſed indoctus, habeat priuilegia doctoratus? Abb. hîc tenet, quòd non: dicit hîc Domi. quòd pro Abb. facit dictum Bart. in l. iij. C. de tyronibus. lib. xij. ubi dicit ſuper illum tex. quòd doctor iuuenis, qui diu non laborauit in exercitio, & non fecit ſui periculum, non habet beneficium prælationis. Si ergo hoc eſt in doctore iuuene, qui non fecit experientiam ſui: multo ergo fortiùs hoc erit in indocto. Secundò adducit id, quod uult Bartol. in l. ſemper. §. quibuſdã. ff. de iure immut. & in l. fin. in princ. C. de excu. tut. & in l. ſcriniarios. C. de teſta. mili. ubi dicit Bartol. quòd priuilegium conceſſum artificibus unius collegij, uel militibus, non habet locum in his, qui artẽ non exercent, uel militiam, licet fortè exercere ſciant & poſſent. Si ergo hoc eſt in iſtis: certè fortiùs debet eſſe in doctore ignaro, qui artem ſuam exercere non poteſt, quia eſt ignarus. Facit gloſſ. in l. pen. ff. ex quib. cau. ma. & quod dicit Bald. in l. in teſtamento. C. de teſt. mi. uolentes, quòd milites noſtri temporis non gaudeant priuilegijs militaribus, quia non exercent artẽ: ergo idem in iſtis doctoribus ignaris: quia non poſſunt, ut dixi ſupra, cùm ſint ignari, exercere artem ſuã. Et iſti poſſunt appellari doctores honorarij. Iſta ſunt dicta domini mei hîc, quæ uideas. Vltra quæ adde, quòd Domi. in c. quæ ipſis. xxxviij. diſt. ubi dicit, quòd doctor, qui non habet libros neceſſarios ad ſcientiam ſuam, nõ poteſt dici doctor: quanto ergo minus, ſi nõ habet ſcientiam? Pro hoc etiam allego extrauagantẽ Innoc. quinti, quæ incipit,

b *Doctor*] *Adde tu Bar. in l. Grammaticos. C. de profeſ. & medi. lib. x. qui dicit, quòd doctor ignorans poteſt reprobari etiam poſt recepta inſignia. Ad quã materiã uide Paulum de Caſt. in cõſilio xcviij. & in conſil. xxxviij. et domi. Alexandrũ de Imo. in conſil. lij. iiij. parte, et in conſ. clxvj. ij. par. et in cõſ. xxxviij. iiij. parte.*

incipit, Ad futura. ubi dicit, quòd habentes à Papa literas capellaniæ, non gaudent priuilegijs conceſsis capellanis Papæ, niſi officium exerceant. Iſtam extrauagantem allegat Card. conſil. cxxvj. incip. Vacauerat canonicatus & præbenda. in fin. Vltimò pro nunc allego Io. de Lignano in proœmio Cle. ubi dicit, quòd ſcholaris, qui non intrat ſcholas, non gaudet priuilegio ſcholarium, per text. in c. generaliter. xvj. q. j. Et hoc dictum alleg. Abb. in c. j. in fin. de iudi. & eſt tex. in c. cauete. xxij. q. v. ubi dicit text. qui ſe Chriſtianum dicit, & non facit opera Chriſtiani, mentitur. Ita ergo eodem modo doctor indoctus, qui dicit ſe doctorem, cùm non poſsit facere opera doctorum, mentitur. ¶ Sed quòd † imo doctor, licet ignarus, gaudeat priuilegio, facit: quia licet doctor ignarus non mereatur dici doctor, tamen dignitas in eum collata ualet: ergo debet gaudere priuilegio, uſq; quo priuetur: quia ualet talis collatio, dum modò non ſit infamis is, cui collata eſt: ut colligitur ex his, quæ habentur per Bartol. in l. ij. C. ſi ſer. uel liber ad decur. aſpir. & eſt tex. in l. ij. circa medium, ff. de orig. iur. iuncta gl. Pro hoc bene facit, quod no. Innoc. in c. cùm noſtris. de conceſ. præben. ibi, collatio beneficij facta crimino ſo tenet, donec priuetur. Si ergo dignitas collata ualet: ergo debet habere priuilegium dignitatis: aliàs nullius eſſet effectus talis collatio. Hoc enim ſignat dignitas, ſ. honorem & præeminentiam, ut plenè declarat Bart. in l. j. C. de dignita. li. xij. & Ant. de But. & Mod. in c. j. de conſu. lib. vj. & in c. de mulcta. j. de præben. Pro hoc facit optimè text. in l. j. C. de collegia. & nummul. li. xj. ubi dicit, quòd † deſcriptus in matricula alicuius artis, gaudet priuilegio, licet ipſam non exerceat, quouſque caſſetur de matricula: de qua debet caſſari per officium iudicis, quando priuilegium reſpicit nõ ſolùm fauorem priuilegiati, ſed etiã collegij, ut hîc per ipſum. Et pro iſtis facit tex. in d. c. quæ ipſis. ibi, uox. iuncto c. ij. de cogna. ſpi. lib. vj. uti text. dicit, Vox nomen habere meretur. Ergo uidetur, quòd talis doctor, qui habet dignitatem, gaudet priuilegio, licet ignarus, donec priuetur. Et iſtam partẽ ita armauit hîc Aret. Vnde dicit ipſe, an non exercens artem, uel non ualens exercere, gaudeat priuilegio illius artis? Conſidera, quòd priuilegium aliquando conceditur propter aliquam qualitatem, quæ cauſatur in homine ex facto ſuo. Exemplum: ſi conceditur priuilegiũ artifici, mercatori uel negociatori: nã iſta nomina cauſantur in ipſis ex eorum factis, & tũc eſt impoſsibile, ꝗ nõ exercẽs talem artem gaudeat priuilegio conceſſo arti, quantumcunq; ſit deſcriptus in matricula collegij: quia iſta nomina nõ poſſunt cauſari, niſi ab exercitatione & frequentia actuum, ut l. j. §. j. in text. & gloſſ. ff. de tribu. & Bald. in rub. C. de conſti. pe. in ul. col. Aliquando uerò priuilegium conceditur ratione qualitatis, uel officij, quod conceditur ab altero, ſicut eſt dignitas, uel officium publicum: & tunc quis poteſt eſſe talis, licet non exerceat officium ſibi collatũ etiam in materia ſtricta, ut hîc per ipſum, qui in ea allegat Bartol. in l. legatis. in princ. ff. de leg. iij. ubi dicit, quòd in actibus collatis ab alijs nõ requiritur frequentia, ſed ubi aſſumit à ſeipſo, bene requiritur frequentia, niſi aſſumeret cum delicto: quia per unicum actum bene quis dicetur talis. Vnde ſi unus facit ſemel uſuram, dicetur uſurarius. Contra iſtam diſtinctionem dicit hîc do. meus, quòd omnino obſtat, quod eſt dictum de milite, quòd non gaudet priuilegio, niſi exerceat artem, cùm tamen ſecundum hoc eſſet dicendum, quòd gauderet, cùm tale officium conferatur à ſuperiore, ut hîc per ipſum. Vnde dicit ipſe: aliquando conceditur priuilegium propter officium ſine dignitate, ut eſt militia, quæ non eſt dignitas, ut inquit Bartol. in l. pen. ff. de teſ. mili. Aliquando uerò conceditur priuilegium dignitati, uel officio habenti dignitatem. Primo caſu ille non habet priuilegium, qui non exercet officium: quia priuilegium datur in recompenſationem laborum: ideo, qui non laborat in officio propter quod datur priuilegium, non meretur priuilegium. Ita dicit text. not. in l. iij. C. de tyronibus. lib. xij. *qui propriè loquitur in milite.* Secundo uerò caſu priuilegium uidetur principaliter concedi dignitati, non autem actui, uel adminiſtrationi. Ideo ſatis eſt ad obtinendum priuilegium, quòd quis habeat dignitatem. Hoc dictum & iſta diſtinctio probantur ſecundum ipſum in l. maximarum. & quod ibi ponit Bartol. C. de excuſa. mu. lib. x. ubi dicit, quòd priuilegium conceſſum ratione officij expirat finito officio: ſed priuilegium conceſſum ratione dignitatis, nõ expirat, licet finiatur adminiſtratio dignitatis. Ergo cùm doctori concedatur priuilegium ratione dignitatis, licet ſit ignarus, & ſic non ualet exercere officium: nihilo minùs debeat gaudere priuilegio doctoris. Et ita reſidet hîc do. meus. Quod not. ¶ Doctor, qui eſt de meliori ſanguine, præcedit doctorem primò doctoratum. Ita Bald. in l. nemini. per illum text. C. de aduo. diuer. iudi. Secundò ille, qui eſt doctor, & ſecundò factus epiſcopus, præcedit primò factum epiſcopum non doctoratum. Ita Domi. in c. Iſidorus. xvj. diſt. Mouetur per gloſſ. ibi, quæ dicit, quòd non attenditur prioritas temporis, ſed maioritas authoritatis. Facit dictum Arch. in c. quoniam. xvj. diſt. ubi dicit, quòd qui eſt maior authoritate, præcedit, licet ſit ſecundò receptus. ¶ Canonicus, qui eſt nobilis, uel doctor, debet præcedere Canonicum priùs receptum, non talem. Ita Domi. in c. epiſcopus. xvj. diſt. & ibi adducit alia multa ad hoc. ¶ Notetiam, quòd in gratijs expectatiuis præfertur, qui publicè legit, non tali: &, magis graduatus præfertur minùs graduato: &, inter æquales graduatos præfertur, qui primò eſt graduatus, niſi eſſet graduatus cum rigore examinis. Ita dicit ultima regula cancellariæ. Ille, qui habet plures gradus, quorum nullus per ſe ſufficeret ad præcedendum alium, non præcedit. Vnde doctor artium, Medicinæ & II. non præcedit Canoniſtam in facto gratiarum. Ita Lud. conſil. ſuo cccxxxiij. incip. Omnipotentis: quo ad primum. ita limitans dictam regulam cancellariæ. Licentiatus primò & hodie doctoratus præcedit interim doctoratum. Ita Ang. de Are. in §. quædam. col. pen. Inſtit. de ac. in uer. quæro de q. ad fin. q. Allegat l. primam, C. de conſul. lib. xij. & alia: de quibus ibi per eum, quem uide. Item doctor iunior, qui legit publicè, præcedit ſeniorem non legentem. Ita Abbas hîc, & do. meus in ulti. col. ad fin. qui pro hoc nonnulla adducit, quæ uideas: quibus adde And. de Barulo in d. l. j. C. de conſul. lib. xij. & ibi Io. de Plat. Imo dicit ipſe Aret. quòd ſi ambo legũt, & unus eſt excellentior altero[a], ille præfertur, licet ſit iunior. Allegat tex. in l. unicuique. & ibi Bartol. circa medium, C. de proxi. ſacr. ſcrip. libr. xij. quibus adde Sali. in l. prouidendum. C. de poſtul. & Ang. in authen. de mona. §. fin. col. j. Secundò pro hoc allego text. in l. ſed & reprobari. in fin. ff. de excuſa. tuto. ubi dicitur, quòd iuriſperiti non excuſantur à tutela, niſi ſint ualde periti. Et ibi dicit Bald. quòd propter eminentem ſcientiam receditur perſæpe à regulis iuris. & Lud. in l. cùm quid. ff. ſi cer. pet. & replicat in l. ſi cùm dies. §. arbiter. ff. de arbit. & in l. ſi uerò. §. de uiro. in lij. fallen. ff. ſolu. matri. Allegat text. in c. ſtatuimus. §. his omnibus. lxj. diſtinct. ubi dicit text. quòd † purus laicus poteſt eligi in epiſcopum propter eminentem eius ſcientiam. Bene facit, quod ponit Abb. in c. conſtitutus. de ap. ubi dicit, quòd ſi ſcholaris eſt notoriè doctus, poteſt doctorari ſine examine. Et ita dicit etiam gloſſ. de clerico, qui poteſt ordinari ſine examine, ubi eſt notus, in c. qui epiſcopus. in gl. ij. xxiij. diſt. & in c. de

a *Excellentior altero*] *Adde domi. Alex. de Imo. in l. j. de albo ſcriben. & in l. cùm quid. ſi cert. pet. & in ſuo conſil. xviij. in iiij. parte.*

Petro.xlvij. diſt. ¶ Item not. quòd Car. hîc dicit, quòd intelligit dicta Doct. hîc de præcedẽtia, ſemper cum iſta
5 gloſſ. ſ. cæteris paribus. ¶ Item † not. quòd Canoniſta in promotione ad dignitatem eccleſiaſticam præfertur Theologo, niſi in illo loco eſſent hæretici: quia tunc præferretur Theologus. Ita Gul. Naſo, Hoſtien. & alij in c. j. de conſanguí. & affi. Item doctor
4 præcedit militem [a]. Ita Bald. in proœ. ff. in fin. & in l. quod conſtituitur. ff. de teſta. mili. ¶ Fallit primò in doctorellis, qui pauca ſciunt. Ita Bald. in dicto proœmio ff. quia illos miles bene præcedit. ¶ Secundò fallit in milite, qui ad latus principis militat: quia ille præfertur doctori. Ita Ang. in l. in teſtamento. C. de mili. teſt. Pro quo allego text. in l. j. C. de præpo. labor. lib. xij. ibi, quos noſtri lateris decus illuſtrat. Per quem dicit Bald. in rubr. ff. de offi. proconſ. quòd Cardinalis, qui eſt in curia, dicitur dignior illo, qui eſt extra curiã, niſi ille eſſet legatus. Ita intelligo dictum ſuum. ¶ Tertiò fallit in actibus militaribus: quia in illis præcedunt milites. De hoc eſt text. in l. j. C. de offi. uica. ¶ Item not.
6 quòd † miles & doctor præfertur ſimplici doctori & ſimplici militi. Hoc probatur ex dicto Bald. in l. ſed milites. ff. de excuſ. tu. ubi dicit, Baro & Comes præfertur Baroni tantùm, uel Comiti tantùm. Et not. quòd miles imperialis, licet ſit factus pòſt, præcedit militem factum per ducem. Ita Fran. Tſgrini in l. ij. ff. de albo ſcribendo. Item doctor Imperialis, uel Papalis non præcedit factum per collegium. Ita Lud. in l. ſi uero. §. de uiro. in x. fal. ff. ſolu. ma. & do. Maria. in repe. c. qualiter & quando. lo ij. in iij. not. de accuſat. Et hoc ſentit regula cancellariæ heri allegata. Tamen ſi tales doctores imperiales, uel Papales doctorarentur cum rigore examinis, præferrentur doctoratis per collegium. ¶ Vltimò pro nunc nota, quòd quando duo ſunt doctorati eodem die, tunc recurritur ad alias conditiones ad decidendum, quis debeat præferri. Ita Bartol. in l. j. ff. de obſequijs. Et ſi de doctoribus uultis uidere alia, uidete Ana. j. in rub. de magiſtris. Et de materia præcedentiæ tractat Bald. in c. cùm olim. de conſuetudi.

a *Militem*] *Adde, quæ habentur per authen. in rubri. ſ. de maio. & obe. et remiſ. quas ibi in apoſt. poſui.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex ubi uidet iudicium fore fruſtratorium ob defectum ſolennitatis, debet ſuper hoc prouidere.*
2 *Conſenſus neceſſarius ad agendum, non eſt neceſſarius ad impetrandum.*
3 *Prælatus ſemper debet requirere conſenſum capituli, quando materia eſt ardua: & ſic contrá.*
4 *Monachus canonicus eccleſiæ cathedralis, an poſſit eſſe delegatus Papæ, ſicut canonicus ſecularis.*
5 *Et quid, ſi monachus ſit canonicus eccleſiæ ſecularis, an tunc ſibi poſſit fieri commiſſio.*
6 *Sententia lata in fauorem conuentus, an ualeat non requiſito conſenſu prælati.*
7 *Sententia lata pro falſo procuratore, an poſſit ratificari, num. 9.*
8 *Res ſi bene agitur, ualet actus ceſſantibus ſolennitatibus, quæ requirebantur, quæ aliàs non ualeret, ſi malè ageretur.*

CAPITVLVM IX.



Auſam. ¶ Iudex ex officio debet prouidere, ut ſeruentur ſolennitates in iudicio, quibus omiſsis iudicium redditur fruſtratorium. H. D. Quid
1 uetiat appellatione fratris, dixi in c. licet. de offi. deleg. ubi uide, & Abb. hîc. Vbi † iudex uidet ex defectu ſolennitatis iudicium reddi fruſtratorium, debet prouidere, ne hoc fiat. Ita probat textus noſter. Vtrùm iudex ex officio ſuo poſsit repellere procuratorem non habentem mandatum? & ſic, an ſit uera: Gloſſ. in c. j. in uerbo, Abſentia. de electi. in ſexto? Dicit hîc do. Andr. quòd iſte text. non probat illud, quod dicit illa gloſſ. quia iudex hoc ita fecit propter præceptum Papæ, qui ita mandauerat: & Papa mandauit hoc ad inſtantiam partis. Secundò contra illam gloſſ. allegat Bartol. in l. inter quos. §. alieno. ff. de dam. infect. ubi dicit, quòd iudex ex officio ſuo non poteſt opponere contra inhabilitatem perſonæ comparentis in iudicio. Et idem tenet ibi Imol. reprobata gloſſ. in d. c. j. & negatur, quòd per procuratorem
b fallum iudicium ſit nullum [b]. Nam reſpectu procuratoris non erit nullum, ſed imo ualidum: prout not. in l. licet. C. de procur. & eſt text. in l. Plautius. ff. eod. ſed bene erit nullum reſpectu domini. Et reſpondet ad dictum Innocent. in c. j. de offi. uica. quod loquitur, ubi conſtabat notoriè de ineptitudine libelli: ſecus, ubi eſſet dubium, ſicut eſt hîc de mandato. Tamen illa gloſſ. poteſt ſaluari ſecundum ipſum in cauſis ſpiritualibus, putà in electione: uel poteſt ſaluari, ubi iudicium eſſet in toto, uel ſimpliciter nullum: quia tunc iudex bene ſupplere poteſt: ſecus, ubi non eſſet omnino nullum. Secundò contra illam gloſſ. dicit ipſe: eſt text. in l. filiusfamiliâs. ff. de procur. in §. ueterani. arguendo, quòd ibi ſit ſpeciale, iuncta l. ius ſingulare. ff. de ll. Item allegat do. And. Salí. in l. licet. C. de procur. ubi dicit, quòd illa gloſſ. eſt falſa, ubi pars eſt præſens: ſecus, ſi abſens. Iſtis tamen non obſtantibus tandem ipſe tenet cum illa gloſſ. & dicit, ipſam eſſe ueram: & primò allegat Panorm. in c. j. de accuſat. & Card. in c. dilecti. j. eod. Bald. in l. exigendi. C. de procur. & in l. j. C. ut quæ deſunt aduo. & in l. j. ff. de eden. & Lud. in d. l. inter quos. §. ſi alieno. qui omnes uidentur inclinare in hanc partem, & Bald. in §. ueterani. ubi etiam tenet illam gloſſ. Et amplia illam gloſſ. etiam in arbitro, ſecundum Lud. in l. j. ff. de arbi. & inter cætera alia adducit do. And. pro iſta parte gloſſ. in c. cùm M. de conſtitut. & eſt j. quæ dicit, quòd niſi ille agens habuiſſet mandatum à ſocijs, non fuiſſet admiſſus. SOL. Illa gloſſ. non dicit, quis hîc opponere debeat, an pars, uel iudex. Secundò allegat text. in c. innotuit. de elect. ubi dicit text. quòd iudex ex officio ſuo repulit procuratorem falſum: & ibi illum text. ponderat do. Abb. in fin. ſed reſponde, quòd ibi pars erat abſens, ideo iudex potuit opponere; ſecus, ſi fuiſſet præſens. Vel ſecundò reſponde, quòd ibi cauſa erat ſpiritualis, utpotè electionis, nimirum ſi potuit iudex ex officio ſuo opponere, ut dixit ſ. Imol. Tertiò dicit ſe allegare dictum Innocent. in c. cùm olim. de teſtibus. ubi dicit, quòd iudex poteſt compellere agentem, ut dicat, cuius nomine agat: ergo poterit cogere procuratorem ad oſtendendum, utrùm habeat mandatum. SOL. Ibi non poſſet ferre ſententiam, cùm non poſſet ſciri, in cuius perſonam concipi deberet, & ſic omnino iudicium eſſet eluſorium: ſed non ſic hîc, quia ſaltem ualebit in perſonam procuratoris. Item gloſſ. in l. j. §. procuratores. ff. de magiſt. conue. quæ dicit, quòd iudex ex officio poteſt inquirere de conditione teſtis. Ergo eodem modo de conditione procuratoris. SOL. Negatur iſta conſequentia: nam inquirere de conditione teſtis pertinet ad ueritatem eruendam & ſciendam, ut melitùs poſsit & iuſtè iudicare iudex, quam ueritatem

b *Nullũ*] *Quid ſit nullum, uide do. Soci. in conſilio cclv. incip. In cauſa illorum de Manzinchis. uerſicul. tertiò, quia circa fin. in ij. parte, chart. cliij.*

ueritatem omnino ipſe debet inueſtigare: c. iudicantem. xxx. q. ult. facit l. nullum. C. de teſti. Non ſic in procuratore: quia utrùm habeat mandatum, nec ne, non tangit ueritatem: & hoc non poteſt uerti, niſi in præiudicium ſuum, ſi iudicium teneat, non autem domini, ut ſ. dixi. Et certè contra gloſſ. in d. c. j. ſtringunt rationes Imol. in d. §. alieno. Nec obſtat text. hîc, quia loquitur, quando iudicium eſſet omnino eluſorium.

Et contra illam gloſſ. allego Imol. in c. cùm in iure peritus. ſ. de offi. deleg.
a Et retenta iſta opi [a]. quæ eſt communis, contra illam gloſſ. illam tamen ſalua in tribus caſibus. Primò in caſibus, in quibus ſententia non poſſet exequi contra procuratorem. Qui autem ſint iſti caſus, ponit Bartol. Bald. & Sali. d. l. licet. C. de procurat. Secundò in cauſa ſpirituali, ut eſt cauſa electionis, ſecundum Imol. ut ſuprà dixi. Et eſt caſus in dicto c. innotuit. iuncta gloſſ. in c. cupientes. §. cæterùm. in uerbo, contumacia. de electio. in vj. Tertiò in caſu, in quo pars eſſet abſens, ſecundum Sal. in d. l. licet. C. de procurat. quod non affirmo. Et ſic ex prædictis concludo, quòd iudex ex officio ſuo non inquirit de mandato procuratoris; niſi in tribus caſibus
2 prædictis, ut dixi. ¶ Conſenſus † neceſſarius ad agendum, non eſt neceſſarius ad impetrandum. Ita Abba. hîc. Idem tenet Imol. in c. edoceri. de reſcript. in vj. col. & eſt deci. Rotæ vj. in nouis, in tit. de iudi. incip. Item quòd ualet commiſsio. ubi dicunt domini de Rota, quòd ualet commiſsio facta per reſcriptum impetratum à filio familiâs ſine conſenſu patris, & quòd ſufficit ipſum habere conſenſum, quando poſtea incipiet agere. Ratio: quia non refert, per quem preces porrigantur. Et facit gloſſ. in l. j. C. qui admit. Ad quæ dicit, quòd filius familiâs poteſt implorare officium iudicis, licet non poſsit agere. Contra hoc tamen facit, quia uidetur, quòd imo: quòd ille, qui repellitur ab agendo, debet etiam repelli ab impetrando: quia difficilius eſſe uidetur impetrare, quàm agere. Nam iudicium factũ cum excommunicato coram ordinario parte non opponente tenet & ualet, ut uidimus in c. præcedenti, intelleximus. & tamẽ repellitur ab impetrando, c. j. de reſcript. in vj. Ergo difficilius eſt impetrare, quàm agere. SOL. Dic, quòd excommunicato prohibitũ eſt utrunque, ſcilicet impetrare & agere: & quòd iudicium ualeat cum eo, ſecundum quod diximus in d. c. intelleximus. non eſt, quòd hoc ſit ſibi permiſſum, ſed eſt fauore iudicij, ex quo pars non oppoſuit: ſed hîc non reperitur, quòd conuentus ſit inhabilis ad impetrandum: ideo nimirum, ſi ualet impetratio. Non ſic in excommu
3 nicato, qui eſt inhabilis, d. c. j. de reſcript. in vj. ¶ Vbi † materia eſt ardua, ſemper prælatus debet requirere conſenſum capituli: & ſic econtrá. Ita Innocent. hîc ſingulariter. Addo Innoc. in c. magnæ. de uoto. ubi dicit, quòd epiſcopus poteſt facere ſtatuta, niſi eſſent ſtatuta ardua & concernentia totum clerum. Item addo Innoc. in c. in dubijs. de renunc. ubi renunciationem factam in manibus prælati dicit ualere, niſi eſſet in eccleſia magna: quia tunc etiam requiritur conſenſus capituli ultra conſenſum prælati, quia iſtud eſt factum arduum. Item Innoc. in c. ad aures. de temp. ord. ubi ſingulariter dicit, quòd in arduis requiritur conſenſus capituli: & hoc dictum allegat Abb. in cle. ij. de re. ec. non alie. & Lapus alleg. xlix. incip. licet materia. ¶ Sed quòd non requiratur, ſed ſufficiat conſilium tantùm, eſt dictum Innoc. in c. j. in ptin. de procur. ubi dicit, Prælatus in omnibus cauſis poteſt ſolus cõſtituere procuratorem, niſi eſſet res ardua: tunc enim ſufficit, quòd requirat conſilium capituli. Et Arch. in c. hi. xv. q. viij. ubi dicit, quòd cauſas magnas clericorum non diffinit epiſcopus ſolus ſine conſilio capituli. Et allego Innoc. in c. j. de exceſſi. prælat. ubi dicit, quòd epiſcopus non poteſt imponere graues pœnas clericis, niſi cum conſilio capituli. Et Io. And. in d. c. magnæ. de uoto, ubi dicit Innoc. Epiſcopus non poteſt facere uotum de uerbo, Hieroſolymitana. ſine conſenſu capituli: dicit ibi Ioan. And. uel ſaltem conſilio. Sed credo pro cõcordia poſſe diſtinguí, quòd aut eſt caſus multùm arduus, & tunc requiritur conſenſus: aut non eſt multùm arduus, & tunc ſufficiat conſilium. Et quæ dicantur ardua, ſtatur arbitrio. Ita Innoc. in c. edoceri. in fi. de reſcrip. Et dicas, quòd in bonis diuiſis, licet caſus ſit arduus, non requiritur conſenſus, ſed ſufficit conſilium: ubi uerò bona ſunt communia, tunc
4 requiritur conſenſus. ¶ Vtrùm † monachus canonicus eccleſiæ cathedralis, poſsit eſſe delegatus Papæ, ſicut canonicus ſecularis? Abb. hîc tenet, quòd ſic. Dicit hîc do. And. quòd miratur, quòd Abb. non allegauerit Cal. in d. c. ſtatutum. ubi ſequitur Arch. & tenet contrarium eius, quod Abb. hîc, & multa alia adducit, quæ uideas pro opi. Arch. in quam tandem, tanquam uerior, inclinat. Do. uerò meus de Aret. reaſſumit argumenta Cald. pro opi. Arch. & illis reſpondet. Sed finaliter tenet opi. Arch. quòd monachus canonicus non poſsit eſſe delegatus: quem potes hîc uidere. Ego uerò ultra alios aſſumam unam rationem Domi. in d. c. ſtatutum. in princ. de quo nullus iſtorum fecit mentionẽ, ubi dicit, quòd ius antiquum non corrigitur, niſi quatenus appareat, l. præcipimus. C. de app. Poſito ergo, quod c. ſtatutum. diſpenſaret nõ in ſimplici monacho, ſed in habente dignitatem. Sed monachus canonicus non habet dignitatem. Ergo, &c. Secundò moueor ex doctrina Bart. in l. ſi uſr. ff. de uſuca. pro dona. ubi dicit, quòd quando concurrunt duæ cauſæ inſeparabiles, quarum una nocet, altera uerò prodeſt, attẽditur, quæ nocet. Sed hîc qualitas monachatus eſt inſeparabilis à qualitate canonicatus, & nocet. Ergo debet attendi: & ſic monachus canonicus nõ poterit eſſe delegatus. Tertiò moueor: nam ubi duo pariſicantur in aliquo caſu, in alijs uerò communiter non æquiparantur, non arguitur de uno ad aliud. Gl. eſt in uerb. prorogamus. in fi. in c. conſtitutionem. de regu. iu. in vj. & ibi Domi. Sed regulares prælati & ſeculares ſunt æquiparati, ut habetur in d. c. ſtatutũ. & in d. cle. & ſi principalis. Sed in alijs non ſunt æquiparati. Ergo non erit arguendum iſto caſu de canonicis ſecularibus ad monachos canonicos, cùm iſto caſu non reperiatur facta æquiparatio, ſed tantùm æquiparantur monachi ſecularibus, quãdo ſunt prælati. Præterea ubi in perſona, cui fit cõmiſsio, ſubeſt cauſa inhabilitans, uitiatur commiſsio. Glo. eſt in c. ſtatutum. in prin. in uerb. canonicus. de reſcript. in vj. ubi glo. dicit, quòd ſi cauſa committitur minori xx. annis, licet ſit canonicus, & ſic aliàs habilis: tamẽ uitiatur commiſsio propter minorem ætatem, propter quam redde
5 tur inhabilis ad commiſsionem accipiẽdam. Ergo eodem modo ſi commiſsio ſit facta monacho canonico, licet ſit canonicus, debet tamẽ uitiari commiſsio: quia eſt monachus, & propter hoc inhabilis, per arg. Doct. hîc, cùm debeat ceſſare ab omni ſtrepitu litium, ut liberius uacare poſsit, &c. ¶ Sed † quæro, quid ſi monachus eſſet canonicus eccleſiæ cathedralis ex diſpenſatione, an tunc ſibi fieri poſſet commiſsio? & ſic, an poſſit eſſe delegatus? Videtur, quòd ſic: quia ſolutus eſt ab obedientia, & ſic nulli ſubeſt. Gl. eſt in uerbo, prælato. ibi, ſecus. in cle. in pleriſq; de elect. & gl. pen. in fi. in cle. ij. de celeb. miſſa. & text. eſt in c. ne pro cuiuslibet. xvj. q. j.

a *Retenta iſta opin.*] *Adde tu quartum caſum, uidelicet, quòd ſi agitur non ſolum de commodo priuato, ſed etiã publico, & de honore iudicis, quòd iudex ex officio ſuo poteſt procedere ad commodum priuatum, etiam ſi non petatur à parte. Et hîc modo limitabis communem opi. quæ tenet, quòd iudex non poteſt procedere ad cõmodum priuatũ, ſi illud non petatur à parte. De quo uide do. Abba. in c. j. de accuſat. in iij. col. in fi.*

c. cauſam.

Si ergo Abbas potest ipse esse iudex hac ratione, quia nulli subest, ut dicit gl. in c. de præsentium. xvj. q. j. Ergo eadem ratione talis, cùm per talem dispensationem sit solutus ab obedientia, & nemini subsit, poterit dari iudex delegatus. Et ita sentit Rota in ti. de rescript. decis. viij. incip. not. quòd ubi causa committit. in antiquis. Contrarium tamen credo uerius, quòd non possit esse delegatus, sicut non potest esse, quando est in monasterio: quia per hoc non desinit esse de ordine. Gloss. est in uerbo, mendacium. in fi. in c. quorundam. de elec. in vj. & ibi pulchrè per Domi. adaptãtem multas gl. ad hoc, & melius per beatum Tho. ij. ij. q. clxxxv. arti. ult. ubi cõcludit, quòd in omnibus compassibilibus cum dignitate episcopus monachus remanet monachus: & hinc est, quòd nunquam deponunt habitum: & tex. est in c. de monachis. xvj. q. j. in uerbo, non debent à proposito discedere. Sicut ergo monachus, quando est in monasterio, non potest esse iudex delegatus, quia non posset contemplari, ut hîc per Doct. certè si quando est extra monasterium, non debet à proposito discedere: ut d. c. de monachis. Eadem ratione nõ debet posse esse iudex delegatus: quia per hoc non posset contemplari: & sic à proposito discederet. Præterea monachus non est habilis ad promouendũ ad aliquod beneficiũ ecclesiasticũ, nisi cum dispensatione, saluo, ubi est cura animarum. Ita dicit Host. & plerique omnes in c. quod Dei. de statu monach. & Paul. in cle. fin. de elect. & Domi. in c. ij. lviij. dist. Si ergo non est habilis, nisi per dispensationem, & sit cum eo dispensatum, ut possit esse canonicus, certè ista dispensatio nõ debet extendi, ut uideatur etiam factus habilis ad delegationem: & sic, ut sibi possint committi causæ, cùm dispensatio non extendat, nisi ad consecutiua necessaria, ut habetur in c. at si clerici. §. de adulterijs. s̃. eod. Et si dicas, ergo eodem modo propter hoc esset dicendũ in monacho episcopo: negatur hoc: quia prælatus etiam in religione est habilis: d. cle. & si principalis. de rescript.

6 ¶ Vtrùm † sententia lata pro cõuentu in casu huius capituli ualeret, dato quòd cõuentus intrasset iudicium sine consensu prælati. Abb. hîc tenet, quòd sic: dicit tamen hîc do. And. quòd opi. do. Ant. ꝙ non ualet, est uerior. Adducit gl. in l. ea, quæ. C. quomodo & quando iudex. Et ibi Bar. qui dicit, quòd ideo sententia lata pro absente non est ualida, sicut quando est lata contra scientem non citatum: quia solennitas citationis est introducta ad conseruandum iuris rigorem. Vult ergo Bart. dicit ipse, quòd ubicunq; solennitas introducta est ad rigorem iuris seruandum, qua non seruata actus est nullus in preiudicium eius contra quem geritur: quòd etiamsi geratur in fauorem eius sine illa solennitate, quòd actus sit pariter nullus. Ergo idem erit in casu nostro: quia ista solẽnitas, quòd interueniat consensus episcopi, est introducta ad rigorem iuris seruandũ, ut hîc per ipsum, ubi s̃. Nec obstat iste text. quia Papa hîc expressit tantùm casum, quando sententia esset lata contra capitulũ, non quòd uellet denotare contrarium, quãdo esset lata pro eo: sed quia hoc frequentiùs accidit, etiam est uerisimilius, quòd prælatus reclamaret, quando sententia esset lata contra capitulum, ꝙ quãdo esset lata pro capitulo. Et ita residet hîc ipse multùm gloriãs, & dicẽs, hoc esse suum nouum inuentum. Do. autẽ meus de Aretio dicit, quòd Imol. hîc tenet contra do. Ant. ꝙ imo sententia ualet, pluribus argumentis, de quibus hîc qui eum. Tandem ipse ita distinguit, quòd aliquando conuentus fuit in iudicio in propria causa, ut quando est diuisa administratio: & tunc, quia consensus superioris uidetur requiri, nisi fauore ecclesiæ, quæ repræsentatur in conuentu. Et isto casu uera sit opinio Ioan. And. Abb. & Imol. quòd ualeat sententia: quia idem est in minore, ut hîc per Imo. in argumentis. Sed sic est, quòd dispositio loquẽs in minore, trahitur ad omnes personas similes. Glo. est in l. ij. C. de curat. fu. modò ecclesia & minor æquiparent: Ergo, &c. Aliquando uerò conuentus fuit in iudicio in causa communi: & tunc tandem firmat ipse, quòd sententia erit nulla: & sic, quòd isto casu uera sit opi. do. Ant. & respondet omnibus argumentis factis in contrarium. ¶ Vtrùm autem talis sententia possit ratificari? Bart. & gl. in l. si mater. §. hoc iur. ff. de except. rei iud. tenent, quòd sic. Ratio: quia ubi actus est nullus propter defectum consensus, semper potest interuenire consensus. Ergo si prælatus hîc consentit ex pòst facto, ualebit sententia lata pro cõuentu. Et pro hoc est casus in c. si qua de rebus. xij. q. ij. Et in ecclesia & minore hoc est clarum, & omnes tenẽt.

7 ¶ Sed † an maior possit ratificare sentẽtiam latam pro falso procuratore, est maior dubitatio: & quòd nõ possit, arguitur primò sic: nam si dominus scit falsum procuratorem litigare, & tacet ut expectet euentum sententiæ, uidetur esse in dolo & fraude, & resultabit inæqualitas ex hoc: quia nõ ualebit sentẽtia lata cõtra ipsum, & tamẽ ualeret in effectu lata pro eo: & hoc cum dispendio partis aduersæ. Ergo non debet posse ratificare, ne surgat ista inæqualitas contra l. fin. C. de fruct. & li. expen. Sed huic rationi respondet formaliter hîc Areti. ꝙ ubicunq; resultat inæqualitas ex dolo, uel culpa eius, contra quem insurgit, quòd tunc toleratur inæqualitas, l. eleganter. in princ. ff. de dolo. l. Iulianus. §. si pupillo. ff. de acq. em. Sed hîc ista inæqualitas surgit propter culpam partis aduersæ, quæ non opposuit exceptionẽ falsi procuratoris, uel saltem non petijt sibi caueri de rato: ergo, &c. Nec dicitur dominus tunc esse in dolo, si est usus iure & facultate sibi cõpetenti, & imputet sibi pars aduersa, si sibi non prouidit, ex quo facilimè aduersus hoc poterit esse sibi consultum. Secundò contra hoc arguitur de doctrina Salic. in l. si tutor. C. in quib. cau. in integ. rest. non est neces. ubi dicit, quòd talis sententia lata pro falso procuratore non potest à domino maiori ratificari. Ratio est: ratihabitio non potest fieri intra tempus, uel in tempore, quo actus de nouo geri non posset, l. bonorum. & ibi Bartol. ff. rem rat. hab. Sed post latam sententiam non posset de nouo ferri sententia, neq; fieri acta, quia finita est instantia, ut l. iiij. C. depo. Ergo non poterit ratificari. Sed dato, quòd de nouo posset ferri sententia, non tamen in tam modico spacio temporis possent fieri acta, quo ratificatur ipsa sententia. Huic arg. respondet hîc do. meus, & pulchrè, quẽ uideas in pen. col. ad fin. & seq. Tertiò contra hoc etiam arguitur de illo motiuo Salic. ibi s̃. nam dicit ipse, hîc non cadit ratificatio: quia quod non est gestum meo nomine, non possum ratificare in mei fauorem, ut est text. in c. cùm quis. de sent. excom. in vj. & in regula, ratum. de re. iur. eod. lib. Respondet hîc Aret. in ult. col. & bene, & ornatè, quem uideas: & ita residet hîc do. meus,
8 quòd talis sententia poterit ratificari. Et † ex prædictis omnibus & dictis Doctorum in hoc articulo nascitur pulchra conclusio, quòd si res bene geritur, ualet actus cessantibus solennitatibus, quæ requirebantur, qui aliàs non ualeret, si malè gereretur. Et pro hoc primò allego text. in c. quia quibusdam. in fin. de fideiusso. ubi monachus non potest fideiubere, & tamen, si fideiubet pro utilitate capituli, ualet fideiussio. Secundò allego gloss. fin. in c. j. de schisma. ubi ualent acta facta per prælatum schismaticum, si bene gessit. Item allego gloss. fi. in c. & dixit dominus. de consecrat. distinct. ij. quæ dicit, quòd gesta per prælatum hæreticum ualent, si bene gessit: & gloss. in c. nihil est. in uerbo, administrent. in fin. de elect. quæ dicit, quòd si prælatus intrusus contraxit & utiliter, ualet contractus: & gloss. in c. qualiter. eod. tit. quæ dicit, quòd electus nondum confirmatus si administrauit, bene, ualent acta per eum: & do. Ant. in c. cùm olim. el ij. de priuilegijs. ubi dicit, quòd contractus monachi, qui contraxit sine licentia Abbatis, ualet & tenet, si bene gessit & utiliter contraxit. Item allego gloss. in l.

in l. ij. ff. de accepti. quæ dicit, quòd ualet acceptilatio solius pupilli, si ex ea consequitur liberationem: Et ibi dicunt Ange. & Imo. quòd statutum prohibens pupillum contrahere sine consensu propinquorum, non habet locum, si utiliter contrahit sine eorum consensu. Et idem tenet Ang. consil. suo ultimo, & Bald. in l. ij. C. si seruus ero. se. Item allego Domi. in c. j. post princ. de pact. in vj. ubi dicit, quòd licet clericus non possit facere pactum sine licentia prælati, tamen si facit & utiliter, ualet. Allegat Ioan. And. hîc. Contra hæc tamen fortiter arguitur: nam alienatio rei ecclesiasticæ sine solennitate etiam in euidentem utilitatem ecclesiæ non ualet, neque tenet. SOL. Prædicta procedunt, ubi solennitas non est introducta pro forma, sed merè in fauorem prohibiti secus: ubi uerò pro forma, ut est in alienatione rei ecclesiasticæ. Ita colligitur ex his, quæ scribit Bal. in l. fin. §. necessitatem. col. vij. C. de bonis, quæ libe. ubi dicit, alienationem rei ecclesiasticæ fore nullam, non interueniente solennitate, in casu etiam utili: & Abb. in c. tua. col. ij. de his, quæ fiunt à prælato sine consensu ca. quicquid dixerit Bal. in l. quicunque. C. eod. tit. C. de bo. quæ lib. & in l. contra iuris. ff. de pac. Secundò intellige prædicta, nisi solennitas esset introducta ad conseruandum iuris rigorem, secundum Bar. in l. ea quidem. C. quomodo & quando iud. ¶ Tertiò limita in casu l. iij. §. in bello. ff. de re mili. ubi egressus aciem capite punitur, licet bene gesserit, ne alius sub eadem spe rumpat obedientiam. Extra uerò illum casum non credo, quòd ita esset, per tex. in c. fi. §. fi. & ibi gloss. allegat illum §. in bello. xxij. q. ij. ¶ Sed deueniendo nunc ad principalem q. nostram
9 suprà motam, quòd † imo sententia lata pro falso procuratore ualeat, & teneat in effectu, & sic possit ratificari: ultra dominum meum allego Pet. de Anc. consil. cxxiij. inci. Vnus ex procuratoribus Baldasar. ubi ipse tenet, quòd imo talis sententia poterit ratificari, reprobato Sal. ibi s̃. quia omnia gesta nomine meo ratificare possum. Item allego Imo. in c. cùm in iure peritus. de offic. dele. in xiij. col. & ulti. ubi tenet idem. Dicit tamen ibi Imo. quòd Cal. in c. cùm olim. quod est sequens, C. eod. tit. de offic. dele. dicit, quòd imo talis sententia non potest ratificari per dominum, & dicit ibi, quòd ita fuit obtentum in curia. Et idem tenet Rota, quòd non possit ratificari talis sententia, postquàm est lata, licet antè posset, in ti. de procur. decisio. j. in antiquis. Tamen dicit ibi Imo. quòd si casus occurreret in facto, res esset dubia propter tot discrepantias: & sic Imo. ibi residet tandem quodammodo ut perplexus. Sed certè quòd possit ratificari, tenet Ang. in l. licet. ff. de iudi. ubi dici potest ratificari contra se. Ergo certè inconueniens esset, quòd non posset ratificari pro se. Et hanc partem tenet etiam do. Floria. in d. l. si tutor. & ibi dicit, quòd fuit aduocatus unà cum Ang. & quòd obtinuerunt hanc partem. Et nõ obstat, quòd aduersarij intersit: quia sibi imputet, quare non opposuerit in toto iudicio talem oppositionem, quam potuisset opponere. Et sic cadit ratio dominorum de Rota ibi suprà, quòd non possit ratificari: quia hoc esset in præiudicium partis. Et hanc partem tenẽt Doc. j. allegandi, & firmat Imo. in l. sæpe. col. xv. ff. de re iud. Et sic ab ista opi. tanquam communiori [a], non est recedendum aliquo modo in iudicando & cõsulendo. ¶ Fallit tamen primò hæc opinio communis, nisi procurator egisset in materia requirente spirituale mandatum. Gl. in c. nonnulli. in uerbo, mandato. post princip. de rescrip. ¶ Fallit secundò, ubi procurator mentitus est se esse procuratorem coram principe. Dictum est Innocent. in c. ex parte decani. de rescrip. de quo Bal. in l. falsus. suprà. de furtis. & ibi Ang. in repe. Contrarium tenent & Imo. & Card. in d. c. nonnulli. sed malè propter sequentem fallentiam. ¶ Fallit tertiò, ubi allegasset se habere mandatum coram inferiori. Hæc est decisio Bal. in l. Iulianus. ff. qui satisd. cog. per tex. in l. si quis obrepserit. ff. de fal. ibi, si quis obrepserit præsidi, nihil agit. Et idem tenet Bal. in d. l. licet. ff. de iudi. quia si comparuit cum commemoratione mandati, tunc est fundituùs falsus: & ibi dicit, quòd habuit istam fallen. à Bar. uiua uoce. ¶ Fallit quartò, nisi fuisset reuocatus, & tamen continuauit: quia tunc gesta per eum ratificari non possunt. l. est in l. dispensatorem. ff. de sol. & in d. c. ex parte. in fi. de rescrip. & tenet Ang. in l. licet. ff. de iudi. ¶ Limita hoc, nisi ratificarentur in præiudicium domini: quia tunc bene potest ratificare. Imo. in c. mandato. de procur. in fi. & ibi dicit, quòd si talis procurator exegit à debitoribus, & præstitit cautionem de rato, quòd liberatur procurator, si dominus habuit ratum. ¶ Fallit quintò, nisi ratificatio esset in præiudicium tertij. Ita Bal. in l. obseruare. §. fi. ff. de offi. proconsul. Quod intellige uerum, nisi alteri posset culpa asscribi per ea quæ dicta sunt s̃. ¶ Fallit sextò, nisi statutum requireret mandatum: quia tunc non sufficit ratihabitio. Bal. in l. si uxorem. in ij. col. C. de cond. inser. & in d. l. obseruare. §. fi. Ratio: quia statutum requirit casum uerum, l. iij. §. hæc uerba. ff. de neg. gest. Sed ratihabitio est fictum mandatum. Ergo, &c. ¶ Fallit septimò, nisi esset sententia latã contra absentem non contumacem: quia tunc ille, pro quo est lata, non potest habere ratam. Ita Ang. in d. l. licet. ff. de iudi. & ibi dicit se audisse uiua uoce à Bar. rationem, de qua ibi per eum uideas: & ponit Rom. singu. suo, de quo infrà in ix. fall. ¶ Fallit octauò, nisi uictori possit imputari mora circa ratificationem. Ita Bal. in d. l. licet. alleg. not. in l. j. ff. de neg. ges. ¶ Fallit nonò, si pronunciatum fuisset, mandatum non sufficere. Hoc uoluit Bal. in authen. ei, qui. in j. col. C. de temp. ap. Ratio: quia ratihabitio domini post sententiam non potest trahi retro in præiudiciũ iuris iam quæsiti parti aduersæ ex sententia. De quo facit festũ Rom. sing. suo dclxxix. inci. tu audisti. l. si tutor. col. lxxix. ¶ Decimò fallit, nisi procurator esset admissus cũ cautione de rato, iuncta protestatione, quòd si apparuerit eum non habere mandatum, omnia habeantur pro infectis: tunc enim gesta per eum non possunt ratificari. Ista est practica, quam dat Bart. per illum tex. in l. inter quos. §. si alieno. in fi. ff. de dam. infec. Et ibi dicit Imo. esse mirabile hoc in practica, & meminit de hoc etiam Lud. in singulari superiùs alleg. & pro hoc facit, quod uult do. Ant. in c. j. in vj. colum. de re iudic. ubi dicit, quòd licet appellans uideatur approbare gesta per quemcunque, tamen fallit, nisi appellans appellaret dicendo, Saluo mihi iure dicendi de nullitate. quia si appareret sententiam latam ad instantiam procuratoris incompetentis, tunc ille non obstante appellatione poterit opponere de nullitate mandati.
¶ Fallit undecimò, nisi esset talis, qui non fuit, nec potuisset esse procurator: tunc enim gesta per illum non possunt ratificari. Gl. est in d. l. licet. suprà alleg. & ibi Bal. Et est ratio: quia ratificatio non potest supplere circa defectus substantiales. ¶ Vltimò & duodecimò fallit in gestis à nuncio falso: quia ratificari non possunt: quia ibi est totale mandatum. Ita Cy. & ibi Bal. in l. multum. C. si quis alteri, uel sibi. & Bar. in l. qui aũt. §. fi. ff. de consti. pecu. & in l. falsus. §. j. C. de furtis. & in l. obseruare. §. fi. ff. de offi. procõ. & leg. Et hãc fallẽtiã ap-

a *Communiori]* *a* *Ad quàm materiã uide etiam latè per do. Ias. May. in d. l. licet. C. de procur. limitantem xij. modis, & dicentẽ idẽ quod communis opin. est, quòd processum & sententiam latam in fauorem falsi procuratoris potest dominus ratificare, siue sit minor, siue maior, per tex. in d. l. licet. ubi Bar. & Domi. ff. de iudic. alleg. in tex.*

probat & sequitur Pe. de Anch. in c. fi. in ij. col. de procurat. in vj. Et per hæc remaneat expedita pro nunc hæc decretalis.

SVMMARIVM.

1 Brachium seculare non inuocatur, nisi in subsidium.

2 Clericus an possit capi pro criminali causa de mandato episcopi.

3 Clericus criminosus fugiens, an possit capi à laico, si eius non intersit.

4 Clericus debitor fugiens, an possit licitè capi à laico.

5 Notorium an fiat, si quis capiatur in flagranti crimine, ita ut possit puniri absq; alia probatione.

6 Statutum si punit deprehensum de nocte, non habet locum in uiso de nocte.

7 Episcopus si non poterit emendare clericum, debet iudicio regis in exilium mitti.

8 Ecclesia an possit aliquem priuare militia in foro pœnitentiali & contentioso.

9 Iudex secularis an possit apprehendere clericum data una incorrigibilitate.

10 Beneficium, quo quis est priuatus, ipso iure non potest alteri conferri, nisi præcedat declaratio.

11 Terminus ad defendendum an debeat dari in materia notoria.

12 Appellari licet non possit à pœna legis, uel statuti, tamen à sententia declaratoria pœnæ bene appellatur.

13 Episcopus non fit irregularis, licet clericus moriatur in carcere, nisi ei denegata fuerint alimenta.

CAPITVLVM X.

Cum non ab homine.

¶ Clericus depositus incorrigibilis excommunicandus est, & successiuè anathematizandus est: & si sic nõ resipuerit, per iudicem secularem comprimendus est. H.D. ¶ No. hîc do. meus in v. not. col. j. quòd dictio, Alius. facit, quòd clausula sequens restringatur ad similia expressis. Circa hoc non insisto: sed uide, quæ posui in c. sedes. col. ij. & tribus seq. & in vj. col. in uersic. secunda declaratio. & in vij. col. in uersic. quarta declaratio. & col. fi. s. de rescrip. ¶ Not.
1 hîc do. An. quòd † brachium seculare non inuocatur, nisi in subsidium. Et uide de hoc in c. j. de offic. ordi. ubi multa posui anno præterito. ¶ In gloss. j. Dicit hîc Abbas, quòd potest clericus fugiẽs etiam capi per laicos. Dicit hîc do. And. quòd pro opinione Abb. facit dictum Bal. in c. j. §. si quis. de pa. iu. fir. in usibus feud. ubi dicit, quòd clericus malefactor potest capi à laico, ut præsentetur episcopo incontinenti, per dictum Inno. in c. ut
a famæ[a]. de sen. excom. secũdò. Pro Abb. allegat etiam Bal. in l. si qua per calũniam. C. de episco. & cle. Sed contra Abb. pro opi. Host. & do. Ant. allegat Bal. hîc, qui dicit, quòd si custodes uillæ tenentur capere malefactores, non possunt capere clericos: quanto ergo minùs priuati. Sed responde, quòd Bal. non loquitur in casu fugæ. Dicit tamen do. Andr. hîc post Bal. quòd si clericus fugeret cum pecunia, possum capere, nisi restituat pecuniam incontinenti. Tandem hîc ipse in xij. col. sic distinguit: an clericus fugiens possit capi, quòd aut crimen est committendum, & isto casu licita est captura, & habet locum opi. do. Abb. aut uerò crimen est iam commissum, & tunc non habet locum opi. Abb. sed contraria Host. & do. Ant. primò allegat pro hoc gloss. in c. ij. de hæret. ubi dicit gloss. quòd in crimine committendo potest inferior corrigere superiorem: non sic in iam commisso: quia tunc solus superior corrigit. Secũdò allegat Archid. in c. si putauerit. ij. q. j. in iiij. col. ubi dicit, quòd correctio fraterna, de qua in c. nouit. j. eo. est de præcepto, in eo qui uult committere crimẽ, ut teneamur corrigere ipsum: secus in eo, qui iam commisit. Tertiò allegat do. Ant. in c. ex parte Adæ. de testi. ubi dicit, quòd contra clericum promouendum auditur quilibet de populo, sed non contra iam promotum. Item allegat Inn. in c. j. de postul. prælat. ubi dicit, quòd in crimine committẽdo potest inquiri sine infamia: secus in iam commisso: & Abb. in c. cùm in tua. de spons. ubi infamis potest denunciare crimen committendum, sed non iam commissum. Allegat & alia multa, de quibus hîc per eum in d. xij. col. & seq. Et sic ex prædictis concludit ipse, quòd eodem modo debemus dicere, quòd laicus possit capere clericum uolentem committere crimen: secus, si iam commisisset: quia tunc nõ est licita captura. Et mouetur primò, quia ad eos spectet captura clericorum, ad quos etiam spectat ipsorum correctio, ut probatur in d. c. ut famæ. Sed correctio clerici nullo modo spectat ad laicum. Ergo etiam ad eum non spectabit captura. SOL. Negatur hoc, quòd qui non potest corrigere, non potest capere. Nam Inno. in d. c. ut famæ. laici, ut familia potestatis potest capere clericũ incorrigibilem, ut ibi dicitur: & tamen non potest corrigere. Ista sol. non placet mihi: quia illud quod dicitur in d. c. ut famę. habeat locum ad mandatum prȩlati, ad quẽ pertinet correctio. Et ratio est, ut ibi dicit tex. quia tunc laici ipsi capere nõ uidentur, sed prælatus, qui mãdauit: quia qui per alium, &c. Ergo innuit, quòd aliàs non liceret sine mandato. Ergo contrà sol. do. Phil. Symon. ADDITIO. *Vnde melior est alia sol. quã dat hîc do. Philip. quòd cap. ut famæ, non loquitur de clerico fugitiuo: tamen adhuc ista sol. potest morderi, quia ratio dicti c. ut famæ. est generalis, ut ad quos non spectat correctio. Philippus Symoneta, &c.* Secundò mouetur Barb. per illud, quod scribitur in c. sacerdotibus. xj. q. j. ubi dicitur, noli tangere christos meos: ergo uidetur, quòd etiam non possit capere. SOL. Sequeretur, quòd etiam de licentia capi non possent, quod est contra dictum c. ut famæ. Sed ista sol. potest morderi, ut præcedens. Tertiò adducit j. c. de homi. in vj. arguendo ibi per locum à speciali: ergo in alijs casibus in contrarium est ius commune. SOL. Dic, quòd ibi est speciale, quòd capiatur, etiam non fugitiuus: sed quòd fugitiuus capiatur, non est speciale: quia hoc est de iure communi, ut hîc per Abb. ¶ An autem liceat capere clericum debitorem fugientem? Dicit hîc do. And. quòd omnes doctores errant, allegando l. ait prætor. §. si debitorem. ff. quæ in frau. cred. quia ille §. non dicit, quòd licitum sit capere personam: sed quòd si fugit, quòd licet mihi capere pecuniam, quam secum portat. Secundò allegat, ꝙ non possit capi clericus, Imo. & Hostien. in c. j. de depo. ut hîc uidere poteris in xiij. col. iij. uersic. capio. Ideo non transcribo. ¶ Dominus uerò meus de Are. hîc in ij. & iij. col. multa scribit, & tandem cõcludit, quòd aut loquimur in delicto committendo, & procedit dictum Abb. & sequacium, ut clericus retrahatur à delicto. Aut uerò loquimur in delicto iam consummato: & tunc non habet locum opi. Abb. rationibus, de quibus hîc per eum, quem uideas, qui ponit etiam, qualiter debeat intelligi licentia concessa potestati seculari de capiendo clericum, secundum consilium do. Anton. hîc: & distingue, ut hîc per ipsum post Ancha. in regula, ea, quæ fiunt. in xxj. q. ad fi. ¶ Vtrùm autem clericus fugiens, qui est su-

a *Vt famæ] Et ibidem ad hoc uide Panor. in j. col. in fi. uers. & infert. & pulchrè hîc in iiij. columna, in princ. in uersic. & hac ratione puto. Et adde planè per do. Alex. de Imol. in l. iij. ff. de fur. ubi etiam ad hoc uide Bar. & adde Lapum in alle. cxxvj. col. cxxij. & Bal. in Marg. uer. clericus. uersic. xviij.*

a *In criminali] Adde tu, quòd clerici delinquentes possunt capi, ut præsententur episcopo, etiam à laico, & hoc in ipso actu delinquendi, uel immediatè pòst: sed ex interuallo nemo potest eos capere, nisi ex concessione episcopi. De quo uide Ioan. And. in c. ut famæ. de sen. excom. Adde Bart. in l. similes. C. de exhib. reis. do. Alex. de Imo. in l. ait prætor. §. si debitorem. ff. de his, quæ in frau. Credi. Et ideo dicit Bal. Ang. & Imo. in c. qui ergo. §. si hæres. ff. de leg. j. quòd pater inueniens clericum adulterãtem cum filia, si ipsum occidat, non incurrit pœnam Canonis. Adde etiam, quòd pro bono publico quilibet potest capere fugiẽtem: ut est textus in l. generaliter. C. de dec. lib. x. no. Bart. in l. neminem. C. de exhibend. reis.*

b *Clericus criminosus] Adde, quia contra doctrinã dom. Abbatis in isto text. positã facit text. in c. si uerò. in fi. de sent. excom. ubi expressè dicitur, quòd non licet clericum inuentum in adulterio, uel stupro, capere, & etiã uiolentas manus imponere, nisi sint personæ quædam coniunctæ, quæ ibi notantur. Et quãuis possit ad illum tex. responderi, quòd procedat, quando clericus non est in fuga, uel non est uerisimile, quòd fugiat: hîc tamẽ multùm restringit illam rationẽ, cùm in dubio manifestum est, seu uerisimile, quòd deprehensus in maleficio, timore ne captus ponatur ad torturã, quòd ipse fugiet, ut est casus notabilis in c. ut famæ. de sent. excom. Et ad hoc facit tex. in l. j. ff. de bon. eorum, qui sibi mort. consci. & ibi Bar. ubi probatur, quòd accusatio est iustus metus, propter quem ille, qui fugit, præsumitur fugisse, eadem ratione faciat, quòd uerisimile sit, accusatum debere fugere, & sic custodiatur: quia iustus timor præsumitur mouere quẽlibet ad faciendum, ut euadat à periculo: ut patet in tot. tit. quod me. causa. Vnde, quia deprehensus in crimine præsumitur fugitiuus, & legis depositio faciens regulam, debet adaptari ad ea, quæ communiter contingunt: l. nam ad ea. ff. de leg. Vnde si tex. illi in d. §. si uerò. de sen. excom. uoluisset in illo casu, quo clericus non posset fugere, uel non esset uerisimile, quòd fugeret, non licere eum capi, non erat simpliciter ponenda regula negatiua, cùm iste casus de facto contingat: & sic quodãmodo contra naturam deprehensionis in delicto personali. Vnde non placet intellectus ille ad illam decretalem. Adde ergo, quòd ubi cleric⁹ est repertus in delicto, & continuat delictum, & nõ desisteret à delicto, nisi caperetur à laico, tunc licet unicuiq; laico capere eum, & ligare. Ita dicit Abbas in c. si uerò. de sent. excõmu.*

est suspectus debitor, possit à me capi, uide etiam hîc ipsum in iiij. col. in uer. quæritur, nunquid. qui tandem concludit, quòd sic: & idem tenet Imo. in c. j. de depo. dicens hîc Are. quod licet regulariter sit uerũ, quòd clericus capi non possit pro debito ciuili, fallit tamen ubi est suspectus de fuga, per dictum Imo. in dicto c. j. de depo. quam opini. dicit esse multum
2 æquam. ¶ Sed † tu uideas Gemi. xlv. distin. in summa, ubi ponit tria. Et pri
a mò dicit, quòd in criminali[a] nunquã est licitum capere clericum etiam de mandato episcopi: & qui capit, est excommunicatus, nisi sit incorrigibilis: & hoc fuit dictum Archi. ibi. ¶ Item dicit, quòd si iudici non constat, nec per probationes, nec per præsumptiones, quòd deliquerit, quòd capi non potest, & capientes sunt excommunicati, etiamsi illis committatur. Hoc dicit Ioan. An. in c. si clericos. C. de sen. excommu. in vj. per tex. ibi in uerbo, excessus commissos. & ibi dicit, quòd multi illaqueantur ignoranter. Si uerò cõstat præsumptiuè, tunc bene potest capi. Ita Domi. ibi allegat c. j. de depo. ubi non constabat clericum habuisse pecuniam: sed quia Papa audiuit, quòd habebat loculos, fuit captus. Secundò pro hoc allegat tex. in c. super eo. de crimi. fal. ubi clericus utens literis falsis ponitur in carcere, & tamen non constabat quòd falsificasset. Tertiò allegat cle. j. de hære. ubi inquisitor potest ponere sine episcopo clericum hæreticum in carcerem, sed non ad torturam sine episcopo: modò ad torturam quis nõ ponitur, nisi in defectum probationis. Ioan. And. in c. cùm in contemplatione. de regu. iur. in vj. Ergo fuit captus ibi ad præsumptionem: quia si cõstitisset ex ueritate delicti, non esset opus ponere ad torturam. Præterea allegat c. ut inquisitores. §. j. de hæreti. in vj. & ibi etiam dicit, quòd si capi non posset, nisi constaret de delicto, sequeretur quòd nunquam torqueri posset: quia tortura fit solùm, ut constet. Ergo est signũ, quòd potest capi ex præsumptione. Ista residet ibi s. Domi. ubi discutit illud dictum Archi. ibi & Io. Andr. in d. c. clericos. Et ista omnia reassumit etiam Domi. in d. c. clericos. discutiens, an bene loquãtur Arch. & Ioan. And. & ibi dicit, non obstare huic suæ conclusioni tex. in c. si custos. xxvij. q. j. quia dicit ipse, quòd loquũtur de captura & carceratione perpetua, quæ propter delictum uenit loco pœnæ. Et ista dicit ipse. Benè fateor non pos-
3 se fieri, nisi plenè constet de delicto.
b Clericus † criminosus[b] fugiens potest capi à laico, etiamsi eius non intersit. Ita Abbas hîc, & Car. in cle. j. in j. q. de offi. or. & ibi Imo. in ij. col. Et dicunt ipsi: Excommunicatio non incurritur, nisi pro peccato mortali, c. nemo. xj. q. ij. Sed capiẽs clericum criminosum non peccat: quia hoc facit authoritate l. capite quinto. ff. de adul. quæ non est correcta per c. si quis suadente. xij. q. iiij. Et faciens aliquid authoritate legis, non dicitur peccare, l. Gracchus. C. eod. tit. de adulte. & c. qui peccat. xxiij. q. iiij. cum si. Et hãc partem tenet Ang. in d. l. si quis in seruitute. ff. de fur. Domi. in c. si quis clericum. l. dist. ubi limitat, nisi posset adiri superior: & Bald. in §. furtorum. Insti. de obliga. quæ ex delic. & Lap. alleg. cxxvj. incip. Quidam in carceribus publicis. Sed certè ibi nihil dicit. Non ob. c. si uerò. de senten. excommu. quia licet fuga in procinctu tantum operetur, quantum fuga in actu: glo. & Bal. in l. pignoris. C. de pign. tñ ibi non apparet, quòd esset in procinctu fugæ clericus, nec est ueri simile, maximè ubi non esset deprehensus in fragranti crimine, & non à pluribus. Et in effectu tãdem teneas istam opi. propter tot & tantas authoritates, si bene animaduertisti. Licet hîc Docto. uaria dicant, tamen communiter omnes quasi in hanc opi. inclinant. Item etiam ex prædictis dictis Doct. hîc potest colligi, quod commu
4 niter tenetur, quòd † clericus debi-
c tor[c] fugiens potest licitè etiam à laico capi. Et pro ista conclusione est dictum Archi. in c. abbates. xviij. q. ij. & do. Ant. in d. c. si uerò. de senten. excom. Imo. in c. lator. in ij. col. de pig. Abb. in c. ut famæ. de senten. excom. & Imo. & Card. in d. cle. j. de offi. ord. dũ modò, quàm citiùs fieri potest, præsentetur episcopo, secundum Host. in d. c. si uerò. & dom. Ant. ibi. Item, nisi offerret satisfactionem propriam, uel cautionem idoneam: quia si ille non acceptat, erit excommunicatus, secundum Bal.
5 hîc. ¶ † Vtrùm autem deprehensio in flagranti crimine faciat notoriũ, ꝙ possit puniri absq; alia probatione? Do. Abb. hîc post aliqua cõludit, ꝙ deprehensio laicorũ tunc demũ inducit notorium, quando induceret etiam notorium contra laicum deprehensum à laico. Sed aduerte: quia Abbas hoc non dicit, sed bene dicit, quòd in casibus, in quibus nõ induceretur notorium, si laicus deprehenderetur à laico, uel clericus à clerico, tãto minus faceret notoriũ, si clericus deprehenderetur à laico: non aũt dicit, ꝙ in casu, in quo laicus deprehenditur à laico, & facit notoriũ, ꝙ etiã isto casu faciat notoriũ cõtra deprehẽsum à laico; & uide Domi. in c. si quis

c *Clericus debitor] Adde tu, q. clerici, uel monachi in sacris constituti, nõ possunt capi etiã per iudicem ecclesiasticum, pro debito ex contractu, uel quasi. Ita Io. And. in c. si clericos. de sen. excom. in vj. secus, si est debitor ex delicto,*

ctio, uel ex cõtractu ratione delicti. Ita Scribentes in c. j. de depo. sicut etiam uidem⁹ in doctoribus, in l. medicos. C. de profess. & med. lib. x. Adde tamẽ, quòd si clericus fugeret cum re, quã furripuit, nec ex solo clamore dimitteret rẽ, tunc laico licet capere clericum. Et hoc modo intelligas, quòd si clericus debitor aufugit, adeò quòd aliter ipsi creditori consuli non potest, tunc licet ipsi creditori laico capere clericum debitorem fugientem: ut hîc per do. Abbat. quem omnes sequuntur.

diaconus. l. dist. ubi tenet idem in fi. et uide gl. & tex. & ibi Dom. in c. de his. l. distinct. & bene facit tex. in c. si Papa. in uerbo, deprehensus. & ibi Domi. xl. dist. & in c. si laici. & ibi Domi. xxxiiij. distinct. & in c. clericus. lo j. & ibi etiã Domi. xlvj. dist. Et isto casu scias, ꝙ ad ꝓbandã infamiã laicus facit indiciũ, & non dicitur per hoc testis cõtra clericum: sed potiùs dicitur quædã examinatio ad informandũ. ¶ Si † statutum punit deprehensum de nocte, nõ habet locum in uiso de nocte. Ita Ange. in l. j. C. de petit. bono. subla. lib. x. Allegat bonum tex. in l. si barsatorem. C. de fideiuss. ubi non dicitur inuentus, qui solùm fuit uisus, si etiam non fuit deprehensus. ¶ In gloss. in uerbo, excommunicari. uide hîc Abb. in v. col. in uersicul. nunc uenio. qui sequitur Io. Andr. quem & ego sequor. Vide, quæ posui in c. Pastoralis. §. preterea. de offi. ordi. in gloss. in uerbo, postmodum. Hæc gloss. bene loquitur in omnibus, & de hoc uidimus in c. at si clerici. §. eod. Ideo omitto. ¶ Re- 6
spectu † pœnæ exilij uide tex. in c. ij. 7
de clerico excom. minist. ubi dicit tex. si episcopus uerò minimè emendare potuerit, iudicio regis in exilium ad requisitionem episcopi mandetur. Nec obstat c. j. de calum. quia non loquitur propriè de exilio, propter doctrinam Archid. in c. cùm beatus. xlv. dist. ubi declarat, qualiter canon habet tria exilia. Et sic tex. noster in fin. loquitur de ꝓprio exilio. Vltra Abb. hîc, quas pœnas habeat ecclesia, uide c. quamuis. de pœnis. in Sexto, & 8
in c. à nobis. de apostatis. ¶ Item † ecclesia potest aliquem priuare militia, & in foro pœnitentiali & contentioso. Tex. est in c. præceptum. in uerbo, & à Palatinæ dignitatis officio separabunt. xxxij. q. v. & in c. nullus. el iij. xj. q. j. in uerbo, cinguli condemnatione plectetur. & in c. ij. de pœni. & remis. in uerbo, militiæ cingulo careat. Item adde, quòd aliquãdo canon ostendit, qua pœna possit secularis punire clericum. Ita intelligitur tex. in c. si in synodo. lxiij. dist. in uerbo, ultimis supplicijs. & ibi Archid. dicit, denotat pœnam, quam secularis potest imponere: & est tex. in c. omnis autẽ. ibi, capite plectatur. iij. dist. Nam intelligitur, id est, per eum, qui potest: & in c. delatori. v. quæst. sexta, & ibi gloss. in ca. si quis rapuerit. xxviij. quæst. j. in uerbo, capitali periculo. & Archid. in c. officia. xxiiij. q. v. ubi dicit, quòd princeps faciens legem, per quam sequatur mors hominis, non fit irregularis: quia non animaduertit per hoc in certam personam, nec uoluit aliquem occidere, quando legem fecit, sed homines deterrere ab officiendo & maleficia perpetrando: & uide text. in c. ex literis. de excess. prælato. ubi imputatur illi episcopo, qui dixit esse malum, quòd non moreretur: & ibi dicitur, quòd est irregularis: sed illud ideò ibi fuit, quia erat in facto: secus, si de iure respondisset, nec fuisset in facto. Et ideo idem dicendum, ubi fit lex generalis de puniendo committentes tale delictum. Non enim designatur per hoc certa persona. Item adde prædictis, quòd aliquando ecclesia ponit aliquem in perpetuo muro. Tex. est in c. j. in uerbo, perpetuò immurandus. de hæret. in Sex. & in c. ut commissi. eo. tit. in uerbo, Carcere, uel muro. Item imponit mulieri, quæ habuerit duos uiros, ut sibi tondeantur uestes, & abscindãtur crines, & publicè uituperetur. Tex. est in c. de Benedicto. & ibi gloss. xxxij. q. j. Et quòd pro similibus criminibus ecclesia possit uituperare committẽtes, est etiam tex. in c. episcopi. xxvj. q. v. & in c. cùm haberet. ibi, publicæ pœnæ subijci. de eo, qui duxit in mat. quam pol. per adult. Item prædictis adde text. in c. ad audientiam. de crimi. fal. ubi signatur in facie falsans literas principis, quæ pœna imponetur per manus iudicis secularis, licet de iure ciuili talis pœna non imponatur, l. si quis. C. de pœnis. Et ibi dicit Ang. not. ad statuta innuens, quòd talia statuta, quæ mandant aliquem bullari, sint illicita. ¶ Excommunicatio dicitur maximus gladius in ecclesia, s. gladius disciplinans: sed non est maximus eradicans. Ita Doc. in c. pro humani. de homi. lib. vj. & Ioan. de Ana. in c. qualiter. lo ij. in princ. col. pe. de accusa. ubi sequitur Domi. Et in impositione istarum pœnarum aduerte ad illud, quod dicam in fi. Et de pœnis ecclesiæ uide etiam plenè Hosti. in tit. de pœnis. §. quas pœnas. ¶ Vtrùm † autem dat 9
una incorrigibilitate possit secularis statim cum apprehenderet Dicit hîc do. And. quòd est opus requisitione episcopi, ut dicit Hosti. & sic contra Abb. & dicit ipse, de hoc esse tex. in c. ij. in uerbo, ad requisitionem. de cleric. excommu. mini. Præterea dicit ipse, reliquiæ clericatus remanentes in tali clerico facinoroso & incorrigibili, habent per aliquid operari. Et ideo dicit ipse, quòd secularis non possit statim apprehendere. Præterea dicit, quòd imo etiam uidetur, quòd opus sit sententia declaratoria circa hoc, ut hîc dicit do. Car. & sic in hoc tenet etiam contra do. Abb. & dicit ipse, quòd sibi uidetur per istum tex. quòd talis sententia declaratoria nõ sit interlocutoria, ut inquit Car. sed imo quasi diffinitiua, ut hîc latè per ipsum col. xxij. & tribus sequen. quem uideas. Aliter uerò in hoc & pulchriùs & meliùs & subtiliùs distinguit hîc do. meus de Are. hîc in iiij. col. & seq. cuius dicta aliter non transcribo, cùm uideri possint. Sed ex omnibus dictis Doctorum hîc communiter collige, quòd potestas circa hoc data seculari non exercetur, nisi declaretur qualitas ipsum conferens, per text. in c. cùm secundum. de hæret. in vj. in fin. Per quem dixit Abbas. in c. qualiter. in fin. j. eod. quòd si possessio clerici tributoris principis secularis caderet in commissum, non potest princeps in illam extendere manum, nisi priùs declaretur per iudicem ecclesiasticum, quòd inciderit in commissum, per illum text. Dicit etiam Abb. in c. uerùm. de fo. comp. in ulti. col. quòd licet ecclesia non seruet pactum appositum in contractu & traditione rei, quòd tamen nõ potest laicus propria authoritate capere rem, quasi contractus sit rescissus propter pactum non seruatum, nisi priùs super hoc præcedat declaratoria, s. ecclesiam non seruasse pactum. Et uide Domi. in c. j. de homi. in vj. §. fin. in v. col. ubi dicit, quòd omnia iura, quæ imponunt pœnam ipso facto, nunquam habent locum, nisi præcedat declaratio, ipsum incurrisse pœnam: & ideo non poterit quis puniri ante illam declarationem. Et idem dicit Bal. in c. j. §. j. de feu. sine culpa non amit. & in authen. qui semel. C. quomodo & quando iudex. in j. col. & in authen. hoc amplius. C. de fideicom. ubi dicit, quòd in casu illius authen. requiritur declaratio. Et Bal. in l. j. in xxxj. col. C. de confes. ubi dicit, quòd in casu c. ij. de confes. in vj. requiritur declaratoria: & Bar. in l. eius, qui delatorem. ff. de iure fis. ubi dicit, quòd illa fuit prima lex, quæ fecit sibi honorem in ciuitate Perusij: ubi dicit, quòd † quis non [a] habetur pro 10
confesso, si non respondet positionibus, nisi præcedat declaratio. Vltimò allego Lapum allegatione cxxvij. ubi dicit, quòd beneficium quo

a Quis nõ] Adde tu, quòd istud uerum est, quòd contumax nõ habetur pro confesso, nisi pronuncietur: tamen hoc intelligas procedere, si legatur: aliàs secus est. Ita limitat Bal. in l. j. in vj. col. C. ne ex delic. defunc. Adde: pone, quòd cõtumax moriatur, an talis ficta confessio transeat contra hæredes? Vide Bar. in l. mani-

l. manifestè. in fi. ff. de iureiur. & adde Bal. in l. ij. qui testa. fac. pos. qui ibi limitat dictum Bart. in d. l. manifestè.

quis est priuatus ipso iure, non potest alteri conferri, nisi præcedat declaratio. Tamen intricatè loquitur propter gl. quæ uoluit contrarium, in c. commissa. in uerbo, iusto. in fi. de elect. in vj. Et pro prædictis faciunt multa exempla Spec. in ti. de loca. §. itẽ aliqua. uersic. xlij. & Car. & Abb. hîc. ¶ Limita primò, nisi factum sit adeo notorium, quòd nulla opus sit declaratione: quia tunc ipso facto pœna est incursa. Ita Abb. hîc, & in cle. præsenti. de censibus. Et ista est limitatio ad omnia prædicta. Et ponit Bal. in l. iubemus. ij. §. j. C. de sac. san. eccle. dum dicit, si factum reuocatur in dubiũ, requiritur declaratoria. Ergo in facto notorio secus. Et idem sentit Domi. in d. c. cùm secundum. & in c. ordinarij. §. ꝙ si fortè. de offi. ordina. in vj. subdens utrobique, quòd debet dari terminus ad se defendendum, per illum tex. Quam practicam de assignatione termini intelligerem, nisi constaret notorium esse tale, quòd nulla tribueret excusationem propter secundam limitationem secundæ conclusionis. ¶ Limita secundò, quando factum & qualitas iam aderant ante inchoatum iudicium: tunc enim requiritur declaratio: secus, si competit & adsit iam inchoata lite. Ita Ioan. An. in Spec. in rubrica de appel. in fin. & in d. c. cùm secundum. & Lap. dicta alleg. cxxvij. & loquitur Io. And. de beneficio secundi anni dato appellato impedito: quod beneficium competit absque alia declaratione. Mouetur per l. ædiles prima. §. item. ff. de ædil. edic. in quo considera, quòd ille casus nõ differt à casu de contumace, & tamen in eo requiritur declaratoria, ut per Bart. in l. eius, qui delatorem. ¶ Limita tertiò, nisi agatur de pœnis trahentibus secum execu 11
tionem: quia in istis non requiritur declaratio. Ita Imo. in c. felicis. de pœnis. in Sexto, quem simpliciter refert ibi Domi. in iij. col. Ista est una maxima limitatio ad omnia prædicta. Contrà tamen stringit, quòd uult Pet. de Anch. consi. clxxxix. incip. Tribus de causis. in ij. col. ubi loquitur in infamia & excommunicatione lata à canone: & tamen dicit, requiri declaratoriam. Item contra istam limitationem facit gl. in cle. præsenti. de censibus. & in cle. ij. de pœnis. loquentes de excommunicatione, quæ trahit secum executionem, c. Pastoralis. in fi. de appel. Sed dicas, quòd illæ gloss. non loquuntur, quando pronunciatur super executione, sed super defectu: quo declarato effectus excommunicationis trahitur retrò. Ita dicit Io. An. in d. c. felicis. Non obstat dictum consilium, quia respectu excommunicationis aliter est dicendum: quia non tenetur quis euitare excommunicatum in diuinis, uel extra, uel suspensum, uel interdictum, donec sit facta per iudicem declaratio, nisi constaret eum ita ligatum, ut nulla possit tergiuersatione celari. Ita statuit Marti. Quintus in cõsilio Constantiæ: & fuit reformatum per Eugenium in consilio Basiliensi, ante quàm schisma oriretur, prout refert Archiepiscopus Florẽtinus in summa de censuris: ubi disputando concludit, Papam hoc potuisse facere ad euitanda scandala: & ita consideraut gloss. iij. in cle. grauis. de sententia excom. super qua do. Abb. de hoc meminit. Quod no. quia est utilissimum scire. ¶ Limita quartò in casu c. periculum. §. præterea. de electio. in vj. ubi dicit Domi. esse casum specialẽ, in quo quis est priuatus omni iure, quod detinet absq; alia sentẽtia. Considera: quia ibi nihil dicitur de declaratione, nisi dicas, quòd ibi pœna trahit secum executionem. In ista declaratoria citatur pars, ut est gloss. in d. cle. præsenti. de censibus. & in d. cle. ij. de pœnis. & Gaspar Calderi. & Moderni in c. ij. de sponsal. & Pe. de Ancha. in d. consi. & Docto. allegandi j. ad limitationes. ¶ Limita igitur hoc esse uerum, quando habet discuti factum, propter quod 12
quis dicitur excommunicatus: sed ubi præsupposito delicto pro indubitato quis declaratur excommunicatus, tunc non est opus citatione. Ita Romanus consil. suo cccclxxxij. ad fi. ubi dicit, quòd multi allegant dictas gloss. aliter, & malè: & ibi Rom. allegat tex. in c. reprehensibilis. de appell. ubi dicit tex. quòd non fertur excommunicatio, nisi præmissa monitione, nisi sit talis pœna excommunicationis quæ incurratur ipso iure. Et ita etiam illum tex. no. ibi Abb. & Moder. in ij. col. Et hoc modo intelligo Rotam in antiquis decisio. xxj. incipien. not. si petatur. ubi dicunt, quòd ubi petitur aliquem declarari excommunicatum, non requiritur litis contestatio, sed citatio. Nam intelligo, quòd requiritur citatio, ubi discutitur factum. Et ita etiam uidetur intelligere Nicolaus Milus in Repertorio suo in uerbo, citatio. §. lxxxij. dicens, quòd ista citatio fit, ubi negatur factum, ex quo à iure pœna infligitur: & ibi per eundem in §. xcviij. incip. citari debet quis. Et idem sentit Lud. in l. is, cui bonis. ff. de uer. obli. in vj. col. ubi dicit, quòd ubi iudex uellet excommunicare de nouo illũ, qui est excommunicatus à lege pro eodem crimine, nõ est opus solennitate: c. sacro. de sen. excommunic. scilicet monitione: & de hoc dicit fore casum in d. c. reprehensibilis. & ibi gloss. in uerbo, ipso suo genere. de appellat. ¶ Secunda limitatio est resultans ex præcedenti, nisi declinatoria excõmunicatio fieret super excessu notorio: quia tunc non est opus citatione. Tex. in c. peruenit. primò, de appel. & ibi do. Abb. latè, & do. Philip. de Perusio, & ponit Abb. in c. parochianos. de sent. excommu. in j. col. & hoc est in excommunicatio- 11
ne clarum. In † alia uerò materia notoria, licet non esset opus declaratione, ut uidimus in præcedenti conclusione, tamen opus est ut detur terminus ad se defendendum, secundum Dom. in d. c. ordinarij. §. j. de offi. ordi. in Sexto. Quod tamẽ intellige uerum, nisi esset factum, in quo nulla posset cadere excusatio: quia tunc non est opus assignatione termini ad se defendẽdum. Ita Abb. latè in c. accepta. de rest. spo. in ij. col. & Ant. in c. in nostra. de cohab. cleric. & mul. & ibi etiam Abb. in fi. & est bonus tex. in c. cùm olim. de re iudi. & ibi dixi. Et nota, quòd sententia facta super notorio non ad finem condemnandi, sed declarandi aliquem actum nullum, nõ requirit citationem: ut putà, si declaretur statutum esse contra libertatem ecclesiasticam. Hoc ponit Milus in Repertorio suo in uerbo, citatio. §. xxv. & Archidiaconus in c. Lotharius. prope fin. ij. q. j. cùm his, quæ posui in c. ecclesia sanctæ Mariæ. in uer. secundum remedium. de consti. ¶ Limita tertiò, nisi sit periculum de fuga: quia tunc iudex uolens declarare aliquem incurrisse pœnam, non citabit ipsum, ne ille interim arripiat fugam. Ita Abbas hîc & Ioan. And. in simili in cap. j. de homici. in vj. ubi dicit, quòd testes examinantur parte nõ citata, ubi timetur de potentia partis: & ibi Domi. in §. fi. ubi dicit, quòd omittitur citatio, quotiescunq; ex ea induceretur impunitas criminis: & allego Bal. etiam in l. consentaneam. C. quomodo & quando iudex. uersic. quæro unà cum Butrigario. ubi dicit, quòd in casu, in quo timetur de fuga, possint recipi testes parte non citata. Et hoc dicit ibi esse specialissimum, ne citatio instruat reum ad fugam. Item allego Bal. in l, cunctos populos. in lec. in ult. col. C. de sum. trin. & fide cath. ubi dicit, quòd ubi quis est suspectus de fuga, non est necesse quòd edictum ad eum ueniat, nec est citandus. Allegat Inno. in c. ex literis. de excess. prælatorum. ubi hoc dicit, & Sali in l. absentem. C. de accus. in iij. col. ubi dicit, iudices Moderni inuenerunt bonam practicam. Habita enim informatione à testibus incipiunt à citatione reali, non autem uerbali. Faciunt multa, quæ ob suspicionem fugæ sunt inducta, de quibus in l. ait prætor. §. si debitorem. ff. de ijs, quæ in fraudem cred. 12
¶ Et no. quòd † licet à pœna legis, uel statuti non possit appellari, l. si qua pœna. de uerb. sig. c. quia nos. de ap-

c. cùm nõ ab homine.

de appel.tamen à sententia declaratoria pœnæ l.incursæ bene appellatur. Gloss.est in c.cupiētes.§. quòd si per xx.in uerbo, priuatos.de elec.in vj. Et illam gl.sequitur Ab.in c.peruenit.lo j. de appell.& in d.cle.pręsenti.& in consi.c.in j.uol.col.ij.incip.ad claram & luculentam. Et ibi dicit, quòd licet in facto uerè notorio non posſit appellari, c. cùm sit Romana. de appell. tamen à sententia dicente factum notorium, bene potest appellari, per d. gloss.quam etiā ipse sequitur in d.c.peruenit.& ibi Philippus de Perusio. Et allego Bal.in l.j. C.ne ex delic. defun.in vj.col.ubi dicit, non dicas, appello ab ista pœna. sed dicas, appello, quia non sum culpabilis: uel, quia non est probatum me incidisse in pœnam. Et dictā glo. sequitur etiam Lud.d.cons.ccccxcij.& Abb.in c.fi.in vij. col.de iuramen.calum.ubi dicit, quòd talis appellatio declaratoria excommunicationis incursæ suspendit, licet aliàs sententia, per quam quis excōmunicatur, non suspendatur per appellationem, c.Pastoralis. de appel. & idē dicit Cardinalis in cle.j.in ult.col.de sequestr.pos. & fruct.dicens, hoc esse singulare & utile in practica: & idem tenet ibi Imo. in fi. Item adde, quòd priuatus per sententiam statuti perdit statim titulum & dominium, & non est opus in hoc declaratoria. Ista est gl.penult. in c.proposuit.de concesſio.præben.de qua do. Cardinalis consi.suo cxiiij.incip. Quidam frater Benedictus. Et ita intellige no.per Imo.in c.qualiter.col.iiij.de accusa. ADDITIO. *Et de his omnibus uide etiam plenè & ornatè do. Felinum in c.Rodulphus.in xxv.col. in uersic. sed declaratoria. cum septem seq.columnis, ſ.de rescript.ubi ponit aliqua, quæ non hic: & econtrà aliqua hic, quæ non ibi. Philippus Symoneta.* Quærit hîc do.Anto. & alij, quomodo cognoscatur incorrigibilitas? Domi.in c.neminem.xlv.dist.dicit, quòd si reprehēsus semel uerbis se non emendat, dicitur incorrigibilis: & ibi dicit, quòd de hoc est tex. in c.præcedenti ibi, hoc intellige, quo ad incorrigibilitatem, largè. Et no. quòd licet ad priuationem beneficij, uel priuilegij requiratur fortè trina monitio, c.ex tuæ.de cle. nō resi. tamen fallit in monitione facta in synodo sub pœna priuationis beneficij, uel priuilegij clericalis: quia illa habetur pro trina. Hoc fuit singulare dictum do.Ant.in c.ij.ne cler. uel mona. de quo Milus in Repertorio suo in uerbo, citatio partis. §. lxij. quod non placet Abb. in d.c.ij. Ratio: quia ubi ius requirit in materia priuationis trinam citationem, non sufficit una etiam peremptoria: ut est gl. in cle.j.in uerb. tertio. de uita & honest. cler. & dixi in c. consuluit.de off.deleg. ¶ Fugiens de carcere dicitur incorrigibilis: omnes in c.ut cōmissi.de hæret.in vj. ¶ Circa pœnam eorum, qui iniungunt carcerem mortalem, ponit hîc Abbas. Ego uerò allego Bal. in l.de pecorib⁹.
13 in fi.C.ad l. Aqui.ubi cōsuluit, quòd si † quis moriatur in carcere, episcopus non fit irregularis: quia eius actus non est immediatè causa mortis, nisi posuisset in loco arcto qui careret sufficienter aëre, uel ex paucitate cibi consumptus periret: quia tunc est irregularis. Allegat l. necare.ff.de liber.agnoscen.ubi necare dicitur, qui non aluit: & c. pasce fame morientē.lxxxvj.dis.ibi, si non paueris, occidisti. & allego Io.And. in c.j. de apostatis. ubi dicit, caueant multùm prælati: quia carceratis relinquitur uita, licet cum miseria: et ideo si moriuntur ex nimia miseria, incurritur irregularitas: & sequitur ibi Ana.& in c.qualiter.in iiij.col.de accusa.& dom. Abb.in c.uniuersitatis.de sen.excom. ubi dicit in ij. col. quòd excesſiua correctio, uel tortura facit episcopum irregularem. Item allego Bal.in d.l.j.C.de emenda.seruo. ubi dicit, ꝙ si propter torturam immoderatam moritur, iudex debet decapitari: quia tormenta non debent esse barbarica. Et idem dicit Bal.in c.at si clerici, ſ.eod. ¶ Limita ex dictis Bar. in l. quæstionis. ff. de quæsti. nisi excessus in tortura fieret ex qualitate existēte in reo: quia tunc non imputabitur mors. Et idem tenet Sali.in l.Gracchus.C. de adul, ubi plenisſimè examinat, & ibi dicit, quòd excessus in hac materia potius æquiparatur culpæ, ꝙ dolo.

SUMMARIUM.

1 *Rescriptum impetratum contra uiolentum possessorē, trāsit in singularem successorē.*
2 *Instantia inchoata cōtra defunctum, an transeat in successorem.*
3 *Instantia inchoata contra laicum, an transeat in clericum successorem.*
4 *Executio contra hæredem fieri non potest ex sententia lata contra defunctum, nisi prius idem hæres citetur.*
5 *Successoris appellatione in dubio intelligitur de uniuersali.*

CAPITULUM XI.

1 Quia G. ¶ † Rescriptū impetratū contra uiolentū occupatorē trāsit in singularē successorē succedētē scienter in uitiū. Ge-
4 nitiuus a importat dominium. Vide gl. in uerb. suarum. in c.pro illorū. de præben.& gl.in uerbo, eorum. & ibi Domi.in c.j.§.fi.de usur. in vj.& glo. & Doc.& do.Abb.in c.j.de postul.pręl. Ex quo infertur, quòd statutum loquens de domo alicuius, uerificatur in domo conducta, non ex ui uocabuli, sed ex cōmuni usu loquendi, secundum Bart. in procœmio ff. noui, & ibi etiam Roma. defendens Bar. ab impugnatione Imo. & latiùs hîc do. And. in v. col. in iiij. notabili. Quibus adde, quę dixi in c.per tuas. in ij.col.post A.re.ibi, ſ.de pba.& uide gl.in c. quo iure.viij.dist.ubi gl.ponit de uerbo, Tuum, Suum & Meum: & ibi latè Domi. Et uide Inno.in c.dilectus.de relig. domi.ubi dicit, quòd si laicus petit ecclesiam suam, impropriatur & exponitur, i. iuspatronatus, quod habet in ea. ¶ In glos.j.dicit hîc do.And. quòd isti non poterāt procedere, nisi Papa mādasset per secundum rescriptum: & sic sentit, secundam lecturam glos. hîc esse ueriorem. Allegat Ang.in l.postulāte. ff. ad Treb. ubi dicit, quòd statutū, quod disponit, quòd promissor possit capi iuris ordine non seruato, non extenditur ad hæredem promissoris. Ergo nec rescriptū. Item allegat Ang. in l.si actio.C.si unus ex hær.credi.ubi dicit, quòd instrumentum guarentigiæ non habet talem executionē contra tertios possessores tenentes obligatas res debitoris, sicut haberet contra ipsum debitorem. Item allegat & alia, de quibus hîc per ipsum, quæ uideas. Sed his nō obstantibus uera est opinio cōmunis. Et de istis dictis do. And.hîc ſ. fiet mentio: & de rescripto, qualiter trahatur ad successorem, uide scripta per me in c. significauit. de rescrip. ubi plenè & latè dixi post ali-
2 os. ¶ An † instantia inchoata contra
b defunctum, transeat in successorem b, Abb.hîc ponit quinꝙ casus. Dicit hîc do. meus super quinto casu, quando iudex mortuo accusatore est informatus de crimine accusati, etc. scias, ꝙ nedum iudex, sed etiā quilibet alius mortuo accusatore, uel impedito, potest ex eadem instantia prosequi primam accusationem, dum modò repetat illam intra xxx.dies. Allegat tex.l. si quis libellorum.§.fi. & ibi Bar. ff. de accus.& in l.si quis repetere.ff.ad Turpil. & ibi etiam Bart. Et dicit, quòd isto casu reus admittitur ad opponendas exceptiones declinatorias, quas aliàs nō potuisset opponere ante quàm esset mortuus, uel impeditus accusator. Tex.est in l.hos accusare.§.hoc beneficio.ff.de accus. An autem hoc sit uerum, quòd iudex posſit ipse prosequi ex eadem instantia accusationem, dicit do. meus nihilo minùs, quòd de hoc sunt opi. & quòd Bar. tenuit contrarium in disputatione sua incipiente, Iudex maleficiorum. quam ponit in l. iiij. §. hoc autem iudicium. ff. de dam.infe. Tamen ipse tenet contrariū per l. pe. in prin. ff. de pub. iudi.inducendo, ut hîc per ipsum in ij.col.ad fi. Limitando tamen, ut hîc per ipsum, in accusatore impedito, quando esset impeditus longo impedimento, uel ineuitabili: secus, si breui: quia tunc deberet expectare accusator, ut hîc per i-
3 psum. ¶ Dicit hîc do.meus contra Abbatem, quòd † imo instantia inchoata cōtra laicum, transeat in clericū successorē: alleg. l.iij. C.de hære.act. Præterea dicit ipse, hoc ius instantiæ iam erat deductū in esse, & reus obligatus erat instātiæ. Ergo persona priuilegiata respectu talis iuris non utitur priuilegio suo, l.fiscus.ff.de iure fi. cum si. Non obstat, ꝙ clericus habeat iudices suos, coram quib.in futurū debet cōueniri: quia dicit ipse, cùm istud habeat dependentiā necessariā à præterita obligatione instantiæ, qua erat obligatus defunctus, & in quā succesſit clericus hæres, certè debet attendi principium & nō finis, l.damni.§.Sabini. ff.de dam.infe. Et sic dicit, ergo instātia transibit cōtra clericū: quicqd dicat hîc Abb. Et sic residet ipse, & dicit esse cogitandū ꝓpter authoritates cōtrarias, quæ fortè obtinerēt in practica. Dicit hîc And. ꝙ instantia inchoata cū laico defuncto transeat in clericū successorem: tenet Imo.in l.si eum homine. ff. de fideius. ubi mouetur ad hoc tenendū, quia clericus potest recōueniri corā laico. Sicut ergo ibi ius tolerat hoc propter pręuentionē & inchoationē litis factam corā laico, certè eodē modo tolerabit isto casu ꝓpter præuentionē & inchoationē factā iam cum defuncto. Istud tñ fundamentū dicit hîc do. And. sibi nō placere: qa istud, an clericus posſit reconueniri corā laico, est dubium in iure. Ideo ipse ꝑ alia quatuor dicta tenet hîc, ꝙ instantia trāseat. Et primò dicit ipse, clericus non potest esse cōductor: & tñ, si succedit cōductori, pōt perseuerare in cōductione. Ista est gl. in c.j. ſ. ne cle. uel mo. & ibi Doct. Similiter ergo patet, ꝙ clericus pōt cōtinuare illud, qđ non poterat principalis. Ergo in ꝓposito licet ipse à principio nō posset cōueniri corā laico, tamē quo ad instātiā incœptā debet posse cōueniri, ut successor: qa nō dicitur principaliter cōueniri, sed fieri cōtinuatio instantiæ iā inchoatæ. Secundò ꝓ hoc allegat Bart. in l.j.§.sed si iure.ff.de fal. Vbi ꝑ illū text. dicit Bar. statuto cauetur, ꝙ nobilis nō posſit recipere cesſionē à populari, ꝙ nihilo minùs poterit habere actionē à populari ut successor: & sic patet, ꝙ illud, qđ qs nō pōt habere ut principalis, potest habere ut successor. Tertiò allegabat Io.An.in addi.Spe.in tit. de sen., pla.§.quoniā.uer. qd si ꝓcurator.ubi dicit, quòd si iudex tulit sententiā contra Titiū, q Titius appellauit & mortuus instituit hæredē ipsum iudicē, q cōtra eū iudicauerat, ꝙ talis iudex poterit ꝓsequi ipsam appellationē, ut successor Titij: quā tamen ipse, ut iudex, ꝓsequi nō potuisset. Itē allegat gl.in l.j. C.de eden. quæ uult, ꝙ licet fœmina nō teneatur edere rationes, qa nō potest esse argentaria, ut l.fœminæ.ff.de eden. tñ si succesſit argētario, poterit edere. Item allegat Bal.in l.mandatū.C.māda.ubi dicit, ꝙ licet societas nō posſit incipere à pupillo: tñ incepta cū maiori, poterit cum illo cōtinuari. Et ita residet hîc ipse, tenēs ꝙ instantia incœpta cū laico trāseat in clericū successorē. ¶ L. hęres absens.in princ.ff.de iudi. quæ uult, ꝙ hæres sit conueniendus, ubi erat cōueniendus defunctus, nō ꝓcedit in hærede clerico. Ita Abbas hîc & Bar. ibi. ADDITIO. *Adde his do. de Rota in deci.antiqs, in ti. de fo. cōpe.v. inci.obligatus est laicus.ubi dicūt, ꝙ licet laicus esset obligatus obligatione: quæ habebat executionē paratā, ita ꝙ nullæ exceptiōes, nisi certæ exceptæ, poterāt illi opponi, ꝙ nihilo minùs clericus illi laico succedēs poterit opponere contra dictā obligationē, alias exceptiones debitas præter exceptuatas corā ecclesiastico. Secundò addo Bal.in l.et qs presbyter. la ij.C.de epis.& cler.ubi dicit, ꝙ si laicus instituit clericū rogādo secretè, ut restituat hæreditatē spurio, bona auferentur hæredi per fiscū ecclesiasticū, & nō secularē: & ecōtrà, si clericus hoc modo instituat laicū rogādo, &c. bona auferentur hæredi per fiscū secularē, & non ecclesiasticū. Tertiò addo Bald.in authē. quas actiones. C.de sacrosan. eccl.in uer. & ex istis.ubi dicit, ꝙ clericus succedēs alteri, nunquā ꝑdit priuilegiū fori. ¶ Limita, dū modò clericus alleget priuilegiū in corpore iuris inclusum: secus, si aliquod priuilegiū Papæ, putà ne cōueniatur corā suo episcopo: qa hoc priuilegiū nō operatur cōtra d.l. hæres absens. qa ille tex. tollit priuilegiū. Ita Bar.ibi. & do. Abb.hîc. Intellige tamē, ꝙ ꝑ hoc nō conueniatur corā seculari, sed corā episcopo suo. ¶ Limita secūdò, dū modò instātia sit inchoāda cōtra clericū: secus, si iā inchoata cōtra defunctū erat: tūc enim trāsit, secundū Modernos hîc cōtra Ab. Et hoc tenet etiā Imo.in d.l.si hominē.de fideius. & Paul.de Cast.in d.l.hæres absens. & Paul.de Cast. & Ludo.in l.si cōstante.§.fi.ff.sol.mat. Non obstat.qđ dicitur de fisco: qa est falsum, qa imo instātia trāsit in fiscū, ut ibi per eos. Nec ob.l.si cōstante. §. fi. ff.sol.mat.qa instantia ibi expirat, quo ad mulierē: nō aūt, quo ad fiscū. Itē respōdet d.§.fi. & alijs modis, de quib⁹ ibi ꝑ eos. Cōtra hāc limitationē tenet hîc do.Ant. & Imo. sibi cōtrarius, & Abbas hîc, scilicet ꝙ imo instātia inchoata cū laico defuncto nō trāseat in clericū hæredē. Idem tenet. Bal.in l.j. C.si penden. appel.mors interue. & Ang. in l.tā ex cōtractibus.ff.de iudi. & Bal. in c.in præsentia. de probat. ubi dicit, ꝙ instātia litis nō trāsit in monasteriū monacho profitente. Itē pro hoc faciūt uerba do.de Rota in d.decis.v.dū dicūt, ꝙ licet propter præuentionē causa debeat cōtinuari, ubi est cœpta, dato ꝙ persona mutet cōditionē, c.proposuisti.de foro cōpe. tamē illud est uerum, ubi eadē persona est præuēta: secus, si diuersæ. Quod nota ad propositū, quia facit multū. Et quadrat, ꝙ instātia inchoata cū laico defuncto nō trāseat in clericū successorē. Pro hoc facit disputatio do.Anto. quā allegaui in c.ecclesia sanctæ Mariæ.de cōsti.q.xv.ubi dicit, ꝙ clericus succedens laico, cōtra quē erat decursa pars præscriptionis statutariæ, nō ligatur ex illo statuto, neꝗ ex illa præscriptione: ita in ꝓposito nostro nō nocebit instantia clerico: quia erat alligatus defunctus per quasi contractū. Bonū est enim arg. de*
a pacto ad statutū a. Et dato, ꝙ de fisco sit dubiū, tamē de clerico nō inuenitur iure cautū, ꝙ succedēs laico perdat priuilegiū. Ideo stādū est regulæ, ꝙ clericus nō debet cōueniri corā laico. Et istā partē puto ueriorē cōtra Moder. Et ad tollenda omnia contraria allegate tex.in c.j.de iur.patro.in vj.ubi mutata persona mutatur actio. Ille tex. mihi tamē nō multū stringit, quia ibi ex illa mutatiōe nullus læditur, sed solùm Papa, q ita disposuit: & nimirū, cōtra enim cōcedentē etiā aliàs fieret larga interpretatio, ut habetur in l.beneficiū.ff.de cōsti.prin. at hîc si fiat talis interpretatio, iam læditur tertius, qui inchoauerat litē cū defuncto: necesſitatur enim hoc modo dimittere primū iudiciū inchoatū corā laico, & incipere aliud coram ecclesiastico: & certè actus alicui nō debet fieri deterior ex persona successorū, l.ij.§.ex his.ff.de uerb.ob. Erat enim obligatus defunctus laicus coram iudice seculari ꝑ quasi contractū, cùm in iudicijs quasi cōtrahatur, l.iij.§.idē scribit.ff.de pecu. Ergo, &c. Fateor bene, ꝙ argumenta Barba. nō multū stringūt pro ista opi. sua, quia in omnibus argumētis suis, ꝙ cleric⁹ posset cōtinuare actū cœptū à defuncto, hoc erat sibi fauorabile: sed ꝙ hîc cogatur ꝑseuerare corā iudice seculari, qa instantia

a *Genitiuus*] *Adde tu, quòd genitiuus non semper denotat dominium: et sic aliquādo denotat nudā detentationem ex communi usu loquēdi: ut sunt isti simplices detētores, depositarij, cōmodatarij, & coloni, qui solent appellare possessionem suā, quam colūt. De quo uide bonā gl. in l.ij. ff. de origi. iur. Adde tamē, quòd genitiuus ex propria & stricta significatione uerborū denotat dominia. Et ideo genitiuus positus in statutis debet intelligi in dominio uero. Adde ad ista do. Abb.in c.j. de postu. prælat. in vij.col.in uers.uidi tamē ad principale. Adde etiā Bart.in l.j.§.potestatis.ff. de peculio.qui dicit, ꝙ genitiuus in statutis intelligitur in ꝓpria significatione. Adde etiā Barto. in l. parui. ff. nau. cau. stab. qui ibi dicit, quòd genitiuus intelligitur aliquando in possesſione tantum. Et uide etiā Bar.in prima cōstitutione C.qui dicit, ꝙ bona alterius, possessa per alium, cōprehenduntur aliquādo per statuta: ut puta, qui damnū dederit in possesſione Titij, intelligitur, etiamsi non sit sua. Adde do. Alexan. de Imo. in rub. ff. de iur. om.iud. & Fran. Pata. in prima cōstitutione C.*

b *In successorē*] *Pro cuius articuli decisione uide do. Soci. in consili. xxxj.incip. Prosequendo ordinē. uersic. aduertendum est.in j.parte, char.lxij. Sed an transeat in successorem dignitatis, uide Paul. de Leazā. in q. lata sententia.*

a *Ad statutum*] *Adde do.Alexan. de Imo.in l.omnes populi.iiij.q.post Bartol. ff. de iustit.et iure.et Flor. in l. si ædes. ff. de serui. urba. prædio. Et adde, quæ habentur per authen.in c. sicut. ſ. de proba.*

tia fuerat inchoata corā eo cum laico defuncto, cui clericus successit, hoc esset sibi damnosum, cùm hoc modo perderet priuilegiū suū. Ergo nō debemus de uno ad aliud arguere cōtra l. quod fauorē. C. de legibus. Philip. Symo. ¶ Dicit hîc Inn. quòd si † reus cōdemnatus moriē nō facta executione, quæ sola restabat, illa nō fiet contra hæredē, nisi citeē & cognoscaē summariè, an sua intersit, quē referūt hîc do. Ant. & Card. Dicit hîc do. meus, ꝙ pro hoc est doctrina Bar. in l. creditores. C. de pig. ubi dicit, ꝙ nō poterit fieri executio cōtra hæredē cōdemnati, nisi citeē, ut hîc per Inn. & ꝙ in ista summaria cognitione liquidabiē, an hæres habeat causam ab eo, q fuit condēnatus. Secūdò allegat Bal. in l. per diuersas. C. manda. ubi dicit, ꝙ si ex forma statuti instrumentū guarētigiæ potest mādari executioni cōtra hæredē defuncti, sicut sentētia: oportet tñ, ꝙ priùs citeē hæres, & ꝙ liquideē, an sit hæres, & talis ꝑsona, contra quā posit fieri executio, & de qua loquiē statutū, allegādo Inno. hîc, & dicit Are. ꝙ istud est uerū, nō solùm quādo debet fieri executio cōtra hæredē, sed etiāsi deberet fieri cōtra tertiū detētorē. Ita dicit singulariter Bar. in l. j. ff. si mul. uen. nomi. & istud sequiē Bal. in l. j. C. de execu. rei iud. Tu uerò adde Ange. in l. j. in repe. in iiij. char. C. de iudi. ubi dicit, ꝙ licet in executione nō requiraē citatio, maximè ubi fit in eadē re, de qua est facta condēnatio, ut dicit Inn. in c. ex ratione. de appel. & omnes in l. à diuo Pio. §. in uēditione. ff. de re iu. tamē fallit, ubi executio fit contra successorē, qa debet citari: & Ang. in l. oratione. ff. de ferijs. ubi sequiē Inno. hîc ꝑ illū tex. ubi licet defuncto essent datę sufficiētes dilationes, tamē successori adhuc dabiē una causa cognita. Adde Ang. & Imo. in l. iiij. §. ex cōuentione. ff. de re iu. & Bar. in l. tale pactū. §. qui ꝓuocauit. ff. de pac. & Imo. in l. intra dies. ff. de re iu. q omnes sequunē Inn. hîc: & Rota in deci. in antiqs, xv. in ti. de senten. excō. incip. nota, ꝙ ex ꝓcessu. Vbi dicit Rota, ꝙ ex ꝓcessu habito cū defuncto criminoso nō excōmunicatur hæres, uel successor in crimine sine noua monitiōe: qa actus cōcernens merè personā, nō trāsit de ꝑsona defuncti ad hæredē: & faciūt dicta allegata heri, de quib. hîc ꝑ Moder. scilicet Ang. in l. postulāte. ff. ad Treb. cum simi. & allego Rotā in antiqoribus, deci. j. in ti. de off. deleg. & ix. incip. Nota, utrùm decreta citatione ad partes. in ti. de dolo & cōtu. in antiquis, ubi dicit, ꝙ citatio cōmissa cōtra beneficiatū non arctat citati successorē. Et ibi incidēter dicit, ꝙ licet cōmissio citationis perpetuet iurisdictionē respectu delegati, nō tamen perpetuat respectu partis. Vnde secūdus delegatus, qui cōmisit & citauit, diciē præuenisse illū, q tantùm cōmisit citationē. Quod no. ad c. licet undiqꝫ. de off. deleg. & c. fi. de off. leg. & ibi dicta ꝑ Ab. in fi. Item allego Rotā in deci. nouis, dec. xj. inci. Itē si agēs petitorio sup certo beneficio. ubi dicit, ꝙ mortuo actore subrogatus ei potest causam cōtinuare etiā cū ꝓcuratore rei superstitis, non intimādo hoc aliter reo absenti. Ratio est, qa mandatū ꝓcuratoris intelligiē ita datū, ut extendaē ad ꝑsonas in eo uirtualiter cōprehensas. Itē dicit ibi, maximè ꝓpter clausulā incertā in literis impetratis per subrogatū, in quibus petebat se admitti in eo statu causæ in quo erat cū defuncto. Ista habent locū mutata parte. Quid aūt si moriē iudex, uel mutaē, an subrogatus ei iterum citabit partes? Vide latè Imo. in cle. ne Romani. de elec. per illū tex. ibi in fi. q loquiē in casu suo, sed in inferiore regulariter reqriē noua citatio, l. edictū. ff. de iudic. Notat Abb. in c. licet. de accus. & ibi Io. de Ana. gl. & Bar. in l. cōsentaneū. C. quomodo & quādo iudex. Arch. & Domi. in c. si ęgrotās. v. q. iij. Imo etiā in causa summaria debebit iudex successor citare. Ita dom. Ant. in c. dudū. lo j. in fi. de elec. ubi dicit se irritasse sententiā latā cōtra do. Catharinam: quia nō fuerat citata à delegato subrogato loco primi. ¶ No. ꝙ † appellatiōe successoris [a] in dubio intelligiē de uniuersali tātùm, & nō singulari tantùm. Ita Bal. in l. emptorem. in uer. quid si instrumentū. C. loca. & ibi dicit, ꝙ obligās se instrumēto, & successores suos, nō intelligitur obligare singulares. Idē Imo. in l. qd' diciē. ff. de uerb. obli. & ibi dicit, ꝙ inuestitus pro se & successoribus suis, intelligitur scilicet de uniuersalibus, nō aūt particularibus. Et ꝙ taliter inuestitus nō poterit trāsferre in alios sine solēnitate, l. fi. C. de iure emphy. scilicet irreqsito domino, per l. quædā. §. is aūt. ff. de eden. Fallit aūt hoc, nisi diceret successoribus quibuscunqꝫ, secūdū Bal. in c. imperialē. in princ. §. penul. de proh. feudi al. ꝑ Fed. & in l. j. in xxiiij. q. ff. de rerū diuisi. ubi dicit, ꝙ taliter inuestitus ꝓ se & successorib. suis qbuscunqꝫ poterit feudū legare. ¶ Secūdò limita, quo ad hoc, ut cōtra singularē successorē nō deē ius agendi, sed quantū ad hoc, ut sibi deē ius excipiēdi, bene cōprehendiē appellatiōe successoris. Ita est casus in l. fin. C. de execut. rei iudi. & dicit Bar. in l. si tertius. §. si prius. ff. de aqua plu. arcen. dicēs, ꝙ ius quęsitū defuncto, ut si tutus præscriptione, trāsit in singularē successorē. ¶ Itē adde, ꝙ appellatione hęredis [b] nō uenit singularis successor, seu hæres in certa re. Ita Bal. in c. si pater. de testa. appellatione aūt prędecessoris potest uenire etiā mediatus. Tex. est in c. pręter hæc. xxxij. dist. in uer. duos prædecessores. & ibi Domi. Ille uerò, q præcesit nullo medio, diciē decessor. Tex. est in c. q in aliquo. lj. dist. & ibi Archi. & Domi. Itē uide Io. And. in c. tua nos. de usur. ubi dicit, ꝙ rescriptū contra usurariū nō trāsit in hæredem re integra. Sed Ana. in d. c. tua. dubitat, quia hæres fingiē eadē ꝑsona cū defuncto: & pro eo facit, quia successit in uitiū. Quo casu trāsit in singularē successorem, ut hîc. Nō ob. c. significauit. de rescrip. qa respōsio colligiē ex dictis Ab. in fi. ¶ Vltimò de materia ponit Pau. de Leaza. in disp. incip. Lata sentētia. ubi cōcludit, ꝙ successor in beneficio reassumit causam prędecessoris in eodē statu, in quo est: de quo ponit Rot. deci. j. in ti. ut lite pend. in antiquis. Et de materia instantiæ ponit Bart. in l. post finitā. ff. de susp. tut. & in l. ij. §. fi. ff. de præto. stip. & Bal. in l. ij. C. de usufru. Imo. in l. pœnales. in prin. ff. ad l. Fal. & latè hîc do. Anto.

SVMMARIVM.

1 *Quæstio de priuilegio si oritur incidēter, putà excipiendo, uel replicando, inferior à Papa cognoscere potest.*
2 *Potestas interpretandi cohæret personæ, ita quòd non transit ad alium.*
3 *Statuta confirmata per Papam, quæ dicuntur Papalia, non possunt interpretari ab inferiore.*
4 *Iudex an quis esse posit aliquo casu in causa propria.*

a *Appellatione successoris] Adde tu, q istud est pulchrū, scire et hoc, qa actiones personales nō transeūt cōtra singularem successorē. Ita dicit Bartol. in l. quædā. §. nihil interest. ff. de eden. Adde text. in l. j. §. si hæres. ff. ad Trebel. Hinc est, q executio instrumenti guarentigiati, uel sentētiæ, nō potest peti cōtra singularē successorē, tenentem aliqua bona obligata: glos. no. in l. ea. C. ne condi. ob causam. no. Bal. in l. ij. C. si aduer. cred. ubi dicit, hoc esse notandū cōtra ignorantes procuratores, & aduocatos. Adde Pau. de Cas. in d. l. quædā. §. is aūt. ff. de eden. ubi uide plenè per domi. Alex. de Imo. in j. col. singulariter limitantē, & Flori. in l. arbores. §. quicqd. ff. de usufru. & in l. cùm fund⁹. de seruit. rust. prædi. ubi etiā ꝑ Bald. Itē adde do. Alex. in l. stipulatio ista. §. hi autē. de uerbo. obl. et in d. l. quod dicitur. antep. col. eo. tit. & in l. in conuentionibus. de uerb. sig. Et adde, quòd de ꝓprietate sermonis, uerbum, Successores. includit quēlibet uniuersalē successorem, secundū do. Soci. in consil. cclvij. incip. Visis inuestituris Romanorū. uer. aliquādo. & quarto, et ult. circa mediū, in ij. parte, chart. clvj. Quis aūt dicatur successor, uide ꝑ eū in cons. cl. incipien. Et nos introducere. uersi. pro cuius opiniōe. in j. parte, chart. ccxxvij.*

b *Appellatione hæredis] Adde tu,*

tu, q gl. in l. si qs priore. in princ. ff. de testa. dicit, q talis hæres dicitur esse loco legatarij, ubi est alius hæres uniuersalis. Et idem tenuit Bart. in l. quoties. C. de hæred. instituen. in princ. ubi de materia ista uide. Adde, an talis hæres institutus in re certa, utrùm habeat beneficiū? l. fina. C. de edic. diui Adri. tol. Vide per do. Alex. in d. l. quoties. in v. colum. Adde etiā & pone, q hæres uniuersalis repudiet hæreditatem, utrùm accrescit hæreditas hæredi instituto in re certa. Bart. in d. l. quoties. C. de hæred. instituend. tenet, q sic. Et illam opi. Bart. tenēt ferè omnes ibi: Odoffre. Cyn. Guil. de Cumo, Fran. Tig. Ange. Salic. Paul. de Cas. Bartol. Bald. et Imola in l. ex facto. ff. de hæred. insti. Ioan. And. in Specul. in tit. de testa. §. j. ad fi. Arig. Imo. in l. j. §. si ex fundo. ff. de hæred. institu. Et ista est cōmunis opi. Et sic glo. in l. si quis. ff. de testam. nō bene dicit, dicēdo q hæres in re certa est loco legatarij. Vide Bart. in l. quoties. C. de hæred. instit. in uers. item ego reperio. Adde, q id, quod uenit appellatione hæredis, uenit appellatione successoris: et ècōtrà, in dubio, secūdū Soci. in cōsil. ccxlix. incipien. Materia præsentis cōsultationis. uers. tertiò cōfirmatur. Nam in ij. parte, chart. cxxxvj. & in cōsilio ccl. incip. In causa Bononiēsi. uers. ista cōclusio: in dicta parte, chart. cxxxix.

5 *Princeps an posit iudicare in causa propria.*
6 *Papa potest esse testis in causa propria.*
7 *Prælatus potest iudicare in causa suæ ecclesiæ salua recusatione.*

CAPITVLVM XII.

c. cùm uenissent.

CVm uenissent. ¶ De dubijs priuilegiorū sedis Apostolicę solus Papa cognoscit, & nō inferior. Bal. in l. ex facto. ff. de uul. & pup. dicit, ꝙ talis præsumitur mēs esse, qualis esse debuit. ¶ In gl. j. Dicit hîc do. Anto. ꝙ sententia lata in casu, in quo inferior nō cognoscit de priuilegio, est nulla, ponderādo istū tex. ibi, nolumus de ipsis priuilegijs. qa dictio, De. denotat causam proximā & remotā, ut per Bar. in l. j. §. ex incēdio [a]. ff. de incē. rui. & naufra. Ergo qualitercunqꝫ agatur de priuilegio, inferior cognoscere nō poterit: & sic tenet opin. do. Ant. Sed istis nō obstantib. dic, ꝙ si inferior iudicat sup hoc, ualet sentētia, maximè ubi præiudiciū partis est separabile à præiudicio Papæ: & sic teneo opi. do. Ab. Quādo qs posit interpretari priuilegiū? Bal. in l. hi, q ad ciuilia. C. de appel. facit mentionē de Io. An. hîc, & ibi dicit ipse, ꝙ si principalis quæstio est de priuilegio, qa petiē rūpi, uel cō-
1 firmari, in hoc recurriē ad Papā. Si † uerò incidēter oriē quæstio de priuilegio, putà excipiēdo, uel replicādo, tūc etiā inferior cognoscere potest ꝓnunciādo cōtra priuilegiatū. Idē uerò Bal. in l. cùm de nouo. C. de legib. in fin. dicit, ꝙ ubi habeē præsentia priuilegiātis, nunqꝫ inferior potest interpretari: ex quo infert, ꝙ ubi in causis, quę sunt in audiētia Papę, oriē dubiū iuris, ꝙ semp recurriē ad Papam. Et ex hoc infero, ꝙ in casibus, in quib. inferior potest interpretari, fallit, nisi princeps sit in loco. Item uide Inno. in c. olim. de uer. sig. ubi dicit, ꝙ si princeps addit, uel detrahit priuilegio, requiriē cōsensus eius, cuius interest: q si cōtradicat sine causa, fiet eo inuito. Secundò dicit ipse ibi, princeps extraiudicialiter aditus potest uoluntatē suā interpretari absentib. partibus: secus, si iudicialiter esset aditus. Tertiò dicit ipse, interpretatio inferioris semp requirit citationē partis. Quartò dicit, ꝙ interpretatio principis præiudicat omnibus, siue fiat in iudicio, siue extra: interpretatio uerò inferioris solùm præsentibus. Quintò dicit, ꝙ in hac materia talis erit ꝓcessus, qualis esset in notorio: & sic non seruabiē solēnitas iuris. Ratio: qa istud est disputare in iure, nō in facto: & certitudo rei capiē ex priuilegio, nō ex contestatione litis, uel ex partiū cōtentione. Sed ius quidē est notoriū. Ergo in eo inuestigādo agendū est, sicut in notorio: & sic, ubi est quæstio iuris, illa causa potest cognosci summariè. Et ꝑ ista do-

2 *Conſuetudo an poſſit dare iuriſdictionem priuato.*
3 *Sacerdos poteſt chriſmare uirtute priuilegij, non tamen ex ulla conſuetudine.*
4 *Conſuetudo nota ei, qui poteſt priuilegiare, ſemper æquipollet priuilegio:nam tacitè uidetur priuilegiare.*
5 *Vnio quando non dicatur præſcripta, ſed propter tempus probata præſumptiuè.*
6 *Reſeruata principi quando præſcribi poſſunt.*
7 *Maritus quam coercitionem habeat in uxorem.*
8 *Vxor in uinculis à marito poni non poteſt.*
9 *Iudex an poſſit iudicare inter ſuos familiares.*

Felin.ij.pars.

CAPITVLVM XIII.

c. cùm cõtingat.

Vm contingat. ¶ Clerici ſuper exceſſibus coram ſuo epiſcopo conueniri debẽt, non coram his,quibus ſeruiũt, niſi conſuetudo,uel priuilegium aliud inducat.H.D. ¶ In quantũ concludit Abb. iudicem proprium inquirere poſſe de delicto ſubditi alibi commiſſo:addũt Moder. eiũdem conſil.xxiiij.incip.Rodulphus.in j.uol.Bald. & Salic.in l.cunctos populos.C.de ſum.trí.& Bald.in l.ſi. ff. de iuriſ.om.iud.& ibi dixit,quòd delicta alibi commiſſa aggrauant delictum commiſſum hîc à forenſi:quod dicit eſſe peregrinum. Idem Bart. in l.ſi cui. §. ſacrilegium.ff. de accuſ.Sali.in l.ſeruos.C.de uia pub.Ang.& Sal.in authen.ſed nouo iure.C.de fer.ſugi.Abb.in c.j. de pœ. ubi quædam gl.& alia in c.j.de cleri.percuſ.& ibi Ana.in pe. col. allegans hæc. ¶ Contra primum tenent hîc latè Mod.propter dictum Bald.in l.ij.§. poſtea. de origi.iur. quòd banni de una patria, honorantur in alia . Ergo alibi criminoſus,non eſt criminoſus. SOL. Loquitur in bannito non ex delicto,quæ non eſt infamis:gloſſ.in l.j.C.de modo mul.cum ſimi. ¶ Item dicunt,quòd dato,quòd macula eum ſequatur, tamen ſine accuſatore nemo damnatur,l.reſcripto.§.ſi quis accuſatorem.ff.de munere.& hono. SOL. Non negant Doct.quòd de iure ciuili inquiſitio ceſſet regulariter, ſed uolunt poſſe inquiri in caſibus permiſsis.Subdunt alia non urgentia. ¶ Adde ſ.omnes Ang.in diſput.incip.Bononienſi.in j. char. ubi diſputando decidit idem, quod Abb. hîc, etiamſi delictum fuiſſet commiſſum in territorio etiam in loco exempto,per text.in l.ſi quis in hoc. C. de epiſc. & cle.quem extollit ibi:nec expectet, ut epiſcopus iniuriæ propriæ ultionem aggrediatur. Subdit reſpectu pœnæ:quod licet multi dubitent, tamen pœna ſtatuti imponi poteſt.Fallit uno caſu,uidelicet trahente ſecum executionem,c.ij.ij.reſpon.de conſtit.in vj. ¶ Ratio:inflictio pœnæ tempore delicti non reperit patiens diſpoſitum.Idem in ſimili pœna,quicquid per illum text.uariauerit Bart. in d.l. cunctos. ſecundum Ang. Cui adde omnino Card.in cle.Paſtoralis.§.denicq. in j. ij. & iij. q. de re iudi.& quæ dicentur j. c. proxi. ¶ Quòd autem delicta alibi commiſſa aggrauentur,&c. uide latè Tancre.de Corneto in ſua Compendioſa,in j.rub.q. iiij. ubi decidit,quòd ſicut de illis iudex accidentalis non cognoſcit,ita nec ea puniſte poteſt, licet rectores terrarum reputent reum famoſum & ſuſpendant. Vide Alber.in iij.parte ſtatutorum,q.xxxix.& Nellum in tract.bannitorum,in vj.q.ij.partis.Bald.in l.j.C.de ædil.act. Petr.de Anch.in regula,peccati.in iij.oppoſi. ¶ Limita,niſi de illis fuiſſet punitus. Ita Aret. in c. ſicut. de teſti. propter gloſſ.ibi in uerbo,adulterio. in fin. quæ probat, ſi dicit Si:ſecus,ſi dicat Sed:& Bald.contrarium ſentit in auth. quæ ſemel.in pen.col.C.quomodo & quando iud.

¶ Glo.in uerbo,conſuetudine. In primo quæſito Abb. adde tria.Primò,dum dicit, quòd † conſuetudo poteſt dare iuriſdictionem priuato. Adde Arch. in c.conqueſtus.in fin.ix.q.iij.ubi allegat iſtum text.& dicit non uidiſſe ſimilem. Idem tenet gloſſ. iij. in c.cùm quidam.de except.in vj.& in c.Romana.in uerbo,conſuetudine.de app.eod.lib.gloſſ.iij.in c.cùm in eccleſijs.de præben.eo. lib.gloſſ.iij.in c.quoniam.de immu.eccleſ.eod. lib.gloſ. maior in fin.in c.j.de pœn.eod.lib.gloſſ.ij.bona,c.ſeruitium.xviij.q.ij.Bart.Imol.& Lud.in l.j.§.denicq. de aqua plu.arcen. Vide gloſſ. in l.j.in uerbo,dare poteſt.in fin. ff.de tut.& cur.da.ab his.quòd ex priuilegio poteſt priuatus dare tutores : & eſt ſingularis, ſecundum Nic. de Neap. ibi dicentem idem de inconſuetudine: quod ultimum amplius non audiuiſti,ſecundum Mod. hîc alleg.etiam l.cùm prætor.§.j.ff.de iud.per quem do. Ang. Quòd conſuetudo poteſt dare poteſtatem delegandi

ei, qui eam non habet: dixi in c. ſuper quæſtionum. §. ſi uerò. in vj. fallentia. de offi. dele. ¶ Et ſubdunt, quòd iſti tex. non probant communem opi. quia capitulum habet iuriſdictionem. Patet: quia condit ſtatuta quod eſt iuriſdictionis. Bart. in l. oēs populi. ff. de iuſt. & iur.

¶ Cōſidera primò, quia iſti in c. cùm acceſsiſſent. tenēt capitulū non poſſe condere ſtatuta: quia per iſtum tex. caret iuriſdictione, & malè, ut ſcripſi in c. cùm oēs. uer. quartò aduertendum. de conſt. Nec ſtatuere eſt iuriſdictionis, niſi ſtatuatur ſuper deciſionibus cauſarū. Bald. in l. decernimus. ibi, redeo ad primū. C. de ſac. ſan. ecc. & in l. nulli. C. de ſum. trī. Pet. de Anch. in c. j. in xij. char. de conſt. ¶ Secundò, in quantū do. Abb. præſupponit pro regula, cp quæſibile priuilegio, ſit quæſibile cōſuetudine. Adde Car. poſt Lap. in cle. ij. in pe. col. de reli. do. ubi ponit hoc pro regula. Idem Bar. in proœ. fforæ. §. fin. bonus tex. hîc. Quod dictū licet ſemper habuerim pro intricato, tamen poteſt ordinari cum quatuor fallentijs.

¶ Primò fallit, ubi lege diſponente aliquid acquiri nō poteſt, niſi priuilegio tm̄. Gl. j. in c. Catholica. xj. diſtinct. Exemplū in c. cōtra morem. c. diſt. & in c. ex tuarum. de autho. & uſu pal. ¶ Excipe tres caſus. Primus, ubi conſuetudo eſt uniuerſalis. Gl. reputata unica in d. c. Catholica. quā extollit ibi Domi. intelligēs in his, quę ſunt honoris, ſicut uti inſignibus Cardinalium & ſimilibus, in quibus requiritur priuilegium, uel uniuerſalis conſuetudo: ſecus, ſi oneris: putā reſpectu ſtrictioris uitę, quę licet ſine priuilegio omnino obtineatur, tamen cōſuetudine firmatur, ut ibi per eum. Quod no. ¶ Obſtāt tria huic primo caſui. Primò cōſuetudo etiā uniuerſalis nō operatur in decimis tollendis, & tamē priuilegiū operatur. Gl. in c. à nobis. el j. de deci. S O L. Conſuetudo poſſet operari in particulari. Abb. in rub. de deci. do. Ant. in c. parochianos. eo. ti. cum ſimil. Idem poteſt priuilegiū, ut in d. gl. Sed generalē exceptionem nō poſſet inducere priuilegiū, per c. ſunt quidā. xxv. q. j. iuncto c. reuertimini. xvj. q. j. Ergo nec conſuetudo. ¶ Obſtat ſecundò:

3 quia † ex priuilegio ſacerdos chriſmat. Gl. in c. peruenit. lxxxv. diſt. nō tamen ex ulla cōſuetudine, c. quanto. de conſue. S O L. Priuilegium aliud operatur præter ius: quia habilitat inhabilem, quod nunq̄ faceret cōſuetudo, ut in ſequenti fallentia. ¶ Obſtat tertiò d. c. ex tuarum. S O L. Conſuetudo erat ſolùm unius prouincię. Patet ibi, in Hiſpania. Nos loquimur in uniuerſali orbe: de qua loquitur Bar. in l. ſi pluribus. de leg. ij. & in l. ſi dictum. de leg. j. & Ant. in l. ex parte. el j. de off. dele. ¶ Secundus caſus eſt, ubi cōſuetudo eſt inducta ſciente illo, qui poteſt priuilegiare. Domi. in d. c. Catholica. alleg. gl. pe. in c. pe. de fin. presby. ¶ Adde Old. conſil. ccliij. incip. quia tota decani. ubi dicit, hāc eſſe regulā, cp † cō-

4 ſuetudo nota ei, qui poteſt priuilegiare, ſemper æquipollet priuilegio: uidetur eīm tacitè priuilegiare. Alleg. Inno. hîc, & in c. nouit. de iudi. & in c. ſi diligenti. de præſcript. Ex quo putabā, cp in caſu gl. in d. c. catholica. ualeret particularis nota Papæ: ſed cōmuniter eam ignorat, c. j. de conſt. in vj. Ideo dictum eſt de generali, quam præſumitur ſcire: Bal. in l. ij. in fi. C. quæ ſit long. conſue. ¶ Tertius caſus eſt, in conſuetudine tanti temporis, cuius memoria initij nō exiſtat: quia illa æquipollet priuilegio, l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & æſti. c. ſuper quibuſdā. §. præterea. de uerb. ſig. c. j. de præſcript. in vj. cum concor. quas dedi ſatis in c. quo ad. de off. dele. ¶ Secundò fallit in eo, qui eſt capax ad poſsidendum: quia per aliquā conſuetudinē etiam uetuſtiſſimam nō poteſt cōſequi id, quod ex priuilegio conſequeretur. Gl. in c. illud. xxiij. diſt. ſolenniter. Io. Mona. in c. ij. de præben. in vj. Io quēs de rege, qui prætendit præſcripſiſſe collationes beneficiorū: & ſequitur Domi. & do. Ant. in repe. c. peruenit. de cenſi. do. Abb. in c. nouit. de iudi. & pulchrè in c. quanto. in j. no. de conſue. & in c. cauſam. in j. no. tab. de præſcript. & in c. de hoc. & ibi etiā Ana. de ſymo. & Abb. in c. ad aures. de præſcript. & Card. conſil. lvij. incip. In nomine indiuiduæ trinitatis: pro magnifico. Non ſic in priuilegio: quia facit quem capacem. Gloſſ. in c. uerūm. xxxij. diſtinct. Dixi in c. ij. de iudi. Sed in præſcriptione requiritur poſſeſsio, regula tj. lib. tj. ¶ Si tamen ſimul cum conſuetudine tanti temporis, &c. concurreret fama priuilegij, tunc præſumeretur pro priuilegio, & ſufficeret. Ita manifeſtè probat deciſio Io. An. in c. cùm Apoſtolica. de his, quæ fi. à præla. approbata per omnes ibi, & p Io. An. Io. de Fan. & Domi. in c. tj. §. ſanè. de deci. in vj. dum dicunt, ſatis eſſe laico probare tenuiſſe decimas tanto tempore, &c. cum fama inueſtituræ. Idem pulchrè Io. An. in regula, qui cōtra. in fin. in Mercur. cōcludens, quòd unio non præſcribitur ullo tempore, niſi eccleſiæ ſint tentæ cum continua

5 fama unionis: & tunc nō dicit † unio præſcripta, ſed propter tempus probata pręſumptiuē. Et hoc ultimū tene cordi: quia nouum. ¶ Tertiò fallit, ubi lex expreſſè reſiſtit præſcriptioni, uel conſuetudini: c. cum inſtantia. de cenſi. ubi habes exemplū, in quo priuilegiū tunc plus poteſt. ¶ Amplia, etiamſi eſſet præſcriptio tanti temporis, &c. ut ibi dicit Io. An. ſuper uer. longiſsimo. Idem do. Abb. in c. accedētes. de præſcr. per illū text. in uer. longiſsimum. & in c. cùm ex officij. eod. tit. per illum tex. in uerb. aliquo modo. Vnde bona fides non poteſt affuiſſe. ¶ Pro alio exemplo huius fallentiæ uide c. ſi epiſcopus. de pœni. & remiſ. in vj. & aliud in glo. fi. in cle. j. de priuil. Quam limita, ut ibi per Abb. Et intelligerem hanc fallentiā, ſicut præcedentem, niſi probareē fama priuilegij. ¶ Quartò fallit in cōſuetudine rumpente neruū eccleſiaſticæ diſciplinę, c. cùm inter. de conſue. & tamē ualeret priuilegiū, c. ut priuilegia. de priuil. Ita Ioan. An. ibi & Domi. in c. tj. de pœn. & remiſ. in vj. ubi gl. Demū ſcito faciliùs tolli ius priuilegij, quā cōſuetudinis, fm Inn. in c. accedentibus. ibi, unde ſi fortè: de priuil. Quæ oia no. ¶ Tertiò adde ea, quæ di

6 xi in c. quo ad. de offic. leg. ubi † poſt Abb. poſui regulā cum fallētijs, qñ re-

a ſeruata[a] principi pręſcribi poſsint. Et ibi dictis adde do. Ant. in repet. c. peruenit. de cenſi. ubi ponit diſtinctionē do. Abb. & adde Pet. de Anch. conſil. cxlij. inci. Clarior & breuior. ubi eadē ponit, optimè inducens c. j. de præſcr. in vj. & adde do. Abb. in c. cum nobis. in tj. & ult. col. de præſcri. & do. Maria. hîc: qui limitat dupliciter: primò, dū modò imperator, uel alius, cōtra quē præſcribit, ſit talis, qui poſſet hæc expreſſè concedere: aliàs non. Allegat Bartol. conſilio clxxxij. incip. Primò quæritur, utrùm iuriſdictionis ratione tacitus conſenſus plus poſsit expreſſo. ¶ Secundò limitat, dum modò paſſus præſcriptionem potuiſſet

a *Quando reſeruata] Adde tu, an merū imperiū poteſt præſcribi? Cōcludendo teneas, et iſta eſt cōmunis opi. q̄ merū impe riū poteſt præſcribi: et ſic per præſcriptionē acquiri, ut eſt de mente Bar. in l. imperiū. ff. de iuriſ. om. iudic. & ita tenet Iac. de Bel. Guli. de Cun. Oldr. & latè Albe. in d. l. imperium. et Bal. in repet. Paul. de Caſt. in d. l. imperiū. et ita tenet gl. j. §. nulla. in fi. ut thē. de defen. ciui. quā ad hoc reputat ſing. Roma. in l. j. §. deniq̄. ff. de pu. Idē tenet gl. in c. conqueſtus. ubi Archi. ix. q. iij. gl. in c. quāto. de off. ordi. in fi. Idem in effectu tenet Bal. in l. j. C. de emancip. lib. et communiter Canoniſtæ in iſto c. Vide Pet. de Ancha. in commento c. canonū. de conſtit. in vij. q. principa. in tit. Adde & limita iſtam communem concluſionem, uidelicet quòd non procedat in his, quæ cōpetūt principi in ſignum ſupremæ poteſtatis, uel in ſignū uniuerſalis recognitionis: quia talia nunq̄ præſcribūt, neque præſcribi poſſūt cōtra principē. l. cōperit. & ibi Bald. not. C. de præſcr. xxx. ann. gl. xvj. q. iiij. c. cū nō liceat. Bal. in l. j. C. de emanc. liber. & in c. j. quæ ſint regal. Ideo cōtra obedientiam principis nō præſcribitur, c. cū inter. cum gl. de cōſue. Fateit, qd' ult. Bal. in auth. quæ actiōes. in ult. col. C. de ſac. ſan. eccl. ubi*

ubi dicit, q̄ nō pōt præſcribi, ne appelletur ad principē. c. uenientes. de iureiur. Similiter aduerſus ſupremā poteſtatem Papæ nō præſcribitur, c. cùm non liceat. de præſcrip. Facit tex. cū gl. in c. nulla. xciij. diſt. No. gl. in c. unico. in uer. nō ob. de cle. ægro. in vj. Canone. in iſto tex. Imo collegiū Cardinalium non pōt præſcribere ſupremā poteſtatem Papæ, ſecundū Inn. in c. bonæ. el ij. de poſtu. præla. do. Ab. in c. ex geſtis. de cleri. nō reſi. Similiter, ſi ſint aliqui populi exēpti ab imperio, ex priuilegio, pōt Imperator reuocare priuilegiū, & reducere in ſubiectionē, ſecundū Bal. et exēplificat in Venetis in l. hoſtes. ī j. col. in fi. ff. de capti. & poſtli. reuer. Certè contra iſtā poteſtatē reuocādi nūquā poteſt præſcribi, ſecundū Bal. in c. ſtcut. lo ult. in iij. col. de iureiur. Sed alia, quæ habent merū imperiū, putā habere gladij poteſtatē, bene poſſunt præſcribi, ſecundum Doc. ut ī. & do. Abba. in c. peruenit. de cenſi. Ang. in l. uſuſcapi nē. ff. de uſuc. Rom. in l. more. ff. de acqu. hær. etiamſi ſit de reſeruatis Papæ, iuxta theoricam do. Abb. in iſto text. Ideo per inferiorē à principe poteſt præſcribi poteſtas legitimandi, & creandi tabelliones, & ſimilia, quæ ſunt reſeruata imperatori, ſecundum do. Ant. in c.

præſcribentem prohibere: ſecus, ſi nō potuiſſet. Allegat Inn. in §. deniq̄. alleg. per Abb. Ratio: quia patientia eſt uirtus, cū qua mala æquo animo toleramus. Alleg. Ang. in lib. de Patientia. Sed uirtus eſt habitus electiuus, & non niſi uoluntarius, in iij. Ethicorū. Adde Bal. in c. j. §. titu. proxi. cp ciuitas, quam imperator defendere non pōt, nec de hoc eſt ſpes proxima, pōt ſe alteri ſubijcere eo irreq̄ſito: qa tutela ſui corporis unicuiq̄ p̄miſſa eſt, l. ut uim. de iuſti. & iur. ſecus, ſi eſt ſpes, quæ ſit in aliquo apparatu. Alle. Io. An. in c. præſidētes. de hære. in vj. Vide Ab. in c. innouamus. in fi. de cēſi. & in d. c. ſuper quibuſdā. & Bar. in l. ſi publican'. ff. de publi. cp in præſcribēdo hæc contra inferiorē ab impatore ſufficit commune tēpus, licet cōtra impatorē maius, d. c. ſup quibuſdā. ¶ Reſpectu iuriſdictionis epiſcopalis, uide ſemper Old. conſi. cclliij. inci. Quia tota decani. & inuenies, cp pōt præſcribere inferior, ut ſubſit ſoli Papæ & merū & mixtum imperium. Et no. Cal. in cle. tj. in prin. in vj. q. de re. eccl. & in cle. ne in agro. §. ad hæc. in vij. q. de ſta. mo. ubi gl. in uer. ordinarios. dicens, facultatē uniendi eſſe præſcriptibilem. Eadem Rota in deciſione ij. in nouis, ubi latè. ¶ De poteſtate excōmunicandi dixi regulā cū vj. fallentijs in c. ſi ſacerdos.

7 *de off. ord. ¶ Quam † coercionē habeat uir in uxorē, uide glo. paruā in c. hæc imago. aliàs c. ſatis. xxxiij. q. v. & in §. in hoc. xxxiij. q. tj. in c. nullus clericorū. xvij. q. iiij. & in c. cùm beatus. xlv. diſt. & in §. criminis. in uer. ſeruū. xxv. diſ. Io. An. in Spec. ſuper rub. de iniur. Et tenet Archi. in c. ſicut. vij. q. j. cp uerberare nō pōt. Fallit, niſi ex magna cauſa, ut in exēplo c. quemadmodum. de iureiu. Secundò, ubi uerbera eſſent leuia. Sic intellige authē. ſed hodie. & authen. nouo. C. de repu. & l. cōſenſu. eo. ti. Item uide Roma. in l. rei iudicatę. §. j. ſol. mat. & Richar. in iiij. diſt. xxxvij. q. tj. arti. j. in fi. & uide tex. nouū in c. qui peccat. ad fi. xxiij. q. iiij. in uer. ordinatiſsima poteſtate. iunctis præcedentib'. Ex quo patet cōcluſio premiſſa. ¶ In † uinculis poni nō poteſt uxor ex cauſa: gl. in c. placuit. xxxiij.*

8 *q. ij. Rom. ſing. v. do. Ab. in c. quemadmodum. in ult. col. de iureiur. Sed caue, quia gl. fi. ibi aliter ſentit. Arch. in d. c. placuit. dicendo, Vgutio contra. ¶ Et pro hac parte facit dictū Bart. in l. ex facto. la grande, in fin. ff. de hære. inſti. cp ſi pater relegat filiū in certo loco, nō incidit in tit. de priua. carce. Idē do. Ant. hîc, dicēs filium poſſe aliquādiu recludi in camera, ut fieri dicitur à Florētinis. Nō ob. l. j. C. de priua. carce. licet iſti nō dicant, aliud eſt detrudere in carcerē, aliud detinere ſub cuſtodia. Gloſſ. fi. & Bar. in l. fi. C. de decurio. lib. xij. l. ſi ut certo. §. cuſtodiā. ff. cōmo. & ibi Bart. & Bald. in l. fin. C. de curioſis. lib. xij. l. ſi ut certo. §. cuſtodiā. ff. com-*

mo. & ibi Bart. & Bal. in l. ſi pecuniā. §. ſed ſi accepit. ff. de condi. ob cau. not. Bal. in d. l. j. de priua. carce: intelligens illā legē in habente locū priuatum ad detinendos quoſcunq̄: Et in quantū

9 *tangit Abb. utrùm † iudex[a] poſsit eſ-*

4 *ſe iudex familię ſuę, adde, quę dixi in c. cauſam, quæ. de offi. deleg. data regula cum quinq̄ fallentijs.*

SVMMARIVM.

1 *Domicilium clerici quòd, uel ubi dicatur principale.*
2 *Domicilium originis eſt immutabile.*
3 *Sententia quando uires ſuas extendat extra territorium.*
4 *Statutum inhabilitans fœminas in ſucceſſione, non nocet in bonis alibi ſitis:*
5 *Pœna diminutiua ſtatus operatur extra territorium infligētis eam, putà infamia & excommunicatio.*
6 *Confiſcatio an et quando trahatur ad bona alibi ſita.*
7 *Dominus certi loci nō poteſt iudicādo, uel ſtatuēdo ulciſci offenſas factas ſuis ſubditis extra territorium, licet offendens habeat ibi bona.*
Dominus an teneatur de delicto ſubditorum ſuorum. Vide nu. 8. & 9.
10 *Statutum, quòd delinquens in terris confœderatis cum populo ſtatuente poſſet in loco ſtatuti puniri, nulet.*
11 *Victor in cauſa ſi intentat actionem iudicati pro executione ſentētiæ, poteſt quilibet iudex, de cuius foro eſt uictus, ſententiam alterius exequi.*
12 *Statutū epiſcopi puniēs nō reſidentē, operatur etiam ſi abſentia cōſumetur extra diœceſin.*
13 *Teſtator ſi iuſsit bona ſua alibi ſita dari pauperibus, eò mortuo, diſtributio ſpectat ad epiſcopum domicilij.*

CAPITVLVM XIIII.



Poſtulaſti. ¶ Epiſcopus deponit clericū delinquētē in ſua diœceſi, licet alibi beneficiatus ſit: ſed executio ſententiæ fit ab epiſcopo beneficij. ¶ De multiplici do-

1 micilio clerici, adde dictis do. Ab. cp † licet domiciliū, in quo eſt maior pars bonorū, dicatur in alijs, ſ. laicis principale, ut no. in l. ij. C. ubi ſena. uel clar. tamen in clerico ſecus: quia domicilium beneficij ſemper eſt principale. Ita do. Ant. in c. fi. j. eo. poſt Io. An. ¶ Itē adde, cp in tantum præſumitur principale, cp clericus citatus, & ibi nō repertus præſumitē in dubio malitioſè latitare. Ita Inn. ſing. in c. fi. de eo, q mit. in poſ. poſt princ. quod extollit Maria. in c. ex tuæ. de cleri. non reſi. cui adde Imo. in cle. cauſam. de elec. Card. in cle. j. in ij. q. de iudi. do. Abb. in c. perlatum. qui fil. ſint legi. & in c. j. qui matri. accuſ. poſ. & do. Anto. in c. unico. de ſyndi. Itē uide Ro. conſil. cclxj. ubi dicit, quòd clericus Romæ poteſt habere domicilium in Alemania ratione beneficij. Alle. Inn. in c. ex ore. de priuil. Vide Bal. in l. ab eo. circa fi. C. quō & quando iud. ubi dicit, cp domiciliū ortum ratione eccleſię eſt inuentū à iure. Et uide Archi. in c. clericus. xj. q. j. & in ſumma, iij. q. vj. ubi dicit, quòd habens plura beneficia, habet plura domicilia. Idem do. Ab. in c. j. in fin. ī. eo. & ibi declarat. Quid de domicilio ratione ordinis, uide eundē in c. j. ad fi. de paro. ¶ Intellige omnia de beneficio

c. poſtulaſti.

a *Vtrùm iudex] Adde tu, quòd Alber. Pau. de Caſt. do. Alexan. et Iaſ. in l. q iuriſdictio. §. j. ff. de iuriſd. om. iu. dixerūt, cp poteſt. Et hoc uerū, ſi opponatur per partem: ſi nō opponatur, uidelicet iudiciū: quia illa l. qui iuriſdictioni. dicit, non debet: non aūt, nō pōt. Ita dicunt ibi Scribentes. Adde, quòd idē tenēt Io. And. & Canoniſtæ in c. poſtremo. de app. Sed domi. Ant. ibi dicit, cp hoc procedit in cauſa ciuili: ſecus, in cauſa criminali: & ita Archid. in c. ſtatutū. §. j. de reſcript. in vj. Card. in c. quia cōtingit. de relig. domi. Ego tamen inuenio do. Ant. in c. dilecti. de appel. q tenet, quòd nullo modo ualet ſententia in cauſa filiorū, uel ſuorum de familia, licet non opponatur per partē: tamen prior ſentētia eſt communis, & illam tene.*

arctante ad residentiā, aliàs non, secundum prædictos.
¶ Istud aūt, Non residere. intellige ex dispensatione: q̃a
de iure nemo excusat̃ à residentia, c. ad hoc. de præben.
sicut de iure nemo põt esse pluralis, qualiacunq; sint, ut
latè per Card. præ cæteris in cle. gratiæ. de re. nisi in cer-
tis casibus, de quibus per glo. in c. gratia. in uer. de iure.
eo. ti. in. vj. ¶ Item intellige, quod dictū est de paterna
origine, quæ causat domicilium in filio alibi nato, l. as-
sumptio. §. filius. ad municip. ut non habeat locum, ubi
fit mentio de propria origine, secundum Domini. post
Lapum in c. iij. de temp. ordi. in vj. Exemplum ibi. ¶ I-
tem non procedit in origine auita, secundum eosdem.
¶ Adde istis Bal. in l. senatores. ff. de sena. Et dixit Io. An.
2 de comp. iudi. adi. §. j. uer. xlij. Quòd † domicilium ori-
ginis est immutabile, nisi locus subijciatur aratro: & se-
quitur do. Ant. in c. accedens. lo ij. ut lit. non contes. in
pe. col. Et istis adde tex. & Bal. in l. omnes. C. de episc. &
cle. & Pe. de Anch. in c. fi. ibi, ego addo. de off. dele. in vj.
ubi approbat dicta Bar. in l. j. ad muni. de quibus per
Abb. hîc. Quòd monachus retinet domicilium pater-
num in fauorabilibus. Pro quo facit dictū Bal. & Pau.
de Cas. in l. si filius, qui patri. de uulg. & pup. quòd reti-
net patriam potestatem in fauorabilibus, nõ in odio-
sis. Quæ no. ¶ Gl. j. In quantum do. Ant. & Abb. reas-
sumunt Bart. in l. cunctos. quando sententia operet̃ ex-
tra territorium. Adde circa hæc quatuor. Primum est, q̃
subditus non potest relegari, ita ut cogatur stare in lo-
co non subdito releganti. Adde do. Car. in cle. fi. in xv.
q. de elec. quòd prælatus licentias religiosum transitu-
rum ad aliud monasterium, non potest ei prohibere,
ne à certa ciuitate discedat: quia trahitur præceptum
ad tempus, quo non erat subditus. Ergo, &c. ar. c. licet. §.
ult. de sepul. in vj. & c. de uxore. j. eo. ti. Et pulchrè discu-
tit hîc Bal. in l. executorem. uer. modò quero. C. de exec.
rei iud. firmans, quòd licet sententia non ualeat dicto
respectu, tamen resoluitur, ut relegatio interdicens pa-
triam. ¶ Et addit, quòd paciscens de seruando dicta
confinia non obligatur etiam ad pœnam, propter glo.
tritam in c. cùm homo. xxiij. q. v. ¶ Introduxit consue-
3 tudo, quòd † non seruans terminos habetur pro rebel
li. Caue, p̃pter Sali. in l. mercatores. C. de commer. dum
simpliciter dicit, no. quòd lex, uel statutum puniens si-
bi subditum egredientem terminos assignatos, ua-
let, licet termini sint extra territorium. Modò conside-
ra, dum Bar. in l. relegatorum. ff. de interdic. & prædicti
hîc respondent ad illam l. quod fit fauore subditorum.
Nam inferri posset generaliter, quòd ubi talia confinia
darentur, ne cõfinatus habens libertatem uagandi ali
quid machinaretur cõtra statutum, fortè ualeret: quia
esset eadem ratio. Cogita: quia nouum. ¶ Secundò,
dum dicunt prohibitum exercere artem, non prohibe-
ri exercere extra territorium, per l. ex ea. ff. de postu. ad-
de Abb. in c. Pastoralis. §. uerùm, in pe. col. de appel. ubi
dicit, illam l. esse no. quòd dispositio pœnalis concer-
nens exercitium personę non extendit uires suas extra
4 territorium. ¶ Item † dum inferunt
a prædicti, quòd statutum[a] inhabili-
tans fœminas in successione, non no
cet in bonis alibi sitis. Adde. Bal. idē
firmamentū in d. l. cunctos. ibi, uenio
ad secundum. & in l. ij. C. quæ sit long.
consue. Pet. de Anch. in rèpe. c. j. de cõ-
sti. in xxix. char. ibi, quæro iuxta præ-
dicta. Pau. consi. ccxxij. circa primum.
Marianum p̃fundè consi. lxxviij. in-
ci. Sapientes studij Perusini. Car. con-
si. ij. inci. Circa statutū. & cle. sæpe. §. &
quia. in iiij. q. de uer. sig. in quibus lo-
cis inuenies pro & contrà. ¶ Et adde,
quòd filia nõ subiecta statuēti, nõ ex-
cludit à bonis statuenti subiectis. Pe.
de Anc. consil. mihi clxix. inci. uisis
p̃ucto. ad fi. & optimè Cal. in tit. de te-
sta. consi. xxxiiij. & de consti. consi. vij.
Et concludit Aret. consi. inci. in hac p̃-
pulchra. Hinc dicit Ab. quòd statutū
priuans beneficijs, non intelligitur de
alibi sitis. Intellige, quando talis pri-
uatio non erat introducta à iure. Ita
Pe. de Anc. hîc. Latiùs uide gl. in uersi.
in ciuitate. in cle. j. de pœ. quòd inha-
bilitatio beneficij facta ratiõe loci læsi
non operatur extra illū. Vide do. Ant.
in c. per inquisitionem. in fi. de elec. u-
bi dixit, q̃ legatus, uel episcopus non
potest inhabilitare, ita ut opereur ali-
bi. Sic intelligit Spe. in tit. de deleg. §.
superest. uersi. sed nunquid potest. Ita
intellige gl. in uerbo, inhabilis. in cle.
ij. de uit. & hone. cle. & hoc, ubi causa
priuationis fortè in materia arbitra-
ria fuit posita ultra ius: secus in priua
to authoritate iuris, propter sequen-
5 tem additionem. ¶ Pœna † diminu-
tiua status operatur extra territorium
infligentis eam: putà, infamia, excom
municatio, & suspensio, secundū præ-
dictos. Adde Bal. in c. super eo. lo j. de
testi. ubi dicit, q̃ bannitus ex cõtuma-
cia non est infamis. Ideo alibi erit te-
stis, nisi statutū aggrauet contumaci-
am, habendo eū pro cõfesso: quia ta-
lis infamia statutaria ubiq; operabitur. Alleg. gl. in d. l.
ex ea. Vide Abb. in d. §. uerū. in pen. col. in c. Pastoralis.
de appe. ubi ostendit, q̃ suspensio ideo operatur alibi,
quia suspendit ordinē: non sic in casu l. ex ea. q̃a interdi
citur res, sed non suspenditur peritia: & ibi habes, q̃ su-
spensus à beneficio simpliciter, non est suspensus à be-
neficio, quod est alibi: nisi in duobus casibus, de quib⁹
ibi. ¶ Item uide do. Abb. in c. j. in iij. not. de treug. & pa.
ubi dicit per illum tex. q̃ excommunicatio ubiq; ope-
ratur. Est gl. fi. in c. si quis presbyter. vij. q. j. in c. quisquis.
iiij. q. v. & in d. §. uerū. & Arch. in c. si autem. xj. q. iij. ¶ Li-
mita, nisi interdiceret̃ cõmunio certorum hominū. Sic
intellige c. si quis de alternis. lviij. dist. & c. quorundam.
cum gl. fi. xxxiiij. dist. & c. placuit. cum gl. fin. xviij. dist. &
c. si aūt ea. dist. & Arch. in c. pręsenti. v. q. ij. Ex his dicunt
prædicti, q̃ condēnatus de crimine infamante, quam-
uis de facto euadat, remanet infamis ubiq; locorū. Cõ-
firma ex dicto Inn. in c. in nostra. ad fi. de iniur. q̃ delin-
quēs naturaliter obligat se ad pœnā. Facit l. imperato-
res. ff. de iur. fis. ibi, te huic pœnę subdidisti. & est sing. se-
cundum Card. in c. quæsiuit. de his, quæ fi. à ma. ubi I-
mo. allegat etiam §. quia uerò. in auth. de non alie. ibi,
periculi amatores. facit gl. in l. inde Neratius. ff. ad l. A-
qui. & in l. seruus. ff. de his, qui no. infa. no. Card. in cle.
Pastoralis. in prin. in vij. q. de re iud. facit l. fi. C. de sen.
pas. & l. quidā. ff. de pœ. ubi reus efficitur seruus pœnæ.
Declara, ut per Imo. in repe. c. fi. de præscri. post Bald. in
authen. ad hæc. de usu. quia non est hæc obligatio na-
turalis ex consensu: quia non cadit in maleficijs, sed est
6 ex æqtate naturali & interpretata mēte iuris. ¶ † Respe
b ctu[b] cõfiscatiõis, uide s. omnes Domi.
in c. cùm secundū. ad fi. de hære. in vj.
Pet. de Anch. hîc viij. q. Calde. optimè
in disputatiõe incip. præsupposito, q̃
cõstitutiões Papales. Fel. mihi lxxxiiij.
& concludit̃, q̃ nõ trahit̃ ad bona ali-
bi sita, nisi cõfiscatio sit inducta à iure,
uel statutū specialiter nominet bona,
ubicūq; sint. Et hoc ultimū ponit hîc
do. Ant. quē uide. ¶ Reliquos effect⁹

a Statutū] Adde tu, quòd statutum, quod disponit, Extātibus masculis fœminæ nõ succedant: odiosum est, ut per Bar. in l. cunctos populos. C. de sum. trini. & fide Cath. in viij. col. in uers. & ideo dico. & propter hoc restringendum: quod est utile scire ad multa. De quo uide p Bald. & Sali. in d. l. cunctos populos. p Cy. & Bal. in l. non sine. C. de bo. quæ li. p Bald. in l. non sine. C. de bo. quæ lib. p Bal. & Salic. in l. ij. C. de in ius uoc. per Bal. in l. sancim⁹. C. de nup. Adde, an statutū excludens matrē à successione filij extantibus agnatis masculis, dicatur odiosum, & sic restringendū? Vide per Ioan. And. in tit. de success. ab intest. in addi. Specul. in rubri. per Bal. in l. j. in ult. col. C. de secund. nup. p Angel. in consi. lxvij. incip. Martinus.

b Respectu] Adde tu, q̃ nescio, quõ ista quæstio posit procedere in ciuitate: q̃a cõfiscatio bonorū est meri imperij, et ciuitates de iure cõmuni nõ habēt merū imperium, neq; cognitionem istorū delictorū grauiorū, C. de defen. ciui. l. defensor. & idem tenet Bar. in l. cunctos populos. C. de sum. trinit. & fid. catho. in ult. col. Dicēdū est ergo, q̃ illæ ciuitates Italiæ, quæ illam iurisdictionem exercent, & quæ bona sibi publicant, hoc faciunt ex priuilegio eis concesso per principem, uel ex constitutione antiqua, quæ habet uim priuilegij, ut in l. j. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & æsti. & est gloss. in Authen. de defens. ciui. §. mensurādum. in fi. magnæ gloss. ista sic declarata. Adde, quòd respectu confiscationis, si ciuitates sunt separatæ, quantum ad iurisdictionem, non sunt sub eodem principe. Addo, quòd bursa fiscalis est una. Isto casu, si fit publicatio ab una ciuitate de iure communi, & bona sita alibi, & sic omnium ciuitatum erunt publicata, ut in l. si quando. ff. de bo. uacan. tamen fiet executio per officialem loci, ubi bona sunt: aut istæ ciuitates, quæ sunt sub eodem principe, faciunt publicationem bonorum secundum constitutionem, uel statuta municipalia specialia: & tunc, si illa statuta specialia sunt in utroque loco, ubi bona sunt, dic, quòd facta publicatione in uno loco, erunt etiam publicata bona alibi sita, ex quo in illo loco seruantur illa statuta circa publicationem. Aut illa statuta municipalia specialia nõ sunt communia in utroque loco, ubi bona sunt posita: & tunc publicatio non extenditur ad bona, quæ sunt extra locum statutorū specialium: et hoc, quādo ciuitates, ubi bona sunt sub eodem principe: secūdo casu, quādo ciuitates sunt sub diuersis principibus, uel sunt ciuitates separatæ stantes de per se: & sic iurisdictiones sunt distinctæ, & bursæ fiscales distinctæ: si fit publicatio bonorum de iure communi, tunc talis publicatio extenditur etiam ad omnia bona alibi sita: tantùm quælibet ciuitas habet bona in suo territorio posita. Ita Bartolus in l. cunctos populos. C. de summa trinit. & fide Catho. in fi. Aut publicatio non fit de iure communi, sed per statuta municipalia specialia: & tunc nõ extenditur ad alia bona alibi sita, per ll. s. allegatas: & adde Bart. in d. l. cunctos populos. in fine.

aliarū dispositionū, quo ad bona ali-
bi sita, dic, ut per Bart. in d. l. cūctos. &
per Pet. de Anch. hîc in repe. & aliquid
7 infrà. ¶ Prima conclusio. Dominus †
certi loci non potest iudicando, uel
statuendo ulcisci offensas factas su-
as suis subditis extra territorium, li-
cet offendens habeat ibi bona. Inn.
hîc defensatus à do. Ant. do. Card. &
Ab. Adde Bar. in l. nullus. in fi. C. de Iu
dæ. & in l. ne quid. in fi. ff. de incen. rui.
naufr. ubi dicit, se dixisse ex hoc dicto
Inn. nõ ualere statutum Perusij, quòd
offendens Perusinum in qualibet par
te mūdi, possit puniri Perusij. Idē Bal.
in l. fi. ff. de iuris. om. iudi. ¶ Prima
declaratio. Si dominus offendētis est
negligens, potest ei indici bellum ab
offenso, uel indici possunt represaliæ,
secundum prædictos hîc. Adde Inno.
in c. dilectis. in gloss. in uerbo, appella
tionem. circa medium, de app. ubi di-
cit, non est dubium, quòd, nisi iudex
iniuriantis satisfieri faciat, licitè mo-
ueo sibi bellum. Imo plus: quòd sin-
gulos suos possum capere & ad satis-
factionem cogere, secundum ipsum.
Item plus: quia dominus offensi di-
cto casu negligentiæ facere potest sta-
tutum contra offendentē ciuem extra
territoriū. Bar. in d. l. cūctos. ualde no.
Inn. hîc: Dixit tamen singulariter Bal.
in d. l. cūctos. in lect. in pe. col. q̃ dictū
statutum Perusinū saluari posset, ubi
disponeret de ingrediente territoriū,
ut tunc inchoet̃ pœna: quia intrando
terrā uetitā offendit dominū. Quod
subtiliter no. ¶ Ex istis tene menti,
8 q̃ † dominus tenet̃ de delicto subdi-
torum, quādo neglexit eos cogere ad
satisfactionē. Vide omnino Archi. in
c. si quis peregrinos. xxiiij. q. iij. ubi di
cit, q̃ dominus recipiens pedagium,
uel uectigal, tenet̃ locum illum iuxta
posse tutū saluare in persona & rebus
soluentiū: alioquin si inuenitur in de-
fectu, tenetur ad emendationē perdi-
torum. Idem Host. de censi. §. ex quib⁹.
pe. col. uer. breuiter puto. & Bal. in c. j.
§. cõuenticulas. ibi, sed illud est ualde
not. de pa. iur. fir. Allegat dictū Arch.
& Bar. quē uide in l. ne qd. ff. de incen.
rui. naufra. Idem Bal. in c. j. ver. extrà
quæro, nunquid isti comites, qui feu-
da. pos. aliquid do. Ab. in c. j. de restit.
spol. Et pulchrè summa Pisana in uer
bo, restitutio. lo vij. in addi. exclamās
cõtra dominos, q̃a tenent̃ non solùm
de damnis datis eorū malitia, sed etiā
negligentia, licet cum ignorātia. Et de
his per Inn. in c. fi. qd' met. causa. quē
no. Bal. in l. accusare. C. de eden. & in l.
fi. C. de ped. iud. & dixit Bal. in l. fi. C.
de capti. q̃ homines castri tenent̃ suc-
currere, ne fiant robaria prope castrū.
¶ Ab istis excipe tres casus. Primus,
ubi dominus negligens habet supe-
riorem, à quo sperari potest iustitia:
quia tunc bellū, uel represaliæ nõ lice
rent. Io. An. elegāter in regula, nõ de-
bet, Bart. in l. si alius. §. bellissimè. ff. q̃
ui, aut clàm. in d. l. nullus. C. de Iudæ.
cum cõcord. datis in c. j. de iudi. circa
dictū Inno. in c. olim. lo j. de resti. spo.
De arripiente rē alterius licitè, ubi nõ
sperat sua consequi, uide ibi. Et ita do.
Ant hîc, dicens, ultimū superiorē esse
Papā. ¶ Secundus casus, quādo pas-
si damnū inciderunt in discrimen sua
culpa. Induco aureū dictum Bar. in l.
j. in prin. ff. de his, qui deie. q̃ stāte pa-
cto inter Florentinos & illos de Vbal-
dinis, q̃ debent tenere stratā securam
sub certa pœna: Quidā fuit spoliatus,
cùm iret p Alpes, omissa uia ordina-
ria: fuit dictū, q̃ non astringeret̃, per il
lum tex. ubi deijciens in uia, qua uul-
gus nõ utitur, nõ tenetur. Facit tex. &
ibi Bar. in l. ij. C. de cursu publi. lib. xij.
q̃ transiens per uiā tortuosam, uel in-
solitā præsumit̃ iturus contra deuen-
tum. Ad qd' multa allegat Ang. Are.
in l. imperator. ff. de ap. dicens per illū
tex. q̃ uecturales nautæ, uel nuncij te-
nent̃ ex casu occurrēti eundo per uias
insolitas, licet breuiores, aliàs aūt nõ.
Et idē in portatore, q uadit per uiā lu-
bricosam, omissa bona, licet longiori,
per. l. qua actione. §. j. ff. ad l. Aquil. ibi,
negligentius per lubricum transierit.
¶ Tertius casus: quādo dominus uel-
let agere in iudicio p dānis subdito-
rum, q̃a non põt sine mandato eorū.
Inno. in d. c. dilectus. Nā si hoc posset:
ergo & pacisci de nõ petendo. Conse-
quēs falsum: q̃a absurdū. Ergo & an-
tecedēs. Sequit̃ Rota de iudi. xj. in no-
uis, & de re iudi. j. in antiqs, nisi prætē-
dat interesse, secundū eos. Ad qd' ui-
de etiam Car. in cle. j. in prin. de reli. &
uene. sanc. ubi respõdet ad c. authori-
tate. §. fi. de priui. in vj. ut etiā ibi per I-
mo. quos uide: & per Card. in cle. j. in
prin. in iiij. opp. de exces. præla. & Do-
mi. in d. c. authoritate. §. fin. ubi per il-
lum tex. in uerbo, tantū. dicit, q̃ si ad
homines spectaret utile dominiū, &
ad exēptos directū, nõ haberet locū il
le tex. Hoc modo intelligerē Arch. in
c. in primis. in princ. ij. q. j. & ibi simpli
citer Domi. & Imol. in c. presbyteri. de
pœ. dum simpliciter dicūt, dominum
posse agere p damnis subditorū: q̃a
eius interest, eos esse locupletes, §. co-
gitatio. in authē. ut iudi. sine quoquo
suf. q̃a secundū Bal. concordantē cum
prædictis in c. j. §. iniuria. de pa. iura.
fir. cõmodū bursale subditorū non fa
cit dominū legitimū p̃curatorē eorū, q̃a iure nõ cauet̃:
secus, ubi iniuria cõcernit bursam domini. ¶ Secunda
declaratio. Capiētes bona ex naufragio possunt puni-
ri à iudice personæ læsæ. Hūc casum ponit pro speciali.
Bar. in d. l. cūctos. & sequunt̃ prædicti hîc p d. l. ne qd. §.
de his. & contra tales ualet etiā statutū domini offenso-
9 rū. ¶ Tertia declaratio. Extra † casus prædictos ualeret
statutū domini, q̃ bona sub ipso sita applicarent̃ sub-
dito extra territoriū læso. Inn. hîc, & sequūtur prædicti,
& exclamat Bal. in l. iubemus. alleg. p eos, C. de sac. san.
ecc. q̃ propter onera realia potest statutū confiscare res
personæ nõ subiectæ. Et est dictū uerū in rebus laicorū,
nõ clericorū, secundū eos. Sed nõ ualeret statutū, q̃ ra-
tione d. bonorū nõ subiectus posset hîc cõueniri, ut per
Inn.

Inn. hîc, quem ualde no. Bal. Hæc no. cõtra errorẽ Oldr. conſi. lxxxiij. inci. An epiſcopus, & Bar. in l. reſcripto. §. j. de mu. & hono. qui dixerũt, bona clericorum poſſe per ſtatutum obligari: quia non uiderunt Io. An. hîc, ut dixi in c. eccleſia. in uer. de conſti. ubi Abb. in repe. in pen. col. ſequitur prædicta. ¶ Quarta declaratio. Valeret † ſtatutum, quòd delinquens in terris cõfœderatis cum populo ſtatuente poſſet in loco ſtatuti puniri. Deciſio Bar. generalis in d. l. cunctos. ibi, octauò circa ſtatuta. & ſpecialis in propoſito ibidem in ſequenti col. per l. non dubito. ff. de capti. ubi idem replicat: addens, bannitum non eſſe tutum in terra confœderata. Tamen hoc ultimum non placet ſibi, nec uſus approbat, ſecundum eum. ¶ Sed caue: quia non ſunt hæc indiſtinctè uera: quia ſecundum Bal. in l. executorem. ibi, ſed quid de ciuitatibus confœderatis. C. de exec. rei iudi. quicquid ſæpe dicat Bar. Confœderatio non poteſt plus, uel minus, quàm dicten̄t pacta fœderis. Propterea Bal. in authen. & omnino. ibi, quid de hominibus. C. ne fil. pro pa. dixit, quod dã eſſe fœdus ſociale, quod non influit unum extremum in alterum: & huius uigore non poſſet quis petere repreſalias in loco confœderato. Quoddam eſt fœdus ſtrictius, quo terra eſt ſub altera, quo ad præceptionem: & tunc bene iudicatur de talibus, ut de proprio ciue: ſic intelligit lex, non dubito. & bene. ¶ Vnde Domi. in c. ſi adiutorium. x. diſ. propter gl. fi. infert, quòd ex confœderatione quis acquirit ciuilitatem alibi. Quod intelligit poſt do. Ant. ibi, quando ſtatutum hoc diſponeret, aliàs non. Et de iſto fœdere largè loquitur Bart. qui ſint rebel. in uerbo, rebellando. dicens, quòd poſt confœderationem non poteſt una terra contra aliam facere grauiores ll. quia ſocietas intelligitur ſecundum ſtatutum primum, §. fi. Inſti. de ſocie. Et hinc eſt, quòd caſtrum ſubmittens ſe ciuitati certis modis & pactis, non in totum, non dicitur eſſe ciuitatis, cui ſubmittitur. Pe. de Anch. conſil. mihi cccxxxvij. inci. Iſta ſententia. Idem Bar. cõſi. lviij. incip. commune Spoleti. & Bal. conſi. lxxv. dicens, quòd terræ recommendatæ etiam, quæ mittunt brauium, non dicuntur eſſe de diſtrictu, nec deſinant eſſe liberæ, nec dicuntur transferre merum & mixtum imperium. Idem Bar. l. j. de excuſ. mune. lib. x. quòd ſi ciuitas libera committit ſe protectioni, gubernationi & regimini alterius, non transfert merum, nec mixtũ imperium. Vnde Bar. in tract. de repreſal. q j. arti. iij. dicit, ꝙ terræ, quæ ſubmittunt ſe protectioni ciuitatis certis pactis, non ſunt ſubditæ, ſed liberæ, fœderatæ fœdere inæqualiter. Et conſuluit Maria. conſi. mihi lv. inci. Vt queſitorũ ſuperiùs formatorum. quòd licet Aretini dederunt ſe in protectionem Florentinis, dando arces & fortalitia cum poteſtate alias ædificandi, appoſitis certis pactis, ꝑ hoc non dicunt̄ ſe ſub miſiſſe: quæ omnia ſigna, & extenſius ſunt in dictis locis. ¶ Demum ad hoc uide q. d. Card. in cle. j. in prin. in iij. q. de reſi. ubi diſputando concludit, dominum dantem cõſulibus in ſuo caſtro omnem ſuam iuriſdictionem, non poſſe ab eis puniri, ſi ipſe ibi delinquat: quia non poteſt ius ſui ſuperioris à ſe abdicare, c. uenientes. de iureiur. niſi fortè conſules contra illum ſuperiorem aliter præſcripſiſſent. Sequitur ibi Imo. ¶ Secunda concluſio. Si † uictor intendat actionem iudicati pro executione ſententiæ, poteſt quilibet iudex, de cuius foro eſt uictus, ſententiam alterius exequi: ſecus, ſi intentatur officium iudicis nobile, niſi iudex, qui iudicauit, requirat aliũ literis. Ita Spec. de execu. ſententiæ. §. ij. uer. ſed pone iudex Peruſinus. Bart. & omnes in l. à diuo Pio. §. ſententiã. ff. de re iud. do. Ant. do. Car. & Ab. hîc, gloſſ. & Bal. in c. cùm quædam. ff. de iuriſ. om. iu. gloſſ. inci. no. ex cauſa. in l. ij. ff. ſi quis in ius uo. Inno. in c. præterea. in gloſſ. ma. de dilat. Iac. But. in l. argentarium. ff. de iudi. Bal. in l. ij. in j. col. C. de exec. rei iud. Ang. in l. iiij. §. ſi ex conuentione. ff. de re iud.

do. Ant. in c. ſi. uer. ex his patet. de confeſ. & Pau. de Caſ. clarè conſil. ccxx. inci. Si dicta ſententia. & alij ꝛ. allegandi. Quæ uerba recipiunt v. intelligentias. ¶ Prima intelligentia. Si iudex, coram quo imploratur officium nobile pro executione ſententiæ, habet iuriſdictionem in reum ſolùm reſpectu rerum ſuarum, prædicta procedunt: ſed ſi ratione domicilij, uel originis, non eſſet opus dictis literis. Ita Bal. in addi. Spe. de ſen. uer. ſententia lata per unum iudicem. Alleg. d. l. argentarium. Sed caue: quia Iac. Bu. ita intelligit, quando agebat actione iudicati. Vel ſecundum Cy. in l. unica. in x. q. C. de confeſ. iudex prouinciæ ſcripſerat: & ideo ſic intelligendo non uiolaretur regula §. contrahentes. & §. ſin autem reus. de quibus in concluſione. ¶ Secunda intelligentia. Si executio eſt debita de iure communi, prædicta procedunt: ſecus, ſi ſolùm ex forma ſtatuti loci, ubi eſt lata ſententia: quia etiam ad literas iudicantis alius nõ exequit: habet enim imitari ſolùm ſtatuta ſua & ius commune. Bal. in l. vnica. in fi. C. de confeſ. per l. miſsi opinatores. C. de exac. trib. lib. x. Idem ſentit Paul. conſil. prealegato ad finem ibi, & ſic ſatis poteſt dici lata. & Bal. in l. j. in iiij. & v. q. C. ne filius pro patre. Et ideo dum do. Bar. in d. §. ſententiam. dicit, inſtrumentum guarentigiæ poſſe à quolibet iudice exequi, intelligitur, ſi in loco executionis eſt idem ſtatutum: quia bene intelligitur de inſtrumentis alibi confectis, ſecundum Bal. pulchrè in d. l. j. ¶ Tertia intelligentia. Si iudex, qui iudicauit, non præſt territorio, nõ eſt opus ſuis literis. Bal. in l. epiſcopali. C. de epiſcopali aud. per illũ tex. ¶ Contrarium ſentit Io. An. in d. §. ij. uer. quid de ſententia doctoris. dicens, ad requiſitionem doctoris fieri executionem. Idẽ ſentit Bar. in d. §. ſententiã. intelligens l. epiſcopale. prout ſ̃. dixi de l. argentariũ. Saluatet̃ iſtud dictũ intelligendo l. epiſcopale. in iudice, progato, prout intelligit ibi Iac. Bu. uolens, eũ eſſe functũ officio lata ſententia. Et tunc meritò nõ eſſet opus ſua reqſitione: ſicut de iudice, cuius iuriſdictio finit, tenent Doc. ubi ſuprà. ¶ Quarta intelligentia, noua. In caſu huius decretalis & generaliter in criminalibus nõ eſt opus dictis literis, ſecundũ do. Ab. hîc, cui nõ habeo cõteſtem, per quatuor rationes: quarũ una eſt dubia, uidelicet dum fundat ſe in dicto Bart. in §. ſententiam. ꝙ licet in ciuilibus poteſtas unius ciuitatis non poſsit exequi ſententiam capitanei ſine requiſitione, l. j. ff. de offi. conſu. tũ in criminalibus ſecus. Vnde ſi reus eſt contumax, & tandẽ adeo bãnitus, ꝙ capi poſsit, & fieri executio, quicunq; iudex eũ capiet, exequet̃ in territorio: nã ſi hoc eſt in hoſte patriæ confœderatæ, fortiùs in noſtro. Et ſic ex hoc dicto, qd̃ loquit̃ explicitè de iudice eiuſdẽ loci, & implicitè de iudice loci confœderati, infert ſolus do. Ab. idem in iudice alterius loci etiã non cõfœderati. Et quamuis hoc dictum Bar. ſequat̃ Bal. in l. j. ff. de offic. conſu. & in l. tale pactũ. §. qui, puocauit. ff. de pact. & Imo. in l. pe. in princ. ff. de pub. iud. tñ cõtra ipſum ualde inſurgit ipſe Bal. in d. l. executorem. dicens, quod ipſum abhorret conſuetudo, nec placet ſapiẽtibus, nec probatur iure, quòd ciuitas confœderata proſequatur hoſtes alterius, ut proprios. Et ad l. non dubito. dat tres reſpõſiones, de quibus per eum. Et idẽ in rub. C. de uſur. in fi. niſi pacta fœderis aliud dicant, ſecundum eum ibi. ¶ Modò conſidera bene: quia tenendo, ꝙ in iudice eiuſdem ciuitatis, & in iudice terræ confœderatę non ſit differentia inter ciuilia & criminalia, ut uult Bal. uideretur à fortiori poſſe dubitari de iſta quarta intelligentia do. Abb. cui, dum generaliter loquitur de iudice loci etiam non confœderati, fortiùs obſtant dicta Bal. Reſpectu huius decretalis, & dicti Inn. in c. qualiter. de quo per Abb. fortè ſuſtineretur opin. Abb. non, quia ſit uerum, quòd in criminalibus procedat iſta intelligentia, ſed quia priuatus beneficio alibi remanet criminoſus notorius: nam eo ipſo, quod eſt de crimine condemnatus,

conſtat quòd eſt beneficio priuatus: & multo magis, ubi condemnans eum priuauit, c. tantis. lxxxj. diſ. ad petitionẽ. de accuſ. c. cùm dilectus. §. his igitur. de pur. Cano. ubi propter factorum cõnexitatem hoc inducitur, ſecundum Spe. in d. uer. ſed pone: iudex. ubi ita reſpondet ad iſtum tex. Et pro hoc facit: quia, ut ſ̃. dictũ eſt, facta confiſcatione à iudice delicti, iudex bonorũ apprehendit bona tanq̃ uacantia. Remanebit ergo iſta quarta intelligentia uera, ubi agitur non reſpectu perſonæ, ſed in bonis alibi ſitis, à quibus eſt abdicatũ dominiũ, & perſona alibi condemnata. In quo cogita: quia Doc. nón declarant. ¶ Si iudex, coram quo petitur executio, uidet eam nullam, habet ſuperſedere & exceptionẽ nullitatis remittere. Pau. de Caſ. cõſil. præallegato. Imo. in c. cùm in iure, de offi. dele. & in c. paſtoralis. §. quia uerò. eo. tit. niſi nullitas eſſet notoria: quia nõ eſt opus remiſsione, ſed poteſt executio denegari. Lud. pulchrè cõſil. lj. inci. Attentis de deciſione Bal. in l. ab executione. uer. ſed nunquid. C. quorum ap. Quid autẽ, ſi iudex iudicans nõ uult ſcribere, uel alius requiſitus nõ uult exequi? De hoc & alijs dic, ut ꝑ Doct. in §. ſententiã. ¶ Vltimò † ſeruit iſta decretalis ad plurima: ſed ex multis no. ſaltem Fed. conſil. clxxxij. inci. In hoc puncto dubitabili. ꝙ ſtatutum epiſcopi puniens non reſidentem operatur, etiam ſi abſentia cõſumeretur extra dioœceſim: non, quia pœna afficiat perſonã extrà, cõtra c. ij. de cõſti. in vj. ſed reſpectu rei ſitæ in dioœceſi. Sequitur Pet. de Anc. in repe. c. j. de conſti. fol. 29. ibi, reperiri eius cõtrarium. & Maria. in c. ex tuæ. de cleri. non reſi. ibi, ſed circa prædicta. ¶ Item uide Rotã de conſue. xij. in antiquis, quòd ſicut epiſcopus poteſt exiſtentes in dioœceſi, & ibi delinquentes punire, ut hîc ita illi, qui alibi ſtant, & faciunt delictũ in aliena dioœceſi, poſſunt ab epiſcopo offenſo puniri cum cõſenſu illius, in cuius dioœceſi ſtant.

13 Quod no. ¶ Item ſcias, ꝙ † mortuo teſtatore, qui iuſsit bona alibi ſita dari pauperibus, diſtributio ſpectat ad epiſcopũ domicilij. Bal. in l. nulli. C. de epiſ. & cle. Pet. de Anc. in regula, peccati uenia. in pe. q. ſed executio actua lis ſpectat ad epiſcopum bonorũ, per iſtum tex. per quẽ ita uidi iudicatũ: de quo per Archi. & Domi. in c. nõ aũt. vij. q. j. ¶ Et iſtis adde Inno. in c. Paſtoralis. ultra medium, de priui. ubi dicit, quòd in alienatiõe prædij in alia dioœceſi ſiti authorizabit epiſcopus, cui eccleſia ſubeſt. Et ſequitur Arch. in c. in uendtionibus. circa medium, xvij. q. iiij. eſt gl. in §. hoc ius. x. q. ij. uerſ. ꝙ ſi neceſsitas. in uer. duos. Bald. in auth. hoc ius porrectum. uerſ. quæro igit̃, qs eſt. C. de ſac. ſan. eccl. Imo. in cle. j. de re. eccl. ibi, ex prędictis habes. & latiùs Car. in prin. q. xxxvij reſpõdens contrarijs. Item not. quòd eccleſia in una dioœceſi ſubiecta pleno iure eccleſiæ alterius dioœceſis grauabitur in legationibus occurrẽtibus in loco, ubi eſt ſita, nõ in loco eccleſiæ eius dominæ. Pe. de Anc. poſt Arch. prò & contrà, cõſilio mihi ccxlviij. inci. Ad prædicta dubia. ¶ Adde Lud. latiſsimè conſi. ccclxxvj. inci. Quæſtio eſt. ubi dicit, ꝙ beneficium exiſtens hîc, ſpectans tamen ad collationem abbatis Cluniacenſis, dicitur in dioœceſi, & ſub dioœceſi, & per dioœceſim etiã in gratijs expectatiuis. Vide eundem conſi. cccxlj. inci. In caſu propoſitæ. ubi dicit, quòd legatus cõferet beneficium ſitum in prouincia ſua, ſpectans ad collationem clericorũ alterius prouinciæ. Et ſcias extraua. Io. xxii. ſedes Apoſtolica. folio impreſſatũ centeſimo, quòd executor ad beneficia in certa dioœceſi, ſi illa dimembrat̃, poteſt exequi in uacaturis in parte dimembrata alteri unita. Et no. quòd ubicunque diſpenſatio fit reſpectu eccleſiæ, ſemper petitur à ſuperiore eccleſiæ. Domi. in c. cùm ex eo. de elec. in vj. propter gloſſ. ibi. ¶ Et ſcias, quòd Mod. hîc examinant opi. Bart. in l. ſi dominum. ff. de fur. Verùm ratione ſolius contrectationis poſsit fur ſuſpendi, aliàs dicemus: & quædam dixi in c. nouit. de offic. dele.

SVMMARIVM.

1 ¶ Vidua retinet dignitatem quæſitam radijs mariti.
2 Quondam: hæc dictio, & ſimiles, important præteritum alio non apparente.
3 Diſpoſitio talis, Titius filius Martini. non utiliatur, licet Martinus ſit mortuus, & non dicatur quondam, uel aliquod ſimile.
4 Computatio dietæ fit à loco domicilij principalis.

CAPITVLVM XV.

c. ex parte B.

propinquorum in contractu, militet in quasi contractu: in quo est uarietas, ut per Bartol. in rub. C. de pact. Bartol. in l. more. ff. de acquir. hæred. & in l. multum. §. j. eod. tit. & Alber. in j. parte statu. q. cv. & Ang. consilio ultimo. Pondera gloss. in uersicul. decet. in c. processus. de immu. eccles. in vj. iuncta l. iij. §. idem scribit. ff. de pact. ubi in iudicijs quasi contrahitur: & tamen illa gloss. uult, quòd de quasi contractu non inferatur ad contractum, quod procedit secundum istos ratione pœnæ orientis ex annullatione actus, l. senatus. de contrahen. empt. dixi in c. ij. de constitut. Sed de his aliàs uide Bald. & Mod. in l. siue apud acta. C. de transact. ¶ Item referunt Moder. not. dictum Bald. in rub. C. de reuoc. his, quæ in fraud. cre. ubi tandem decidit, quòd si contraxi cum aduena, possum eum recedentem petere arrestari, quia non debui credere eum recessurum ante quàm satisfaceret, uel daret fidem de soluendo in loco domicilij. Et sequitur Roma. in l. fin. ff. sol. matri. dicens, sufficere cautionem nudam, si aliam nequiuit inuenire, iuxta gloss. in l. ij. §. sed si dubitetur. ff. de iudic. ¶ Addit autem Aret. duo: primò ad illud, quod tantum operatur tacita destinatio loci solutionis, quantum expressa. Nam dicit se dare casum de hoc in l. sed & si susceperit. §. j. ff. de iudic. & bene facere l. fideicommissum. §. fin. ff. eod. titul. ubi, qui cœpit soluere in certo loco, non potest postea recusare ibi soluere. Et pondera, quòd etiamsi destinatio solutionis fiat ex interuallo, idem est per l. quamuis. ij. respon. ff. de iudi. Sed tunc destinatio non tollit forum acquisitum ex contractu, sed accumulat forum foro, ut hîc signanter dicit do. Ant. Pro quo ipse inducit l. certi condictio. §. pe. ff. si cert. pet. ubi quando simul & semel fiunt duo cōtractus, censetur fieri unus gratia alterius, & unus tantùm habet effectum: secus, si fiat ex interuallo. Et
18 hæc not. ¶ Item † ad illud, quòd gabella debet solui in loco contractus, non destinationis, ut hîc per do. Ant. & Abb. quia ibi fingitur contractum esse, & in statuto cessat fictio, ut sæpe dixi. Addit Aret. Bald. idem tenentem in l. j. C. ubi conue. qui cer. lo. sed Bald. contrarium tenet in l. multum. in ult. col. C. si quis alt. uel sibi. quia licet considerādo cōtractum, prout est, facti, & in facto consistit, dicatur fictè contrahi in loco destinationis: tamē uerè dicitur ibi contraxisse, prout cōtractus est iuris habens in se cōsensum ad omnem locum extendibilem secundum uoluntatem partium: arg. l. nihil. ff. de cap. & hinc est, quòd ibi sortiuntur forum. Sed ipsum reprehēdit Aret. quia sequeretur, ꝙ in omni actu, qui parit obligationem, semper actus fictus haberetur pro uero, contra regulam, de qua in l. iij. §. hæc uerba. & ibi Bar. ff. de neg. ge. Vnde placet sibi communis, quòd respectu gabellæ attenditur locus contractus, non destinationis. ¶ Adde, quòd licet Sal. in d. l. multū. sequatur Bald. dicens, hoc modo obuiari fraudibus, tamen opi. communis habet pro se rationem uiuā: quia quod uideatur contrahi in loco destinationis, est propriè fictio, Ergo, &c. Et quòd ita sit, uide optimè Angel. de Aret. in §. præterea. Institut. de actio. ubi de hoc dicit esse gloss. singul. in l. eum, qui. §. Iulianus. in gl. ij. ff. de constitut. pec. quam perpetuò not. ad statuta, secundum eum. Tu uide Ang. in l. contraxisse. ff. de act. & oblig. ubi ꝙ ista sit fictio, arguit sic: legatū promittens soluere Romæ, non potest ibi cōueniri durante legatione, l. si quis in legatione. ff. de iudi. secus, si uerè contraheret ibi, l. ij. §. omnes. eod. tit. Ergo promittens soluere in loco, uerè non
19 contrahit ibi. ¶ Item † in hac materia no. illud, quòd in loco contractus non sortitur quis forum, quando solutio destinatur alibi. Ita est tex. & Bar. & Ang. in l. quæro. ff. de sol. Text. gloss. & Bar. in l. j. ff. de bon. author. iud. pos. Cy. & Sal. in l. j. C. ubi conue. qui cer. lo. Sal. in l. j. ff. de eo, quod cer. lo. Bald. in d. §. Iulianus. damnata gloss. ibi. Et hoc reputat singul. Angel. Aret. ubi s. limitans sapienter, nisi in contractu esset clausula promittens soluere hîc, & ubicunq; locorum, &c. de qua multa bona extendit. Dixi satis in c. j. de iud. post. do. Ant. & do. Abb. ibi. ¶ Et not. quòd ubi in loco contractus haberet contrahens domicilium, non procederet, quod est dictum. Nam non obstante destinatione etiam ibi conueniri potest. Ita Ang. in d. l. hæres absens. dicens, casum esse expressum ibi in fi. & bene. Et adde, quòd in loco destinationis sortitur quis forum, etiam quo ad expensas & damna ex sua mora ab alio incursa. Text. est not. in c. dilecti. s. eod. & ibi do. Abb. in notabilib. ¶ Et ad illud de uiatore respectu secundæ limitationis Doctorum addit pulchrè Maria. in c. dilecti. s. eod. Not. per Ang. in d. l. hæres. s. quòd coniecturæ possunt operari, quòd cum uiatore uideatur actum de precio statim dando, propter quod ibi conueniri potest. Vnde dicit Mari. se dixisse idē in emente in nundinis stante consuetudine, quòd ibidem soluatur: quia talis cōsuetudo dat coniecturam simplici contractui. Postea subdit Maria. quòd ubi uiator duceret aduocatum extra domicilium aduocati, & in loco iudicij pacisceret de mercede, saluaretur gl. in d. §. nec etiam. quasi cōtractū sit cum uiatore. Et ita refert se uidisse
20 in practica. ¶ Adde † istis Ang. in l. j. ff. si quis in ius uo. ubi dicit, ꝙ si uiator promittit soluere, ubi cōtrahit, potest ibi cōueniri. Et uide Bal. in l. fin. C.

hære. pro limitatione. Facit, quod uult Baldus in l. siue apud acta. in j. col. C. de transactio. ubi refert se consuluisse, quòd statutū disponēs, quòd non ualeat contractus mulieris, nisi insinuetur, non extenditur ad simplicem liberationem, seu distractum: & ibi sequūtur Moder. Adde tu, ꝙ quicquid ibi sit in casu nostro teneo contra Angel. & do. Alex. quòd, etiāsi statutū utitur uerbo, Contrahere. mulier adhuc nō posset facere pactum de nō petendo absq; solennitate statuti: prout etiam tenet Ang. & Mart. Lau. in d. l. si unus. §. pactus. ff. de pa. Moueor primò, quia pactū dicitur etiā contractus, ut est glos. sing. in l. j. in prin. ff. de acti. et obli. Et si est contract⁹ impropriè, cùm non sit ultrò citroq; obligatorius, l. Labeo. §. contractus. ff. de uerb. sig. Ergo nō habet locū in statuto: quia dico, ꝙ ubicunq; in statuto nō potest assignari, nisi una ratio, illa habetur pro expressa: gl. est in l. quamuis. & ibi expreßius Bal. et Paul. de Cas. C. de fideicom. quo casū ex identitate illius rationis licitum est arguere ad casum, qui sub lata et impropria significatione continetur, ut est glo. in authen. ut hi, qui oblig. in uerb. ad curationem. ubi Ang. no. & gl. in Cle. j. in uerb. alligatur. de elec. Sed huius statuti nō potest assignari nisi una ratio, s. propter fragilitatem sexus, et imbecillitatem intellectus, ut not. Bald. in l. ij. C. de adop. & in l. ij. C. de rescin. uend. in ix. q. Secundò moueor: nam statutū loquens in contractu habet locum in distractu, concurrente identitate rationis: gl. est reputata sing. in l. iij. §. contrarium. ff. de cōtra. iu. tut. Tertiò moueor, quia statutū in contractu habet locū in renunciatione concurrēte identitate rationis, secundùm Bal. in rub. & in l. j. C. de pac. & pulchrè Bald. ubi limitat, in l. pactum. in xxj. q. C. de colla. secus, ubi est diuersa ratio. Ita potest saluari Bald. in l. tres fratres. ff. de pact. Quartò facit, qd' no. Bart. in auth. cōtrà, si filij. in ij. not. C. de repud. ubi dicit, quòd cuius consensus requiritur in contrahēdo, eiusdem requiritur in distrahēdo. Vltimò facit doctrina gl. in l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. Quintò principaliter limita cōclusionem cōmunem, nisi talis liberatio seu quietatio fieret per mulierem ex necessitate: puta, quia maritus reddidisset uxori, qd' debet: quo casu mulier tenetur quietare per l. dissolutæ. C. de condi. ob cau. & in alienatione non requiritur solēnitas statuti. Ita per plura similia tenet Roman. in consilio cccxciiij. incip. Præsuppositio.

ubi

ubi in rem act. ubi decîdit, quòd uiator transiens hâc cum equo meo, potest cogi satisdare de stando iuri in loco domicilij, aliàs sequestrabitur equus, ut ibi per eum: & uide Bald. in l. si in possessione. C. ubi cau. sta. ubi dixit, quòd ubi de alio foro non apparet, intelligitur quis habere forum, ubi reperitur, per illum tex. Et facit, quod de uagabūdo dictum est suprà, & dicetur j.
21 Et hæc not. quia latiùs possent extendi. ¶ De † effectu fori contractus, aduerte ad illud utile dictum do. Ant. quòd iudex domicilij ad petitionē iudicis contractus citare potest ad finem, ut iudex contractus discutiat obligationē personalem condemnando eum directè in contractu: & est limitatio ad §. contrahentes. Displicet do. Ab. hîc: quia ille §. prohibet istum inuitū trahi. ¶ Postea saluat, & fortè est additio, quòd sicut in criminalibus hoc fieri potest, ut s. dixi, ita in ciuilibus. Sed Maria. in c. dilecti, s. eo. de ista saluatione nihil dicens, sustinet dictum do. Anto. ubicunq; causa esset talis, in qua de iure cōmuni, statuto, uel consuetudine procedi potest ad diffinitiuam contra absentem lite non contestata. ¶ Sed §. contrahentes. procedit, ubi requiritur litis contestatio: & dicit hoc dictum esse nouissimum. ¶ Cogitabam non esse uerum, quòd iudex cōtractus nequeat inuitum absentem indirectè trahere. Si enim procedere potest in bonis sitis in loco contractus, profectò istud est indirectè trahere partem, cur huiusmodi missio in possessionem displicebit? Vnde uidetur §. contrahentes. uoluisse uetare uiolationem alieni territorij per citationem arctantem personam: sed ubi requirit alienum iudicem, hoc cessat. Et ideo cogitabis.
22 ¶ Est † aūt regulare, ꝙ in contractibus non fit remissio: ut hîc per Doct. & subtiliùs per Sali. in authen. si uerò. in ult. col. C. de adul. quia sicut inuitus non extrahitur quis de domo in ciuilibus, l. plerią;. ff. de in ius uo. ita nec de ciuitate, uel prouincia. Idem dicit apertè probari in l. j. ff. de eo, quod cert. lo. dum dicitur, illum titulum esse inuentum, quia reus non ueniret ad locum, in quo soluere promisit: & tamen constat, quòd ibi dicitur contraxisse. Ergo præsupponit, ꝙ non procedat ibi auxilium remissionis. ¶ Fallit primò secundum eum post gloss. ubi quis conuenitur pro reddenda ratione administrationis, ut hîc etiā per Ab. ¶ Secundò fallit in uagabundo, qui tanq̄ non habens domiciliū, potest ubiq; conueniri, secundum Sali. de quo s. fuit dictum: sed cogita, quia hoc non probat eum posse remitti. ¶ Tertiò fallit, ubi contrahens renunciauit beneficio fori: quia remitti potest, sicut in criminali. Gl. unica. in l. j. ff. si quis in ius uoca. nō ie. quam sequitur do. Card. do. Ant. & Abb. hîc, & Abb. in c. j. de iudic. & Petr. de Ancha. in d. §. contrahentes. & Bald. in l. cùm Archimedoram. ante fin. C. ut in pos. leg. dicentes hoc modo limitari §. contrahentes. quamuis per illum tex. simpliciter loquentem contrarium teneat Imol. hîc, & Angel. in d. l. j. & in d. l. hæres. Sed respondet Bal. in d. l. cùm Archimedoram. quòd istud est, ut renunciatio aliquid operetur. ¶ Considera duo. Primò, dum isti sentiunt, quòd ista fallentia limitet §. contrahentes. adeo quòd iste possit alibi citari: quia in iudice accidentali, prout est iste ratione contractus, ista renunciatio non uidetur sufficere in citando: quia ibi uiolatur alienum territorium: sed respectu remissionis posset procedere, quia requiritur alienus iudex: & etiā tunc, quoad citationem ab eo faciendam, ad petionem iudicis contractus procedere posset, quod est dictum. ¶ Secundò considera, dum do. Abb. hîc restringit hāc fallentiā in clerico: quia secundum Maria. in c. dilecti. in ult. chart. s. eod. sicut contrahendo præiudicat sibi tacitè in priuilegio fori, ut ibi, ita per clausulā accessoriam adiectam contractui, quæ debet regulari, ut ipse contractus. Dubito: quia c. dilecti. non loquitur in expressa renunciatione. Item accessorium huius clausulæ est à contractu separabile: ideo non uidetur substentabile à contractu. Patet simile in c. ex literis. de iurepa. & quod ibi per Io. And. & Abb. in rub. de iudi. ꝙ si dicitur, uendo bona & iuspatronatus, non ualet respectu patronatus: & tamē illa adiectio est accessoria contractui. ¶ Quartò fallit, ubi contrahens promisit se repræsentare in loco contractus: quia tunc poterit peti remissio. Bal. latè in d. l. cùm Archimedoram. subdens, ꝙ ubi destinatur solutio in certo loco, nunq̄ fit remissio ad locum contractus, sed destinationis. Et hęc probat, dicēs esse utilia. ¶ Quintò fallit, ubi est iuratū. Ang. in §. si uerò etiam quidam. in authent. de exhib. reis. per illum text. de quo ipse exclamat in d. l. hæres absens. Caue: quia do. Card. in fi. de iureiur. expressè sentit, ꝙ §. contrahentes. procedit etiam, ubi est iuratū. Tamen dictum Ang. transire potest tum per d. §. si uerò. tum propter glossellā tritam in l. si pecuniam. in princ. ff. de cond. ob causam. cum concord. quas ad ipsam dedi in c. ad nostram. lo j. de iureiur. uolens in obligationibus facti posse iurantem præcisè cogi. ¶ Sextò fallit propter nimiam contumaciam, per quam potest reus personaliter capi, & ad iudicē deduci: & hoc casu etiam in similibus fit remissio. Bal. in l. consentaneum. in viij. notab. C. quomodo & quando iud. per illum tex. quem dicit singularem, & unicum: & sequitur Roma. in §. de uiro. in xlvij. fallentia, sol. mat. ¶ Septimò fallit, ubi debitor turpiter latitat, occultando se à loco domicilij causa fraudationis. Bar. in d. l. hæres. Ang. ibi contrà dicens, iure non probari. Cętera dic, ut per Imo. in cle. Pastoralis. in pe. char. uer. an autem remissio. de re iud. & per Lud. & Paul. in d. l. j. & Maria. in d. c. dilecti. Et scias, ꝙ sicut in criminalibus remissionem præcedere debet aliqualis cognitio: gl. in cle. Pastoralis. ut s. dictum est, ita in ciuilibus, quando fit remissio. Pet. de Anch. in c. dilecto. de sen. excōm. in vj. Sentit Ang. in l. j.
23 C. ubi sta. causa. ¶ † Circa forum domicilij no. illud præcipuū, ꝙ iste forus est generalis: & ordinarius concurrens cum quolibet foro in tm̄ quòd subditi ex alio foro, putà contractus, delicti, uel rei sitæ nō dicunt propriè subditi, sed solùm isti suditi ex domicilio. Gl. ordi. in cle. j. in uer. subditos. in fi. de fo. compe. quam sequitur do. Ab. & do. Maria. in c. j. s. eo. & d. Ab. in c. proposuisti. s. eo. & ipse, & omnes in d. cle. j. ¶ Bene facit gl. in c. nuper. in uerb. absoluto. prope prin. de sen. excōmu. & gl. in c. j. in uer. excōmunicatur. de rap. & gl. optima in c. statutū. in uerb. unam dietā. in fi. dicens, appellatione Diœcesis, intelligi de diœcesi domicilij, non autem originis, uel alia: & sic dicit se disputasse, & curiam tenere.
24 ¶ Facit † gl. pe. in c. præsenti. de præb. in vj. & utrobiq; dicit Domi. represalias concessos contra certos hoīes, intelligi de subditis domicilij tantùm. In quo ultimo uide latiùs Bar. de represalijs, in vij. parte, q. ij. & omnino Bald. in repe. l. cunctos. Et ibi etiam inuenies, utrùm appellatione Florentini, ueniat Florentinus origine tantùm, uel domicilio tantùm. Nam si materia est indifferens, uenit uterq;: secus, si materia subiecta respicit originem tantùm: putà, statutum puniens offendentem Florentinum: quia intelligitur, s. originarium, uel si materia considerat hoīem extra se per accidens: putà impositio collectæ, uel represaliarum. Nam simile onus meros originarios non arctat. Et cum istis uide Pau. in l. ij. C. de iur. om. iud. & do. Ant. consil. xxj. incip. Viso puncto. ubi dicit, aduertendū in statutis, in quib. cùm uerba capiantur propriè, ut scis, appellatione domicilij, uel ciuilitatis, intelligitur nō de originaria, sed domicilij habitationis. Vnde dicit Bald. in rubric. C. si à non compe. iud. quòd domicilium est potissima causa iurisdictionis. Et ꝙ in loco originis non potest quis conueniri, nisi ibi reperiatur, alleg. d. gloss. in uer. unam dietam. In dubio tamen præsumitur domiciliū in loco originis. Bal. in l. fi. in j. col. C. si à non compe. iu.

c. licet rōe delicti.

Et ꝙ

Et ꝙ in materia ſtricta appellatione ſubditorum non ueniant delinquentes in territorio, not. do. Abb. in d. c. huper. in ult. col. & Bal. in l. oẽs. §. ſi uerò apparitor. C. de epi. & cle. allegando gl. in d. uer. ſubditos. Pondera: quia importat, uerbi gratia, in caſu gl. in cle. Paſtoralis. in uer. non ſubdito. & Bart. in l. nihil. C. de manu. uin. cum concor. Et ad hæc uide tex. in l. quæ conditio. §. fi. ff. de condit. & dem. ubi uerbũ teſtatoris loquentis de foro ſimpliciter, cũ ipſe eſſet ſubiectus multiplici foro, intelligitur de foro domicilij. Vnde Bar. ibi, ubi dicit, ꝙ legatum factum eccleſiæ nulla expreſſa, intelligitur de eccleſia domicilij: & eſt dictum Spe. de inſtr. edi. §. nunc uerò. in ult. char. uerſ. quid ſi teſtator. Notãt Mod. poſt Abb. & Imo. in c. iudicante. de teſta. quibus adde gl. in uerbo, pauperes. in c. j. de teſta. in vj. ꝙ inſtitutis ſimpliciter pauperibus intelligit, ſ. domicilij. Et adde fortius, quod not. Archi. in c. cùm archiepiſcopus. de offic. ord. in vj. ꝙ epiſcopus iudicans ſubditũ ex delicto, uel contractu, non dicit uti iuriſdictione ordinaria: qd Domi. ibi intelligit cautè reſpectu perſonarũ, propter gl. prædictas, nõ reſpectu iudicantis. Nam hoc habet à lege. Ergo ordinaria eſt, ut per Inn. in c. cùm ab eccleſiarum. & ibi dixi, de offic. ord. Per hoc intelligis glo. in uerbo, ſententiæ. in fin. in c. Romana. §. j. de ſen. excõ. in vj. dum dicit, ratione delicti quem eſſe ſubditũ: quia ſm Domi. ibi intelligitur largè. Sic etiam intelligitur gl. ij. in prin. in c. à nobis. lo j. de ſen. excõ. & in d. c. j. de rap. ¶ Et ſcias, ꝙ do. Maria. hîc reduxit omnia ſparſa per hunc tit. de iſto uerbo, domiciliũ. per x. q ad quas recurres & inuenies in iiij principali xiiij. modos acquirẽdi domiciliũ: putà, origine, habitatione, beneficio, lectura, adoptione, & ſimilib⁹: & inuenies in ix. q. modos perdendi domiciliũ. In quib. adde ſib: Bal. in rub. C. ſi à non cõpe. iu. ubi optimè inſiſtit. Illud etiã not. ꝙ iudex domicilij citare poreſt ſubditũ ubicũq; exiſtentem: quia ſemper eſt ſubditus: & in hoc iſte iudex differt à iudice cõtractus, uel delicti, ut præ cęteris declarat do. Car. corrigens, ꝙ hîc dixerat in d. cle. Paſtoralis. §. ut illud. in pe. col. de re iudi. Pœna aũt ſtatuti domicilij ligat ſubditum etiam alibi delinquẽtẽ, ut per oẽs hîc: quibus adde oĩo Ang. duobus plenis locis, uidelicet in l. ſi uacantia. uer. inci. denter quæro. C. de bo. uac. lib. x. & in diſputatiõe inci. Bononienſis in j. dubio, ubi relatis opinionibus & argumentis antiquorum firmat idem data una limitatione, niſi ſit pœna trahens ſecum executionem, ut excommunicatio, & ſimilis, per c. ij. in fin. de conſtitut. in vj. reprobato. Bartol. in d. l. cunctos. dum dixit, quòd ſtatutum poſſet etiam hoc caſu nominare delinquentem extrà: quia ſecundum Angel. d. cap. fundat ſe in potentia: & quia ſtatutum exequeretur extra territorium, quòd non poteſt iudex manu ſua, l. fi. ff. de iur. om. iud. Ergo nec ſtatuto. Per quam rationem dicit ſe audacter tenere, quòd ſicut non poteſt ſtatuto, ita nec ſententia: & miratur ſe audiuiſſe, quòd Fed. aliter conſuluerit: quia inter hæc duo nõ eſt differentia, ſm eum, cũ quo tranſit Maria. eum extendẽs in repe. c. qualiter. lo ij. q. v. art. xj. de accu. ¶ In hoc ultimo ſequere do. Phi. de Peru. in c. cùm ſit Romana. in fi. de ap. ubi dat pro regula, ꝙ excõmunicatio poteſt ferri per ſeniam particulariter contra ſubditũ extra territoriũ, per tex. ibi, & in c. ex tuæ. de cler. non reſi. quos Ang. non conſiderauit. ¶ Limita primò, ut procedat in ſenia particulari: ſecus, qñ fertur ſenia generalis per modum edicti, uel ſtatuti: ſicut patet in c. conſtitutũ. lo j. de teſti. & in c. ad noſtrã. lo ij. de iureiur. Tunc eñ excõmunicatio non ligat abſentem extra territoriũ. Ita procedit c. ij. de conſt. in vj. ſm unum intellectũ. Io. And. ibi. ¶ Secundò limitat, ut ſubditus extra territorium poſſit excõmunicari, qñ excõmunicatio fertur pro cauſa iam damnata, & habente ortũ intra territorium: ſecus, ſi pro cauſa orta & originata extra territoriũ: quia pro illa abſens excõmunicari non poteſt. Ita tex. no. in d. c. ij. quem ita declarat do. Ant. in c. à nobis. lo j. de ſen. excõ. pen. char. & ſequit do. Phil. ubi ſ. ¶ Conſidera & finge, ꝙ ſtatutũ epiſcopi priuet ipſo iure beneficiatũ, qui duobus menſib⁹ ſtet abſens, & occurrat clericũ pro certo tempore cũ licentia abeſſe, & poſt illud tempus duob⁹ menſibus abſens ſit, utrũ incidit in ſtatutũ? Et profectò uerba huius limitationis probant, ꝙ non: dum requirunt delictũ eſſe ortũ in territoria. Iſtud eñ ortũ eſt x̃. ut uides. Ergo nõ incidit in ſtatutũ. Et tñ in ꝓrium eſt deciſio Fed. aurea conſ. clxxxj. quod retuli in c. poſtulaſti. ſ. eo. allegando duos conteſtes: quibus adde Domi. idẽ ſequentẽ in c. ij. de conſti. in vj. Ratio potiſsima: quia ubi quis teneť ad aliquid faciendũ in loco, & illud nõ facit, dato ꝙ ſit alibi, habeť delictũ pro facto in loco, ubi aliquid facere tenebať. Facit in fi. gl. mag. in cle. j. ut lite penden. & declarat egregiè ſolus do. Ant. ſecutus Bar. in l. libellorũ. dum dicit, ꝙ maleficiũ maſſariſ nõ denunciantis delictũ in palatio, debet in accuſatiõe dici cõmiſſum in palatio. Ita actus non reſidendi facit delictũ eſſe cõmiſſũ in territorio attento, ꝙ ſtatutũ concernit rẽ ſubiectã: & ſcias, ꝙ rõne rei perſona abſens arctatur indirectè, d. §. contrahentes. Nec dicas, ſtatutũ non operari in caſu ficto, attento hoc quod dixi de re in loco exiſtente, per quã uideť in loco uerè delinqui. Patet ex mente Bal. in l. actor. in ult. col. alle. ſ. in q. ſagittantis, de abſente cogendo redire. ¶ Hoc modo adaptať limitatio iſta: ut, dũ loquit de delicto orto extra territoriũ, idẽ ſit, ſi eſſet ortũ extrà, operareť aũt intus: qd expreſſè & latè not. hîc do. Ant. quem ſemper uide, dicẽs, §. ſtatuto. nõ ꝓcedere hoc caſu. Aduerte tñ circa caſum Fed. quia ſi ſtatutum puniret abſentantẽ ſe inſolẽniter, i. ſine licẽtia, & ſtãtem extrà certo tempore, tunc in caſu, quẽ ſ. finxi, ſtatutum nõ militaret: quia nõ ſufficeret, ꝙ finito tẽpore licentiæ inciperet noua abſentia inſolens: quia ſtatutũ no. principiũ. Ita Car. conſ. cxxxij. inci. T. archipresbyter. motus propter gl. iij. ubi ꝓrium credo in cle. j. de conſan. & aff. Retuli in c. examinata. de iudi. dum tetigi de qualitate, adiuncto uerb. etc. ¶ Tertiò limitat, ut regula procedat in ſubdito rõne domicilij: ſecus in ſubdito aliquo accidente: quia tunc excõmunicari non poteſt extra territoriũ, d. §. ꝓhentes. Iſtæ limitationes oſtendũt differentiã inter ſtatutũ, & ſniam: inter quæ uide tres differentias in terminis, per Fede. conſ. xvj. inci. Capitulũ eccleſiæ cathedralis. in tij. col. uſq; ad fi. ¶ Poteſt addi alia limitatio ad illud de ſtatuto, uidelicet niſi eodẽ momento tẽpis, quo ſubdit⁹ incipit deſinere eſſe ſubdit⁹, incidat in excõicationẽ ſtatuti. Ita probat deciſ. Rot. de conſtit. j. in antiquioribus, uolens: ꝙ ſtatutũ certi ordinis excõmunicans religioſum cõſentientẽ electioni non renunciantis bonis, liget ꝓnunciatũ in epiſcopũ cõſentientẽ abſq; renũciatione bonorũ: quia excõicatio non operať poſt cõſenſum: quia tũc nõ eſt ſubditus, ſed ſimilis cũ conſenſu, ꝓut in ſimili uult Inn. in c. præterea requiſiti. in uer. idẽ, cũ dico. de app. attẽta natura huj⁹ gladij ſpũalis, qui prę alijs penetrat, ſm eũ. ¶ Et de prædictis, qñ ſubditus liget ſtatuto extra territoriũ, uide aliqd ꝑ Bal. in l. neganda. C. qui accuſ. in l. ſi quis in hoc. C. de epiſ. & cle. & in Spe. in tt. de ſẽ. Pe. de Anc. in c. poſtulaſti. ſ. eo. in uerſ. op. Bal. & Sal. in l. mercatores. C. de cõmer. & in l. ij. C. de eunuc. ¶ Vltimò in iſto ſubdito domicilij no. ꝙ ſi alibi ꝓtrahit, & cũ iuramento, põt pro abſolutione inſtare corã iudice ꝓtractus. Do. Ant. hîc, & ſ. eo. c. poſtulaſti. in pe. col. poſt Lap. alleg. x. quia iudex ꝓctus, eſt ẽt iudex in eo diſſoluẽdo, ut p ipſum. Pro quo Lud. ſing. cccclxiij. inci. Florentinus ꝓtrahit. dicit, eſſe caſum, & bene, in l. in ꝓtractibus. §. in oĩ. C. de non nu. pe. ubi exceptio illa ꝓponit ẽt corã iudice ꝓtractus. ¶ Adde in terminis Cal. de offi. ord. conſ. j. & de iureiur. conſ. vj. & do. Car. licet obſcurè, in c. j. in fi. de iureiur. Sed caue: qa ubi alia pars ẽ præſens, res uideť clara: ſed ſi eſt abſens, cogita

cogita retenta opi. uera, quã diſcuſſi poſt alios in c. j. in iiij q. de iureiur. ꝙ in abſolutione iuramenti debet pars citari, modò iudex contractus non citatur extra locũ, d. §. ꝓtrahentes. Ergo ſaluo, niſi eſſemus in caſu, in quo non requiretur citatio, ꝙ quando ſit, dixi ibi. Et unum ponit Rot. de iureiur. deciſ. viij. in antiquis, per quam rationem credo Lap. ubi ſ. nõ firmaſſe, licet But. ipſum ſummans de hoc non perpenderit. ¶ De foro ratione rei ſitæ, dic, ut per Docto. quos hîc & alibi reduxit do. Maria. in c. ſanè. ſ. eo. Facit materia tota c. ex parte B. ſ. eo. Vnũ addit do. Maria. circa ſatiſdationẽ conuenti pro re mobili, uidelicet ꝙ etiamſi non eſt ſuſpectus, ſed aliàs ſit ſoluendo, tñ tenetur ſatiſdare de re exhibẽda: quia actori non eſſet plenè cautũ propter difficultatẽ probationis, ut ibi per eum. ¶ Gl. † fi. ad illud, de iure reuocandi domum: adde primò ꝙ lex, Romana. alleg. in gl. non eſt correcta, ſecundũ Mod. dicẽtes ita dixiſſe Ana. quia de iſta correctione non apparet: & addunt l. ij. §. nouiſſimè. ff. de orig. iur. niſi populus Romanus transferens imperium in Cæſarem non præiudicauit prærogatiuis urbis. Ita in translatione facta per imperatorem in Papam. Et iſtud eſt contra oẽs hîc dicentes, Romam eſſe patriam, non reſpectu urbis, ſed Papæ, & eo abſente non eſſe talem. Tene ipſos Doct. hîc per c. fundamẽta. de elect. in vj. ubi apparet, urbem eſſe adeò ſubiectam Papæ, ꝙ ueteres prærogatiuæ ceſſauerunt. Nec ob. §. nouiſſimè. quia hîc de intentione donantis ubem erat, ꝙ regereť iure Canonico in poſterũ, prout aliæ terræ eccleſiæ non iure Roma. ¶ Secundò addunt Mod. ꝙ ius reuocandi domum non competit legato, qui legationem affectauit, per l. & qui data. ff. ex q. cauma. & quædam alia dicta, quæ innuunt, affectantem carere priuilegio: & illa cum pluribus poſui aliàs in c. fi. de teſti. ¶ Cogita: quia hoc priuilegium datur legationi, non tam fauore legati, quàm fauore mittentis, tum propter maieſtatem officij: tum, ne diſturbeť, l. ij. alleg. in gl. l. ſi legatus. ff. ad Treb. Ergo huic fauori non uidetur poſſe tacitè renunciari, ut dixi in c. ſi diligenti. Et non erat ſic in caſu d. l. & qui data. ¶ Tertiò addunt Mod. ꝙ falſa eſt opi. cõmunis æquiparans in hac materia cauſam probabilem neceſſariæ, uel quaſi, propter iſtum text. & per d. l. ij. ubi exceptuando iuſtam & neceſſariã copulatiuæ remanet firma regula extra talem cauſam. Ergo exemplũ patris uiſitantis filiũ in ſtudio, non ꝓcedit: Bene fatentis. exemplũ uoti fauore animę. ¶ Cogita dupliciter: primò, ꝙ exemplum uoti ineptè ponitur in hoc membro. Eſt eñ cauſa neceſſaria, non in uouendo, ſed in adimplendo. ¶ Secundò cogita: quia tex. met in l. ij. & gl. hîc ponunt cãm probabilem: deinde gl. in d. l. ij. in exemplo patris alleg. l. necnon. ff. ex qui. cau. ma. ubi cauſa ſtudiorũ dicitur probabilis: per quẽ tex. dicit Bar. in repreſalijs in vij. parte, q. vj. ꝙ pater uiſitans filiũ nõ poſſet pro repreſalijs capi: & idẽ dicit in d. l. ij. Tamen ꝓ impugnatione prędicta faciunt duo. Primò, quia l. necnon. ni fallor, loquit in abſente cauſa ſtudiorũ propinquorũ. Secundò, quia exiſtens Romę pro cauſa reſtitutionis in integ. quã poterat obtinere à iudice inferiore, non habet hoc ius reuocandi domũ, ut hîc per Doct. & tñ negari non poteſt, quin ſit cauſa probabilis. ¶ Addit Maria. quòd hoc ius reuocandi domum, nedum competit repertis in curia Ro. ſed in quolibet alio loco. Alleg. Hoſt. qui multa dixit de excep. §. quid ſit effectus. ad fi. per d. l. ij. §. legatis. ibi, Romæ uel alio loco. Ex hoc infert Maria. ꝙ citatus in loco cõtractus poteſt allegare ius reuo. do. & dicit hoc occurriſſe legendo, & eſſe quotidianũ, & aptum afferre honorem. ¶ Conſidera duo: primò, ꝙ d. l. ij. dicit, uel alio loco, ubi prouocationes exercentur: in quo uerbo uideť uoluiſſe loqui de loco appellationis, tam Romę, q̃ alibi interpoſitæ. ¶ Secundò conſidera, ꝙ retento hoc dicto Hoſt. procedet iſtud corollarium in legatis: quia improbant hoc, q̃ de contractibus ante legationem initis non conueniatur in legatione: & ideo iſtud corollarium ipſi habenti priuilegium legati Romæ & alibi, ubi olim contraxit. Sed in non legatis, qui tamẽ propter aliquam iuridicã cauſam habẽt ius reuo. do. iudicio meo hoc non procedet: quia etiam Romæ de contractibus antè initis conuenirí poſſent, d. l. ij. §. oẽs. & do. Abb. hîc in duob. locis poſt Inn. ¶ Competit hoc ius, etiamſi durante cauſa Romæ ſuperueniat iuſta cã reuo. c. domum, do. Ant. do. Abb. & Imo. in c. ff. de dila. Sed tunc non dicit propriè reuocatio domum: ſed ius differendi in aliud tempus, ſm Abb. ibi. Iſta exceptio reuo. do. debet proponi ante lit. conteſt. Inn. & oẽs hîc, per iſtũ tex. in uerſi. ſi tunc. & qa dilatoria eſt. ¶ Limita, niſi talis citatus cui cõpetat hoc ius, obtinuiſſet, uel ſuccubuiſſet in aliqua interlocutoria, nec appellauit: quia licet petat poſtea hoc ius reuo. do. non obtinebit. Spe. in tit. de reo. uer. quid ſi is, cui competebat. dicens, ita fuiſſe pronunciatum Romæ per not. in c. inter monaſterium. de re iud. quaſi ſubeũdo iudiciũ, cùm eſſet tutus hoc iure, uideatur illi renunciare: quod licet facere nõ poſſit, per l. is, qui legationẽ. ff. de lega. tñ ne ſit melioris conditionis, q̃ obediens, ei imputat. Iſta eſt mens Spe. quæ indubitanter procederet in non legatis; ſed in legatis dubito. ¶ Debet iudex, coram quo iſtud ius reuo. do. allegatur, præmittere ſummariam cognitionẽ, an competat Hoſt. in d. §. fi. obſtat iſte tex. in uer. allegaſſet. quaſi ſufficiat allegaſſe. Sed Io. An. ſupplet, & ꝓbaſſet. Et ſ̃gna ad intellectũ diſpoſitionis cuiuslibet loquẽtis de allegatione: quia intelligitur, ſ. cum probatione: niſi allegaretur notorium, ſm Io. An. hîc. Facit gl. ſua in cle. appellanti. in uerbo, alle. de app. Sed pro primo dicto uide gl. in uerb. quam alle. in c. non eſt. de conſue. in vj. & ibi dixit Domi. ꝙ ſi per ſtatutum debet ſtari allegationi, intelligitur, ſ. probatæ. Facit gl. in uer. probaret. in c. dudum. de deci. & gl. pe. in fi. in c. cùm contingat. eo. tit. & gl. in uer. diceret. quæ ſupplet, & probaret. in l. etiam. ff. de mino. & gl. ij. in c. ad falſariorum. de cri. fal. & gl. in l. ſciendum, §. ſi accuſator. in uerb. dicit. quæ ſupplet, & eſt uerum. ff. de lega. & gl. in uerb. affirmat. & in uerbo, probauit. in cle. unica. de reſti. in integ. & gl. in l. j. in prin. in eo. uerb. ff. de dol. facit l. ſi qui adulterij. in uer. nõ debere credi. qd allegať C. de adul. & tex. in c. ij. de reg. in uer. cognito & probato. & in c. j. de præcript. in vj. in uer. allegare et probare. & in c. quę in eccleſiarũ. de cõſti. in uer. ꝓbabiliter allegauerit. Bar in extrauag. ad reprimendũ. in uer. aſſerit. & Bal. in l. magis puto. §. illud. ff. de reb. eo. & aliàs dixi, ſed non hæc oĩa. ¶ Sed iſti beneficiati hoc iure agentes poſſunt conuenirí, nec reuocabunt domũ, d. l. §. ſed ſi agant. & gl. hîc. ¶ Limita v. modis. Primò, dum modò conuenianť durante cã, in qua agunt: ſecus ea finita. Ang. in l. ſed & ſi reſtituať. per illum tex. cum gl. ff. de iudi. ¶ Secundò, dũ modò agant per uiam actionis: ſecus, ſi intentant officiũ iudicis, ſecundum aliquos poſt gl. in d. l. ſed & ſi. Ang. ibi contrà: quia eſt eadẽ ratio. ¶ Tertiò limita, ut teneatur reſpondere illis, uel illi, quos, uel quem conueniunt, alijs non. Ita ſentit gl. in d. §. ſed ſi agant. per §. reuerendiſſimi. in authẽ. de ſanctiſ. epiſ. & ita Hoſt. in d. §. fi. Inn. & Maria. hîc cõtrà, per d. §. ſed & ſi. in uer. aduerſus oẽs. Et ad d. §. reuerendiſſimi. dic, ꝙ loquit in caſu ſequẽtis limitationis. ¶ Quartò limita, dũ modò tales perſonę agant proprio nomine: ſecus, ſi nomine eius, qui eis imperare poteſt. Ita text. in d. §. reuerendiſſimi. quem, quantũ ad hoc, dicebat Rayner. nõ eſſe alibi. ¶ Quintò limita, niſi agant pro iniuria ſibi illata, d. §. ſed ſi agant. & gl. hîc obſt. l. is, qui legationem. ff. de leg. ubi legatus irrequiſito mittente nemini debet dare libellũ de alijs negotijs. Soluit Hoſt. in d. §. fi. ꝙ præſupponendum eſt, quòd habeat licentiam. Melius ſoluit Maria. ꝙ licet agere non poſſit: tamen ſi agat, conuenietur, ne ſit melioris

c. licet trõe delicti.

lioris conditionis errans, quàm non errans. ¶ Si legatus contrahit durante legatione, potest ibi cõueniri, d. §. omnes. nisi ꝯtraheret, ut uiator. Ita Ang. in l. hæres absens. §. j. ff. de iudi. ¶ Gloss. ibi contrà in uerb. quotquot. propter duplex uinculum, scilicet contractus & cõmunitatis primæ. Respondet Maria. huic rationi, ꝙ contractus solus gestus per se cum uiatore non sufficit: & sola ratio cõmunis patriæ non sufficit, quia legatus. Ergo ex separatis non infertur, l. fin. cum si. ff. de cal. ¶ Limita secundò, nisi quasi contraheret: putà, adeundo hæreditatem: quia non perdit ius reuocandi dona. l. de eo. ff. de iudi. & ibi latè Ang. Non tamen inferas, ꝙ aliàs ex quasi contractu quis non sortiatur forum, propter gl. hîc approbatam. ¶ Beneficium reuocandi domum cessat, qñ legatus, uel alius ex sua responsione in iudicio nõ impeditur in legatione, uel alio negocio. Rota hoc tit. j. in antiquis, per l. si legatus. ff. ad Trebel. Considera, ꝙ ibi concurrebat aliud, scilicet periculum petentis responsionem legati. ¶ Legatiõe finita cessat hoc beneficium, d. l. ij. §. planè. tamẽ durante apparatu ad redeundum non conuenietur. Host. in d. §. fi. Inno. & Io. And. hîc: quod nõ, ad multa. ¶ Vltimò pondera Inn. ut hîc per Ab. in fi. sed non dicas, ꝙ iura loquentia de electione prælatorum non procedant in electione Canonicorum: sed dictum Inn. probat hoc signanter, ꝙ nisi illa iura fundant se in periculo uacationis, non militant in electione Canonicorum. Vide Inn. in c. ex parte. in gl. pen. de concess. præb. ꝙ in electione Canonicorũ non est necessaria forma, sed sufficit solus consensus. Et dixit Inn. in c. cùm inter Canonicos. de elec. in gl. inci. maximè, ꝙ publicata electione Canonicorũ non est licitum uariare, sicut dicitur in c. publicato. de elect. Vide glo. iij. ibi. Sed posses dicere in c. cùm in ecclesijs. de præbẽ. in vj. quæ sentit, ꝙ iura loquentia de electione Canonicorũ non extenduntur ad electionẽ prælatorum. Vide Old. consil. xiiij. inci. Cùm queritur, ꝙ iura, quæ dicunt beneficia electi in episcopum non uacare ante consecrationẽ, non procedunt in electo in abbatem: uacant eñ ante benedictionem. Ex quibus dici potest, ꝙ lex de una electione loquens, extenditur ad aliam, uel non, prout suadet ratio subiectæ materię. ¶ Vltimò uide Ro. in antiquis, de dolo & contu. quòd quicquid sit de iure, tota curia Romana seruat, ꝙ præsentes in curia reipublicæ causa cogunt ibi suis aduersarijs respondere, nec habent ius reuocandi domum. ¶ Considera: quia si de mente huius decisionis non aliter appareat, est mirabilis. Fortè senserunt de præsentibus in curia cum habitatione assidua: sed etiam tunc esset limitatio magna. ¶ Et adde, ꝙ fauore dotis cessat hoc ius reuocandi domum, l. si uxore. ff. de iudi. ubi si uir habens alibi domiciliũ, contraxit matrimonium Romæ, & ibi recipit dotem, & ibidem existens legatus ab uxore diuertit, nõ habet in restitutione dotis ius reuocationis domum. Specialitas est in hoc: quia licet contraxerit Romæ, & ibi dotem receperit, tamen uidetur constituisse, se soluturum in domicilio suo, l. exigere. ff. de iudi. Omnes. in c. j. de sponsa. Et tunc fauore dotis conuenitur Romæ durante legatione. Ita declarant aliqui in d. l. exigere.

LECTVRA DOMINI FELINI FERRARIENSIS *super titulis* De libelli oblatione, *&* Mutuis petitionibus.

¶ Ad inueniẽda plurima, scito tria principalia loca: Primò in Spe. cum add. Io. And. de libel. concep. per totũ ibi, mare magnũ. Secundò per Bal. in repe. l. edita. C. de eden. tam Paduana, ꝙ Perusina. Tertiò per do. Maria. hîc. qui sub xxxiij. articulo multa ordinatè complexus est. Postea inuenies in omnibus Repertorijs in uerbo, libellus. Non tangã, nisi tacta per Ab. addendo concor. dictis suis.

De libelli oblatione,

TITVLVS III.

SVMMARIVM.

1 ¶ *Actor debet porrigere libellum in scriptis.*
2 *Libellus an & quando debeat inseri in citatione. nu. 3. 4.*
5 *Libellus debet offerri in scriptis, ita quòd non sufficeret dicere notario, Scribe quod peto.*
6 *Libellus an & quando requiratur in causis breuioribus.*
7 *Item an in executione sententiæ.*
8 *Libelli copia datur reo suis expensis.*
9 *Carcerari faciens aliquem, tenetur soluere nuncio communis, non ipsum commune, neq; captus.*

CAPITVLVM I.

Gnarus episco-
1 pus. ¶ Actor † tenet in scriptis
a porrigere libellum [a]. Hoc dicit. Addunt Mod. opi. nouam hîc, & in rub. ꝙ citatio debet præcedere libellum, contra Doct. hîc, & in locis ab eis allegatis, & inter multa ponderant tex. in §. omnium. Instit. de pœna
b temere. litigan. ubi iudiciũ incipit à citatione [b]. Ergo nõ à libello. Item per l. miles. §. sexaginta. ff. de adult. ubi libellus offertur die feriata. Dixi in c. ult. de iudi. Ergo ab ipso non incipit iudiciũ: quia die tali non fieret actus iudicialis. Ad idem cle. ij. ut lit. pen. per locũ à speciali non fieret actus. Ad idem authen. ei, qui. allegata in gl. attento, ꝙ illud, qui denotat conditionem, l. Stichũ qui. ff. de leg. j. quare dicat: sed priùs uocabit. Ad idem tex. hîc in uerb. ecclesiasticã authoritatem. Ergo fm ius, & per alia adhuc leuiora. Pro cõmuni uide Bal. in l. cum clericis. C. de episcop. & cle. ubi ad hoc ponderat illũ tex. & alleg. rationem æquam, quia iudex ante ꝙ cõmittat citationẽ, debet uidere libellum: quia si contineat iniustũ, debet denegare commissionem citationis, per illum tex. per quẽ boni assessores ita faciunt: & est notabile, secundum ipsum post Odof. Ad idẽ uide Franc. Tigri. de Luca præceptorem doctissimum Bald. & Bart. in rub. C. de eden. ubi propter gl. dicunt, ꝙ editio libelli debet præcedere iudiciũ. Ad motiua Moder. nego consequentiam istam, principium iudicij est citatio: ergo priùs non datur libellus: quia fateor, quòd à libello non incipit iudicium, sed tamen debet procedere. Probo utiliter: primò ex no. per Lanfran. de Bri. sua uulgata repeti. c. quoniã contra. in xij. char. uer. sed quæritur, nunquid. ubi dicit, quòd licet ille tex. enumeret libellum in processu, tamen nõ est de processu, quantum ad iudicem: quia citatio est initium processus, d. §. omnium. Si eñ esset de processu, non porrigeretur die feriata, ut dixi. Item, quia dato libello iudici, & nondum porrecto parti, potest reuocari: l. Sempronia libellos. ff. de fur. Sed respectu partis quamprimũ ei datus est, bene dicitur de processu, d. §. quoniam. secundũ ipsum. Potuisset allegare Bal.
a in l. j. [a] ff. de in ius. uo. ubi dixit, quòd non dicitur procedere in causa appellationis ille, qui obtulit libellũ parte nõ citata. Similiter dixit Ang. in rep. l. j. in princ. C. de iudi. quòd iudex in criminali nõ dicitur præocupasse iurisdictionẽ ex sua formatione libelli, sed ex citatione. Idem Bal. in l. unica. C. de confes. & Angel. in rubri. C. de in ius uo. dicens, fuisse arduam quæstionem facti. Simile est, quòd pœna senatusconsulti Turpiliani apposita desistenti ab accusatione non procedit in eo, qui simpliciter dedit libellum, & desistit parte nõ citata, quasi nondum dicatur cœpisse procedere. Bart. in l. quæsitum. ff. ad Turp. Sali. latè in l. j. C. eo. tit. Et hinc est, ꝙ sola libelli oblatio non inducit pendentiã litis, cle. ij. ut lite. pend. Nec facit rẽ litigiosam, authẽ. litigiosa. C. de litig. & cum istis concordat. Bar. post gl. in rub. C. de in ius uocan. & Bal. in l. j. C. qñ libel. prin. da. & Ang. in l. j. & in l. libertis aduersus. ff. de in ius uo. uolentes, ꝙ iudicium non incipiat ab oblatione libelli, per quem tollit præcipuũ motiuũ Mod. dum dicebat, ꝙ citatio, tanq̃ potentior causa processus, debet esse prima: sed libelli oblatio non est prima causa processus, sed exordium inchoandi processus. Non ob. c. ij. j. eo. quia præsupponitur, oblationem libelli fuisse priùs factam: & fateor, ꝙ reus uocatur, ut accipiat libellũ: quia clarum est, ꝙ non accipiet, nisi uocatus. Et sic respondet oĩbus alijs motiuis: nec consonat, ꝙ iste text. non ponat ius cõmune, quia superflueret contra proœmiũ hius libri, & authoritate ecclesiastica intelligeret ipsa l. Canonica. ¶ An autẽ præsens in iudicio cogat parti offerenti sibi libellum respondere? Concludit do. Anto. hîc, ꝙ non: est enim saluum ei ius deliberandi: quod latiùs posuit post Are. in c. j. ad fi. de iudi. dicendo, ꝙ non tenetur respondere, nisi sit uerisimiliter instructus. Item, ꝙ secus in criminali, per l. j. C. de exhi. reis. Item secus in habẽte ius reuocandi domũ. Et ibi etiam dixi, an præsens in
2 iudicio, sit citandus. ¶ Ad † illud de libello inserendo in citatione, uel non, cõmunis opi. est, ꝙ sufficit in citatione dici, Compareas, & tui præsentiã facias, l. consentaneum. C. quo & quãdo iud. Facit l. non uideť. la ij. de iudi. ubi dicit, compareas, citatus petit copiam libelli. Ergo non fuerat in citatione inserta. Sic etiam probat l. ij. C. de exhi. reis. ibi, qui postea quàm rem. & ita Bart. ad reprimendam. in uerbo, dicto crimine. & in l. inter accusatorẽ. ibi, pro declaratiõe quæro. ff. de publi. iudi. ¶ Primò fallit, quoad interrumpendã prescriptionem per citationem, iuxta not. in c. illud. de rescript. quia in citatione debet inseri petitio, in l. fin. C. de anna. excep. per illum tex. in uerbo, libellũ conuentionis. & transmiserit, cui non potest responderi, & secus. Tene menti:
3 quia est nouum, secundum eum. ¶ Secundò † fallit in criminalibus: gloss. ma. in c. si episcopus. iij. q. ij. Anto. post Hostien. in c. Pastoralis. §. quoniam. in pe. col. de rescrip. per tex. urgentem in c. si priuatos. vj. q. ij. intelligit sanè, sed quando scilicet citatio fit de longinquo, aliàs non est opus. Abb. & Anto. in c. licet. in j. col. de accus. Sed quòd nullo casu istud sit necessarium in criminalibus, firmat optimè Domi. in d. c. si primates. mordens in quibusdam Bart. in d. per. dicto crimine. Et ad illud c. si primates. responde, prout do. Ant. idem tenens, & in c. ij. de dila. contra glo. ibi, quod loquitur ad finem excludendi inducias deliberatorias: patet in uerbo, præparati aduenianť. Et ita Sal. in l. absentem. C. de accus. ne reo informato detur occasio fugiendi. Ex quo timore orta est practica Moderna, quòd omissa citatione uerbali incipitur à reali: & idem Sali. in d. l. ij. de exhibend. re. & Bart. in d. l. inter accusatorem. & in authen. offerať. in j. col. addens, quòd si consuetudo aliud dictaret, sed seruanda esset. ¶ Tertiò fallit, quò ad effectum inducendi pendentiam litis per citationẽ,
4 per cle. ij. ut lite pendẽte. ¶ Quartò † fallit in delegato citante: quia debet inseri copia rescripti: qui, ut dicit Innocen. in c. super literis. de reg. æquipollet libello. Ita dicit Innio. in c. præterea. de dila. & do. Ant. in d. c. super literis. Sed communis opin. est in contrarium in d. c. præterea. sufficit enim ostendere rescriptum post comparitionem. Sed fm omnes. in c. cùm in iure. de offic. deleg. saluaretur fallentia duobus casibus: primus, in delegato tali, qui non est capax delegationis. Ita Ioan. And. in Spec. de citatione. in ult. col. uersi. sed pone, ꝙ is cui. Secundus, cùm ubi quis citatur de longinquo. Do. Ant. in d. c. præterea. nisi nuncius esset publicus & notus, ut sunt cursores Papę. Rota de dolo & contu. xv. in nouis. & de materia per Bald. in authen. qui semel. uersi. quæro, quando dicatur. C. quomodo & quando iud. ubi dicit, quòd reus conuentus per libellum, uel quando libellus est oblatus iudici, & demum ipsi reo, uel est citatus cum insertione libelli. Vide etiam Bald. in l. fi. per illum tex. C. de iure do. impe. prope medium, ubi simpliciter dicit, quòd cum citatorio debet saltem mitti intentio aduersarij. Tamen tene prædicta. ¶ In
5 tantum † requiritur scriptura, ꝙ non sufficeret dicere notario, scribe, quod peto x. à Titio. Bar. post gl. in l. in sacris. la ij. prope fin. C. de proxi. sac. scrinio. lib. xij. dicens, nota, quia posset de facto contingere. Et quòd requiritur scriptura, est gloss. in uer. in scriptis. ibi, in c. j. de censi. in vj. ¶ Ad illam fallentiam
b de contentione [b] partiũ remittentiũ libellum arguit Aret. in oppositum: quia essentia iurisdictionis simplicis consistit in causæ cognitione, §. iudicare. in authen. de defen. ciui. ꝙ ergo iudex procedat in causa sine cognitione iudiciali, uidetur contra substantiam ipsius iurisdictionis: sed pactum contra substantiam subiecti non ualet, l. cum precario. ff. de precario. Ergo nec istud. Et si diceres, remoto libello & litis contestatione, adhuc remanet cognitio iudicialis: dicit ipse hoc esse falsum. Patet in cle. sæpe. tollitur enim tũc forma iudicij, & per hoc argumentum credit, quòd iudex hoc modo aditus non poterit ut iudex ferre preceptũ in confessum: de quo in l. si debitori. ff. de iudi. licet Doct. hîc expressẽ aliter uelint, & seruaretur in practica secundum eum. Postea refert Imo. hîc saluantem hoc modo dictum pactum, uidelicet ut uideantur in iudicẽ compromittentem, ut in arbitratorem, quòd potius presumi debet, ut actus ualeat. Et isto modo cessabit essentia iurisdictionis, secundum ipsum. Adde Imol. idem tenentem in c. de causis. de offi. deleg. & Are. in c. quoniã contra. de probat.
6 ¶ Ad † illam fallentiã de causis breuioribus not. quòd statur relationi solius iudicis, ut per Bartol. in loco à Doctoribus allegato. Sequitur Ant. in c. ex literis. de probat. & do. Ant. in c. quoniam. eodem titul. & in c. cùm

a Libellũ] *Adde do. Alex. in l. j. ff. de eden. ubi per eum plenè, et Lanfran. in c. quoniã contra. uersi. peti tiões. j. de proba. & Spec. in tit. de lib. cõcep. §. nunc dicendum.*

b A citatione] *Adde do. Soci. in rubri. C. de in ius uoc. qui uo. ex gl. ibi idẽ, quod hic, ꝙ iudiciũ incipit à citatiõe: et ideo dicit ipse, ꝙ immediatè citatione facta dicitur lis pendere. Allegat l. si quis postea. ff. de iudi. Et sic dicit, ꝙ per citationem dicitur esse facta præuentio iurisdictionis: allega. d. l. si quis postea. & c. proposuisti. j. de fo. compe. Sed secundũ eum dubitatur, ex quo citatio habet tres partes: prima prs est commissio iudicis, secunda est notificatio nũcij, tertia pars est relatio nuncij: ut dicit patẽre ex his, quæ ponit Bar. in l. j. §. nunciatio. ff. de*

ff. de noui oper. nun. & Bald. in l. fin. ff. sed nunquid per primam partem citationis inducatur præuentio, & an per secundã & per solam oblationem libelli, quo ad iudicem, sit cœptum, iudiciũ, prout refert uoluisse Bald. ibi in d. rubri. ubi uide per eũ plenè, & not.

a *In l. j.*] *Et ibidem ad hoc uide do. Alex. de Imo. ubi plenè & singulariter, & per Felin. in c. quoniã contra. infrà. de probat.*

c. ignarus episcopo.

partis quamprimũ ei datus est, bene dicitur de processu, d. §. quoniam. secundũ ipsum. Potuisset allegare Bal.
a in l. j. [a] ff. de in ius. uo. ubi dixit, quòd non dicitur procedere in causa appellationis ille, qui obtulit libellũ parte nõ citata. Similiter dixit Ang. in rep. l. j. in princ. C. de iudi. quòd iudex in criminali nõ dicitur præocupasse iurisdictionẽ ex sua formatione libelli, sed ex citatione. Idem Bal. in l. unica. C. de confes. & Angel. in rubri. C. de in ius uo. dicens, fuisse arduam quæstionem facti. Simile est, quòd pœna senatusconsulti Turpiliani apposita desistenti ab accusatione non procedit in eo, qui simpliciter dedit libellum, & desistit parte nõ citata, quasi nondum dicatur cœpisse procedere. Bart. in l. quæsitum. ff. ad Turp. Sali. latè in l. j. C. eo. tit. Et hinc est, ꝙ sola libelli oblatio non inducit pendentiã litis, cle. ij. ut lite. pend. Nec facit rẽ litigiosam, authẽ. litigiosa. C. de litig. & cum istis concordat. Bar. post gl. in rub. C. de in ius uocan. & Bal. in l. j. C. qñ libel. prin. da. & Ang. in l. j. & in l. libertis aduersus. ff. de in ius uo. uolentes, ꝙ iudicium non incipiat ab oblatione libelli, per quem tollit præcipuũ motiuũ Mod. dum dicebat, ꝙ citatio, tanq̃ potentior causa processus, debet esse prima: sed libelli oblatio non est prima causa processus, sed exordium inchoandi processus. Non ob. c. ij. j. eo. quia præsupponitur, oblationem libelli fuisse priùs factam: & fateor, ꝙ reus uocatur, ut accipiat libellũ: quia clarum est, ꝙ non accipiet, nisi uocatus. Et sic respondet oĩbus alijs motiuis: nec consonat, ꝙ iste text. non ponat ius cõmune, quia superflueret contra proœmiũ hius libri, & authoritate ecclesiastica intelligeret ipsa l. Canonica. ¶ An autẽ præsens in iudicio cogat parti offerenti sibi libellum respondere? Concludit do. Anto. hîc, ꝙ non: est enim saluum ei ius deliberandi: quod latiùs posuit post Are. in c. j. ad fi. de iudi. dicendo, ꝙ non tenetur respondere, nisi sit uerisimiliter instructus. Item, ꝙ secus in criminali, per l. j. C. de exhi. reis. Item secus in habẽte ius reuocandi domũ. Et ibi etiam dixi, an præsens in
2 iudicio, sit citandus. ¶ Ad † illud de libello inserendo in citatione, uel non, cõmunis opi. est, ꝙ sufficit in citatione dici, Compareas, & tui præsentiã facias, l. consentaneum. C. quo & quãdo iud. Facit l. non uideť. la ij. de iudi. ubi dicit, compareas, citatus petit copiam libelli. Ergo non fuerat in citatione inserta. Sic etiam probat l. ij. C. de exhi. reis. ibi, qui postea quàm rem. & ita Bart. ad reprimendam. in uerbo, dicto crimine. & in l. inter accusatorẽ. ibi, pro declaratiõe quæro. ff. de publi. iudi. ¶ Primò fallit, quoad interrumpendã prescriptionem per citationem, iuxta not. in c. illud. de rescript. quia in citatione debet inseri petitio, in l. fin. C. de anna. excep. per illum tex. in uerbo, libellũ conuentionis. & transmiserit, cui non potest responderi, & secus. Tene menti:
leat, d.l. non dubium. sed quando dicit nõ ualeat, si per te aliquid factum, uel omissum fuerit, tunc intelligitur ope exceptionis, per d.l. uniuersa. Et hoc ultimũ limita, nisi diceretur expressè in lege, quòd aliàs actus sit nullus ipso iure, secundum Bart. in §. ea lege. & caue: quia licet Bartol. in d.l. fi. ponat exemplum in primo dicto, quando lex dicit, non ualeat, tamen idem est, si simpliciter prohibet, d.l. non dubium. ¶ Per istam doctrinã dixit pulchrè Car. in c. significauerunt. ulti. col. de testi. stante statuto, quòd maritus nõ possit constituere dotem uxori, nisi de his, quæ euidenter receperit, unus cõstituit dotem, postea recepit ex interuallo, ualet instrumentũ: quia uerbũ, Receperit. est futuri subiũctiui, qd potest extendi ad tempus futurũ: ut per Inn. ibi, & dixi latè de rescrip. ad hæc. Et ideo sufficit, quòd ista solennitas interueniat ex pòst, per d.l. uniuersa. cũ glo. per quã ipse subdit, quòd licet in casu c. quanquam. de usur. in vj. annulletur testamentũ usuratij nõ præstita cautiõe, tamen sufficit, cp præstetur postea, ut per Bart. in l. filio. ult. q. ff. de iniu. testa. de quo uide latissimè Ana. de usu. c. quia in omnibus. & in locis ibi recitatis sepe fit mẽtio de gl. in d.l. uniuersa. quinimo, si usurarius condito testamento decessit non præstita cautione, sed dimisso procuratore ad præstãdum post mortẽ, si præstabitur, ualebit testamentũ, fm Car. in d.c. significauerunt. dicẽtem hoc esse dictum nouũ, & ita fuisse terminatũ publicè in ciuitate Ferrariæ. Et substituetur ex prædictis fm eũ, quod etiã ipse firmat latiùs in cle. j. xxiij. q. de sepul. Hoc ultimũ intellige sanè, dũ modò cõstituens procuratorem duraturum post mortẽ decesserit cũ hærede: aliàs extingueretur illa clausula, quoniam nec eius hæreditas est, sed bona uacantia, quæ defunctũ repræsentãt, l. j. §. an bona. ff. de iur. fisci. & procurator nõ posset nomine ueri dñi gerere, nec nomine repræsentati pro hæreditate quæ uice eius fungitur, l. j. C. de act. & oblig. fm unã lec. Ita declarat Ang. in disp. u. inci. Astensis miles. j. col. dicens, se ita iudicasse de facto Florentiæ in fauorẽ dñi Patini de Strocis. Ad qd uide Lud. in l. fundi. ff. de acqui. pos. & Ang. & Imo. in l. illa institutio. ff. de hære. instit. & And. Sicu. in rub. de testa. in lectu. non in repet. ¶ Pro dicta doctrina uide etiam, quod not. Alex. de Antila in repet. c. j. de rerũ permut. in vj. in iiij. parte, ubi dicit, quòd permutatio facta cum authoritate episcopi & beneficio patronali, non uocato patrono, non est nulla, sed irritãda ope exceptionis: quia consensus istorum uocandorum, quorum interest, potest interuenire antè & pòst: de quo dixi in c. cùm Bertoldus. de reiud. iiij. col. ibi. ¶ Limita quintò post Rot. de re. permu. v. in nouis. Similiter Bald. in rubr. C. de rescin. uen. post mediũ dicit, cp illa dicitur solennitas substãtialis, quæ requiritur tempore contractus, ut consensus propinquorum ex forma statuti: sed si requiritur hoc contractum in suo esse fundatum, tunc contractus nõ est nullus. Alle. d.l. uniuersa. Similiter dicit Bal. ĩ c. cùm adeo. pen. col. de rescrip. quòd defectus conditionis impedit literas, ne producantur in esse. Nam idem operatur tacita conditio, quod expressa: ut not. in l. item quia. ff. de pac. Et hoc uerum, qñ tacita conditio est ex parte antẽ rem productam in esse: sed si ex parte pòst, quia præcesset origo, opus est exceptiõe. Alle. gl. in d.l. uniuersa. Similiter dicit Bal. in l. hi, qui. ult. col. C. de app. quòd lex, si dat formã actui facto, quæ forma non dat esse rei, sed habet conseruare in esse iam producto, tunc si lex procedit ultrà annullando, efficitur nullum ipso iure[a]: aut non procedit annullando, sed addẽdo modum annullandi, & tunc, si nõ petatur cassari, uel annullari, bene ualet. Et ista fuit theorica Dy. fm eũ. Pro dicta doctrina facit gl. solẽnis & ord. in cle. j. in uer. inhibentes. de iure. pat. dicẽs, quòd si iurisdictio est data simpliciter à prin. deinde addita certa qualitas seruanda in exercitio illius iurisdictionis, certè omissio illius qualitatis nõ reddet actũ nullum, ex quo à principio iurisdictio fuit pura. Verũtamen illa gl. restringitur in sex casibus, quos nouissimè reduxi in c. ex parte. de cõsti. nec alibi inueniẽs nisi postea alius eos alibi fortè transplantasset. Pro dicta doctrina uide etiam gl. in c. j. in uer. tertia. ibi, præter tempus. lxxv. dist. quæ probat, quòd qualitas, quæ potest interuenire post actum, non dicitur de substantia actus: & eam sequitur Dom. in c. ut circa. §. j. in fi. de elec. in vj. ubi idem probãt uerba Ioã. An. ex quibus infert, quòd illud, quod potest sequi actum, dicitur potius de solennitate, quàm de substantia. Illam gl. alle. etiã Do. in c. cùm consuetudinis. in fi. §. de cõsue. inferens, quòd ubi consensus potest interuenire post actum, non intelligitur, quòd sit de substãtiali solẽnitate. Ad idem alle. gl. in d.l. uniuersa. & in cle. causam. de elec. in uerbo, deuoluta. & hoc clarius uult ibi Imo. in ulti. char. uer. opi. zenze. ubi tenet post zenze, quòd illa dicũtur de substantia, quæ contemporaneè cum actu introducendo concurrere debent, non quę post actum ordinatum cõcurrunt. Alle. gl. in d.l. uniuersa. Bene facit gl. in c. uxoratus. de cõuer. coniug. nõ usitata ad hoc allegari, dicẽs, quòd licet iura in ea allegata dicant, quòd si maritus uult profiteri religionem, uxor debet promittere continẽtiam: tamen si profitetur omissa hac solennitate, tenet professio: quia illa iura non dicunt, quòd aliter factum non ualet: quæ ratio non esset sufficiens propter l. non dubium. sed cùm illa solennitas sequatur, potest esse uera illa gl. cum qua transeunt ibi Doc. & pro ipsa uidet text. in c. ex parte. eo. tit. & ibi Ab. in ij. not. ¶ Prædicta limitant notanter, nisi solennitas, quæ debet precedere, esset non substantialis: putà, non multũ importans: & postea fiat actus habens eandem uim, quã desiderabat illa solennitas: quia eius omissio nõ uitiat, fm Bar. pulchrè in l. obseruare. post mediũ, C. de decu. lib. x. ubi dicit, quòd licet in concilio debeat fieri per unũ propositio, uel, ut uocabulo eius utar, proposita: tamẽ si de ea non apparet, & constat de uoluntate cõcilij, ualet actus. Alle. l. si quod. in fi. C. de lega. lib. x. & l. de quibus. in fi. ff. de legi. & idem not. Bar. in l. uniuersis. C. de preci. impe. offe. dicẽs per illum text. quòd ubi est facta reformatio in concilio, non refert scire, quis proposuerit, siue arengauerit. Non aperit Bar. quid si statutũ daret hoc, p solennitate, in quo Paul. de Ca. in d.l. uniuersis. uult idẽ inferens, quòd si statutũ dicit, quòd concilium debeat congregari ad sonum campanæ, & proposita fiat per priores ancianorum, tamen si constat concilium fuisse congregatum, & propositã factã, & reformationem subsecutã, & non appareat de modo cõgregationis, uel propositæ ualet actus[b]. Quod dictum extollit Baptista in l. omnes. in vj. chart. ff. de iusti. & iur. inferens, ualuisse gesta Paduæ per uniuersitatẽ scholarium super facto noui rectoris, licet non interueniret iussus, seu mãdatum ueteris rectoris, ut dictabat statutum per prædicta. Pro quibus uide Cal. de iure patr. consil. xj. ubi dicit, quòd dato, quòd uniuersitas fuerit ineptè congregata, tamẽ si conueniunt duæ partes, ualet præsentatio facta per maiorẽ partem omniũ præsentium. Adde etiam Bart. in l. ut iurisiurandi. in fin. prin. ff. de ope. li. ubi propter gl. ibi, quã facit sing. dicit, se respondisse, quòd si pater donat filio, postea emancipat ipsum, ualet donatio: qa propter contiguitatem temporis res reducitur ad ordinẽ iuris: & hoc, quia propter præposterationem nõ cessat causa, propter quã permittitur dispositio: secus dicas, ubi præposteratio ordinis facit cessare, uel saltẽ nõ adesse perfectè causam, propter quã actus cũ certo ordine permittitur: ut per Bal. in l. non aliter. j. cõmento, ad fi. de adop. dum dicit, quòd si iudex debet interponere

a *Ipso iure*] Ad quam materiam adde, quæ dixi §. in c. cùm dilecta. de rescri.

b *Valet actus*] Adde, quæ dixi §. in c. cùm certũ. de maio. et obed.

nere decretũ in fine post causæ cognitionẽ, & interponit illud à principio, illa prępostera tio uitiat: quia apparet, cp illud fecit sine causæ cognitione: & multũ differt, utrùm causæ cognitio precedat, uel sequatur: nã si precedit, facilius impedietur futurũ decretum, quàm quando sequitur: quia difficiliùs reuocantur iã facta. ¶ Si tamen statutũ diceret, cp aliter actus nõ ualeat, nisi sit premissa solennitas, tunc prædicta non procedunt. Lud. cons. cccclj. dicens, non ualere emancipationẽ factam coram iudice Senensi, non premissa denũciatione preconia; quia in statuto Senẽsi dicitur, quòd si aliter fieret, nõ ualeat. Et intellige etiam prædicta, nisi illa solennitas daretur pro forma: quia etiamsi esset leuis, tunc eius omissio uitiat actũ. Bal. & Mod. in l. j. ff. de lib. & posthu. & dixi satis de rescrip. cùm dilecta. uer. limita modò dictã regulam. Et ibi inuenies modos cognoscẽdi, qñ aliquid sit de forma. Et prædicta no. cũ quib. poteris te & doctorẽ tuũ honorare. ¶ Circa primã q. Abb. dicit hìc clariùs Car. cp hìc requiritur, cp absentia sit talis, propter quam testis cõmodè conueniri, uel haberi non possit, i. cp si expectaretur, cp rediret tempore litis contestandæ, & necessariò ad probandum non posset cõmodè haberi: & ideo uidetur hoc relinquendũ arbitrio iudicis: quod est satis æquũ fm Maria. hìc. ¶ Et ut intelligas istã receptionẽ testium peritorum esse multipliciter priuilegiatã contra cõmunes regulas, uide Ro. de testi. ij. in antiquis, qui dicit, cp iudex, à quo est appellatum, ab interlocutoria, quãuis nihil debeat attẽtare in causa pendente appellatione, c. non solùm: de app. in vj. tñ potest recipere istos testes, ne probatio pereat: tñ quia cùm sit dubitatio pẽdente appellatione, an iurisdictio sit iudicis à quo, uel iudicis ad quẽ, ideo stãte hoc dubio recipit testes abfuturos: Et pars petens hãc examinationẽ, non uidetur renunciare appellationi. Et sequitur But. & Maria. hìc concurrentib. duab. qualitatibus. Prima, dum modò iudex à quo, remanserit aliàs ordinarius. Secunda, dum modò per iudicem ad quẽ, non possit fieri examinatio. Addit Maria. tertiam qualitatem, dũ modò testes sint tales, cp uerisimiliter timeatur de eorũ morte, aut absentia adeo longa, cp non sit uerisimilis spes posse haberi eorum copiam tẽpore litis contestandæ. Si enim esset spes, cp causa ipsa pendẽs protraheretur adeò in longũ, cp erunt reuersi antè quàm fiat lit. contestatio, prædicta nõ procedent. Et ita intelligit quãdã deci. Rot. cxcij. in antiquis, in qua etiã habetur, cp testes abfuturi præstant duplex iuramentũ. Intelligit hìc Maria. unũ circa futurã absentiam, aliud circa ueritatem dicendã. Et dicit Egi. Belle. conclus. Rot. dcxvj. inci. Curia existente Romæ. cp testes recedendo ad Narniã iurantes se non recedere causa productiõis fiendæ proximè, nec se reuersuros in breui possunt recipi abfuturi, & sic lit. non contest. ne pereat ueritas. Propter hoc dixit etiã singulariter Bart. in l. si quis nauicularijs. C. de nauf. lib. x. cp in loco, in quo patitur quis aliquem casum, putà naufragij, aut mortis equorum, uel quid simile, potest facere examinari testes de illo loco, & facient fidẽ corã cõpetenti. Et hanc dicit esse practicã mirabilẽ, per illum tex. & istũ esse unũ casum, in quo ualebit examinatio parte non citata, & sequitur Arc. in c. ij. de testi. & Maria. hìc, dicens cp Paul. de Ca. fortè etiã sequitur hoc in l. si creditor. C. de pigno. acti. Alle. etiam Ia. de Bel. & Bart. post eum in authen. ut liceat matri & auiæ. §. fin. ubi dixit, cp de prædictis potest fieri instrumentũ in illo loco, ubi casus emersit corã trib. testibus, & faciet fidẽ ubicp. ¶ Adde etiã aliud speciale, cp licet pẽdeat causa in curia, & nondum sit lis contestata, tñ testes, qui sunt in patria, possunt examinari per ordinariũ in patria ad cautelam, si de eorũ morte, uel alio impedimẽto dubitatur, si tñ superuiuerent tempore litis contestandæ, euanescit illa receptio: sed per auditorem datum in curia fit remissio ad partes, fm Rot. de testi. ij. in nouis. Et sequitur Lud. Rom. in l. si uerò. §. de uiro. in liiij. fal. uersic. xv. ff. solu. matri. Adde etiam Rot. de testi. xxxvij. in antiquis, quæ dicit, quòd posito, quòd testes dicantur ualetudinarij, ante litem contest. non fit remissio ad partes, posito quòd necessitatis causa petatur: quia ex quo decernitur remissio, expirat potestas auditoris. Tamen dicunt, quòd in hoc casu melius esset, quòd expiraret potestas, quàm quòd propter defectũ probationis causa perderetur. Alleg. istum text. cùm §. Dixit etiã Rot. de testi. vj. in nouis, quòd iudex ad quẽ, potest recipere testes abfuturos etiam lit. non contest. & ut ualebunt attestationes coram iudice à quo, si etiã pronuncietur malè appellatum. Si autem pronunciẽtur bene appellatum, tunc est minus dubium, secundũ eos: & sequitur hoc But. & Abb. Dixit etiam Inn, But. & alij in c. fi. ne sede uacante. quòd ille text. non procedit in testibus ualetudinarijs, & alijs, de quibus hìc. Et idẽ firmat hìc Abb. in v. q. Dixit etiam Rota de testi. in nouis, xx. quòd licet super articulis reprobatis ratiõe formæ, quia malè specificantur, uel quia dati post terminũ nõ sint recipiendi testes, tñ fallit, ubi sunt abfuturi: quia testes abfuturi nõ recipiũtur solùm respectu illius instantiæ, sed respectu totius litis: quia causa absentiæ ad oẽs instãtias est uniformis. Et ideo ante coactionẽ totius litis recipiũtur, ut hìc, modò articuli malè specificati in prima instãtia poterũt meliùs specificari in secũda, uel alia, & nõ dati in primo termino poterũt dari in termino secũdo & tertiæ istãtiæ: ergo ne, pbationũ copia pereat, poterũt & debebũt recipi in hoc casu, ut latiùs p eos: secus dicẽtes, si articuli sũt repulsi, uel repellẽdi ex defectu materiæ: qa, pbatiões impertinẽtes nõ debẽt recipi, c. cùm contingat. de off. deleg. Et de ista decisiõe exclamat Lud. in d.l. de uiro. liiij. fal. uers. ix. dicens, se ita cõsuluisse apud Vinc. Ex quib. uides multas regulas limitari fauore receptionis testiũ: de qua hìc. ¶ Ad tertiã quęstionẽ Ab. trãseũdo cũ sua cõclusione, adde Io. An. ĩ c. super. uer. senio. de cle. egro. in vj. ubi dicit, regulariter illũ esse uerũ senẽ[a], qui excessit annũ lxx. Tñ ibi dicit Dom. in §. uerũ. post Zenze. cp in casu illius c. cõsiderãda est cõditio p sonæ: quia nõ attẽditur ibi senectus, nisi timore debilitatis, aut impotẽtiæ corporalis: arg. notatorũ per Inn. hìc. Et de ætatibus hominis[b] habes gl. in procœ. Sexti: & ante ipsam posuit plenè Arc. in d. c. j. & aliquid Ioã. An. in c. literas. sup uer. cõplesset. de despõ. impu. & latè Ana. in rub. de delic. pu. ubi uide. Et dicit Ang. in auth. de quęstore. in fi. per illũ text. cũ gl. pbãdo canitiẽ in capillis & barba, est probata senectus: quod dicit utile ad excusationes munerũ. Probatur etiã senectus p aspectũ corporis. Bar. in l. ij. ad fi. C. de mẽdi. li. xj. per illũ tex. sicut ętas minoris pbari põt aspectu, l. minor ex aspectu. ff. de minori. Qd autẽ in casu nostro stetur arbitrio iudicis, firmat Flo. in l. Aquilia si deletũ. ff. ad l. Aquil. Et subditur hìc esse cognoscẽdũ summatim: ad qd uide etiã Spe. de teste. §. ij. sed quos. & §. xiij. in prin. & glo. mag. in l. nõ aliter. §. j. in uers. seniores. ff. de leg. iij. & pulchrè Albe. in reper. in uer.

a *Senem*] Ad qd uide Spec. de testi. §. ij. uer. sed quos. & C. de testium compulsione. in princ.

b *Hominis*] Adde, quòd ætates sunt sex, quib. generatio & status hominis finitur, xxxv. q. iiij. c. j. et Ioã. And. in prin. lib. vj. Alij ponũt septem ætates hominis: similiter septẽ mundi: unde infans, inde puer, adolescens, pòst iuuenis ac uir dicitur, ĩ de senex, postea decrepitus fit: annos prima tenet septem, tenet altera bis tot: terna, quater septẽ: sed quadraginta quaterna: annos exultat ad quinquaginta iuuentus: sed porrigitur ad septuaginta senectus: est tunc decrepitus incerto tempore durans. Itẽ not. uersus de ætatibus mundi. Primus Adam, iustusq; Noe, magnus pater Abrã, Et post hũc Moyses, Dauid, natusq; redemptor. Septima sine caret, locat in re quiemq; beatos.

c. quoniã frequenter.

senectus.

senectus. & uide Flor. in l. inuiti. de testi. ubi etiam ponit de ætatibus hominis, & dicit esse notandum, quòd licet, quo ad munera, dicatur senex, q̃ est in anno lxx. ut ibi in glos. tamẽ à bello excusatur, qui est in l. Alleg. gl. in l. ij. C. de his, qui non imple. stipen. lib. x. tanquam dicit esse notabilem contra uxorantes se in illa ætate. Et dicit Nico. de Neap. in l. ij. ī prin. ff. de excus. tu. quòd Doc. aliquātulū. uariant in decidẽdo, quis dicat̃ senex. Sed quo ad casum d. l. inutile. requiritur ætas lxx. annorū, ut ibi in gl. fm eū. Et scias incidenter, quòd scripta, quæ approbātur per Bar. super ti. de excus. tu. non sunt Bar. fm Ant. de Rosellis ī tract. legitimationū, fo. paruo xxxix. dicentẽ, quòd eo existente Bononiæ ita fuit obtentū inter plures Docto. & hinc, quòd in quibusdã impressionib. attribuūtur Nic. de Neap. Demũ plura priuilegia senectutis, uide per Ludo. in d. §. de uiro. liiij. fal.

5 ¶ Circa † iij. q. Abb. qui dicātur hîc ualetudinarij, adde quod not. Ab. in c. magnæ. j. col. de uoto. ubi dicit, q̃ statutū loquens in causa infirmitatis, habet locū in senectute, per illum tex. ī uer. ætatis in te senescētis defectus atq̃ canicies, quæ uix labores & dolores suos tolerare possunt. Sed cōsidera, quòd, ppriè loquendo senex nō uideť infirmus, ꝓpter solā senectutẽ, per tex. ad hoc nō gustatū, in l. si Deus. ff. de ædil. edi. ubi carens dentibus nō est infirmus: alioquin nullus senex esset sanus, q. d. senes carēt dētibus, & tamẽ sunt sani. Qd̃ aūt dicit hîc Ab. post Terentium, *Senectus ipsa morbus est*: & apud Maronem, *Subeunt morbi tristisq; senectus*, intelligi potest largè, nō propriè: & ideo dictū Ab. de statuto est dubitabile. ¶ Et not. quòd † mulier prægnans,

6 a dicitur quasi ualetudinaria[a], l. iuti. ff. de testi. & ibi Floria. notabili allegãs etiã tex. in l. ij. §. sed & si nō propter. ff. si quis caus. per quẽ dicit, quòd est ualetudinaria, uel ei similis. Et pōdera: quia text. in d. l. ij. probat, quòd non dicit̃ ualetudinaria: quia dicit, nō, ꝓpter ualetudinẽ, sed q̃ grauida erat. Bene, ꝓbat, quòd æquiparat̃ ei. Et ibi probatur, idẽ esse, dū post partū decumbit. Et per illum tex. dicit Bar. in l. prægnantis. ff. de pœ. quòd illa lex, ꝓhibens prægnantẽ torqueri, habet locū in decumbẽte post partū: quia licet cessat fauor partus iã concepti, tñ propter debilitatẽ posset mori. Et dicitur tale tẽpus xl. dierū, fm gl. in d. l. prægnātis. Si tamen ageretur ad executionẽ ad mortẽ, nō haberetur respectus, quòd decūberet: quia cessat fauor partus iã concepti, fm Bart. ibi. Ex quib. puto, mulierẽ prægnantẽ posse examinari, ut persona ualetudinaria. Non tamẽ idẽ concederẽ in decumbẽte post partū, per id quod statim dicetur. ¶ Dū dicitur hîc ꝓ Inn. & But. quòd dicitur ualetudinarius, nedū qui est constitutus in graui infirmitate, sed etiã si est debilis absq; febre acuta: adde tex. in l. ij. §. corporis debilitas. ff. de uac. mu. ubi debilitas corporis excusat à muneribus, quæ corpore implēda sunt: secus, ubi est ōpus solo ingenio. Facit c. si pro debilitate. ff. de offic. deleg. Si tamẽ quis esset liberatus de recenti ab infirmitate, dato quòd esset adhuc debilis, non dicerem eū ualetudinariū in hac materia, quia est in uia ad prosperitatẽ corporis: fateor, quòd aliàs in multis casib. æquiparatur status cōsuetus statui qui de recenti superuenit, c. j. xlviij. dist. cū cōcor. quas nouiter dedi in c. eã tempore. ¶ Limita ij. de rescrip. Sed illa procedunt, q̃ in illo statu recenti & nouo disponi habet de persona in actu tunc necessario: putà in cōsideranda prosperitate respectu laboris tunc imminentis, uel simili respectu: sed hîc agitur de actu respiciente euentū futurū, nō statū præsentẽ, quia dubitatur de morte futura propter ualetudinẽ præsentẽ: sed in eo, qui de recēti est liberatus, si cōsideratur tempus futurū, cessat causa dubitādi de morte. Et q̃ñ Inn. & But. hîc, loquitur de debili, intelligo de debilitate, quæ de se principaliter aggrauat hominem sine spe futuræ, ꝓsperitatis: non autẽ de illa, quæ est causata ab infirmitate præcedenti, & quæ paulatim decrescit reuertentib. uiribus. ¶ Demũ scias, quòd possibile est aliquẽ appellari sanum, & nō habeat multas uires, iuxta illud Hiero. cōtra Iouinianū lib. ij. c. xxxviij. in fi. dū dicit, Christiana sanitas absq; uirib. nimis necessaria est. ¶ Circa v. quæstionem Ab. No. perpetuò dictum

7 Hosti. & aliorū hîc, quòd † in exceptione testium potest omitti citatio partis, q̃ actor nō audet eam conuenire propter eius potentiã: & excusatur etiã à denunciatiōe postea fienda. Instruitur tñ iudex, ut in examine sustineat accuratè uices absentis. Bene facit, quod not. Ioã. And. in c. nō minùs. de immu. eccl. dicẽs, quòd q̃ñ aliàs requiritur citatio peremptoria: tñ si agit̃ de citãdo aduersario, qui est homo terribilis & potens, sufficit unica citatio. Et sequitur Bal. in c. j. in prin. de mil. ua sal. qui cont. est. & Maria. in rub. de dila. fo. lxviij. uer. iiij. principaliter. & Alex. in l. contumacia. pen. col. ff. de re iud. Facit, quod not. Dom. in c. eos. pen. col. de immu. eccles. in vj. quẽ retuli in c. ecclesia. in xix. q. uers. fm remediū. de consti. ¶ Cōfirmatur ista notabilibus dictis. Primò, ex dicto. Bal. in l. consentaneū. ibi, quæro unà cum But. C. quomodo & quādo iud. ubi dicit, quòd ante quàm capiatur debitor suspectus de fuga, nō præmissa citatione, debet suspicio probari per indicia, & poterūt testes recipi debitore non citato. Et hoc est specialissimū, ne fuga instruatur, fm eum. Similiter dicit Salic. in l. absentem. de accus. quòd in causa criminali iudices Moderni informatione prius à testibus habita sine aliqua citatione uerbali, mittunt ad capiẽdum reū, si agitur de pœna corporali, ne uerbali citatione præcedente reus arriperet fugã cōscius de crimine. ¶ Similiter dicit Ab. in c. accepimus. j. col. de fi. instr. quòd propter potentiã aduersarij possunt examinari priuilegia, quę arguūtur de flo. eo non citato. ¶ Similiter dicit Hosti. in c. fi. de fi. instr. quod exemplatione instrumenti, de qua ibi potest omitti citatio aduersarij, si est nimis potens. ¶ Similiter dicit Petr. de Anch. consil. mihi cclxxij. Ex prædicta facti narratione, quòd propter periculum in mora, uel propter potentiam uasalli potest procedi eo nō citato, & feudum occupari. Et idem dicit consil. ccccliij. similiter dicit Hostien. in c. j. de homic. in vj. quòd in casu illius capituli possunt recipi testes lite non contestata, & parte absente non citata. Et sequitur ibi Domi. in §. fi. in antepen. col. & do. Abb. in c. cùm nō ab homine. uer. in quantū dubitaretur. de iudic. Similiter dicit Inn. in c. ex literis. quasi in medio, de excep. præl. quòd nō est necessariò citādus ille, qui de cōtumacia, uel culpa notatus est: & sequitur Arch. in c. caueāt. circa princ. iiij. q. ix. & Bal. in l. ad peremptoriū. ff. de iudi. Ex quib. uerbis Inn. infert Bald. in l. cunctos populos. ad fi. C. de sum. tri. in lect. nō in repe. quòd q̃ñ aliquis est suspectus de recessu, uel fuga, nō est necesse, quòd edictū ad eius notitiã peruenìat. Similiter dicit But. in c. quod sicut. §. j. de elect. quòd timor periculi inducit iustã causam nō uocandi absentes, per illum tex. in uers. si tamen sine periculo poterunt conuocari. Et habeas accumulationẽ istorum dictorū pro nouissima: quam pone ad Bar. in l. ait prætor. §. si debitorem. ff. de his, quæ in frau. cre. ubi bonus text. concor. de quib. ibi per Alexã. in apostil. ad ostendendū, quot sunt specialia propter periculum fu-

8 gæ. ¶ Sed † in proposito attende duobus modis. Primo, quòd ubi non esset timor mortis, uel diuturnę absentiæ testium, sola potentia, uel terribilitas aduersarij non esset iusta causa recipiendi testes ipso non citato, nisi ageretur de periculo animæ, & de modico, aut nullo præiudicio, secūdum But. & Abb. in c. præterea. lo ij. de spon. Et bene facit per locum à speciali, c. fi. de hære. in vj. Et ita limitatur & intelligitur dictum Hostien. hîc secundum Abb. in dicto c. præterea. in fi. & sequitur ibi

Præpositus

Præpositus & Are. in c. ij. de testi. ¶ Attende secundò, q̃ uidetur speciale, ubi agitur de fauore animæ, iuxta d. c. præterea. & ubi agitur de fide, iuxta d. c. fi. quòd tunc propter potentiam aduersarij recipiantur testes parte non citata. Et ideo uideo, quòd dictum Host. & aliorū hîc nō procedat: quia est contra regulam c. ij. de testib. cui nō reperit̃ derogatū, nisi in duob. casibus prędictis, Vnde in alijs uidetur seruādū ius cōmune, fm Alex. de Nouo. in d. c. præterea. Tamen, ꝓpter authoritatẽ Host. & aliorū hîc seruaretur dictū ipsorū in practica, fm eū. Sed posset dici, q̃ sicut fauor fidei & periculū, animæ operātur, q̃ mittatur citatio partis, ita debet operari periculū, q̃ ueritas nō pereat: nā intelligendo dictū Host. ut dictū est, q̃ habeat locū solùm in testib. abfuturis, uidetur, q̃ potentia aduersarij sit iusta causa, inducendi hanc secretā examinationẽ testiū, sine qua periret ueritas, quod esset peccatū, c. j. de crimine fal. & dictū fuit §. in iij. q. post Hostiẽ. dū loquit̃ de senibus, quos stimulū peccati coget testificari: & licet metu aduersarij recipiātur testes in priuato, tamen debebit fieri publicatio tẽpore quo lis poterit inchoari: quia reus poterit opponere cōtra personas & dicta testiū. Reseruātur enim sibi istæ exceptiones, fm Doc. hîc. Et de practica probādi iustū metū aduersarij, uel alterius potētis, uide Scribētes in c. si iustus metus. de appel. & in l. de pupillo. §. si quis

9 ipsi prætori. ff. de oper. no. nū. ¶ Circa † vj. q. Ab. quis dicatur præsens, uel absens, transeo cū sua doctrina, quātū ad propositū. Sed generaliter quis dicat̃ absens, uide tex. optimū cū gl. j. in l. absente. ff. de uer. sig. ubi tex. appellat illum absentẽ, qui nō est in loco, in quo petit: nō enim cōsideramus absentẽ trās mare: & si fortè extra cōtinentiã urbis sit, abest: cæterū uscq; ad cōtinentiã nō uidetur abesse, si nō latitat: tamẽ nō potest in omni casu dari unica doctrina, cùm fm diuersam materiam.

a *Præsens*] *Vide do. Alexan. de Imol. in suo cōsil. clxxix. secunda par.*

a Vario modo q̃s dicit̃ præsens[a], ut est gl. magistra. ibi, & in l. fi. C. de præscri. Ion. tẽ. & in l. præsens. ff. de procu. & in §. si quidẽ. in uer. pręsentes. ī authẽ. de fideiuss. nã in stipulatiõe ille dicit̃ pręsens, q̃ uocẽ alterius audire pōt, aliàs nō: ut etiã declarat gl. j. & ibi Doc. in §. Itẽ uerborū. Insti. de inuti. sti. ¶ Itẽ quo ad præscriptionẽ, inter præsentes ille dicitur pręsens, qui est in eadẽ prouincia, d. l. fi. C. de

10 præscri. lō. tẽp. ¶ Itẽ † in iudicio ille dicitur præsens, qui interest actui: putà receptioni testiū. Itẽ in cōstituendo ꝓcuratorẽ præsens dicitur etiã, qui est in hortis. Glo. in d. l. præsens. & quātū ad terminos, gl. in d. §. & si quidẽ. uide Bart. in l. duobus. §. j. viij. q. ff. de duo. re. de his etiã per Bar. in l. pe. §. ad crimen. ff. de pub. iud. & glos. in l. si ideo. §. fi. ff. de euic. & per Spec. in tit. de præscrip. uer. q̃ñ aliquis. Quod autẽ fm diuersas occurrentias quis dicatur uario modo pręsens, collige ex dictis Bar. in l. j. ff. de lib. agno. dū dicit propter gl. ibi, q̃ quis dicitur in ciuitate manere, q̃ñ ibi retinet familiã suã, licet nō sit præsens: & infert ad statutū de habitantib. in ciuitate. Ad idẽ quod no. Bar. in l. scimus. C. de agri. & cens. lib. xj. dicens, q̃ stante statuto, quòd absentes à ciuitate nō gaudent priuilegio ciuiū, certè si quis est absens, & in ciuitate habet patrẽ, uel fratres supportantes onera ad eū spectantia, gaudet priuilegio ciuiū. Et uide Dom. in c. si delegatus. ij. notab. per illum tex. de off. deleg. in vj. q̃ ille dicitur absens, qui mortuus est: & sic, ubi fit mentio de absentia, uenit etiã perpetua & naturalis. Postea ibi Dom. in pe. col. ponit multas species absentiæ post Ioã. An. ibi, & dixit Bal. in l. fi. §. necessitatẽ. de bo. quæ libe. Quod de iure ciuili ista æquiparātur, aliquẽ abesse, uel adesse, & nolle cōsentire: nã qui monitus à prętore non uult cōsentire, habetur pro latitãte: alleg. l. nō tantùm. §. si non iusta. ff. de fideicom. lib. & dicit Bald. in d. l. fi. §. ubi autem. per illum text. quòd tunc dicitur quis

b abesse[b], q̃ñ longe abest: quod facit ad multas quæstiones statuti, fm eū. Dixit etiã Bal. in authen. habita. ibi, sed quid de scholari. C. ne fil. pro pat. q̃ recedens, qui rediturus est, habetur pro pręsente. Vnde scholaris, qui finito libro recedit redituru in hyeme, habetur pro pręsente, ut ibi per eū. Et dicit tex. in l. quęsitū. in prin. de leg. iij. q̃ qui studiorum causa abest, abesse non uideť: & infert ibi Bar. q̃ clericus absens causa studij abesse non uidetur. Et dicit tex. in l. testamẽto. ff. de ali. & cib. leg. q̃ absens ꝓpter negotia patroni habetur pro

b *Abesse*] *Vide Bar. in l. ab hostibus. §. sed q̃ simpliciter. ij. col. in princ. in uers. ex quo nota. ff. ex q̃ bus caus. ma. ubi dicit, quòd nō solùm quis dicitur abesse à die quæ recedit, sed à die qua se præparat ad iter.*

c. quoniã frequenter.

præsente. Etiã infert Bar. ibi idẽ in clerico absente pro negotijs ecclesię, ut in cc. ex parte. cùm dilectus. ad audientiã. de cle. nō resi. Et dicit Dom. post Ioan. An. in c. ubi periculum. §. j. ult. col. de elect. in vj. q̃ licet quis dicatur absens multis modis, tamẽ propriè & strictè absens dicitur, qui nō est in ciuitate: & ita capitur absens ibi. Quod dicit esse notandū ad statuta. Et dicit Bald. in d. §. necessitatẽ. in fi. allegãdo Spec. q̃ quis pręsumitur absens, nisi probetur præsens. De hoc uide ꝓ Bar. & Ang. in l. pręscriptiõe. C. quib. lō. tẽp. pręscr. nō obsicí. Bal. in l. ij. C. de bo. pos. fm tab. gl. Bal. & Ang. in l. j. & in l. optimã. C. de cōtrahen. & cōmit. stip. & Paul. de Cast. in l. illud. C. de sacrosan. eccles. & Bart. in l. is potest. ff. de acq. her. Ad quæ loca remittit Firmanus in uers. præsentia. Adde Bart. in l. relegati. in prin. ff. de pœ. ubi dicit, q̃ ille, qui dicit aliquem recessisse de loco, putà ut inferat eū nō seruasse confinia, probet: & hoc, quando quis dicit istud ad fundandã suã intẽtionẽ: & si quis diceret se nō obseruasse, uel nō rupisse confinia, & hoc dicat ad cōfirmandã suã intentionem, ipse probet, fm eū.

11 ¶ Demũ, † quæ dicatur absentia digna restitutione, aut excusatione ad diuersos effectus, uide gl. in c. biduum. uers. in propria. in uers. audiatur. ij. q. vj. & gl. fi. Bart. & oẽs. in l. fi. ff. de resti. in inte. Dixi aliquid in c. cùm Bertoldus. de re iud. & ibi etiã latè pro sui cōmodo cōdemnatus in absentia dicitur in dubio magis condemnatus propter contumaciam, quàm propter iustam causam præsentis, iuxta l. si ideo. ff. de euic. Cætera uide in Dictionario in uers. absens. & in uersic. pręsens.

Porrò Do. Ab. ponit in no. q̃ matrimoniū spirituale dicitur per electionẽ initiatū, per cōfirmationẽ ratum, per consecrationem consummatū.

12 ¶ Adde † eūdẽ in c. inter canonicos. de electiōe. ubi ponit eadẽ in notabilibus: & pulchrè scribit Car. cōsi. cxlj. inci. Punctus quæstionis. dicens, q̃ qui acceptauit beneficiū sibi collatū, uidetur per quasi contractū se obligare ad administrationẽ illius, per c. nisi cùm pridem. uer. uerùm. de renū. ibi, sponsam tuã: cui defigendo manū apud extraneū te fide media copulasti: quã literam dicit Car. se consuetū singulariter allegare: & hæc est ratio, quare beneficiatus nō potest dimittere beneficium sua uoluntate, c. admonet. & c. quod in dubijs. de renū. & infert, quòd talis contractus nō debet per Papã sine causa dissolui, per ea, quæ no. in c. quæ in ecclesiarū. de const. & reprobat sing. gl. in c. per principalem. ix. q. iij.

13 ut retuli in d. c. quæ in ecclesiatum. ¶ Sunt † tamen inter matrimoniū carnale & spirituale xxviij. differētiæ, fm Doc. in c. tuæ. de spō. adeò q̃ dicit ibi in fi. q̃ q̃ ult arguere de matrimonio carnali ad spirituale, debet allegare ius, in quo ꝓbet̃ illa similitudo: tñ dicit uerius esse, q̃

c procedit argumentū[c] de uno ad reliquū, nisi ostẽdatur dissimilitudo, ꝓ c. iter corporalia. de trãsla. pręla. ¶ Circa gl. in uer. siue impedit. dū tãgit Ab. post Io. An. itellectū cle. j. de iud. & uideť uelle, q̃ spãle sit ī Papa, q̃ pōt ꝓce-

c *Procedit argumentū*] *Quòd ualeat argumētū de matrimonio carnali ad spirituale, adde do. So. cōs. xcij. inci. Circa primū huius. circa medium iij. col. in j. parte char. cliij.*

dere

dere per citationes affixas in locis publicis curiæ, quãdo non constat, quòd reus malitiosè impedit, uel se occultat, sed si constat posse etiam inferiores citare per talia edicta: nam prima facie utrũq; dictum uidetur falsum: primũ enim non exprimitur in d. cle. j. imò potiùs contrarium, dum uult, quòd constitutio Bonifa. nõ seruetur in curia, nisi contra impedientes, ne citentur, aut quorum loca non possunt tutè adiri. Similiter circa secundum dictum est uerum, quod Bar. in extraua. ad reprimẽdũ. in uer. per edictum. in princ. expressè sentit, q̃ inferior à principe possit citare in duobus casibus, de quibus in cle. Sed hoc dictum est contra illum tex. cum glo. in uer. ex scientia. & ita firmiter tenet ibi Imol. in v. col. uers. ex prædictis. dicens, quòd de iure Cano. nõ potest inferior à Papa facere citationẽ similem illi, de qua in dicta clemẽ. j. in casibus ibi positis. Vnde ultra citationem, de qua ibi, debet in illis casibus facere intimationem citationis in loco uiciniori, secũdum formam cle. causam. de ele. in uer. uerùm. cum gl. Sed de iure ciuili potest procedere opi. Bart. licet æquum esset etiam in foro ciuili seruare dictam intimationem, per id qd̃ no. glos. in dicta cle. in uers. restringimus. ibi, nam graue. & facit optimè secundum eum cle. j. de fo. compet. ubi est speciale in casu illo. Igitur, &c. Et licet Abb. dicat, quòd certo modo est differentia in hoc inter Papã & inferiores, tamen ex istis dictis Imol. non uidetur differentia, nisi de iure ciuili. Ex uno uidetur cõcordare Imo. & Abdum dicunt, quòd debet fieri intimatio: sed Ab. ponit hoc pro utili ad cautelam, imò autẽ pro necessario. Et cum illa gl. in uer. Papa. transit ibi Car. in tertia opp. Et idem ipse sentit in d. cle. j. de fo. comp. in quinta opp. Et hoc modo erit ista differentia inter Papam & inferiorẽ, quoniam citando Papa in casibus prædictis non intimat citationẽ in loco uiciniori, inferior bene intimat. ¶ Cõsidera etiã, q̃ d. cle. j. nihil noui uidetur inducere, dum dicit, quòd iudex datus à Papa non citat edicto, nisi Papa ex certa scientia hoc cõmittat: nam per istum text. cùm uidetur, quòd quilibet iudex posset procedere contra tales citatione facta per edictum. Sed respondet Ab. in d. cle. j. quòd ille tex. loquitur de dilatione facta in curia Romana per edictum ab homine quantũcunq; remoto: ut in casibus ibi expressis, Papa ex certa scientia mandante talis citatio habeat uim citationis personalis: alij autẽ iudices sine licentia Papæ non possunt ita à remotis citare: sed procedunt, prout no. hîc & in cle. causam. §. uerùm. de elec. in cle. j. de foro comp. & sic uidetur Ab. ibi aliter intelligere illum text. quàm hîc. Prædictas uarietates nõ aduertit do. Maria. in rub. de dilati. fol. lxviij. Sed quærẽdo quis citare possit per edicta, dicit simpliciter, secundum Bart. in d. uerſiẽ. per edictum, quòd solùm ordinarij & delegati à principe, alij non, per authen. qui semel. C. quomodo & quando iudex. & in corpore, unde sumit̃, & no. Ang. in l. ad peremptoriũ. ff. de iud. Tamen delegatus potest citare per edictum in albo, cùm non habeat album, per id quod not. in l. si quis id, quod. ff. de iurisd. om. iudi. iunctis notatis in simili in l. illicitas. §. q uniuersas. ff. de offi. præsi. ¶ Cõsidera† in primis, quòd citatio per edictum nõ est introducta solùm in casibus,[a] de quibus loquitur d. cle. j. sed in alijs, putã quando contradictor est incertus, & per edictum citantur, quorum interest, iuxta l. si eo tempore. C. de remissi. pig. & l. si pupillus. §. proscribere. ff. de instito. & c. uidetur. q matri. accus. nõ pos. c. fi. de elect. in vj. & ubicũq; p̃ Doc. & pulchrè per Car. consil. clxiiij. in q. quæ uidetur. ad fin. Et de practica citandi in similibus, dixi in c. ij. de consti. & exhibi. de iudic. Et præsupponitur pro certo, quòd talibus casibus inferiores à principe possunt citare per edictum. Qui autem iudices possint in talibus casibus citare per edicta, dic remissiuè, secundum quod scribit Spe. & Ioan. Anto. in titulo de citat. §. sequitur. uersic. & not. secundum Vber. & Bart. in l. ij. C. de iurisdic. om. iudic. & glos. in d. cle. j. in uer. albo. & ibi Imo. & Bal. in l. ij. C. quomodo & quando iud. Cy. Bald. & Doc. in l. sancimus. C. de iud. quos refert Maria. in d. rub. de dila. fol. iij. uer. quartò quæro. ponens etiam, quid de consulibus mercatiæ, post Bal. in d. l. ij. Cæterùm si loquimur de illis duobus casibus positis in d. cle. j. uidelicet, quando citatus impedit, ne citetur, aut locus nõ potest tutè adiri, tunc si quæris, an inferiores à principe possint citare per edictum faciendo ultra hoc citationẽ intimari: & uidetur, quòd possint, ut firmat Imo. in d. cle. j. Si autem quæris, an possint citare per edictum absq; alia intimatione, dicendum quòd nõ: per d. cle. j. cum gl. in uer. Pa. Et ita sentit gl. ibi in uer. Pa. ex certa scientia. ¶ Procedunt autem ista de iure Canonico: sed de iure ciuili uidetur, q̃ indistinctè talis citatio sit permissa, nedum in crimine læsæ maiestatis, ut in d. extrauag. sed etiam in alijs quibuscunq; causis: & non requirũtur qualitates, de quibus in d. cle. j. Sed tamen Bar. in d. uer. per edictũ, uult, quòd imò iudex secularis debet uti dicto modo citandi cũ restrictione, de qua in d. cle. j. aliàs si iudex citaret per edictum, posset pars reappellare per iudicẽ appellationis, & irritaretur processus: qa dicta extrauagans, ad reprimendum. ponit in arbitrio iudicis tres modos citãdi alternatiuè, s. edicto, nuncio, uel epistola. Et in ijs quæ sunt cõmissa arbitrio iudicis, debet seruare æquitatem. Ioan. An. in c. j. de constit. per quod uidetur seruanda dicta cle. continens in se magnam æquitatem, ut ibi in tex. cũ gl. in uer. restringimus. & sequitur Imo. in dicta cle. j. in ij. col. Dicit tamẽ Imol. in l. ij. §. prætor. ff. de dam. infec. quòd fortè hoc dictum Bar. non est uerum: quia si iudex secularis citat edicto extra casus d. cle. primæ, facit actum à iure ciuili permissum. Ergo nõ grauat, l. Gracchus. C. de adult. & istud est uerius de rigore: sed dictũ Bar. æquius, sm Maria. in dicta rubr. de dilatio. fo. lxviij. colligentem singulariter ex istis dictis Bart. q̃ sicut in foro seculari statur decisioni canonis, qñ sunt dubia inter Legistas, c. j. & ibi But. j. tit. proximo. dixi in c. ecclesia. in j. q. uer. ij. declaratio. de cõst. ita qñ de iure ciuili est aliquid arbitrio iudicis cõmissum, & de iure canonico exprimitur quid certum, tũc iudex debet sequi illud certum. Quod bene nota. ¶ Aduerte etiam ad secundum casum dictæ cle. primæ, quia uidetur deducibile absurdum, si fortè contingeret, quòd citatus esset extra suum domicilium, & tutè posset ibi citari: tamen si non posset tutè adiri eius domicilium, esset citandus edicto: quia cùm alternatiuè requiratur, uel quòd impediat ne citetur: uel quòd domiciliũ non posset adiri, uidetur sufficere, quòd alterum concurrat. Et ita gl. ibi in uers. uel quorũ. ¶ Præterea ibi Imo. in fi. intelligit illum tex. cum gl. quando citandus moratur in loco, qui nõ potest tutè adiri: secus, si alibi faciat copiam sui, ut in cle. causam. de elect. Et ita dicit se habere apostillam in text. Potest etiam intelligi illa alternatiua, secundum Maria. in d. rub. quòd dato, quòd etiam alius quàm citandus dederit causam, quòd illud domicilium non possit tutè adiri: & si ipse esset in domicilio, haberet locũ citatio per edictum: secus, si ipse esset alibi, secundum Maria. in d. rub. ¶ Reuertamur modò ad intelligenda, & demum saluanda uerba prædicta Ab. hîc: nam ipse uult, quòd si non constat absentẽ impedire malitiosè ne citetur, tunc est speciale in Papa, quòd citat edicto: sed si constat, quòd malitiosè, tunc habetur pro citato: & non est opus, quòd nec à Papa, nec ab alio citetur. Mihi uidebatur prima facie hoc esse contra mentem dictæ clemẽ. j. quia ibi nihil dicitur, q̃ constet de malitia: sed solùm, quòd constet esse impeditum,

a *Solùm in casibus*] *Quãdo fieri debeat citatio per edictum, uide Paul. de Cast. consil. xlviij. Sed nunquid comprehendat existẽtem extra territoriũ, uide Oldr. in suo consil. xliij. v. q. quod nota.*

peditum, uel procuratum quo minùs, &c. Actus enim de sui Natura non licitus præsupponit malitiam, c. j. de præsump. Et quòd d. cle. j. intelligitur de procurante cum malitia, ponderabam gl. in uer. factum. in cle. ij. ut lit. pen. iuncta gl. seq. dum allegat dictam cle. j. Idem sentit glo. Ioã. Mo. in dicta extraua. rem non nouam. in uer. apprehendissent. dũ sic intelligit illã constitutionem, ad cuius declarationem emanauit d. cle. j. Ideo ui debatur, quòd si quis uellet probare, quòd impedimẽtum datum à se, uel ab alio, propter quod non potuit citari, non fuit datum cum malicia: tunc fortè esset purgata contumacia, & reuocaretur grauamen ei illatum. Volenti enim excusare contumaciam dandus est terminus ad defensionem faciendam, l. iij. §. si ad diem. ff. de re milit. qui text. ad hoc est ualde notabilis, secũdum Bald. in l. ea, quæ. in prin. C. quomodo & quando iud. ¶ Præterea si ille, sine cuius dolo citatio non potest fieri, in loco haberetur pro uero contumace per edictum subsecutum, istud non uidetur sapere mãsuetudinem, in qua est fundata d. cle. j. & dicere, quod est speciale in Papa, ut etiam carentem dolo constituat in graui prejudicio, non uidetur de mẽte illius literę, quæ hoc modo parum mitigaret constitutionem Bonifacij. Inspiciebam etiam ad hoc uerba Io. de Imo. in d. cle. j. pe. col. dum dicit post But. ibi, quòd citatus per edictum secũdum formam, de qua ibi, potest omnes excusationes proponere, quas posset proponere personaliter citatus: quia illa non est præsumptio iuris & de iure. ¶ Itẽ† considerabam, quòd illud edictum faceret istum cõtumacem inexcusabilem: si uera esset opi. Abb. quòd etiã carens malicia artaretur illa citatione, quia sibi uolenti allegare excusationem responderet, speciale esse in citatione Papæ, quòd artet ipsum etiam carentem dolo: quod esset contra But. & Imo. ibi. Nihilo minùs circumscripto isto transcursu rei, ueritas est ista, quòd etiã si constat, quòd citatus caruit dolo ad impediẽdam citationem, potest citari edicto: & hoc inducitur speciale in Papa, per d. cle. j. Et quòd non loquatur solùm in impediente per dolum, patet primò, dum dicit de procurante, ne possit citari quoquo modo. Secundò & fortiùs, dum dicit, quando non potest accedi ad locum; nam ut iste casus differat à precedenti, importat casum etiam sine dolo, ut clarè notat Bar. in d. extrauag. ad reprimendum. uer. per edictum, exemplificando, quando aliquis est citandus in ciuitate, ad quam accedi nõ potest. Et quod istud sit speciale in Papa, notat etiã Rota, de do. & cõtu. viij. in nouis, & in additionibus. In inferiore autem dic, quòd aut non constat de malitia, & debet citare ad locum uicinum, uel requirere alium iudicem, ut citet, prout latè docet Bar. in d. uer. per edictũ. Aut constat de malitia, & tunc de necessitate non tenetur citare aliter, quia habetur pro citato, ut not. Ab. hîc, & in c. j. ibi. Aduerte, quia do. Anto. in c. fi. de iud. & in c. ex tuę. de cle. non resi. l. si dictũ. §. si præsentes. ff. de euic. & dicit Bald. in l. ea, quæ. ult. col. ibi. Dic ergo, quòd aut actus C. quomodo & quando iud. quòd si quis latitat, ita quòd non possit apprehendi, & hoc cõstat, dicitur non obediens, & est uerus contumax. Et hoc ultimũ firmat Pet. de Anch. in cle. ij. ut lite pen. & sequitur Alexã. in l. properandum. §. fin autem reus. in v. conclusione, C. de iud. dicẽs, facere text. in cle. causam. de elect. & hîc, & gl. in l. contumacia. ff. de re iud. quæ equiparat istum illi, qui citatione recepta contempsit comparẽre. Et facit, quod not. Inn. in c. ex literis. de excef. prælat. quẽ retuli s. in prin. huius c. tangendo de teste, qui examinatur non citato uiro potente, &c. Et dicit expressè Inno. in c. ad petitionem. in fin. de accus. quòd qui malitiosè procurat, ne ad eũ citatio perueniat, non est amplius citandus, etiam ad diffinitiuam, per istum tex. Et ex his remanent saluata uerba Abbatis hîc, de quibus prima facie dubitabatur. ¶ Cæterum ad ea, quæ adducta sunt de iniustitia, quam uidebatur continere prima facie dicta cle. taliter intellecta, dic breuiter, quòd si citatus edicto, probat se nullo modo sciuisse de edicto: & hanc ignorantiam non fuisse affectatã, nec procuratam, erit purgata contumacia. Et quando dicebatur, si potest se excusare, ergo auditur allegando, q̃ non malitiosè prouocauit, non posse citari: dic, quòd illud de excusatione est uerum: sed consequentia falsa: nam concedo, qd̃ potest se excusare allegando ignorantiam edicti à probando, secundum practicam Inno. in c. ij. de constit. & ita loquitur Imo. in d. cle. j. in fi. Pro quo uide, quod dicetur j. proximè ibi. ¶ Sextò no. Sed si fateretur sciuisse edictum, & uult se excusare, quòd non dedit ipse causam edicto, nec fuit in culpa, non auditur: quia ista purgatio non purgaret cõtumaciam iam causatam ex notitia edicti, & non comparitione: & sibi uolenti allegare excusationem ex eo, quòd non dedit causam edicto, rectè respõdebitur speciale esse in citatione edicti Apostolici, ut contra ipsum non audiatur, nisi ad probandam ignorantiã edicti. Et ex his uides, quòd dicta cle. j. procedit etiam in carente dolo, quicquid senserit gl. in dicta cle. ij. ut lite pen. ¶ Pro† practica autẽ dictæ cle. primæ no. sex dicta nõ posita ibi per Scribentes. Et primò, quòd si conceditur de speciali cõmissione, quòd aliquis citetur per edictum, iuxta dictam cle. j. sufficit, quòd testes dicant, non esse tutum, uel esse impossibile, quòd citetur aduersarius ad domum. Rota de rescri. xvj. in antiquis. ¶ Secundò nota, quòd † si cõmittatur causa cum potestate citandi per edictum affigendum in portis in locis uicinis, non sufficit, quòd fit citatio in uno loco uicino quamuis publico, sed debet fieri saltẽ in duobus. Rota de rescrip. xxvij. in antiquis, & eodem tit. v. in nouis, & de dolo & contumacia. viij. in eisdem. ¶ Tertiò no. quòd non statur iuramento dicentis, se esse in casu d. cle. primæ, sed debet probare testibus, an sit uerum, quod dixit supplicãdo, uidelicet aduersarium non posse citari. Rota de do. & contuma. xxij. in antiquis. ¶ Amplia. Etiamsi habeat † signaturam, fiat ut petitur in forma: secus, si simpliciter fiat, ut petitur & petierat aduersariũ citari edicto: quia non requiritur aliqua informatio de ijs, quæ habentur in d. cle. j. Rota de do. & contu. xxiij. in antiquis. ¶ Quartò nota, quod licet citatio possit decerni tempore feriarum ob utilitatem hominum, & etiam exequi in personas, siue ad domum, non tamen per edictum clausa sit audientia, in qua fieri debet: Nec edictum fieri potest in ualuis ecclesiæ, secundum Rotam. & in hoc collectarius cõtrà subrogando ualuas ecclesiæ palatio clauso, non tamen afficiet adeo quòd excommunicari possit, sed aliàs punietur in processu. Ita est longa decisio Rotę de ferijs unica, in nouis, quã in his uerbis habes melius summariam, quàm ibi. ¶ Quintò not. quòd citatio originalis per edictum, non autem copia debet legi in audientia publica, & affigi ualuis palatij. & ibi affixa debet dimitti aliquibus horis. Rota de dolo & contu. viij. in no. Et ibi etiam dicitur, quòd palatium Papæ hodie succedit loco albi prætoris: de quo loquitur d. cle. j. ¶ Sextò no. quòd † citatus per edictum iuxta formam dictæ cle. j. & non comparens, potest appellare à sententia diffinitiua intra x. dies computandos à tempore notitiæ. Rota latè de dolo & contu. xvij. in no. quia iste est contumax fictus, non uerus, sicut citatus ad domum, uel ad locum beneficij, nisi expressè posset constare de ipsius licentia & contemptu, qui solus facit, quòd non audiatur appellans. Gl. in cle. si ante. de dolo & contu. Sed dices ultra Rotam contra citatum per edictum in casu d. cle. j. præsupponit, quòd quis procurauerit non posse citari, ut ibi, & iste hoc procurans est uerus contumax, ut s. dictũ est. Ergo appellare non potest. SOL. Nõ semper dicta citatio edicti præsupponit contumaciã uerã, quia deuenitur ad edictũ, etiam qñ locus nõ põt adiri.

c. quoniã frequenter.

Item

Item etiam, quando sine malitia quis impedit, ne cite-
tur. Cæterùm si per malitiam hoc procurasset, tunc for-
tè dubitari posset de ista decisione: quia uidetur uerus
contumax. Tamen dicit Rota, ubi s. in fi. quòd secun-
dum stylum Rotæ auditur uerus cõtumax prolationis
20 sententiæ, sed non scientiæ. ¶Demum, an † citatio per
edictum debeat esse trina, uel una, pro omnibus, dice-
tur paulo j. Et not. ꝙ ad hoc, ut excõmunicetur citatus
per edictum, non sufficit probare, quòd in uicinis par-
tib. fuit oppositũ edictum, sed oportet probare etiã, ꝙ
ad eius noticiã potuerit uerisimiliter ꝑuenire. Egi. de-
cis. Rotæ lxxxviij. ut citatus. ¶Nota etiam, quòd audi-
tores sacri palatij decernũt primã citationẽ fiendã per
nunciũ personaliter: qua facta & habita relatione nun-
cij, non citant illum amplius per nunciũ, sed edictis po
sitis in audientia contradictarum & uirtute talium cita
tionum perueniunt ad diffinitiuam. Sed dicit Paul. de
Cast. in l. ad peremptorium. ff. de iud. quòd cùm quidã
delegatus Papæ datus in partibus seruasset istum mo-
dum, consuluit, sententiã esse nullam, tanquam latam
contra non citatũ: non, quia de stylo curiæ citatus per-
sonaliter prima uice, non posit postea citari edicto, ut
quidam indoctè consuluerunt: sed, quia iste stylus ser-
uatur in illo, qui longè abest, & non potest cõmodè ci-
tari in singulis actibus. Sed non seruatur in illo, qui po
test cõmodè citari, secũdum Ioan. An. in Spe. de cita. §.
uiso. uer. item licet. addi. incip. super illo uerbo. Ille aũt
processus erat factus in patria: & sic pars poterat ibi ci-
tari ad singulos actus. Ideo illa citatio nõ ualuit. Quod
tene mẽti: quia pauci sunt, qui ista bene intelligant, ſm
eum, qui etiam ponit, ꝙ quando aliquis nũquam fuit
citatus personaliter, non potest citari edicto, ita ut ha-
beatur pro uero contumace, nisi per principem, uel de
ipsius expresso mandato, & concurrat alter ex casibus
dictæ cle. j. Et aliter latiùs uide ipsum dicentem, quòd
iste passus malè declaratur ꝑ Legistas. Et tu dictis suis
adde prædicta omnia, tanquam noua, ad dictam cle. j.
ex quibus honoraberis, quando ostendes in curia Ro.
fonte uberrimo Canonistarum, quid reportaueris in
21 studio Pisano. ¶Postea † subdebat Abb. sufficere uni-
cam citationẽ in casibus hîc positis propter glo. in uer.
citationem. in cle. sępe. de uer. sig. Vide ibi Imo. ponen-
tem latè, an & quando in causa beneficiali seruetur iu-
ris ordo: & quid si non agitur de fœdere coniugij spiri-
tualis, sciens, quòd Maria. hîc latissimè reassumit hoc,
& de causa decimarum & matrimonij reassumptis di-
ctis Doct. in cle. ij. de iud. dico, ut per eum, uno addito,
uidelicet quòd quicquid in hac materia dicitur de cau
sa beneficiali, habet locũ, etiamsi agatur de bonis suc-
cedentibus loco beneficij ad sustentationem, sicut sunt
bona, ad quæ quis intitulatur, iuxta c. cùm secundum.
de præb. Ita notat Maria. ibi ex dictis Bu. & Imo. ibi, dũ
dicunt, quòd si clericus agit contra ordinatorem in ca
su illius capituli, debet agitari causa summariè: & hoc
ipse reputat singulare. Facit ratio uulgaris: quia subro
gatum sapit naturam, &c. cle. j. de supplen. neg. prælat.
cum si. ¶Circa practicam procedendi contra clericum
non residentem, de qua hîc latè per omnes Docto. ad-
de Maria. in repe. c. ex tuæ. de cle. non resi. ubi de hoc la-
tè inuenies: & quæ sint iustæ causæ excusantes à residẽ-
tia, & alia multa, quæ hîc transplantanda non sunt, ex
quo ibi uideri possunt, tamẽ no. succinctè quædã frag-
menta ad instar illius, qui post collectam ab alio mes-
sem incedit colligendo spicas ab eo missas. ¶Scias pri
mò, quòd clericus stans in propria domo non prope
ecclesiam, non dicitur residere in beneficio. Do. in c. te-
nore. in v. notabili, xxxj. dis. per illum tex. loquẽtem de
sacerdotibus ueteris testamenti, qui de templo non di
scedebant, nec domum suam omnino tangebant. Ad
idẽ c. præter hæc. xxxij. dist. ibi, iuxta ecclesias suas mã-
ducẽt & dormiãt. Et ibi infert. Dom. in antep. notabili,
quòd clericus nõ dicitur residere in ecclesia, si habitat
in remotis ab ea. Dicit tamen Domi. in c. episcopus ui-
lem. xlj. dis. quòd licet habitatio clerici nõ sit contigua
ecclesiæ, tamen sufficit, quòd non sit longẽ remota, per
illum tex. ibi, hospitiolum quocꝫ non longè ab eccle-
sia habeat. tamen in ecclesijs collegiatis secus est, per c.
necessaria. xij. q. j. ibi, iuxta ecclesiam claustra cõstituun
tur. Et diceretur clericus esse remotus ab ecclesia, quan-
do singulis casibus repentinis quacunqꝫ hora commo
dè adesse nõ posset, ut per Car. pulchrè in cle. j. xij. q. de
foro compet. & faciunt multæ glos. de quibus per Bu.
in proœmio Decret. & Ludou. in l. j. ff. soluto matrimo.
22 ¶Dum dicit Abb. quòd † priuatus propter non resi-
dentiam restituitur docto de impedimento: amplia e-
tiamsi à principio temerè recesit, ut singulariter proba
tur in c. inter quatuor. de cleri. non resi. Et dum dicit de
trina monitione, obstat glo. in c. si episcopus. xviij. dist.
& in cle. j. in uer. requisierit. de hære. cum concor. quas
posui de consti. c. ex literis. ubi in extraiudicialib. suffi-
cit unica. Respondet Do. in c. si contra unum. de offic.
dele. in vj. ij. col. & in d. c. ex literis. quòd ab illa regula
exceptuantur casus, in quibus iura requirunt trinam
monitionem, inter quos enumerat istum: & perpetuò
nota, quòd non sufficeret una monitio pro omnibus,
licet aliâs sufficiat, si expedit, etiam quando requiritur
trina, l. contumacia. cum si. de re iudi. Ita Ioan. Andr. in
rub. de cle. non resi. iij. q. in addit. Spec. quem extollunt
But. & Abb. hîc, & Bu. in c. si. ulti. colũ. de dilatio. & pul-
chrè Ab. consi. mihi lxij. episcopus Lucanus. ubi inue-
nies multa placabilia circa istas monitiones non resi-
dentium. ¶Asignatur duplex ratio. Prima, quia ubi
lex requirit citationem trinam per pręconẽ in locis pu
blicis, uel cum propositione edicti, nunquã potest fieri
una pro omnibus. ¶Secunda ratio: ubi trina citatio re
quiritur à iure etiam personalis ad finem incurrendæ
pœnæ, non sufficit una pro omnibus etiam perempto-
ria. Et sunt duo dicta aurea. ¶Ratio primi dicti est: qa
citationes, quæ fiunt tali modo, non de facili transeũt
in noticiam citati, & faciliùs transibunt, si ter publicè
fiant. Fortè enim amicus citati, qui non interfuit in pri
ma, intererit in secunda, uel tertia, & poterit ei nuncia-
re, ut pulchrè per Abb. in d. consilio, dicentem ita limi-
tari l. ad peremptorium. cum si. ff. de iudi. Sed intellige
hoc, quãdo citatio habet fieri publicè per pręconem,
seu nuncium in loco publico, & demùm affigi loco pu
blico, sicut de iure uidetur debere fieri, ut tradit in cle.
j. de iudic. Et ita seruatur de mente iuris Canonici, sed
ubi cessante uoce pręconia fit edictũ, & affigitur in lo-
co publico, uidetur quòd posit fieri una citatio pro
omnibus, putà asignando nouem dies, tres pro pri-
mo, &c. Paria enim sunt, uel quòd primũ & secundum
triduum renouetur schedula, uel quòd à principio tri-
plex triduum ponatur in una citatione secundũ Imol.
latè in d. c. ex tuæ. Considera, quòd istud posset habere
locum, ubi esset consuetudo, quòd tales schedulæ non
mouerentur durante termino in eis descripto: sed ubi
solitũ est sæpe eas euelli fortè de nocte, uideretur, quòd
non sufficeret illud triplex triduum esse una uice appo
situm: posset enim hodie transire per illum locum ami
cus citati, qui nõ uiderat edictũ nocte præcedenti ob-
latum. Vnde cogitabis. ¶Ratio secundi dicti est: quia
quando interuenit trina citatio separatim ex parte su-
perioris, maior uidetur esse comptus ipsius superioris,
quàm quando emanat unica citatio tantùm, licet sit
peremptoria pro omnibus. Et ideo ad finem bene re-
quiritur tunc trina citatio separata propter maiorem
contumaciam habendam, secundũ Imo. in d. c. ex tuæ.
firmantem tandem hoc, licet reputetur difficilis per-
suasionis. Alia ratio asignatur per Abb. hîc, & in d. c. si.
de ui. & honesta. quia ex quo ius requirit trinam cita-
tionem, & actus est odiosus, debent in istis pœnalibus
uerba

c. quoniã frequenter.

uerba intelligi strictè & propriè: non autem fictè & lar-
gè. Et ideo cùm illa citatio sit una pro omnibus, sit ficta
seu subrogata loco trinæ, non esset satisfactum realiter
trinæ citationi requisitæ à lege. Et hoc modo habes aliã
notabilem limitationem ad d. l. ad peremptorium. & d.
l. contumacia. cum si. & est glos. trita in cle. j. in uer. iij. de
ui. & ho. cle. & uidetur text. iuncta gloss. ij. & ibi Bald. in
c. j. de mili. uas. qui contu. est. & not. Bald. in l. cessante. in
fin. C. quomodo & quando. & in l. non sunt liberi. ff. de
sta. ho. & Pau. de Cast. & Flor. in l. & ad peremptorium.
ff. de iudic. Et Imol. in l. si finita. §. Iul. ff. de dam. infect. &
multi alij. Obstat c. constitutionem. cum gloss. de sent.
excom. in vj. ubi monitio, de qua in c. sacro. de sent. ex-
com. potest una esse pro omnibus, & tamen agitur de
pœna. Respondet Imol. in d. c. ex tuæ. ꝙ prædicta proce
dunt, nisi aliud à iure reperiatur expressum, prout est
in excommunicatione: quamuis Steph. in d. c. cle. j. re-
probauerit gloss. illam ibi per d. c. constitutionẽ. & non
bene secundum Imol. in d. c. ex tuæ. Alia respõsio datur
per Alex. in d. l. contumacia. uidelicet, quòd c. constitu-
tionem. procedit, ubi agitur de pœna leui: quæ respon-
sio posset cauillari per c. sacro. uers. tantam pœnam. de
sent. excom. & c. corripiãtur. xxxiij. q. iij. nisi dicas, quòd
à principio non est pœna ante quàm excommunicatio
contemnatur: imo est medicina, c. j. de sent. excom. in vj.
Considera etiam, quòd monitio, de qua in d. c. cõstitu-
tionem. fit principaliter ad cõstituendum quem in con
tumacia. Tamen idem est etiam in proposito, sed inspi-
citur pœna necessariò sequens contumaciã. Ideo præce
dentes responsiones sunt tutiores. Aliud ualde notabi
le infert Abb. ꝓ prædicta in d. c. si. de ui. & ho. cler. Quòd
ubi ad perdendum aliquod priuilegium clericale iura
requirũt trinam monitionem fiendam ipsis clericis nõ
rectè uiuentibus, oportet quòd illa citatio, seu monitio
apprehendat clericos, si fieri potest, non sufficit genera-
lis monitio, quòd omnes abstineant. Quod tene menti
ad intellectum c. cùm non ab homine. & c. in audientia.
& c. contingit. de sent. excom. Bene facit Rota, de dolo &
contu. xxj. in antiquis, dicens, quòd ubi aliâs sufficerẽt
coniecturæ, quòd citatio apprehendit citatum, tamen
ubi agitur de priuatione beneficij, requirit certitudo.
Vnde si quis citatur, tanquam inciderit in pœnam c. li-
cet canon. de elec. in vj. oportet, quòd citatio legitimè &
clarè perueniat ad eius scientiã, nec sufficerẽt præsum-
ptiones: de quo nunquã sis oblitus. Et dicit decisio ibi
præcedens, ꝙ procurator, qui aliâs ex mandato pleno
potest respondere in omni materia, nõ potest citari uir-
tute commisionis factæ de priuando dominũ benefi-
cio sub certa conditione. Dixi in c. s. eo. An autẽ clericus
posit deponi ex cõfesione ficta, de qua in c. ij. de con-
fes. in vj. dic ꝙ sic, si materia deducta erat digna priua-
tione. Rota, de test. xliiij. in antiquis. ¶Aduerte tamen,
dum dictum est, nõ sufficere monitionem unicam pro
omnibus, ubi agitur de pœna, & ꝙ requirit apprehen-
sio, ubi agitur de perdẽdo priuilegio clericali: nam pri-
mum dictum limitatur per Abb. hîc, & secundum in c.
si. nisi cõstitutio episcopalis disponat super nõ residen-
tia, uel dilatione habitus & tonsuræ, aut simili materia,
sub pœna priuationis, uel perditionis priuilegij: quia
ad talem pœnã incurrendã non requirit alia monitio.
Quod bene nota: quia hîc multi errant secundũ ipsum
ibi. Et est cons. Fed. elegãs, cix. incipiens, Quòd nõ fecit
residentiã. de quo etiã meminit Alex. in repe. l. ita stipu-
latus. de uer. ob. & etiã inuenies in d. cons. ꝙ siue statutũ
dicat, Monemus, siue Præcipimus, siue æquipollens, ta-
lia uerba habentur loco trinæ monitionis. Et dixit pul-
chrè Rota de do. & cõtu. ult. no. ꝙ sufficit monitio facta
in synodo, ut sufficiat depositioni, d. c. sacro. in princ. Et
est optima gl. do. Fran. Paui. Mod. auditoris Rotę super
extrauagantibus, fol. ult. in fin. j. col. ubi dicit, ꝙ citatio,
siue monitio facta per episcopũ in synodo, habet uim
peremptorij, ubi dicit se consuluisse Ferrariæ, quòd ge-
neralis monitio facta in synodo cõtra executores testa-
mentorum negligẽtes exequi j. annum deuoluit execu
tionem ad episcopum absqꝫ alia monitione. De his etiã
per Lud. cons. ccxxviij. ubi etiam inuenies, an posit al-
legari ignorantia talium cõstitutionũm. De quo latiùs
per Rotam allegatam, de do. & contu. ult. in nouis. Dixi
aliquid in c. ij. de consti. Quomodo autẽ ualeat statutũ
episcopi mutans in hoc ius commune, dixi de maio. &
obe. c. quod super his. vij. fal. respondẽdo dictis Cal. re-
probantis Fed. ubi s. Dum dicit Abb. clericũ obligatũ,
adde residere præsumi in dubio malitiosè abesse. Adde
quæ latè dixi in c. dile. lo ij. de rescr. in vij. cõclusione. Et
dicit ultima ibi dicta, ꝙ licet hoc dictum posit tolerari
in beneficio requirẽte residentiã, per id quod habetur
hîc in uer. si uerò aliter. nõ tamẽ uidetur ꝓcedere in ma
rito per istũ tex. in uer. si aũt de carnali. ubi expressè di-
citur, ꝙ si est absens & propria uoluntate, nisi appareat,
ꝙ malitiosè sit absens, nõ potest ꝓcedi ad diffinitiuã. Et
ita declarat Imol. in c. fin. de eo, qui mit. in pos. Et quam
uis dixerim in d. c. dilectus. ꝙ iste §. porro. usqꝫ ad uersi.
si uerò. potest intelligi de electo tantùm, tñ dic, ꝙ imò
ꝓcedit etiã in cõfirmato & consecrato, secundũ omnes
23 hîc. ¶Dum † dicit Abb. clericũ uagabundũ posse pri
uari beneficio etiã non requirente residentiã, dubitari
posset, quid si non est uagabundus, sed nihil scitur de
eo? In quo dixit gl. peregrina. c. nõ oportet. in uers. pro-
ficisci. de consec. dist. v. ꝙ si clericus tandiu absit, quòd
dubitetur, an uiuat, an mortuus sit, desinit habere libe
ram administrationẽ: & cum ea transit Archi. nec repe-
rio eam allegatã, & sic loquitur in beneficio curato: cer-
tè clarum est, ꝙ seruatis terminis, de quibus per Docto.
hîc in d. c. ex tuæ. potest priuari eo ipso, ꝙ nõ comparet.
Vnde, ut gl. aliquid importet, intellige eam in habente
beneficiũ non requirens residentiã. Talis enim non po
test aliâs priuari, nisi sit uagabundus, ut dictũ est. Et iste
erit alius casus, uidelicet ubi nescitur, an uiuat, per di-
ctam gl. Pro qua bene facit text. in l. libera peculij. ff. de
pecu. ubi ad habendam peculij liberã administrationẽ
tex. æquiparat fugitiuũ subreptum, & eum de quo ne-
scitur, an uiuat, an mortuus sit. Bene facit dictum Spec.
de loca. §. nunc aliqua. uer. clxiiij. Quòd si emphyteota
discurrit per orbem dimisso procuratore, qui soluat ca
nonem, si tandem ignoratur ubi sit, & an uiuat, nullis
existentibus filijs, uel nepotibus, potest ecclesia reassu-
mere in se emphyteosim, ac si esset mortuus. Sequitur
Bal. in auth. qui rem. in fi. C. de sac. sanc. eccl. limitãs, nisi
essent aliquæ cõiecturæ de uita. Et pro dicto Spec. extol
lit Bal. tex. in l. cùm domini horreorũ. ff. loca. qui tex. ni-
hil facit, secundũ Fulg. in d. authen. qui rem. Loquitur
enim nõ tantùm in absente, sed in cessante à solutione:
nos aũt præsupponimus, quòd non cesset à solutione.
Quinimò dixit Ias. de May. in rep. l. ij. uers. xxxiiij. quæ-
ro. C. de iure emphy. ꝙ cùm ecclesia fundet se in morte,
debet eam probare, l. ij. §. si dubitetur. ff. quemad. testa.
aperi. & dicetur j. Vnde apparentibus alijs coniecturis
mortis, etiamsi de uita nesciatur, non procedit dictum
Spec. secundũ eum. ¶Si gl. in d. c. non oportet. uult, ꝙ il
le sit priuatus ipso iure, non puto eam procedere: quia
nunqꝫ est priuatus ipso iure, nisi sit cautũ iure expresso,
secundum theoricam Innoc. Firma. in c. cum nostris. de
conces. præb. & Do. in c. quo iure. viij. dist. cum concor.
quas nouiter dedi in c. ij. de rescr. Et fortè etiam per sen-
tentiam priuari nõ potest: quia si nõ est uagabundus,
dato ꝙ ignoretur, ubi sit, uidetur expectandus, sicut di
citur hîc de marito absente non cõtumaciter: & iste nõ
est absens per cõtumaciam, ex quo nõ tenetur residere.
Facit l. nec nos. C. de captiuis. ibi. iudic. nõ potest de bo-
nis illius, cuius uita ac fortuna incerta est. Tamen cogi-
tabis: quia nullibi potui inuenire aliquid reductum
ad intellectum dictæ solitariæ gl. Illud autem est certũ,

quòd si post priuationem reuerteretur, restituendus esset ad beneficiũ. ¶ Scias etiam, ꝙ contra nõ residentem potest fieri sequestratio fructuum. Arch. xj. q. j. quia res. uer. ij. modo. Et quantumcunq; beneficiatus appellaret fructus, poterunt sequestrari, saltem quo ad hoc, ut beneficium officietur: quæ uerba refert Io. An. in regula, locupletari. lib. vj. & Rota, de sup. negl. præla. ij. in antiquis. ¶ Et si statutum priuat ipso iure absentantem se sine licentia ultra xv. dies, & postea aliquis cum licentia pro certo tempore se absentat, & post illud tempus stet per quindecim dies, non incurrit pœnam statuti. Car. singularissimè cons. cxxij. Archipresbyter. qa cõsti. ponderat initiũ temerariæ absentiæ. Ergo illud spectandum: de elec. dudum. Io j. cum gl. Et pulchrè inducit gl. in cle. una. in uer. scienter. de consang. & affi. quæ dicit, quòd si quis cõtrahit matrimoniũ in gradu prohibito ignoranter, non incidit in pœnam illius cle. licet postea cohabitet scienter. Et facit gl. in simili in c. si quis uiuentem. xxj. q. j. & gl. fi. in c. j. de conuer. infid. ¶ Et si statutũ episcopi dicat, ꝙ nõ residens in beneficio suo per duos mẽses cõtinuos sit eo priuatus ipso iure: aliquis se absentat, & uadit extra diœcesim, incurrit pœnã respectu rei: delictum dicitur factum in diœcesi, licet persona nõ residens sit extrâ. Fed. subtiliter cons. clxxxij. In hoc puncto dubitabili, &c. Sequitur Pet. de Anch. in repe. c. j. in xxix. char. uer. reperi eius consilium. de constit. & Domi. in c. ij. ix. col. de constit. in vj. & Maria. in dicto c. ex tuæ. Et dum dicit Abb. contra But. ꝙ hîc non requiritur monitio iudicialis, nec priuatio iudicialis, uide eundẽ in c. qualiter. de cle. non residen. & Maria. in d. c. ex tuæ. ibi, sed circa prædicta. ¶ Demum, dum latè deducit Abb. post Bu. ꝙ non sufficit in assignatione termini præfixi absentiæ apponere cõminationem, quòd aliàs priuabitur, limitat hîc pulchrè Maria in d. c. ex tuæ. nisi statutum diceret, quòd quicunq; se absentauerit, debeat redijsse j. tantum terminum ad finem termini in licentia appositi sub pœna priuationis inducit præallegatum cons. Fed. cix. & facit c. ij. de constit. in vj. ubi pro culpa futura potest statutũ imponere pœnam ipso iure, ut latiùs per eũ. ¶ Vltimò, † dum tangit Abb. post alios de modo probandi mortem. Adde Bar. in suo tractatu de proba. mortis. qui incipit, Mortuum hominem dixi. & Bar. Ang. & Imo. latissimè in l. ij. §. si dubitetur. ff. quemadmodum testamenta ape. & pleniùs, q̃ per alium, per Maria. in c. in præsentia. de spon. ubi omnes ponunt: & quædã bona alle. Alex. in d. §. si dubitet, in apostillis. & optimè cons. suo mihi dix. In causa uertente inter Ant. olim Leonar. Et dicit Bal. hîc, ꝙ si non recipiuntur probationes de morte, potest iudex ex officio procedere nemine citato. Multa etiam ponit Firma. in rep. in uer. mors. & dicit Bal. in c. ex tenore. de testa. ꝙ licet quilibet præsumatur uiuere, tamẽ hanc præsumptionẽ oportet allegare, per l. si adulterium. §. idem Pollioni. ff. de adul.

24

a Mori] Adde Angel. in d. l. ij. §. si dubitetur. s̃. in text. allegato, & uide Bart. in l. is potest. de acquir. hæred.

b Intrasse bellũ] Sed quid si intrauit mare, uel ciuitatem pestiferam? Dic idem, ut per Bald. in c. j. quo temp. mil. & per do. Alex. de Imol. in cons. xxiiij, iiij. parte.

Et dicit Bart. in tractatu de teste, ꝙ statur dicto pastorum de morte animalium ex Apulia conductorũ: & ibi ponit latè, quomodo deponãt testes loquentes de morte. Et dicit An. in l. iij. §. hæc uerba. ff. de neg. gest. ꝙ testis dicens, uidi Titium mori [a], probat mortem, per tex. ibi, & per gl. & ibi omnes. in l. si quidem. C. fol. ma. Si tamẽ testis diceret, erat mortuus, quia nõ loquebatur, nõ est sufficiẽs ratio. Bal. in l. iij. C. de postu. hære. Et dicit Bal. in c. j. §. fi. qui feu. da. pos. ꝙ licet qs præsumat uiuere, tẽ unus testis de uisu mortis tollit hanc præsumptionẽ, quãuis nõ probet ipsam mortẽ. Et dicunt Bar. & Bal. in l. fi. ff. de infa. q si probat aliquẽ intrasse bellũ [b], & eo finito nõ reperitur, etiã præsumptio mortis, adeo ꝙ eius hæreditas potest adiri, secundũ Ang. ibi. Et dicit ibi Bald. ꝙ non est opus probare mortem per ostensionem cadaueris, dum modò doceat de luctu propinquorum. Idem si uxor & alij induerunt uestes luctuosas. Bar. in l. genero. in fin. ff. de infa. In rebus tamen maximis, putà ubi agitur de uita hominis propter mortem alterius, ista non sufficerent: sed debet constare de morte liquidò, ut latè per Bar. in locis primò allegatis. Et respectu uxoris, qualis debeat esse certitudo mortis mariti, ut possit alteri nubere: uide omnes in d. c. in præsentia. & Hostien. de spon. duo. §. an liceat. uer. dicetur. ubi dicit, quod licet de iure ciuili debeat stare per annum post notitiam de morte mariti habitam ab illo, sub quo militauit, tamẽ de iure Canonico statim nubere potest. De quibus omnibus latiùs in dictis locis.

SEQVITVR §. sunt & alij. in quo nihil est addendum. Cæterùm super §. in alijs. ponitur materia primi & secũdi decreti: quam cùm abundantissimè reassumpserit Alex. in repe. §. Iulian°. in l. si finita. ff. de dam. infe. & etiam cùm j. biduũ imminеant uacationes magnæ, faciemus punctum hîc, ne materia, si inciperetur, remaneret imperfecta: quod turpius esset, quàm eam nõ aggredi.

¶ Collecta in auditorio Felini Sandei canonici Ferrariẽsis Pisis. ¶ Correctio Operis seipsam ostendit: si enim legere incœperis, quacunq; in parte nõ inuenies errorem dignum rugato supercilio. Quòd si quandoq; in alleg. alicuius authoritatis deficiat uerbum Dicit, uel Vbi dicit, id breuitati, non errori attribuens, pro expresso habeas. Sic & cùm Rota allegatur, putà dicendo Rota de rescr. quarta, subintelligitur, s. decisione: sicut si allegando in decretis diceretur, ij. q. j. subintelligitur causa: & idem in simi. Nedum autem circa publicè collecta in scholis adhibita est in corrigendo diligentia exactissima, sed in amplis quoq; additionibus inserendis, quas subinde ad originalia author priuatim manu propria addiderat: quæ ultra tertiam huius Operis partem constituunt.

De probationibus,

Titulus XIX.

SVMMARIVM.

1 ¶ *Probatio propriè quæ dicatur.*
2 *Probatio posita in præsumptione, an requirat ueram probationem.*
3 *Probationis ubi facta est mentio per modum conditionis, an sufficiat probatio per coniecturas.*
4 *Probatio ubi exigitur ab homine, uel à lege, cum aliquibus uerbis qualificatis, non sufficit probatio semiplena cum iuramento, sed requiritur propria probatio. & num. 5.*
6 *Confessio an sit probatio.*
7 *Iuramentum an propriè sit probatio.*

1 PRima cõclusio. ¶ Illa † uerè & propriè dicitur probatio in iudicialibus, per quam nõ argumentis, nõ præsumptionibus, sed clarè intentio agentis deducit. Probatur ista conclusio in c. forus. §. causa. j. de uerb. signif. ubi pro arg. ponitur, quicquid ad causę probationẽ pertinet, indiget inuestigatione

gatione intellectus. Vnde dicit Bal. in c. j. §. sacramentũ. in j. col. de consue. recti feu. in usi. feu. quòd illa est uera & plena probatio, quæ non indiget patrocinio: sicut etiam dicit Bal. in c. j. in princ. si de inuest. inter do. & uasis or. quòd nomine probationis plena probatio continetur, per l. Lucius. ff. de condi. & demon. Vnde dicit Lud. Ro. in l. j. C. de test. mili. ꝙ probatio p præsumptiones, seu coniecturas non dicitur uera & propria probatio. Allegat l. j. in uerb. propriè. ff. si tab. testa. extab. Melius facit d. l. Lucius. & quod ibi notãt Bart. & Imol. qui pro hoc adducunt diuersitatem titulorum de probat. & de præsum. Ad idẽ ipsa rubri. ff. de proba. & præsum. Et dicit Bal. in c. j. §. cùm autem. de controuer. inuest. ad fi. quòd probatio resultans ex diuersis generibus probationũ, semper dicitur probatio præsumptiua, & non est propriè probatio. Idem Bal. in rub. C. eod. dicens, ꝙ ea, quæ ex diuersis speciebus probationum simul integrantur, nullam speciem probationis efficiunt: & ideo ratione generis habent inter se similitudinem, sed non ratione specierum. Vnde, quæ nõ prosunt singula, multa iuuant. Allegat no. in l. j. in fi. ff. de uac. mu. & in l. ij. §. j. ff. de excus. tut. Et ideo dixit bellissimè Bal. in l. j. per illum tex. C. de ser. qui pro præmi. libe. acci. quòd si tantum defert præmium probanti, ille debet cõsequi præmium, qui semiplenè probat, licet ex hac probatione reus sit positus ad torturam, & cõfiteatur crimen. Et per hoc extenditur ista conclusio ad statuta facientia mentionem de probatione: quia intelliguntur de propria, cùm tales debeãt esse intellectus statutorum, l. iij. §. hæc uerba. & ibi Bar. ff. de neg. ge. & c. in nostra. j. de iniu. & dam. da. Vnde probatio imperfecta, uel priuilegiata, quæ aliàs sufficeret de iure communi, non comprehenditur in statuto, uel pacto, ut latè & eleganter per Bal. in c. j. §. conuenticulas. de pace iur. fir. Facit text. in l. ij. §. diuus. ff. de iur. fisci. iuncta l. ij. ff. iudi. solui. Per quem dicit Bal. in l. ij. C. de eden. quòd ficta probatio in una causa, non facit fidem in alia, ubi aliàs uera probatio faceret. Et ideo statutum puniens conuictũ, intelligitur de cõuicto uerè, non fictè, ut not. Abb. in c. in sinuatum. j. de symo. & in c. inter solicitudines. per illum text. ibi in fi. j. de pur. Ca. & in c. j. ad fi. s̃. de plus peti. & in c. at si clerici. in prin. post do. Ant. ibi s̃. de iudi. Et hanc primam conclusionem declara ex sequentibus. ¶ Secunda conclusio. Probans † intentionem suam per præsumptiones, uel coniecturas à iure approbatas, perinde iurat, ac si uerè & propriè intensionẽ deduxisset, secundum gloss. notabilẽ in l. si tutor. C. de pericul. tuto. Per quam dicit Bal. ibi, quòd, ubi ad uictoriam reportandã requiruntur probationes liquidissimæ, sufficit probare per præsumptiones à iure inductas, quæ dicuntur liquidissimę: de quo etiam dicit esse casum notabilem cum sua gl. & bene, in l. absentem. in prin. ff. de pœ. ubi in criminalibus, ibi sola suspicio, uel præsumptio nõ sufficit ad condemnationem, ut ibi, & l. fi. C. de proba. sufficit tamen præsumptio iuris, per l. si qui adulterium. C. de adult. Et eodem modo dicit ibi Bal. de proba. apparẽte ex euidentibus coniecturis per l. licet imperator. ff. de leg. j. & subdit illas esse manifestissimas ꝓbationes, quæ fiunt per scripturam, uel per testes. Allegat gl. in §. item uerborũ. Instit. de inuti. stipu. Et istam cõclusionem ponit etiam Ang. in l. j. C. de testa. mili. dicens, per illũ text. iuncta gl. quòd ubi exigitur liquida probatio, sufficit probatio per præsumptiones iuris. Idem Imol. in l. quæsitum. ff. de re iud. propter glo. quam facit ualde not. in d. l. si tutor. & eam etiam facit sing. do. Flo. in l. patronum. ff. de proba. Faciunt no. per Bar. in l. j. ff. si cer. pet. & Bald. in l. conuenticulam. C. de episc. & cle. & in l. j. in vj. col. C. de seruí. fugi. De teste, cuius ratio probat præsumptiuè, quando dicit, scio, quia sum uicinus, faciũt, quæ dicentur in c. tertio loco. j. eod. post Bald. & Imol. in l. fin. ff. de hære. instit. de iudi. apertissimi. ex quibus dicitur constare de delicto. Et hanc conclusionem probat text. in l. si quis locuples. in fin. ff. de manumis. uind. & in l. dolũ. C. de dolo. & in c. ij. de renuncia. lib. vj. & in c. j. & ibi do. Abb. in d. cle. de cle. nõ resi. & in c. ueniẽs. in fi. de presby. non bapti. in l. quidam testamento. in fin. ff. de uulg. & pup. & in c. laudabilem. in prin c. de fri. & malefi. iuncto c. j. eod. tit. & text. in c. ueniens. el ij. & ibi do. Abb. j. de sponsal. & in c. super quæstionum. §. intentionis. & ibi Imol. & do. Abb. s̃. de offic. dele. Vnde dixit gloss. in c. quoniam. §. si autem. in uersi. præsumatur. s̃. ut lib. non contest. quòd dicitur certò constare, quod constat per præsumptiones uiolentas. Idem dicas de eo, quod constat per confessionem partis, c. per tuas. j. de condi. apposi. Idem si compe. iudi. c. nõ solùm. de reg. iu. in vj. qui text. cum similibus est intelligendus, quando sumus in materia, quæ certitudinaliter probari non potest de sui natura: quia lex contentatur indicijs. Et per istam conclusionem infero ad id, quod notanter scribit Bald. in l. id, quod pauperibus. in xj. q. C. de episc. & cle. ubi dicit, quòd si testator mandat solui omnibus probantibus se recipere debere, sufficiet illa probatio cum executore, quæ fuisset sufficiẽs cum testatore. Vnde dicit, quòd uerbum, Probatio. non semper intelligitur de euidenti, sed etiam cõfecturali, per d. l. si tutor. Et ideo dicit Bal. in l. j. in lec. C. de sacrosan. eccl. in pen. col. quòd prætendens aliquid fuisse extortum sibi à testatore, poterit de hoc facere fidem episcopo suo iuramento cum aliquibus indicijs, quibus stabitur. & alleg. Io. An. in c. quanquam. de usur. in vj. & de hoc festum facit Ludo. Roma. in l. admo. in vj. char. uers. xix. quem paulo post referã. Et per hanc conclusionem inferri potest, quòd etiam in statutis probatio per præsumptiones æquipollet probationi ueræ: quod firmat Ful. in d. l. j. C. de testa. mili. & do. meus hîc, licet nihil alleget: & procedet maximè ex his casibus, quibus statutum uerificatur in casu ficto: de quibus latè per Imol. in l. j. §. lex Falcidia. ff. ad l. Falc.

2

3 ¶ Sed † aduerte: quia ista conclusio debet limitari, nisi per modum cõditionis facta esset mentio de probatione: putà, si probaueris: quia tunc non sufficiet probare per coniecturas. Et ita text. ualde sing. in l. Lucius. ff. de condi. & demon. ubi conditio, Si probaueris te esse filium, non censetur posse uerè probari: & ideo non sufficit probare per coniecturas, de quibus in l. filium. ff. de his, qui sunt sui, uel alie. iur. & dicetur j. eod. c. per tuas. quia conditiones debẽt adimpleri in forma specifica, l. qui hæredi. & l. Mæuius. ff. de condi. & demon. Vnde dicit notanter Bald. in authen. matri & auię. C. quando muli. tute. officio. quòd quando aliquid ponitur in cõditione, illud dicitur datum ꝓ forma: & ille, qui habet solùm præsumptionem iuris, non uidetur probare, secundum Bart. in l. j. C. de fi. instr. & iur. has. fisc. lib. x. Ergo in eo non uerificantur illa uerba, si probaueris. Et ideo sing. scribit Bald. in l. in bonæ fidei. in uer. expedita est secunda pars. C. de re. credi. & sequitur ibi Salic. ꝙ si in rescripto Papæ dicitur, Si tibi constiterit, quòd Petrus sit de legitimo matrimonio natus, prouideas sibi de tali præbenda. quòd in defectum talis probationis non defertur iuramentum, ut ibi per eum, & per d. l. Lucius. Dixit Bal. in l. hæc sententia. C. de sent. quæ sine cer. quan. quòd si fertur sententia sub hac forma, Si probaueris Titium teneri tibi ad decem, ea tibi adiudico. non admittetur talis ad probandum per iuramentũ in defectum probationis: quod reputat singulare Lud. Ro. in repet. rubri. ff. de arbi. in vij. col. Et per illam l. Lucius. dixit Bar. in l. ait prætor. §. fin. ff. de re iud. quòd illa uerba, Si est probatum. intelliguntur de plena & uera probatione. Idem Bald. in l. peremptorias. in ult. col. C. sententiam re. non pos. Et ad istam limitationem uide etiã Roma. in d. l. admonendi. in char. vj. ubi refert Bald. in d. l. in bonæ fidei. & subdit, quòd si testator mandat malè ablata restitui, si petens probauerit, non sufficiet pro implemento

implemento huius conditionis, quòd petens ſolùm iu
ret, per d.l.Lucius. ſed bene per iuramentum & alias bo
nas probationes, ſeu per unũ teſtem poterit probare.
Alleg. Bal. in l.j. C. de ſacroſan. eccl. ¶ Sed aduerte: quia
pro intellectu prædictorũ uidetur meliùs conſiderandum,
quòd quãdo diſpoſitio legis, uel hominis ponit
probationem in conditione, ſi quidem materia poteſt
uerè & etiam præſumptiuè probari, cenſetur de uera
probatione cogitatum: ſed in materia, quæ de ſui natu
ra non poſſet, niſi præſumptiuè, iure probari, tunc ſuffi
cietipſa præſumptio iure probata. Vnde in caſu Bal. in
d.l. in bonæ fidei. ſufficere puto probationem legitimæ
natiuitatis ex coniecturis iuris: de quibus dicetur ĵ. eo.
per tuas. ne ſequatur abſurdum, quòd reſcriptũ ſit nul
lum: quaſi illa conditio ſit improbabilis. Sed fateor, q̃
in defectũ talis probationis præſumptiuè procedet do
ctrina Bald. Et quòd iſta reſtrictio ſit uera & neceſſaria,
eſt text. cum gl. j. in l. j. C. de ſica. & in l. j. iuncta gl. mag. C.
quorum bonorum. & in c. laudabilem. cum gl. in uer. iu
dicium. ĵ. de frigid. & in c. ex tua. in uer. ſi cõſtaret. de fil.
presbyt. & in d.l. ſi tutor. in uer. oſtenderis. ubi l. requi
rens probationem cõditionaliter, contentatur proba
tione præſumptiua: quia ſubiecta materia nõ parit ue
ram probationem: ſed in caſu l. Lucius. ideo illa condi
tio facit teſtamentum nullum, quia erat difficilis pro
bationis, ut ibi in glo. & ad nullitatem inſtitutionis fa
ctæ de filio paria ſunt, conditionem non eſſe poteſtati
uam, uel difficilem, l. ſuus quoq̃. §. puto. & ibi gl. & Bar.
ff. de hæred. inſtit. notant omnes in l. ſi pater. C. de inſtit.
& ſubſtit. ſub cond. fact. & gl. in d.l. j. C. quorum bono
rum. Et iſta not. quia non declarantur ibi. ¶ Tertia con
4 cluſio. Vbi † à l. uel ab homine exigitur probatio cum
aliquibus uerbis qualificatis, uel prægnantibus, non
ſufficit probatio ſemiplena cum iuramento, uel conie
cturalis, ſed requiritur uera & propria probatio. Ita no
tant Archi. & Io. An. & alij ſequuntur in c. pia. de excep.
lib. vj. per illum text. in uer. apertiſsimis documẽtis. Ex
quib. uerbis dicunt, quòd non ſufficiet unus teſtis, nec
erit locus delationi iuramenti, nec ſufficiet unus teſtis
cum fama, ſecundum eos: & allegant Spec. in tit. de no
torio crimine. §. fama. uer. quid ſi agenti. quem etiam al
legat Archi. idem tenens in §. item ſæpe. iiij. q. iij. & idem
per d.c. pia. not. do. Abb. in c. cùm dilectus. in uer. aduer
te, quia primò. s̃. de or. cog. & eſt gl. iij. in l. non eſt ueriſi
mile. ff. quod me. cau. quam ſequitur Imol. in c. ij. s̃. de
conſtitut. not. do. de Rota, concluſione ccclxxxiij. in no
5 uiſsimis. Eodem modo, ſi diceretur, † Plena fides fiat.
quia intellígitur per plenam probationẽ, ut eſt gl. not.
in c. cupientes. §. q̃ ſi per xx. in uer. fidei. de elect. in vj. &
in cle. conſtitutionem. in uer. fides. eod. tit. quas glo. ap
probant Angel. & Imol. in l. licet imperator. ff. de leg. j. &
Roma. in rub. ff. de arbit. idem not. Ang. in l. j. circa prin.
C. quorum bono. & Imol. in l. ſi ſic. ff. de lega. j. Pro qui
bus adduci poteſt text. melior de iure in c. ueniens. ĵ. de
reg. ubi nõ dicitur facta fides, niſi ex aſſertione teſtium
iuratorum. ¶ Sed iſtud limita dupliciter: primò, niſi
l. requirens fidem, eſſet contenta ſolo iuramento, prout
in caſu c. ſtatutum. §. cùm uerò. iuncta gloſſ. de reſcript.
in vj. cum ſimilib. licet per illum tex. aliter dicat Roma.
in d.l. admonendi. in vij. char. ¶ Secundò limita, niſi
eſſet materia paruí præiudicij: quia non oportebit fieri
fidem plenis documentis, ſecundum Pau. de Leaza. in
d. cle. cõſtitutionem. quem refert ibi do. Card. poſt Pet.
de Anch. & alios in uer. inſuper. in ult. col. Facit l. theſau
rus. cum ſimili. ff. ad exhibendum. & adde text. in c. ſu
per eod. ĵ. de parochijs. per quem uidetur, quòd minus
importat dicere, Fiat fides indubitata. quàm dicere, Le
gitimè probetur. Et huic cõcluſioni adde ſimilem clau
ſulam, uidelicet, Sí docueris. nam importat plenariam
probationem, ſecundum Bald. in d. l. j. in ult. col. C. de
aduo. diuer. iudi. qui per hoc dicit eſſe text. not. ibi. Et
idem, ſi diceretur, Sí clarè conſtiterit. ſecundũ do. Card.
conſ. lxxj. incip. Vacante. in fine: quia dicitur clarè con
ſtare, quando nulla remanet excitatio. Alleg. text. in au
then. de teſtam. imperfect. §. nos igitur. ibi, clara & aper
ta. & in c. inferior. ibi, ſole clarius. xxj. diſt. Et dicitur con
ſtare, quod palàm eſt, ſecundũ eum per l. cùm hi. §. mo
dus. ff. de tranſact. ¶ An autem, quod conſtat per in
ſtrumentum, dicatur conſtare euidenter, dicetur poſt
do. Anton. in c. licet. ĵ. eod. Et de clauſula, ſi tibi conſtite
rit, uide Pet. de Anch. conſil. ccxlij. incip. Efficacibus. &
do. Abb. in c. conquerente. s̃. de reſtit. ſpol. & Ana. in c. ſi
conſtiterit. ĵ. de accuſ. cum concor. quas aliàs ibi dedi.
Et de clauſula, Sí certis probationibus apparuerit. dic,
quòd non ſufficit probatio per famam, ſecundum do.
Abb. in c. in præſentia. ĵ. de ſpon. Et de clauſula, Si legi
timè probauerit. dic, q̃ importat per teſtes idoneos, ut
eſt tex. melior de iure in c. conſultationi. in j. reſpon. ĵ. de
ſpon. & gloſſ. ordi. in c. at ſi clerici. in princ. in uer. legiti
ma. s̃. de iudic. licet iuramentum largo modo dici poſ
ſit legitima probatio, per text. in c. prox. & gloſſ. in uer.
iuramentum. in d.c. ſtatutum. maximè ubi res aliter de
ſui natura probari non poſsit, ut in conſiſtentibus in
animo, ut in c. ſignificauit. el j. cum concor. ĵ. de homi. &
pro concor. ad gloſſ. in d.c. at ſi clerici. uide alia in l. cùm
de indebito. in princ. in uer. legitimis probationibus.
ff. de probat. Et iſtis adde Doct. in l. iij. C. ſi minor ſe ma
iorem dixerit. ubi dicunt, quòd ubi requiritur dilucida
probatio, non ſufficit unus teſtis cum iuramento. Et
uide Bald. in l. fin. C. de ſecun. nupt. ubi dicit, per illum
text. in uer. liquidis probationibus. quòd ad proban
dum ingratitudinem nõ ſufficit unus teſtis cum dela
tione & declaratione iuramenti. Et uide dò. Card. in c.
ij. s̃. de conſtit. & ibi Imol. ubi dicunt, quòd ad proban
dum ignorantiam legis nouæ non ſufficit iuramentũ:
quia Innoc. ibi uult, quòd dilucidè probetur. Et de iu
6 ramento dicetur aliquid ĵ. c. proxi. ¶ Vlteriùs † ſecun
do loco ſuper hac rubri. dicit Ioan. And. non eſſe miran
dum, ſi iurislator præpoſuit tit. de confeſsis, huic titu
lo, quaſi ſpeciem generi: quia cõfeſsio propriè loquen
do non eſt probatio, ſed probationis releuatio: & ſe
quuntur hoc do. Ant. Imol. & do. Abb. per l. eum, qui. in
prin. ff. de iureiur. & c. j. de confeſ. in vj. ubi per cõfeſsio
nem res, quæ non eſt probabilis, ſ. negatiua pura, pro
batur: & ſic confeſsio nõ eſt propriè probatio. Et idem
tenet Ioan. And. in c. bonæ. el j. de elect. quem ſequitur
do. Ant. in c. ſi ſacerdos. in col. j. s̃. de offic. ordi. & in c. j. li
cet cauſam. ĵ. eo. & in c. in præſentia. s̃. de renunc. & Pau.
de Caſt. in l. j. ff. de confeſ. & in l. Publia. §. fin. ff. depoſi
ti. & Bald. in c. j. §. uaſallus. ſi de feu. fue. contro. inter do.
& agna. & Ro. in l. admonendi. in vj. char. de iureiuran.
& Bald. in l. ij. §. quod obſeruari. C. de iura. cal. & Pet. de
Anch. in c. j. circa fi. de iura. cal. lib. vj. & Archi. in §. actor.
vj. q. ult. & Bald. in authen. ſed nouo iure. circa fin. C. ſi
cert. pet. & Pet. de Anch. in c. j. circa prin. de confeſ. in vj.
& fuit originaliter dictum Iac. de Aret. & Cy. in l. actor.
C. de probat. ſecundum Imol. idem tenentem in d. c. in
præſentia. s̃. de renun. & ſequitur Bald. in d.l. actor. poſt
prin. & in rub. C. de proba. in pen. col. quia ubi nõ ſub
uenit probatio, ſubuenit confeſsio: putà, contra præ
ſumptionem iuris, & de iure, iuxta gloſſ. in authen. de
æqual. dot. §. illud. & Bar. in authen. & ſi neceſſe. concor.
C. de dona. ante nupt. Et quia renuntians probationi,
poteſt uti confeſsione aduerſarij, c. cùm Ioannes. ĵ. de fi.
inſtr. l. ampliorem. C. de app. ſecundum ipſum. Et pro
hac ſententia facit text. in c. nos in quenquam. ij. q. j. &
in c. at ſi clerici. in princ. s̃. de iudi. & in c. cùm cauſa. ĵ. de
rap. & in cle. ſæpe. uer. ſed quia poſitiones. de uer. ſig. In
quibus iuribus ſunt uerba denotãtia diuerſitatem in
ter probationem & cõfeſsionem. Eſt uerum, quòd con
tra Ioan. And. & etiam alios hîc, tenent hîc Mod. prædi
ctis adductis: quia ſententia fertur ex probationibus

aliàs

aliàs eſt nulla, iuxta gloſſ. in c. eccleſia. s̃. de conſtit. & ta
men fertur in confeſſum, d. c. nos in quenquam. Ergo
confeſsio eſt probatio. Et adducunt alias rationes fra
giles, neminem allegando: ſed fuit opi. Salic. in rub. C.
eod. quem alleg. & ſequitur do. meus hîc per c. j. de con
feſ. in vj. ibi in fin. & per l. j. ff. de interrog. actio. & in l. fin.
§. licentia. C. de iur. delib. Sed propter hoc non recederẽ
à prima opi. quæ communis eſt, ut patet. Et ad motiua
iſtorum reſponde ex dictis Pet. de Anch. in d. c. j. de con
feſſ. in vj. quòd largè eſt probatio attento effectu ſuo. Et
pro hac opin. adduco: quia propter notorium poteſt
ferri ſententia, eo ſolùm allegato, ut per Doct. poſt gloſ.
in c. ad noſtram. el iij. ĵ. de iureiur. & in c. porrò. ĵ. de di
uor. nec indiget probatione, ut per gloſſ. in uer. aliàs. in
cle. appellanti. de app. & habetur in c. euidentia. ĵ. de ac
cuſ. Ergo ſententia fertur ſine probatione propriè ſu
mendo, ſed ratione notorij, in quo nõ eſt probatio: ſed
ſic eſt, quòd confeſsio inducit notorium, c. fin. ĵ. de co
hab. cle. & mu. Ergo confeſsio non eſt probatio. Et ad
duco: quia iuramentum ita releuat ab onere proban
di, ſicut confeſsio: & tamen iuramentum non eſt pro
priè probatio, licet habeat uim probationis, ut proba
tur in l. ſed & ſi poſſeſſori. §. fin. ff. de iureiur. ubi dicitur
de iurante, perinde eſt ac ſi probaſſet. Et dictio, Perinde.
notat improprietatem, ſeu fictionẽ, l. ſed & ſi. & ibi Ang.
ff. de pet. hære. Eſt gloſſ. in l. j. ff. de recepta. Ergo, &c. Et
iſta inducunt hîc Imol. & do. Abb. utiliter ad ſtatuta fa
cientia mentionem de reprobatione in materia odio
ſa: quia nõ includunt confeſsionem. Ex quo poteſt in
ferri no. dictum, quòd ſi ſtatutum excludit poſt lapſum
termini probationes, non cenſetur auferre facultatem
faciendi articulos, ut pars confiteatur: quia nõ dicitur
uelle probare, ſed releuare ab onere probandi: & hoc
expreſſè ſentit Bald. contra Nic. de Mat. in authen. ſed
nouo iure. uerſus fin. C. ſi cer. pet. & firmat Roma. con
tra Angel. in d.l. admonendi. in antepen. char. uer. quo
ad ſecundum. & alleg. Bald. qui hoc non dicit in rub. C.
de proba. Et ſi prædicta ſunt uera, iſtud erit indubitan
ter uerum, maximè quia in ſtatutis attenditur propria
& naturalis probatio, ut dixi in j. concluſione s̃. ¶ Sed
iſtud dictum limita ex mente Roma. ubi s̃. niſi expreſſè
lex tolleret beneficium deferendi iuramentum, uel fa
ciendi poſitiones, & excluderet ab omni iure: putà ſi ex
lapſu termini induceretur iuſtitia partis: quia non au
dietur aduerſarius uolens per iuramentum delatum
ſe ſubleuare, prout eſt in caſu l. in contractibus. §. illo. C.
de non nu. pen. cum his, quæ habentur ibi per Bart. &
Bald. Sed etiam tunc dici poſſet ultra eum, quòd cùm
illa non ſit præſumptio iuris, & de iure, quòd de æqui
tate poſſet iudex admittere uolentem ſe fundare in con
feſsione aduerſarij, per ea quæ not. Ioan. And. do. Ant.
& do. Abb. in c. fin. ĵ. de ſol. & Bal. & Sal. in l. ſi ex cautio
ne. C. de non nu. pec. & Imol. in c. ſi cautio. ĵ. de fi. inſtr. &
Angel. conſil. cliij. incip. In nomine domini & ſuæ ma
tris. Videtur prima fronte, & c. cum concor. in quibus lo
cis ita limitatur diſpoſitio dicti §. illo. & iſtam puto ue
ram declarationem, licet do. meus hîc aliter ſentiat: quẽ
7 uidere potes. ¶ Vlteriùs † ex prædictis infertur, quòd
probatio per iuramentum non eſt propriè probatio,
quæ expreſſè not. gloſſ. dicens, eſt quaſi probatio, in c.
ſi quis. in uerb. abſoluendus. ſi de inueſti. inter do. & ua
ſal. lis ori. & ſequitur Bald. ibi, & in c. j. §. ſacram. de con
ſue. recti feu. & in c. j. §. conuenticulas. de pa. iura. fir. ubi
pulchrè loquitur, & in rubr. C. de proba. & in l. actor. in
j. col. C. de probat. & in c. j. §. uaſallus. s̃. allegato, & pro
batur in d.l. ſed & ſi poſſeſſori. §. pen. inducendo, ut s̃.
¶ Vltimò de multiplici diffinitione probationis uide
per Doct. hîc per Bald. & Salic. in rub. C. eod. per Bald.
in l. filium. ff. de his, qui ſunt ſui, uel alie. iur. per do. Flor.
in rub. ff. eod. Et communiter dicitur, quòd eſt demon
ſtratio rei dubiæ per modos à iure introductos. Et not.
quòd probatio debet fieri iudici, l. quinquagin ta. ff. de
proba. c. ſtatutum. §. cùm uerò. de reſcript. in vj. not. Bal.
in l. eos. C. de proba. Et Ioan. And. in Specul. ſuper iſta
rub. malè dicit in l. inſtru. C. de preci. impe. offe. quòd
productio inſtrumentorum, quæ fit ad probationem,
debet fieri iudici, & non tabellioni. Et iſtis adde Bald.
in l. per hanc. C. de temp. app. ubi dicit, quòd eſt dare
probationem plenam, ut per duos teſtes: & pleniorem,
ut per manifeſtiſsimos: probationem pleniſsimam, ut
per notarium.

SVMMARIVM.

1 ¶ *Princeps an obligetur ex contractu facto cum ſubdito.*
2 *Princeps ſi facit ſtatutum, uel priuilegium, in non ſubditum, uidetur facere contractum ſine conditione cum eo.*
3 *Princeps non poteſt tollere obligationem naturalem, quæ ſumit originem à iure naturali.*
4 *Principis pactum factum in præiudicium ſubditi non tenet.*
5 *Princeps non poteſt facere donationem rei magnæ, propter quam diminuatur iuriſdictio ſua.*
6 *Princeps poteſt ex cauſa iuſta infringere contractum ſuum. numer. 7.*
8 *Princeps poteſt conueniri à ſubdito immediatè coram Papa.*
9 *Inſtrumentum ſi ſit proprium rei, à quo petitur, & ſi inducere poſſit ambobus utilitatem, quæ non proceſſit in facto, uel quaſi, inter partes, petitus non tenetur illud edere.*
Iſta concluſio patitur ſex fallentias ualde notabiles. I. Niſi reus uellet uti inſtrumento in iudicio. II. Item fallit in fiſco.
10 *Tertiò fallit in cauſa matrimonij.*
11 *Quartò fallit, ubi agitur de pijs cauſis.*
12 *Fallit quintò, ubi iudex ex officio uellet cogere reum ex cauſa ad edendum actori.*
13 *Mercatores an teneantur edere libros rationum ſuarum: ubi nectit longam diſputationem: demum concludit, quòd mercatores tenentur edere libros rationum. Quam concluſionem limitat quatuor modis, ut hîc.*
14 *Tertius poteſt petere editionem inſtrumenti, ſi habeat litigium cum alio ad probandum ſuam intentionem.*
15 *Scriptura ultimæ uoluntatis debet edi ei, cuius intereſt.*
16 *Creditores miſsi in poſſeſsionem rerum debitoris poſſunt petere copiam inſtrumentorum debitoris, ut eorum ſummam ſcribant.*
17 *Acta iudiciorum, ſiue ſint criminalia, ſiue ciuilia, debent edi cuicunq; cuius intereſt.*
18 *Acta publica ſicut copia excommunicationis, banni, & ſimilium, ſunt edenda.*
Petenti inſtrumentum, ſi poteſt ipſum reſcindere, debet id edi.
19 *Vſurarius tenetur edere ſcripturas ſuas domeſticas.*
20 *Vſurarius emendatus, putà qui amplius non fœneratur & reſtituit uſuras, non compellitur facere, quæ alij uſurarij non emendati facere coguntur.*
21 *Homines, qui frequenter committunt fraudes, ſicut ſunt publicani, caupones, ſtabularij, & ſimiles, coguntur edere ſcripturas ſuas domeſticas.*
22 *Acta ſi non petuntur à notario, ſed ab eo, qui ipſa recollegit, ille non tenetur ipſa edere: quia facta ſunt ſua propria.*
23 *Acta, quæ ſunt penes fiſcum tanquam priuata fiſci, fiſcus non tenetur edere.*
24 *Actor ſi habet intentionem ſuam fundatam, indiget tamen aliqua probatione, quæ eſt penes aduerſarium, tunc aduerſarius tenetur illam edere.*
25 *Reus poteſt petere editionem ab actore, ſecundum communem opi. omnium.*
26 *Actor tenetur edere ſcripturam, uel priuilegium, de quo fit mentio in libello: niſi libellans negaret ſe habere tunc copiam*

instrumenti in promptu, quia iudex procederet ad ulteriora. num. 27.

28 *Item, niſi agens diceret actiones Titij ſibi ceſſas in illa cauſa, quia instrumentum ceßionis non tenetur ante omnia edere.*

29 *Instrumentum non eſt totum edendum, ſed tantum clauſula neceſſaria.*

30 *Editio ſi petatur à perſona publica, ratione mei intereſſe, tunc fit plena editio.*

31 *Si iudex uellet totum instrumentum uidere, tunc totum eſt edendum.*

32 *Editio quo iure petatur.*

CAPITVLVM I.

X epiſtolæ uerbis. ¶ Reus propria instrumenta edere nõ tenetur. H. D. Primò petitio: ſecundò ipſius repulſio: ibi, ſed ad hoc. ¶ Not. primò ſecundum do. Anto. Imol. & do.
1 Abb. quòd † princeps obligatur ſaltem naturaliter ex cõtractu inito cum ſubdito, adeò quòd etiam obligatio facta ratione dignitatis aſtringit ſucceſſorem ad eius obſeruantiam: quod alibi non probatur, ſecundum do. Abb. qui ad idem alleg. Cy. in l. digna uox. C. de legi. & l. Cæſar. ff. de pub. & iſtum text. not. etiam Imol. in c. j. §. de conſtitut. & Roma. conſilio ccliij. quod incip. Pro deciſione propoſitæ q. & in conſil. ccliij. quod incip. Quæritur primò. ad fin. & confirma pulchrè ultra omnes Scribentes hîc: nam per iſtum text. dicit Bald. in l. digna uox. in fin. quòd pax & capitula facta per imperatorem cum ſubditis non debent infringi per ſucceſſorem, niſi ex parte ſubditorum interueniſſet dolus. Et ad idem dicit gloſſ. ord. in authen. de defen. ciui. §. nulla. unde differt ad pacta, quæ tempore ſuo fecit imperator cum rege Francorum & Angliæ: quia ſi fiunt nomine ſuæ gentis, tranſeunt ad ſucceſſorem tanquam realia, l. conuentionum. ff. de pact. ſecus, ſi eſſent perſonalia. Et per iſtum text. dicit Bald. hîc, quòd pacta inita inter imperatorem Feder. & ciuitates Lombardiæ, quæ contineturin pace Conſtantiæ, ſeruanda ſunt per imperatores, qui imperio ſucceſſerunt, niſi fortè eſſet contra ſtatutum imperij. Ad idem, quod not. Bald. in l. fin. in fin. C. de tranſact. ubi dicit, quòd cap. quæ facit Apoſtolicus & imperator cum ciuitatibus, ſunt ſeruanda, niſi interueniat dolus. Alleg. Cy. in d. l. digna uox. Ad idem uide Bald. in l. ex imperfecto. C. de teſti. ubi dicit, quòd, quo ad æquitatem, quæ in contractibus requiritur, princeps utitur iure communi, & obligatur de iure gentium. Alleg. Cy. ubi §. Et l. Cæſar. Et uide Bald. in tit. de pace Conſtan. §. ſi quis uerò. ubi dicit, quòd omnes contractus, qui fiunt cum principe, habent naturam bonæ fidei contra dominum. Et uide Bartol. in l. prohibere. §. plenè. ff. quod ui, aut clàm. ubi dicit, quòd ſi rex donat aliqua, quæ non diminuunt ualde iuriſdictionem ſuam, ualet donatio, & præiudicat ſucceſſori: & dicit eſſe caſum in c. Abbate ſanè. de re iudic. in ſexto. Facit, quod not. Bald. in c. j. de natura feudi. quem ſolum allegant Moder. hîc, ubi dicit, eſſe text. quòd princeps obligatur præciſè ex contractu ſuo. Vnde dicit, quòd Feder. primus, qui fecit communi Papiæ communitatem in certis caſtris, non poteſt reuocare conceſsionem: nec ipſe, nec ſucceſſor, ſine culpa communis: & infert contra Celeſtinum, qui de mane faciebat gratiam, & de ſero reuocabat. Facit, quod not. Bald. in c. j. §. ad hæc. in iij. col. de pa. iura. fir. ubi dicit, cõmune Peruſij uendidit fructus lacus pro quinquennio: poſtea de plenitudine poteſtatis aufert emptoribus, quòd emptores contra commune poſſunt agere ad intereſſe, propter gloſſ. ibi, per quam etiam dicit, quòd ſi Papa beneficium meum aufert mihi de plenitudine poteſtatis, tenetur mihi de alio ſimili prouidere: quod eſt not. dignum, ſecundum eum, & eſt dictum Innocent. in c. j. in fin. de renuntia. Facit etiam, quod not. Bartol. in l. ciuitas. per illum text. ff. ſi cert. petatur. ubi dicit, quòd ciuitas & reſpublica obligantur ex contractu: & ibilatè do. Flor. in ſua repe. not. Bald. in rub. C. de contrahend. empt. in iij. q. Facit, quod not. Old. conſilio lxxxix. incip. Eleganter. in fin. ubi dicit, quòd ſicut contractus principis ligat ſucceſſorem, ut hîc: ita & ſucceſſor tenetur ſtare geſtis per ipſum in iudicio: quia in iudicijs contrahere dicimur, l. iij. §. idem ſcribit. ff. de pecu. l. defenſor. ff. de tute. & ratí. diſtra. & iſtis adde eleganter doctrinam Innocent. in c. nouit. ſuper uerb. Theodoſius. §. de iudic. & quod ibi extenſè ponunt omnes, præcipuè do. Abb. in xiiij. co-
2 lum. ubi dicunt, † quòd ſi prin-
1 admittuntur. H. D. ¶ In tex. † ibi, ut asseris. ex quo sis cautus: not. q qui non uult uideri approbare alterius sermonẽ, utitur hoc modo loquendi, scilicet ut asseris: ex quo sis cautus in practica, dum fit mentio de allegatis per aduersariũ, ne uidearis ea confiteri, dicas assertum testamentũ, assertus procurator: & idem in similibus. Ad idem, c. ad hæc. s. de rescrip. & ibi no. do. Ant. & Imol. Facit c. iij. suprà, de eo, qui mit. in poss. not. Bart. in extrauag. ad repri. in uerbo, asserit. & faciunt omnes tex. similibus uerbis utentes, quorum multos non necessariò hîc allegant Mod. quibus meliùs adde Bal. de hac clausula loquentem in c. studuisti. s. de offi. leg. & quod no. Cal. in tit. de rescri. consil. viij. & pulchrè do. de Rota in nouis. conclusione ccxlviij. in cip. Papa confert. ubi dicunt, q si in literis Papæ dicitur, cuius reditus ualorem tot florenorũ, ut asseriẽ, nõ excedunt. præsumitur ille ualor fuisse expressus à supplicante: sed quia non dicit, Asseris. sufficiet, q probet aliquos ita asseruisse, & euitabit surreptionem: sed si diceretur, ut asseris, cogetur probare cõmunem ualorem non excedere illam quantitatem, quod est singulare: & refert do. Card. consil. lxxj. quod incipit, Vacante. uersus fin. ¶ In text. ibi, accepturum. no. q talia uerba denotant sponsalia de futuro: de quo dic, ut per do. Abb. hîc, & per Doct. maximè do. Iac. in c. ex parte. j. de spon. & ibi aliàs dixi. ¶ In tex. ibi, quidam. No. bene fm do. Abb.
2 & Imo. q † ubi agitur de peccato impediendo, auditur testis non citatus, neq; productus aliunde: secus, quia ingerens se est suspectus, l. quæ omnia. ff. de proc. & dixi s. c. proxi. allegando gl. in l. post legatum. ¶ Gl. j. in fi. uerbosa est, secundum Bal. hîc: sed tene secundã solutionem, q c. series. non procedit in matrimonio contrahendo: ex quo no. Bal. hîc: quòd matrimoniũ contrahendum non est priuilegiatum, prout contractũ: quia quod non est, priuilegiari non potest. Facit, licet ipse non dicat, c. pe. j. de eccle. non ædifi. Et aduerte: quia etiam matrimonium contrahendum uno casu habet priuilegium, c. series, uidelicet qñ non esset improbatũ impedimentũ, & quis iterum uellet probare: quia cùm tunc agitur de obuiando peccato, procedet c. series. Sed hîc propter hoc, q impedimentũ probetur, & manent separati, non agitur de peccato, meritò stat firma regula c. fraternitatis. Et ex hoc no. do. Abb. & do. Benedictus hîc, q qñ unum ius uenit exceptiuè, ad alias regulas extenditur per identitatem rationis. Sed hoc non est mirum: quia hîc agebatur de fauore animæ: quo casu semper fit extensio, fm Io. And. do. Ant. & do. Abb. in c. ex tenore. j. qui fil. sint legi. & Bart. post glo. in authen. sacramenta. C. si aduer. uen. & gl. in uerbo, Apostolica. in l. omnes dies. C. de fe. & Domi. in c. pro humani. §. fi. in j. col. de homi. in vj. & Abb. in c. quæsiuit. de diuor. & do. Anto. in c. ad eminentiam. de sen. excom. & Ro. in l. sequit. §. si uiam. de usuca. & Imo. in c. cùm contingat. in xxxviij. char. de iureiur. & in c. fi. de præscript. Et pro doctrina huius materiæ dicas, q ubicunq; uitiũ non est per partes remissibile, nunquã publicatio testium, uel sententia nocet: quia nõ est in potestate partiũ tacendo cõfirmare illud, quẽ de iure diuino tenet uel in quo subest peccatũ: secus, si uitiũ est remissibile. Vnde si pronunciatur esse matrimonium inter duos, quorũ unus negauerat allegata solùm uolũtate & inefficacia uerborum, si nõ appellat, transit sententia in rem iudi. quia ex quo non allegabat impedimentum, uidentur denuò consentire, ut hîc per do. Ab. quẽ uidere potes. Et no. bene fm unum intellectum hîc, & in c. cùm inhibitio. j. de clande. despon. & in c. frater. in pe. col. j. de frigi. q iudex permittere debet aliqualem causę cognitionem ante q̃ exaudiat uolentem uti istis priuilegijs concernentibus matrimoniũ. Et allegat Inno. qui hoc dicit in c. tenor. in gl. ij. j. de re iudic. ubi etiam dicit hoc fieri posse parte non citata. Et adde, q præstandum est prius sacramentũ uolenti in hoc casu producere testes, q eos non subornauerit, fm Bald. hîc per tex. in simili in §. quia uerò. in authen. de testi. Quod nunquã exeat mentem tuam. Et addit Bal. quædam alia ad intellectũ d. c. series. quæ ibi referam. ¶ In eadẽ gl. ibi, ignorabat pars. Hæc solutio non erat necessaria: tamen est ualde no. fm do. Abb. q ubi pars ante publicationem nullo modo

modo potuit diuinare certum quid, de quo apparet testes deposuisse, admittet̃ ad producendos testes contra illud. Nec est uerum, quòd in casu c. series. potuerit instrui, ut hîc per do. Abb. qui ad idem allegat Inn. in c. ex tenore. j. tit. proxi. & bene dicetur in d. c. fraternitatis. Extra gl. dicit Bal. hîc, q ingenium suũ hîc ualuit extra materiam decre. & inter multa, quæ dicit, not. q ubi non tenet matrimonium, ibi mulier non efficitur de foro uiri, l. cùm quædam. ff. de iuri. om. iudi. Et ideo l. exigere. ff. de iudi. non procedit in dote putatiua: & retuli limitando etiã aliter illam legem in c. j. j. de spon. Item dicit Bal. post multa, q si iurauit te ducere in uxorem, non teneor accipere, si non das dotem. Et allegat multa, ut hîc per eum. ¶ Item dicit, q statutum, uel pactum de dote lucranda, non habet locum, quando matrimonium est illicitum habens perpetuam causam prohibitionis, etiamsi ignoranter sit contractum. Et idem no. Bal. in l. j. C. de condi. ob cau. & Ang. in §. ascriptio. in authen. de nup. Dixi aliàs in c. j. de do. inter uir. & uxo. post Ro. latissimè in l. si cùm dotẽ. §. fi. ff. sol. mat. Et scias, q Bal. hîc latè ponit, qñ ea, quæ mulier portat ultra dotem, dicant̃ esse bona paraphernalia, uel non: & quando data sibi per sponsum simpliciter uideant̃ donata, uel non: & in hoc dat notabiles coniecturas: de quo etiam habetur melius, quàm alibi, per Roman. cons. cxlv. in cip. Ista quæstio. & cons. clxxvij. incipiente, In prædicto dubio. per Bar. in l. j. §. nec castrense. ff. de colla. bono. per Roma. in authen. ex. testamento. C. de colla. cum concord.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Per hoc uerbum, Iudicis ordinarij. includitur nedum habens iurisdictionem cum territorio, ut est episcopus, sed etiã inferior præfectus certo loco, uel personis.*

2 *Officium. hoc nomen quid significet.*
Excõmunicatus repellitur ab officio, nedum honorabili & publico: sed etiam uili. Post nu. 2. uersic. nota. ult.

3 *Literæ episcopi & ordinariorum & aliorum iudicum, an probent. & num. 4. & 5.*

6 *Scriptura scripta testibus, sed non manu eorum, non plus probat, quàm simplex scriptura.*

7 *Literæ episcoporũ, uel aliorũ ordinariorũ etiam sigillo authentico munitæ, uel testibus, qui se non subscripserunt, non probant, nisi consuetudo esset, quod eis indistinctè credatur. num. 8. Vel nisi tales literæ inducantur contra producentem eas, uel contra eum, cuius sigillo sunt sigillatæ. nu. 9.*

10 *Literæ commissoriæ iurisdictionis, per quas delegatur iurisdictio, faciunt fidem.*

11 *Literis citatorijs, uel requisitorijs, sigillatis sigillo authentico, creditur.*

12 *Literis ordinarij an probetur excommunicatio.*

13 *Literæ excommunicationis quando opponuntur in uiam peremptoriæ, non probant.*

14 *Mandatum procuratorium solo sigillo episcopi, uel alterius prælati munitum, probat absq; alia solennitate.*

15 *Literæ testimoniales ad testantes factum extra iudicium de præsenti gestum coram se circa pertinentia ad officium ipsius scribentis faciunt fidem.*

16 *Literæ de facto uel de antiquo probant: putà, si loquantur de finibus, in quibus sufficit præsumpta probatio.*

17 *Literæ principis, uel regis non recognoscentis superiorem, faciunt fidem. Rationem ponit à simili.*
Sigillum ut probet, uel sit authenticum, quæ, & quot requiruntur. Post nu. 17. uer. sed est aduertendum.

18 *Literæ ordinariorum subscriptæ, sed non sigillatæ censentur literæ priuatæ: quibus creditur contra scribentem, si probatur, quòd ipse scripserit.*

19 *Literis arbitrorum non plus creditur, quàm literis priuatis.*

20 *Constitutio procuratoris excommunicati est ipso iure nulla, sine ope exceptionis: nisi constituens certificatus de absolutione perseueret in sua uoluntate. Post nu. 20. uer. hanc conclusionem.*

21 *Vel, nisi etiam perseuerans in consensu erroneo ex post facto ratũ haberet gestum per istum nomine suo.*

22 *Inhabilis constitutus procurator, excepta causa excõmunicationis, non repellitur, quando cessante inhabilitate reconualescit constitutio: quia non est à principio nulla.*

23 *Excõmunicatio superueniens post mandatum, nõ inhabilitat ipsum mandatum: tenent enim acta, si non opponatur.*
Agere qui potest, an possit constituere procuratorem. Post nu. 23. uer. et aduerte.

24 *Gesta cum procuratore excommunicato etiam occulto, sunt nulla.*

25 *Excommunicatus de facto constitutus procurator cum potestate substituendi, non potest ualidè alium substituere, præsupposito quòd constitutio facta de ipso sit nulla.*

CAPITVLVM VII.

Post cessionem. ¶ Per literas ordinarij probatur excommunicatio, nisi contrariũ probetur. H. D. ¶ In tex. ibi, iudicis
1 ordinarij. Nota † per hoc uerbum, Iudicis ordinarij. nedum iucludi habentem iurisdictionem cum territorio, ut est episcopus, sed etiam inferiorem præfectum certo loco, uel personis. Ad idem c. ordinarij. de offi. ordi. lib. vj. cum glo. ij. per quam dicit ibi Domi. no. q in materia adaptabili uerbum, Ordinarium. comprehendit inferiores episcopis: quod est utile ad statuta secundum dominum Abb. hîc. Nec mirum: quia ad esse iurisdictionis non requiritur omnino territorium, ut per Bal. in l. j. §. cùm urbem. circa medium, ff. de offi. præfect. urb. licet aliquando aliquid importet, ut per Bar. in l. sequitur. §. si uiam. in ult. q. ff. de usuca. secundũ do. meũ hîc, qui subdit, q si diceretur, damus tibi iurisdictionem, quam habent alij ordinarij, non intelligit̃ æquari habentibus ordinariam ex causa speciali, per tex. cum gl. in l. si aliquam. in fi. ff. de offi. proconf. Et quomodo agnoscatur, q potestas urbis per statutũ faciat adhærentes potestati ordinarios, uide Ioã. And. in Spec. in tit. de assef. §. officium. in fi. De materia per do. An. in c. dilecto. s. de offic. archi. & do. Ab. in c. cùm con-
2 tingat. cum ibi alleg. s. de fo. comp. ¶ In tex. ibi, † officiũ procur. Noto ad statuta loquentia de habentibus officium: quia uenit procurator: quia largo modo quodlibet ministerium necessariò explicandum, dici potest officium, secundũ do. Ab. & ad alios hîc: quibus adde Domi. in c. si quem. de procur. in vj. ubi dicit, q si assumens officium tenetur ex statuto soluere gabellam, soluet etiam procu. Idem de officio notarij dicit Angel. consil. xxxij. nisi esset notarius principalis: quia talis habet dignitatem, l. j. C. de man. prin. licut de coquo principis dicit Bal. in c. j. in tit. de feudo gua. & sicut de medico principis dicit tex. in l. j. C. de commis. lib. xij. Idem dicas, quòd prædicator dicitur habere officium, c. quod Dei timorem. j. de statu monac. Et ibi dicit do. Abb. quòd prohibitus exercere officium in loco, non potest ibi prædicare. Idem dicas de custode arcis, fm Pet. de Anch. in c. j. de consue. in vj. ubi ita refert se consuluisse Senis propter statutum, quod prohibebat habentem unum officium posse ad aliud assumi. Idem dicas in arbitro, c. uno delegatorum. s. de offic. deleg. Et ibi dicit do. Abbas, nota ad statuta punientia delinquentes in officio. Dicit tamen Imo. in rubric. s. de offi. delegat. attendi debere, an uerba statuti intelligantur de officio habente iurisdictionem: & quid de consuetudine: & in dubio potest intelligi etiam de non habente

c. post cessionem.

bente iurisdictionem. Et adde, quòd priuatus officio, intelligit̃ de officio ordinario, nõ dignitatis, fm Domi. in c. j. per illum tex. de re iudi. lib. vj. Et de hoc uerbo, Officium. uide magistraliter Per. de Anch. in regula, ea, quæ. in princ. de reg. iur. in vj. per Arch. in c. monachus. non doctoris. xvj. q. j. per Bart. in l. j. ff. de iur. om. iudi. per Bal. in rub. C. de oper. lib. per Sali. in l. officio. C. de neg. gest. per Rotam conclusione clxviij. in nouissimis, per Bald. in l. j. C. si à non compe. iudi. per Albe. in iiij. parte statutorum, q. lxxx vj. per Io. de Ana. in c. j. in j. col. j. de sagit. per Roma. in rub. de arb. & Calde. in tit. de translat. præla. consil. j. per do. Anto. in c. de multa. j. de præben. per Domi. post Arch. in c. j. de consue. in vj. per do. Abb. in cle. dispendiosam. in prin. de iudi. ¶ In tex. ibi, cùm officium. no. q̃ in consideranda habilitate, uel inhabilitate personæ debet attendi tempus, quo actus ad personam applicatur. Ad idem c. si eo tempore. de rescrip. in vj. Per quem tex. concludit Bal. in rubri. C. de condi. ob tur. cau. in ult. col. quòd prohibiti eligi propter bannum imbusulatus pendente banno, & electus eo finito non est bene electus: quia non iuuat superueniẽs habilitas. Et in hoc multa & uaria adduci possent. Sed quia oportunè & copiosè scripsi in c. cùm dilectus. j. de accus. ideo repetere superfluũ puto. ¶ No. ultimò,

3 quòd † in odium excommunicati repellitur nedum ab officio honorabili & publico, ut in c. decernimus. de senten. excõmun. in vj. & à beneficio, c. postulasti. j. de cleri. excõm. mini. sed etiam ab officio uili, quale est officium procurator. à quo infamis non repellitur, ut in §. fin. Instit. de except. & habetur maximè per dñm Abb. in c. pertractandis. suprà, de iura. calum. Et hoc, ut faciliùs resipiscat, ut c. pia. de except. lib. vj. Et tale officium nedum non imprimitur actu, sed nec habitu: quia soluta excõmunicatione non reuiuiscit, ut hîc: & hoc, ut intelligatur: & etiam illud, quod principaliter habetur in text. de literis ordi. Venio ad gl. ¶ In gl. j. in fi. Super hac materia, quando c̃redatur literis ordi. prosequere, ut ualde diffusè per omnes Scribentes hîc: maximè do. Abb. referentem decẽ opi. cum sua: & plenè & copiosè per Spe. in tit. de proba. §. fi. uer. x. & in tit. de dele. §. superest. uer. creditur quoq; sigillo. per gl. in c. ad probandum. j. de re iudi. per do. de Rota, conclusione xxij. in nouis, per glo. ordi. & ibi Archi. in c. curæ. xj. q. iij. per glo. j. & ibi per Archi. in c. testes. iij. q. ix. per do. Ant. in c. ij. circa fi. j. de fi. instru. & per Doct. j. allegandos. Et quia de dictis Doct. hîc notitia habetur, ideo iuxta morem pro plena cognitione ad eos me referens, ut ex multis saltẽ habeatur, quid teneri debeat, facio duas conclusiones, miscendo utiliora dicta Doct. hîc, & in locis per eos non adductis. ¶ Prima conclusio. Quando literæ episcopi, uel alterius ordinarij apparent sigillatæ sigillo authentico ipsius ordinarij, & sunt subscriptæ manu testium, faciunt fidem sufficientem, secundũ Inn. in c. j. in j. oppositi. j. de fid. instru. Facit c. si canonici. de offi. ord. in vj. ubi de sigillo fit mentio. Ad idem c. qm̃. j. eo. & c. pen. suprà, de procur. Et hanc conclusionem tenet Calde. do. Anto. Imol. & do. Abb.

4 ¶ Amplia † primò hanc conclusionem, nedum in spectantibus ad officium sigillantis, sed etiam in alienis negotijs, secundum do. Abb. hîc per tex. in c. ij. de fide instru. indistinctè loquentẽ, & notant do. de Rota conclusione xxij. quæ incipit, Item fuit dubitatũ. in nouis, dum loquuntur etiam de præiudicio Apostolici impetrantis. Sed contrarium tenet do. meus hîc, & fortè non male: quia sigillum collegij uidetur inuentum, ut fiat fides in negotijs collegij, c. cùm dilecta. de rescript. cum materia. Et clarum est, quòd sigillum probat solùm in his, super quibus est inuentum, c. significauit. j. de appel. Ad idem allegat, quod scribit not. Bal. in l. fi. C. ad Maced. ubi dixit, quòd si filius familiàs mercator obligatur ex forma statuti, intelligitur solùm in factis mercantiæ. Vnde non uidetur ratione officij posse authenticari id, quod non pertinet ad officium, secundum ipsum, quem sequor: propter ea, quæ aliàs pulchrè adduxi in c. Petrus. de homi. in ult. fallentia, infrà. de homi. Vbi latè probaui, quòd quando certa causa dat alicui fauorem, non extenditur fauor extra illam causam. Et ibi dictis addo Roman. consil. ccv. incip. In puncto, etc. ubi dixit, quòd si debet stari scripturæ mercatorum, tamen scripturæ mercatoris extra factum mercantiæ non stabitur. Allegat Io. An. in Spe. de instru. edi. §. nunc dicendum. & l. quidam. §. eodem modo. ff. nau. cap. stabu. Et adde extrauagantem Inn. V. quæ incipit, Apostolicæ. ubi dicitur, q̃ immunitas concessa cappellanis & scriptoribus Apostolicis, ut inferior eos non iudicet, intelligitur, quando per hoc impediretur eorum officium: aliàs non. ¶ Considera tamen: quia procedere posset ista ampliatio, quando in loco non esset usus tabellionis: quia sigillum iudicis ordinarij facit fidem de contractu, secundũ Bal. in c. j. circa prin. in titul. de pace Constan. ubi allegat Io. An. in c. seculares. de for. compe. in vj. qui tamen præsupponit consuetudinẽ hoc induxisse: ideo non affirmo.

5 ¶ Item † amplia istam conclusionem, non solum in leuibus, sed etiam in arduis, per d. iura; & non solùm in literis promulgatorijs, seu dispositiuis, sed etiam citatorijs, uel continentibus aliquam sententiam, ut hîc, & d. c. quoniam. in fi. Idem, si sint literæ testimoniales attestantes aliquid factum, uel non factum: putà, q̃ Titius permutauit beneficium cum Sempronio, uel quid simile, secundum Rotam, ubi suprà. Item procedit, siue contineat iudicialia, uel extraiudicialia, ut no.

6 do. Abb. hîc per d. c. quoniam. ¶ Fallit † ista conclusio, nisi talis scriptura esset subscripta testibus, sed non manu eorum: quia non probat plus quàm simplex scriptura: de qua in sequenti conclusione, fm Ioã. And. do. Abb. do. meum, & d. Benedictũ hîc, per c. j. in fi. fm unum intellectũ, suprà. de procur. & l. scripturas. C. qui potio. in pig. hab. quia de facili potuerunt describi in fraudem. Idem Arch. in c. placuit. vj. q. ij. & in c. ut circa. de elect. in vj. quicquid dixerint do. Ant. Imol. & Car. nec aliter sensit Cal. hîc secundum primos: quia utitur uerbo, subscriptione. Nec reperitur iure cautum literis credi ob testium interpretationes, nisi ipsi scripserint dictas scripturas: ut hîc per eos declarantes hanc opi. procedere, quando literæ essent scriptæ à priuato, uel etiam à notario, sed non in forma authentica, nec suo signo, per no. in d. l. scripturas. Sed si manu notarij in forma publica, & suo signo cum descriptione testium, procederet alia opi. quia literæ probabunt, l. in dona. C. de dona. & in §. sed neq; in authen. de fide instru. &

7 cautela. ¶ Secunda conclusio. Literæ † episcoporum, uel aliorũ ordinariorũ etiã sigillo authentico munitæ, uel testibus, qui non se subscripserunt, non probant, secundum Innoc. in d. c. j. infrà de fide instrumẽ. & Ioã. And. Ioan. Cal. do. Anto. do. Abb. Bald. & communiter omnes hîc. & dicit Domi. in d. c. ut circa. §. j. hanc esse finalem conclusionem. Doct. hîc: & de ratione uide optimè do. Abb. hîc, demonstrantem periculum damni, quod ex falsitate probationis resultare posset subditis, propter quod sicut uiuæ uoci episcopi in grauibus non statur, c. si episcopus. vj. q. ij. & c. quoniam. infrà eo. ita nec mortuæ, quæ faciliter fraudari posset.

8 ¶ Fallit † primò ista conclusio, nisi consuetudo haberet, quòd eis indistinctè staretur, secundum Innoc. in d. c. j. & sentit hîc Ioan. And. & eum referendo Cald. & est communis opi. secundum do. Benedictum hîc per c. cùm dilectus. infrà. de fide instrumen. & per l. j. C. de emãci. lib. Adde, qd̃ not. Domi. in d. c. q̃uis. de procur. in vj. ubi dicit, q̃ ubi aliàs non crederetur plenè sigillo, tamẽ plenè credit̃, si hoc habet consuetudo. Et ita dicit pluries se respondisse Senis. Et in terminis nostris not.

Bald.

Bal. in rub. C. de fide instru. in pen. col. uersi. vij. dicens, q̃ talis consuetudo potest operari, ut credatur talibus literis in quocunq; facto. Et ideo dicit Domi. post Ioã. And. in c. seculares. de fo. compe. lib. vj. q̃ si est consuetudo in loco, q̃ notarij loco iudex faciat apponi sigillũ suum scripturæ, & probet, ualebit & in contractu facto cum clerico. Et dicunt do. de Rota conclusione xxij. q̃ quicquid recitent Scribentes hîc, generalis cõsuetudo totius orbis & curia Apostolica tenet hoc, quòd in spectantibus ad officium episcopi & inter subditos suos extra causam propriam, quando non procedit, ut iudex, sigillum episcopi facit plenam fidem, aliàs non: & subdunt, quòd creditur literis suis de permutatione: sed an credatur de collatione, dicunt attendendum, utrùm subsit suspicio fraudis: putà, ꝓpter Apostolicũ expectare, ut per eos. Et ad hoc ultimum uide eosdem conclusione cccxlj. incip. Item uoluerunt. ubi hoc extendunt ad omnem potestatem habentem conferendi uel à Papa, uel à quocunq; ut sunt executores, uel similes: quia eorum solis literis sigillatis non stabitur. Et

9 uidentur loqui indistinctè. ¶ Fallit † secũdò, nisi tales literæ inducantur contra producentem eas, uel contra eum, cuius sigillo sunt sigillatæ: nam contra eum probabunt, per l. Publia. §. fi. ff. depositi. & l. si procuratorẽ. ff. de procur. & l. ij. C. de reb. cred. & c. quorundam. j. de solu. fm Cal. Imo. & do. Abb. hîc. Adde Bar. in l. ij. ff. de stip. seru. ubi dicit, q̃ instrumentum procurationis factum ab ipsomet, qui constituit, probat contra ipsum: sed non pro ipso. Facit tamen secundũ do. meum hîc, quòd licet literæ sigillatæ probent mandatum contra sigillantem, tamen sola traditio sigilli non probat & generale mandatum. Allegat Archi. in c. is, cui. de procur. in vj. Et Bald. in l. si procuratorem. ff. de procur. Tu uide decisionem in c. quãuis. de procu. in vj. & Bal. in l. j. uersus fin. C. de procur. & Imo. clariùs in c. si quorundam. & istud placet: quia absurdum uidetur tenere simpliciter, q̃ contra eum, cuius nomine literæ sunt confectæ, plenè probent: quia in eius præiudicium facilè committeretur fraus, iuxta c. tertio loco. suprà eo.

10 ¶ Fallit † tertiò in literis commissoriæ iurisdictionis, per quas delegatur iurisdictio: quia talibus creditur, per c. cùm in iure. de offic. deleg. secundum Imol. & do. Benedictum hîc allegantes Bar. in d. l. si procuratorem. & c. significauit. à contrario sensu, j. de appel. Adde do. de Rota conclusione cccxij. præalleg. ubi dicunt, quòd subdelegatio probatur per literas delegati. Allegant Archi. in c. si à subdelegato. de offic. deleg. in vj. ubi hoc dicit: & sequitur ibi Domi. post Io. And. in princ. quia subdelegatio, uel commissio non sunt acta iudicij, & fiunt sine causę cognitione, secundum eos. Idem etiam do. Car. in clem. j. circa prin. de procu. & Pau. de Leaza.

11 in commento c. cùm dilectus. j. de fid. instru. ¶ Fallit † quartò in literis citatorijs, seu requisitorijs: quia talibus literis sigillatis sigillo ordinarij authentico creditur, secundũ Imol. & do. Benedictum, per id, quod habetur in c. non debet. lxv. dist. & in c. si episcopus. xvij. dist. & in c. prudentiam. in prin. de offic. dele. Idem de literis, per quas Canonici congregantur, c. statuimus. xviij. q. iij. & c. cùm inter canonicos. 5. de elect. Adde Bald. in l. si qua per calumniam. C. de epi. & cle. Vbi multa & pulchra ponens in materia dicit, q̃ literis epi-

12 scopi attestantibus quem esse clericũ, statur. ¶ Fallit † quintò in his, quæ sunt leuis præiudicij: putà, in uiam excõmunicationis, uel simili sermone. Doct. hîc per istũ tex. & per c. curiæ. xj. q. iij. Adde Bal. idem dicentem de literis aliorum officialium, in l. pact. nouissima. C. de pact. & ibi dicit per istum tex. q̃ literis episcoporũ creditur in eo actu, qui sola eorũ authoritate utitur. Idem Pau. in d. c. cùm dilectus. Et adde do. Ab. in c. cũ in eccle sijs. in pe. col. 5. de ma. & obe. ubi dicit, q̃ isto casu literæ prælatorum faciunt aliqualem probationem: & dicit esse casum menti tenendum ibi. Et dicit ibi Cal. sub isto casu comprehendi xxxij. tex. quos ipse allegat, & arbitrabitur arduitas rei iudicio superioris, non autem producentis literas, secundum eum: quod no. & uide, quæ aliàs dixi in c. sicut. j. de sen. excõ. ubi est una glo. singul. Et adde Spe. in tit. de remis. §. utile. uer. sed nunquid remissio: ubi dicit, quòd literis executorijs sigillatis creditur, quando de processu non iudiciali referẽt superiori propter leue præiudicium, cùm superior habeat reuidere: ut ibi per eum. Et adde tex. & ibi Bar. in l. diuus. §. cùm autem. ff. de off. præsi. ubi, quo ad facultatem inquirendi, creditur literis sigillatis: quia hoc ponitur inter ea, quæ sunt leuis præiudicij, ut per Bart. in l. diuus. ff. de cust. reo. Et procedit ista conclusio etiã in literis testimonialibus: putà, de ordinibus alicuius, secundũ Io. An. & Cal. hîc uel de ipsa excõmunicatiõe, fm do. Ant. hîc indistinctè. Imo dicit hîc do. meus, q̃ omni casu, quo promulgatoriæ probant, semper probabunt & testimoniales: quia iste tex. Io qui uidetur in testimonialibus, ex quo admittit probationem in con-

13 trariũ. ¶ Sed circa istud no. duo: primò, q̃ † ubi literæ excõmunicationis opponerent̃ in uiam peremptorię, non probarent, fm Io. An. & do. Abb. & Imo. hîc: quia agi posset de maximo præiudicio, ut exemplificat do. Abb. quem uide in simili optimè loquentẽ in c. unico. j. de sagit. licet in hoc aliter sentiat do. Ant. hîc, & minus bene: & ex hoc infertur, q̃ si in iudicialibus allegarent̃ literæ etiam de excõmunicatione præterita, ut aliquis euitetur, bene probabitur: secus, si ad finem perimendi intentionem. ¶ Item no. secundò, q̃ in materia præiudiciali uerba enunciatiua de facto præterito posita in literis ad alium finem sigillatis, & etiam subscript. non probant, ut per multa concludit Cal. hîc, & allegat Inn. in c. quoniam. j. eo. ¶ Quid autem aliàs operentur uerba enunciatiua, non tangitur hîc, sed in c. cùm dilectus. j. de suc. ab intest. & in l. ex hac scriptura. cum fi. ff. de dona. Et hoc intellige, salua consuetudine & materia leui, secundũ Cal. cui adde omnino Rotam conclusiõe cccc. in nouis. ubi post multa uolunt, credendũ esse literis ordinarij loquentibus de institutione, etiãsi attestantur præsentationem præcessisse, licet præsentatio aliter non probetur: quia probatis extremis, scilicet uacatione & institutione, præsumit̃ medium, s. præsentatio, ut per gl. in c. uolumus. xvj. q. iiij. cum si. Facit, qd̃ dixi in c. ij. suprà eo. dum tetigi de probatione interesse, quæ est priuilegiata, sicut expressa in instrumento: maximè quia concesso consequenti ineluditur antecedens, l. illud. ff. de acqui. hær. quod est intrinsecũ, ideo præsumitur, l. sciendum. ff. de uerb. oblig. Est uerum, quòd admittetur probatio in contrarium, secundum ipsos per cle. j. à speciali. de prob. licet aliter dicat Ro. in l. sciendum, ff. de uerb. obl. Et subdit Bal. hîc, quòd literis episcopi de aliena excommunicatione non creditur, per d. cle. j. sed de ꝓpria creditur, nõ solùm, quæ nunc fertur, sed etiam de lata quondã. Quod ultimũ

14 intellige, ut suprà dixi post Cal. ¶ Fallit † sextò in mandato procuratorio, secundum Rotam decis. clvij. in ci. Item quod ualet, quia probatur solo sigillo episcopi, uel alterius prælati absq; alia solennitate, secundum eos. Allegant Hostiens. in c. j. suprà. de procur. & gloss. & Doct. in cle. j. eo. tit. & c. sopitæ. de censi. & c. cùm dilectus. de relig. domi. Dicunt tamen, quòd sigillum ad causas non facit fidem in alijs articulis. Allegant Spe. de instru. edi. §. postremo, uer. item quod non est sigillatum. & in tit. de citatione. uersicul. literis igitur, etc. Sed istam fallentiam declara omnino, ut per Imo. post do. Ant. in cle. j. de procu. post Bart. in l. si procurato-

15 rem. ff. eod. ¶ Fallit † septimò in literis testimonialibus attestantibus factum extra iudicium de præsenti gestum coram se circa pertinentia ad officium ipsius scribentis: quia creditur literis suis sigillatis, fm

c. post cessionem.

sm Hostien. hîc,& Innoc.in c. ij. de fide instru. Ad hoc, quod ipse no.in c.j.eo.tit. & Rota conclusiõe xxij. dum loquunt̃ de episcopo attestante de permutatione corã se facta, sm do.Benedictum hîc. Adde tex.in c.inter dilectos. uer.sed priuil.j̃.de fi. instru.& in c.sup his.iuncto princ.cum si.eo.tit.ubi per literas sigillatas sigillo Cardinalis cognito fit fides de absolutione uoti Vltramarini. Per quem tex.dicit hîc do.meus sustineri posse, ꝙ in oĩbus actibus uoluntariæ iurisdictionis, siue extraiudicialibus pertinentibus ad officium sigillantis, credatur literis sigillatis : secus in iudicialibus, ut hîc per iura hîc alle.in gl.Et ita intelligit opi. Io.And.qui multum largè in hoc locutus est post quendam antiquum in tit. de instru. edi. §. nunc dicendũ in additione magna,uer.etiã supplementũ. Et ad c.ij.de fi.instru. ubi ẽt in extraiudicialibus ultra sigillũ requirit̃ subscriptio, respondet,ꝙ rectè intuendo nõ probat. Ad c.j.de procur.ubi requirit̃ maior cautela,q̃ oporteat,respondet, illud esse propter malitiã illius, cùm regulariter solum sigillũ in procuratorio sufficiat,ut per Doct.in c.si quorundam.de sol.& Bal.in l.j.in fi.C.de procu. Sed tñ hoc non firmat,ꝑpter rationes Doc. melius concludentes. Et istam fallentiã intellige, qñ est probandus actus factus ab episcopo extraiudicialiter:sed si oporteret producere ipsum in testem corã iudice,oportet,ut uoce,nõ literis testificet̃. Ita declarat Domi.in c. testes.iij.q.viij. dicens,hoc modo intelligendã esse gl. Vbi & uide eundem post Archi.in c. placuit.vj. qu.ij. ubi tradunt pro doctrina,ꝙ credit̃ literis cuiuscunq; de his, quæ facere potest,& debet ratione officij : & allegãt multa, de qui-
16 bus per Inn.in d. c. j. ¶ Fallit † octauò, in factis ualde antiquis,in quibus sufficit præsumptiua probatio: qa tales literæ probant: putà,si loquantur de confinibus, per c.cùm causam.j̃.eo.& c.si Papa. de priuile.in vj. sm Imo.& do.Benedictũ hîc dicentes,talibus literis enunciatiuis ordinariorũ credi etiã contra alios, licet aliàs probent solùm contra scribentem,l.optimã.C.de contrahẽ. stipu. nisi essent literæ Papæ, cle.j. de probat. per Bar.in l.nuda.ff.de donat.sm eos. Adde Inn.in c.ueniens.prope finẽ,j̃. de uer. sig. quem latè refert Bald. in l. conuenticulam. C.de epis.& cle.ubi dicit,ꝙ in istis antiquis fama plenè probat, licet aliàs semiplenè : & confirmat, ut latius dicet̃ in d. c. cùm cãm. & in c. ueniens. el j. in tit. proxi. ¶ Fallit nonò, nisi literæ emanarent à pluribus prælatis, per c. cùm olim. s̃. de dol. & contu. sm Doct.hîc. Adde Archi.Io.An.& Domi. idẽ tenentes in d. c. ut circa. Allegant c. ut in ecclesijs. s̃. de maio.& obed.& c. pen.j̃.de purga.Cano.& c.non sine.s̃.de arb. ¶ Fallit decimò ultra omnes,quo ad semiplenã probationẽ: quia illa semper orit̃,uel operant̃ literæ prælatorum,sm Inn.in c.in præsentia. in pe. gl. s̃.de renun.quã reputant singularẽ do. Car. & Imo. ibi,& do Ab.in d. c.
17 cũ ecclesijs.¶Fallit † undecimò in principe,uel rege nõ cognoscente superiorem : quia sicut potest iudicare in causa propria,ut per Bar.in l. j. C. ne quis in sua causa. ita potest authenticare scripuram etiam ad cõmodum propriũ suo sigillo. sm Bal. post Pet. in l. nec exemplo. ad fi.C.de proba. qđ est ualde solenne,sm do.meũ hîc. ¶ Fallit duodecimò & ultimò in literis testimonialib9 emanãtibus ad requisitionẽ Papæ, etiamsi attestentur de his,quæ fiunt in iudicio : dũ modo sint de pertinentibus ad officiũ scribentis, & maximè si Papa uel superior requirens tales literas dicat se eis fidem daturum, sm Imol.& do. Benedic. hîc. Allegant c. intimasti. j̃.de appel. & c. cùm dilectus. uer. is igitur. j̃. de pur. Cano. Adde tex.in c. ij. j̃. de cri.falsi.cum alijs iuribus habentibus similẽ casum. ¶ Sed est aduertendũ:quia in istis casibus exceptuatis oportet,ꝙ concurrant quędam:& primò requirit̃, ꝙ sigillum ordinarij sit authenticum, & hoc constet,secundũ do.Abb. hîc. Quod uerò dicat̃ authenticum,uide Spe. in tit. de procur. §. ratione aũt formæ.uer.item quod non est sigillũ. & in tit.de proba. §.fi.uersi.x. Ita ipsum allegat Rot.conclus.lvij. ¶ Secundò requiritur,quòd sigillum sit proprium,usitatum,& deputatum materiæ,cui imprimit̃, sm Bal. hîc per text. optimũ in c.significauit. j̃. de appel. licet aliter Inn.hîc, & malè, sm eum. ¶ Tertiò requiritur, ut in literis scribatur appositum esse sigillum, sm Paul. de Leaza. latè in d. c. cùm dilectus. nisi probaretur sigillum semper consuetum apponi talibus literis, per d. c. significauit. sm ipsum. ¶ Quartò requiritur,ꝙ sigillum sit cognitũ illis,quibus presentat̃:aliàs requirit̃ maior solennitas, ꝑ tex.in c.j.s̃.de cle. peregri. Quod intellige & declara, ut per gl.in uer. ignotam.in c. super his. j̃. de fid.instru. & ibi latè per do. Abb. & per do. Anto. in d. c.j. de cle. pereg.& per glo.in c.j.xiij.dist. ¶ Quintò considera accuratè, quod scribunt do. de Rota. conclus. xxij. sæpe allegata, in quantum dicunt, ꝙ quoties subest fraudis suspicio, nunquam probant tales literæ etiam extante quacunq; consuetudine. Pro quibus inducit subtiliter do. meus hîc d. c. j. de procur. ex quo potest quis non incongruè generaliter temperare quasi omnes istas fallentias, nisi ageretur de maximo præiudicio : quia tunc, qua ratione est inducta regula in ista materia, eadem ratione infringentur fallentiæ, licet Scribentes ad hoc non aduertant. Sed optimè facit consideratio do.Abb. & sequacium,de qua dixi in vj. fallentia circa probandã excõmunicationẽ. ¶ Tertia conclusio.
18 Literæ † ordinariorũ subscriptæ, sed non sigillatæ,censentur literæ priuatæ, quibus creditur ꝯtra scribentem, probato ꝙ ipse scripserit,l.si procuratorem.ff.de ꝑcur. l. Publia.ff.depositi. & habetur in c.olim.de censi. & nõ probant contra tertium, nisi prout aliæ scripturæ priuatæ,de quibus in l. scripturas. C. qui pot. in pig.hab. & dicetur in c.ij.j̃.de fi.instru. De literis autem delega-
19 torum dicas cum do.Ab.ꝙ † his casibus,quibus ordinario credit̃,creditur eisdẽ delegat. De literis arbitrorũ dicas,non plus eis credi,q̃ literis priuatis,sm eundem. De literis,uel testimonio Cardinalium, maximè super legatione, dicit̃ plenè in c. quod super his. j̃. de fi.instr. De literis Apostolicis dicetur in c. cùm à nobis. infrà tit.proxi. reliqua in materia dic,ut per Doct. hîc, & aliquid per Bart. in l. si procuratorem.ff.de procur.& in l. si publicanus. §. j.& ibi copiosè per Roma. ff. de publi. per Ang.in §. eos. cum sequen. in authen. de colla. per Bart. in l. j. §. si quis neget. ff. quemad. testa.aper.& per Bald.in c.j.in uerbo,muniri.in tit.de pace Constan.per Domi.post Archid. in c.qui in aliquo.lj.dist. Gloss.fin. in fin. Multa & pulchra ponunt hîc perfectè Doct. de effectu excõmunicationis circa actum procurationis : & quia non sunt multa addenda, restringe substantiã omniũ,quæ ipsi dicunt,per tres conclusiones. ¶Prima
20 conclusio. Constitutio † procuratoris excõmunicati ipso iure est nulla sine ope exceptionis, sm Spec. in tit. de procur.in prin.& Io.An.Cal.do.Ant.do.Ab.& alios hîc: quia si mandatum non esset nullũ ipso iure, non ponderaret tempus acceptati mandati : & ideo ostẽdit ꝙ si postea sequitur absolutio, procurator non possit agere:& sic mandatum erit nullum, etiamsi excõicatio sit occulta, ut sentiunt Doct.tenentes sequentem conclusionem : quia in requirentibus consensum duorũ, incapacitas unius uitiat actũ,c. ei,cui. de præben.in vj. Facit c.fin.s̃.de procur. ¶ Hanc conclusionem declara tripliciter. Primò,nisi constituens certificatus de absolutione perseueret in sua uoluntate : quia ualet constitutio ex isto nouo consensu. Imo secundum do. Abb. non requiritur nouus & expressus consensus, prout uoluit hîc do.Ant.quia de hoc non est dubiũ. Et facit, qđ no.Inn.in c. ex parte decani. s̃. de rescri.ubi tacitus consensus facit quẽ ꝑcuratorẽ.Est tex.in c.fi.ibi,sciente. de iureiur. in vj. Et adde, ꝙ in dubio non præsumitur mutata uoluntas, nisi appareat, c. maiores.j̃. de bapti. c. ij.j̃.

c. ij. infrà, de coniug. seruo. Et ideo probata scientia absolutionis in constituente, ualidabitur constitutio, & probanda est ipsa sententia ꝑpter regulã, præsumit̃. de reg.iu.in vj. Et hoc diligenter not. qñ si non appareret de sententia absolutionis, nõ sufficeret cõmutatã uoluntas: quia est erronea, siue aliqua ignoraret de excõmunicatione, siue quia crederem constitutũ capacẽ officij : & ideo tanq̃ semper erronei non operet̃ c. proposuit.de coniug.seruo.& c. j.de eo, qui duxit in matri. quam polluit.sm Doc.hîc respondentes hoc modo ad c. licet. de procur. in vj. & l. obseruare.in fin. ff.de offic.
21 proconf. ¶ Secundò declara,nisi † etiam perseuerans in consensu erroneo, ex postfacto ratum haberet gestũ per istum nomine suo,per l.licet.ff.de procur.& regulã, rati.de reg.iur.in vj.cum ibi alleg. secundũ Cald. & do. Ab.contra quos multũ facit: quia ratihabitio requirit extremũ habile,l.bonorum.& ibi Bart. ff. rem rat.hab. plenè Imo. in c.cùm uos.j̃.de his,quæ fiunt à præla. cũ concor.Sed hîc extremũ,ad quod refertur ratihabitio, non est habile : quia stante excõmunicatione non potuisset uerè eũ constituere,ut hîc.Ergo fictio non debet posse operari super impossibili, §. minorem. Instit.de adop.nisi fortè dicas,ꝙ ratihabitio facit actum ualere, nõ tanq̃ gestum uirtute mandati nulli, sed quia actus à quocunq; gestus potuisset ratificari, per id quod no. Ang. in l. Pomponius. ff. de ne.gest.ubi dicit, ꝙ quisq; potest habere rata gesta per procuratorẽ reuocatum, qñ id,quod gerit̃,potest haberi ratũ,à quocunq; gestũ fuisset. Et ita dicit quasi tenere Inno.in d. c.ex parte. & subdit, tene menti : quia amplius non audiuisti. Sed certè per hoc non tollitur motiuũ:quia istud intelligit̃, quando ratihabitio habet supplere defectũ mandati præsupposita habilitate procuratoris. Et ita loquitur d.l.licet.Sed hîc defectus mandati surgebat ex incapacitate cõstituti.Ideo non uidet̃ posse ualidari : quia nõ est uerum dicere,extremũ fuisse habile. Et ideo poteris cogitare. ¶ Tertiò declara & limita istam conclusionẽ,
22 ut † non procedat in alio inhabili, qui constitueretur ꝑcurator: nam cessante inhabilitate reconualescit constitutio:nec est à principio nulla,si nõ opponat̃,sm do. meũ hîc. Allegat Bart. in l. si filiusfamiliâs.§. ueterani. in ult. q.ff.de procur.& in l.militem. & in l. exigendi. in prin.C.de procu.& Io.And.Imo. & Domi.in c.qui generaliter.§.fi.de procura.in vj. Est ergo speciale in excom-
23 municato,sm ipsum.¶ Et no.quòd † excõicatio superueniens post mandatũ,non inhabilitat ipsum mandatum : qm̃ acta tenent, si non opponat̃, sm Io. And. do. Ant.& alios hîc: quia habet fundamentum potestatis, licet per oppositionẽ suspendatur exercitiũ, sm ipsos. ¶ Et aduerte : quia si opponeretur cõtra prædicta hoc modo, qui potest agere,potest procuratorẽ cõstituere: not.Inn.in c.intelleximus.de iudi.in c. I. & A. de re iud. Pet. de Anch.in c.fi. per illum tex.de iudi.in vj. & Imol. post gl.in uerbo,constituere. in cle.de religi.de procur. & Roma.in l.si ex legati.de uer.obl.dicens,hoc probari egregiè in l. seruum quoq;. in princi. ff. de procur. Sed excõicatus potest agere,si non opponatur,c.pia.de except. in vj. in uerbo, duraturis. Ergo, etc. Responde, ꝙ hoc non negatur : sed dicitur, ꝙ non omnis,qui potest agere,potest procurator constitui.Ideo licet excõicatus possit agere saltem ut reus,d. c.intelleximus.nõ tamen constitui. Et licet iudiciũ cum eo agitatũ teneat, si non opponatur, qñ agit ut principalis,d.c.pia.non tamen, cùm agit ut procurator: quia ipsi principali non deest potestas agendi,sed propter periculũ canonis repellit̃, d. c. pia. Procurator autem quicquid agit,fundat se in mandato.Sed illud est nullum,ut dixi. Ergo omnia ex eo sequentia.c.principatus.cum si.j.q.j.& regula,acces-
24 sorium. de reg.iur.in vj. ¶ Secunda conclusio. Gesta † cum procuratore excommunicato etiam occulto,sunt nulla,sm Io. And. do.Ant. do.Abb. & Imol. hîc contra Cald. etiamsi constituens hoc ignorasset, sm eos : quia si non tenuit constitutio, ut s̃. dictum est, ergo nec sequentia ex ipsa,per regulam,accessoriũ.de reg.iu.in vj. c. post cessionem. Facit l. j. cum sua materia, ff. quod falso tu. auho. ubi gesta cum falso tutore, qui à principio putabat̃ uerus, non habent̃ rata, nisi iudex aliud decernat.Et infert ibi Bar.ad procuratorem. Et ratio reddit̃: quia differentia inter occultum & priuatum sit solùm in gestis ratione publici officij:sed in priuatis non, sm notabilem theoricam Inn.in c.cùm dilectus. circa mediũ, s̃. de consue. quam sequunt̃ Pet.de Anch. Io.And.& ibi Do.in j. col. in c.j.de rescri.in vj.& do.Abb.in c. Pastoralis.§.uerum. j̃. de app. & in c.si uerò.in fi. j̃. de sen.excõ.& hîc, & in c. ueritatis.ad fi.s̃.de dol.& contu.& in c.intelleximus.in ult.col.s̃.de iudi. & in c. consulti.in ult.col.s̃. de procur. & Pau.de Leaza.in cõmento c.si celebrat.s̃.de cle.excõmini.& do.Abb.in c.cõsultationibus.j̃.de iure pa. Vbi idem sentit Inn. & not. ꝙ si ex nullitate horũ gestorum passus est damnũ constituens, qui culpa caret ratione ignorantiæ, poterit agere contra procuratorem, qui se ingessit in officio sibi interdicto. Ita sing. no Io. And.in c.consulti.quod multum no. do.Ab.ibi. Bene facit tex. in l. ij. C. si seruus, uel libert. ad decur. aspir. cum alijs, de quibus pulchrè per Io. de Ana.in c.quàm perniciosum. in ulti. col. j̃. de usur. Et per istam conclusionem colligit singulariter do. Abb.hîc, ꝙ illud,quod dicitur gestũ ratione publici officij ab occultè inhabili ualere, procedit in officio publico authoritate & utilitate : secus in publico authoritate & utilitate priuato, prout est officium procuratoris, tutelæ, & similium, per prædicta : per quod optimè declaratur dicta theorica Inn. Et adde do. Abb. idem dicentem in c. ueritatis. in fin. & exemplificat etiã in elect.Idem Cald.in disputatione incip. Excõmunicatus cõmuni opi.& habetur per Inn. in c.considerauimus.& in c.cùm Vintoñ. s̃.de elec.& in c. gratum. s̃.de post.præla. Et si dicitur, officiũ talis est authoritate publicum: gl.fi. in fi.in l.filiũ. la j.C.de libe. causa.licet illud nõ sit ratione publici officij,ut per Inn. in c.nihil.in fi.de elec.& nõ est publicũ utilitate,ut ꝑ do. Car.in repe. c.perpendimus. in j. col.j̃.de sen.excõ.& tñ si est occultè inhabilis, ualet eius testimonium : secus, si non occultè,ut est casus in l.j.& ibi omnes, C.de testa. Ergo non est uerũ, ꝙ non fiat differentia inter occultũ & non occultũ in officio publico authoritate tantùm. Rñdeo dupliciter,& utroq; modo sufficienter. Primò, ꝙ d. l. j. ponit casum specialẽ causa conseruationis testamenti, sed non extenditur ad aliũ casum, ut ibi per Ang.licet quod ibi dicit̃ de seruo circa testamentũ procedere, dicat̃ in alia inhabilitate, secundum Bart. post gloss.in l.cùm l.in fin.ff.de testa.& not.Bald.in l. j. C. de secun. nupt. non est ex hoc solo generaliter dicendum testem occultè excõmunicatum posse testificari. ¶ Secundò responde, quòd quantum ad testem excõmunicatum, non fit differentia inter publicum & occultum: quia utroq; casu ualet eius testimoniũ mero iure, secundum Inno.in c. pia. prope fin.de except. lib.vj. & do.Card.plenè in d. c. perpendimus. In alia autem inhabilitate non occultus non possit esse testis,& si excõmunicato non occulto,uel occulto,postea de certo opponeretur excommunicatio ad impediendum eius testimoniũ, credo, quòd utiq; repellitur : quod expressè sentit do. Card. ibi suprà per c.licet.& c.decernimus.de senten. excommun.in vj. ubi excommunicatus remouetur ab actibus legitimis, licet non ipso iure. Et ita no. Cald. in d. disputatione,excommunicatus. ad fin. Et ita notat tanquam per alios non declarata. Item scias, quòd ista conclusio limitatur, nisi procurator occultè excommunicatus constitueretur ad impetrandum rescriptum pro alio : quia ualet impetratio, sm Cald. plenè in d. disputatione : quia non agitur de utilitate ipsius excõmunicati. Et constituens eũ habet proba-

probabilem causam ignorandi, licet esset secus, si ipse excommunicatus occultus impetraret, secundum Io. And. in c. j. de rescript. in v. Et istam limitationē tenuit gl. j. in c. consulti. §. de procur. & Pet. de Anch. in regula, accessorium. in vij. char. de reg. iur. in vj. & Domi. plenè in d. c. j. in pen. col. limitans post Imol. ibi, nisi excōmunicatio occulta esset cognita constituenti, ut ibi per eū. Sed contrarium indistinctè in hoc tenet do. Ab. in d. c. consulti. & gl. in uerb. ab alio. & ibi Io. Mo. & Io. And. in d. c. j. quorum opi. est multùm sustentabilis propter theoricam Inno. in d. c. cùm dilectus. quia cum ita sit, quòd si non esset occultus, non posset impetrare, d. c. j. ergo idem, si occultus. ¶ Tertia conclusio. Excōmuni-
25 catus † de facto constitutus procurator cum potestate substituendi, non potest ualidè alium substituere, præsupposito ꝙ cōstitutio de ipsa facta sit ipso iure nulla. Ita probatur ex gloss. fin. in cle. religiosus. de procur. & no. do. Abb. Imol. & do. Benedictus hîc, & Bart. in l. j. §. item acquirimus. ff. de acqui. pos. & in l. si is, qui peremptoriè. in pe. col. ff. de usucap. & Bal. in l. quod quis. in v. q. C. de procur. & in l. j. ff. eo. & Bald. & Angel. in l. institutio. ff. de condi. instit. ¶ Fallit primò, nisi ista constitutio à principio fuisset ualida: putà de non excōmunicato: quia superuenientia excōmunicationis non tollit facultatem substituendi, per c. si iudex. in fi. de offic. deleg. lib. vj. secundum prædictos hîc: & sentit glo. in d. cle. religiosus. ¶ Fallit secundò, nisi esset constitutus non generaliter ad substituendum, sed ad certum substituendum: quia tunc potest substituere, uel nominare aliū: non, quia ipse nominans constituat, sed uideatur constitutus à principali, secundū Cal. & do. Abb. hîc, & Bar. Ro. & Pau. de Cast. in d. §. item acquirimus. per l. cùm pater. §. hæreditatem. el ij. ff. de leg. ij. Adde tex. opti. in l. unum ex familia. §. si de Falcidia. & ibi Bart. ff. de leg. ij. & tex. in l. pater ex prouincia. ff. de manu. uindi. & Bart. in consil. inci. Constitutio Arimi-nensis episcopi. circa fin. & Bar. Bri. q. clviij. inci. Canonici cuiusdam ecclesiæ. & Bald. in l. si quis ad declinandam. C. de episco. & cle. & gl. in cle. dudum. §. uerùm. in uerbo, obuentionibus. de sepult. & Spec. pulchrè de instru. edi. §. nunc uerò aliqua. uer. insuper. In quibus locis diuersimodè ostenditur, ꝙ nominatus ab eo, cui dedi potestatem nominandi, dicitur nominatus à me. Ita in proposito: maximè, quia habens de alterius mādato eligere, nō admittit hanc facultatem propter deportationem, d. §. hæreditatem. Vnde idem in excommunicato, cui æquiparatur, ut per gl. fi. ante med. in c. pastoralis. j. de appel. ¶ Sed aduerte diligenter: quia do. Ant. hîc uult indistinctè substitutionem tenere, siue detur mandatum de substituendo certo, siue incerto: & licet super quadam ratione sua instante do. Abb. & do. meo hîc, ut in uoce retuli, tamē una alia ratio multum me inclinat in eius opi. quia in locis præallegatis non refert, an simplex detur facultas nominandi in genere, an uerò detur de aliquo. Imol. text. in §. hæreditatem. loquitur de electione generali. Si igitur ualere potest mandatum ad secundum, scilicet electionis certæ, prout omnes fatentur: ergo & ad primum: maximè, quia gl. in uerbo, substituendi. in c. pe. de procur. in vj. expressè uult, ꝙ substitutus ab habente potestatē substituendi, dicatur substitutus à principali. Et idem gl. iiij. in fi. in c. is, qui de procur. in vj. & Bar. in l. j. circa medium. ff. de procur. Et per hanc rationē, quā licet nō expressè sentit hîc do. meus, nihil firmans, sustineretur facilè opi. do. Ant. Et ista non tradas obliuioni.

SVMMARIVM.

1 *Consortes eiusdem litis possunt reum conuenire ex eodē libello, & totus processus iudiciarius super ipso fundari.*
2 *Substitutio cōpendiosa potest fieri per hæc uerba, Deuoluantur, etc.*
3 *Libellus talis an procedat, Peto omnia bona, quæ tibi obuenerunt ex hæreditate talis, non specificando aliter bona.*
4 *Donare quis potest se & omnia bona sua monasterio, licet non fiat monachus: & sic erit conuersus.*
5 *Priuare se quis potest potestate testandi, donando omnia bona sua monasterio, uel alicui loco religioso. & nu. 6.*
7 *Libelli contrarij an admittantur super hæreditate.*
8 *Minor xxv. annis potest donare omnia bona sua.*
9 *Læsio enormis facit, ut dolus præsumatur.*
Religiosi inducentes aliquem dolo ad religionem, an perdant bona ingressi.
10 *Professio facta per dolum, an teneat.*
11 *Fundans intentionem suam super ualiditate actus, non habet necesse probare habilitatem personæ ad alium actum, etc.*
12 *Probatio actoris ut reddatur dubia, oportet quòd sit dubia ex se, & ex facto suo: & non sufficit obfuscare eam probando aliquid ex contrario. Et melius declarat, nu. 13.*
Probatio fauoris animæ quando præferatur, uel non. Post nu. 13. uer. secundò nota.
14 *Probatio an debeat concludere in genere.*
15 *Probatio facta per præsumptionē ualet, quando agitur de probanda filiatione.*
16 *Probatio uerisimilis sufficit, quando agitur de probandis indicijs:*
17 *Vel, ubi probatio concludit à communiter accidentibus.*
18 *Probatio dubia si est uerificabilis & conclusiua in quolibet intellectu, quo ad intellectum probantis, ualet. Et iunge nu. 19.*
20 *Delegatus, cui committitur audientia causæ, nō potest eam diffinire sine expressa licentia committentis.*
21 *Substitutus per hæc uerba: Si talis decesserit sine liberis, talem substituo: excluditur, si hæres institutus decesserit extantibus liberis naturalibus tantùm.*
22 *Filij naturales an ueniant appellatione filiorum.*
Filij naturales an includantur, ubi agitur de cōmodo filiorum. Post nu. 22. per duas col. uer. Tertiò, inquantum.
23 *Filij naturales an dicantur de familia.*
24 *Emphyteusis concessa ab ecclesia pro se & filijs, non extenditur ad naturales.*
25 *Emphyteusis concessa à priuato, an transeat ad naturales.*
26 *Hæredis nomine qui ueniant.*
27 *Emphyteusis concessa ab ecclesia pro se & filijs, an extendatur ad hæredes extraneos.*
28 *Aetas à quo debet probari.*
29 *Substitutio, per quam uocatur aliqua ecclesia, non euanescit per ingressum monasterij.*
30 *Papa si concessit priuilegium ecclesiæ collegiatæ, quòd præscriptio minor non currat, quàm centum annorum, si prælatus agit contra capitulum in bonis discretis super re aliàs perceptibili, non poterit capitulum illo priuilegio se tueri.*
31 *Substitutio, quòd euanescat per ingressum monasterij, an hoc extendatur ad ecclesias seculares.*
32 *Monasterium qui ingredi tenetur, debet ingredi cum effectu.*
sessio habens cõcursum iuris cõmunis, quàm habens concursum iuris specialis: putà priuilegij. Adde etiam Bal. in l. si de proprietate. ad fi. C. si à non compe. iudic. ubi dicit, quòd eo ipso, quòd quis probauit se habuisse antiquiorem possessionem, & nunc non habet eam, sed eius aduersarius tenet, dicitur probasse de spoliatione. Allegat no. per Dyn. in regula, sine possessione. de reg. iur. in vj. Et ex istis dictis collige no. quòd semper secũda possessio in dubio, præsumitur iniusta, nisi aliquid appareat. Quod est sing. secũdum do. Abb. secundum quem prædicta procedunt non in corporalibus solùm, prout uoluit hîc Io. An. sed etiam in incorporalibus, per istum text. Ex quo dicto colligit hîc do. meus, quòd secundus possessor in iuribus incorporalibus etiam concurrat cum primo, & nõ spoliet primũ: quia dicitur possessor iniustus, sicut ille, qui clandestinè occupat naturalem possessionem uacantem. ¶ Limita tamẽ prædicta, nisi probaretur, quòd primus possessor sciuisset de secundo possessore & tollerasset: quia secunda possessio nõ dicitur clandestina, sed prima dicitur interrupta: d. l. clàm possidere. uers. nequaquam. secundum Bal. in d. l. nõ ignorabat. Et hoc est, quod uoluit Bar. in l. si de eo. §. j. ff. de acqui. pos. dicens, quòd qñ possessionem meam naturalem uacantem scio ab alio occupatam, & negligo per modicum tempus eã recuperare, perdo etiam ciuilem. Allegat l. quod nemo. §. fi. eod. tit. Quod declara, ut per Ang. & Imo. ibi, & Bal. in l. ij. C. de serui. & in l. j. in ult. col. C. de ser. fugi. uidelicet dũ modò modicum tempus intelligatur, intra quod dñs potuit se præparare, & dum modò dominus sciat possessionem esse occupatam ab alio, à quo uerisimiliter suspicetur se posse de iure repelli. Aduerte etiam circa hanc prioritatem possessionis, quia si agens, uti possidetis. probat de dñio, & reus probat de sua antiquiori possessione, obtinebit reus, dum tamen ipse alleget, ꝙ dominus possidet clàm respectu possessiõis ipsius cõuenti: aliàs dicendo simpliciter, quòd possidet clàm, intelligeretur respectu proprietatis: arg. l. si aliquam. & quod ibi Bar. ff. de acqui. pos. & ideo obtineret. Ita tradit Bar. in d. l. si de eo. §. fi. & sequuntur ibi alij. Etiam est notabile de intellectu istius materiæ, ad quod etiã uide Bal. in dispu. accusatus. in j. col. ¶ Quarta causa uictoriæ in hoc interdicto, est ꝓbatio tituli, ut in isto text. ex quo no. do. Abb. quòd licet in tali interdicto nõ sit opus probare dominium, §. retinendæ. Insti. de interdi. tamen est multum utile: quia data paritate probationum præfertur probans de titulo. Et ita tenet Bart. per. istum tex. in d. l. si duo. in prin. & in l. si de eo. §. fi. ff. de acqui. pos. Adde Bald. in d. l. ordinarij. ubi dicit, quòd in hoc interdicto nihil releuat probatio dominij, nisi qñ uterq; probaret de possessione: & ibi allegat Iaco. Butrig. in l. incerti. C. de interdi. dicentem, quòd ubi contẽditur de possessiõe, admittitur articulus proprietatis, si potest prodesse articulanti. Adde etiam Bal. in l. momentaneæ. ad fi. C. qui legi. personam. ubi disputãs, an testis, ꝓductus in possessorio, sit interrogandus in proprietate: distinguit, an proprietas foueat possessoriũ, necne: putà, ubi pares sunt probationes in possessorio retinendæ: quia ibi probatio proprietatis facit præualere probantem in possessorio: quia possessio magis iustificata potior est: & alleg. istum tex. Et idem in effectu uoluit Bal. allegando istum tex. in l. post sententiã. uer. uenio ad secundum. C. de senten. Adde & Bal. in l. qui accusare. in fi. C. de eden. ubi dicit, quòd ille dicit meliùs probare, cuius intentio magis cõsonat rationi: ut, si unus probat possessionem cum titulo, alter sine titulo: nam potior est possessio titulata: quia magis iustificatur per uiam rationis. Allegat istum text. quem dicit menti tenendum. Adde etiam Bal. in dispu. accusatus. de ui turbatiua. in ult. char. ubi dicit, quòd probata pariter possessione, si doceẽ de titulo antiquiori, præsumitur etiã possessio antiquior: & ibi uide alias causas faciẽtes obtinere in hoc interdicto. Et no. quòd sicut proprietas adminiculatur possessioni, ita econtrariò: ut dixi in c. iij. in pen. no. s. eod. Et qñ probationes sunt per oia pares, uide, qd' dicã supra glo. fi. ¶ No. † undecimò, euidentissimè secundum do. Ant. & do. Ab. quòd probatio, quæ fit per priuilegia, dicitur euidentissima: qd' dicunt esse utile ad statuta exigentia quandoq; probationem euidẽtissimam. Et idem dicunt de probatione per instrumenta. Ad idem text. & ibi do. Ant. in c. cùm inter nos. ẗ. de re iud. & in c. auditis. s. de rest. in integ. & c. cùm contingat. s. de rescript. c. cùm olim. ẗ. de censi. & in c. cùm dilect. ẗ. de dona. Et ubiq; dicit do. Ant. est ualde notandum ad intellectum legis, si cõstante. in prin. in uerbo, euidentissimè. ff. sol. ma. cum si. & est utile ad materiam c. ad deci. de resti. spo. in vj. quia dicetur constare notoriè de dominio spoliantis, si producit liquidum instrumentum dominij. Et dixit pulchrè do. Ant. in c. super literis. s. de rescrip. quòd sicut ante litẽ cõtest. potest opponi notoria exceptio perẽptoria, ut in Spec. de except. §. dicto. uers. Marti. de Fano. & per Ioã. And. & alios in c. j. de lit. contest. in vj. cum similib. ita etiam exceptio peremptoria probanda per instrumentum poterit opponi ante litẽ contestatã. Et idẽ no. do. Ant. in fin. in pe. col. s. de libel. obla. & in c. exce. in antepe. col.
11 ẗ. de exce. ¶ Not. † duodecimò, ibi, petierat à ui turbatiua formam libellandi in hoc interdicto, uti possidetis. & debuisset etiam peti intereſse ex turbatione resultans: ut in l. duos. §. fi. ff. uti possi. Et de hoc libello uide hîc do. Abb. & plenè Bart. in l. j. ff. uti possi. & dic, ut per eos. Sed de ista turbatione no. secundum Bal. hîc post Inn. quòd eo ipso quòd reus negat aduersarium possidere, dicitur eum turbare: quia per negationem efficitur dubium, an possideat, etiam si ipse non dicat se possidere, etiam si bona fidę reus neget. Allegat c. ad sedẽ. s. de resti. spo. & l. iij. C. quibus ad libe. proclamare non licet. Facit ergo reum sola negatio, secundum eum: pro quo uide omnino eundem Bal. in l. mancipia. in fi. uer. extraneo. C. de ser. fugi. ubi dicit, quòd si per statutũ turbans aliquem in possessiõe debet restituere possessionem, & soluere centum, certè turbans & non expellens tenebitur ad centum, per rationes suas: & adduco elegans consiliũ Petr. de Ancha. ccxliij. incipiens, Ad prædicta. ubi latè consuluit, quòd etiam cessante omni uiolentia potest quis prætendere se turbari & spoliari possessione: putà per sequestrum. Quinimò dicit Inn. in c. querelam. super uerbo, subtractans. s. de elec. quòd eo ipso, quòd quis denegat pensionem, uidetur spoliare illum, cui est debita. Et sequitur Bal. in l. si quis conductionis. C. locati. & per eundẽ in l. ij. in iiij. cha. C. de seruí. & aqua. & Bal. & Ang. in l. malè agitur. C. de præscri. xxx. anno. Et idem est de colono, qui de fructibus incipit alij respondere, tãquam domino & possessori: quia per hoc turbat domini possessionem, secundum Bal. in l. cùm nemo. post princ. C. de acqui. pos. Et idem dic de colono, qui non uult restituere possessionem, ut per Ang. in d. l. malè agitur. & Bal. in l. si quis in tantam. C. unde ui. Et dicas, quòd malè asportans fructus possessionis meæ, dicitur me turbare, non spoliare, secũdum Bart. in l. post sententiam. C. de senten. Et not. quòd nõ sufficit probare per testes turbationem, nisi probetur modus turbationis, secundum Bal. no. in dispu. Accusatus. in antepe. col. Dicas tamen, quòd si in libello specificatur modus turbationis, iudicium nõ est nullum, secũdum Bal. hîc plenè: quia certa est diffinitio turbationis. Vnde uerbo, uel facto in dubium reuocare, uel inquietare possessionem aduersarij, secundum ipsum. Quod no. & limita secundum Inn. hîc, & etiam Bal. nisi aduersarius peteret specificari turbationem ante lit. cõtest. quia si hoc petit, non procedet libellus ante declarationẽ, ut hîc latiùs per Bal. Et sis cautus: quia in for-

mando libellum in talibus interdictis, si deducitur dolus & uiolentia ciuiliter, oportet exprimere locũ & tempus, iuxta l. libellorũ. ff. de accus. ut eleganter per Lud. Ro. consi. cxc. quod incipit, Spectabilis domine mi. Et
12 istud bene no. ¶ No. † ultimò ibi, habitatores prędictorum locorũ, quòd dominus pro hominibus suis, quãuis liberis, potest agere, præsupposito quòd ista sententia conformauerit se libello, iuxta c. licet Heli. ĩ. de si. qa in molestatione hominum dicitur dominus molestari, secundum Ioan. An. hîc. Quod intellige sanè secundum do. Abb. ubi molestia illata subditis, concernit iurisdictionem domini, quia secũdariò agitur de eius interesse: sed secus est, ubi merè concernit ipsos subditos. Allegat Inn. in c. dilecti. ĩ. de appel. & gl. fi. in c. authoritate. de priuileg. in vj. Adde omnino Rotam latè idem tenentem conclus. ccclxxj. incip. Idem, quod præpositus. in nouissimis: & allegat etiam Arch. & Ioã. An. in c. ad Apostolicam. de re iudic. in vj. & Spe. in tit. de appel. §. j. & §. qui possint. in fi. Adde etiam omnino do. Car. post Laudinum in cle. j. in princ. in ij. q. de reli. & uenesan. cle. j. in princ. in iiij. oppos. de excep. præla. & Pet. de Anch. in c. authoritate. & Inn. in c. presbyteri. ĩ. de pœn. & tex. & gl. in c. cùm illorũ. & c. parochianos. ĩ. de sentẽ. excõ. & gl. in c. nõ dicatis. xij. q. j. ¶ Et nõ omitto, quod signanter uoluit. Bal. in c. j. §. cõuenticula. de pace iurafirman. ubi dicit, quòd domini colligẽtes pedagia debent tenere itinera tuta. Vnde, secundum eum, si fiunt aliquę robatiæ in eorum districtu, in quo exigunt pedagia, tenentur restituere, uel malefactorem exhibere. Et ita aliàs consului. Circa quod uide omnino Bal. in c. j. in prin. uersi. extrà quæro, nunquid isti comites qui feu. dare possunt. & do. Abb. in c. j. s̃. de resti. spol. & Bal. in l. qui accusare. C. de eden. & in l. fin. C. de pœn. iud. & in l. fi. C. de captiuis. & Bart. in l. ne quid. ff. de incendio, ruí. & naufra. & Rom. cons. viij. incip. Visis necessarijs. & Bal. in c. j. de pace tenenda. ¶ Et istis adde, quæ dixi in c. j. s̃. eod. in j. nota. uersi. secundò declara. quibus adde
13 Bal. hîc dicentem, quòd † homines mei sine consensu meo nõ possunt se facere cẽsuales alterius. Alleg. Host. hîc, & dicit hoc menti tenendum: sed dic, ut per Bart. & alios in l. si quis à filio. §. patri. ff. de leg. j. & Bald. in c. j. de iud. cum concor. gl. j. ibi, ex officio. no. sing. secundũ do. Ab. post Bal. & do. Ant. q̃ iudex ex officio potest assignare terminum non petenti: quod intelligunt, concurrente causa rationabili: putà, negligentia partis, ut plenè declarat Bar. in l. j. C. de dila. per l. properandum. §. j. C. de iud. idem Bar. in l. iiij. §. hoc autem iudicium. ff. de dã. infec. & Bar. & Bal. in l. j. C. ut quæ desunt aduo. & Pau. de Cas. in l. j. §. ait prætor. ff. de iure delib. & Cy. Bar. & Sali. latè in l. nouerint. per illum tex. C. ut intra certũ tempus causæ criminales. & Angel. plenè in l. ij. in j. col. C. de temp. appel. & in l. debitoribus. circa prin. ff. de re iud. do. Flor. in d. l. j. Et dicit Bal. in c. præterea. in pe. col. s̃. de dila. quòd dilatio non datur inuito, nisi in eius odium. Allegat d. l. nouerint. & l. diffamari. C. de ingenu. & manu. Et per hanc gl. dicit Bal. hîc, quòd si apparet de termini assignatione, licet non appareat, ad cuius instantiam, ualet: quod dicit esse no. dignum. Et an iudex possit motu proprio assignare secundam & tertiam dilationem parte non petente, uide Bal. qui non decidit, in l. fi. in lectura antiqua, ff. de ser. Etsi pars recusat dilationem oblatam à iudice, non potest amplius eam petere ex illa causa, ex qua offerebatur, sed ex noua sic, secundum Bald. post Cy. in d. l. nouerint. in fi. Et pro prædictis facit elegans dictum Bart. in l. Seius. ff. ad l. Fal. ubi dicit, quòd iudex uidẽs instantiam perire, potest ex officio ad sententiã procedere. Quę omnia intelligę iudici necessaria, si uoluerit: nã ad ea non tenetur, l. non quicquid. ff. de iudi. glo. in uerb. potest. in cle. auditor. de rescript. ut plenè no. do. Ab. hîc, & in c. auditis. in fi. s̃. de procur. & in c. cùm sit. s̃. de fo. compe. & in c. fi. in ult. col. s̃. de rescrip. Et ibi est bona glos. in uerb. damnis. post prin. per quã dicit do. Abb. ibi, & in c. cùm uenerabilis. ad fi. s̃. de iudic. & hîc Angel. consil. clxxxiij. quòd iudex sub pœna iussus expedire causam certo tẽpore, euitat pœnam, si pars non instetit. Et idem dicas de syndicatu, secundũ do. Abb. hîc, & Cal. in tit. de pœnis. consi. iij. ¶ Ex istis inferunt hîc do. Anto. & do. Abb.
14 quòd † ualet probatio dilatione non data, allegando tex. & ibi Bart. in l. in crimine. ff. de adul. & Bart. in l. fi. ff. de ser. dum modò non fiat post terminos iuris: putà, testium productio, post publicationem, per c. fraternitatis. ĩ. tit. proxi. uel instrumentum post conclusionem in causa, per c. cùm dilectus. de fid. instru. & hîc per dominum Abb. latiùs, qui eadem ponit in d. c. cùm dilectus. Et dicit Bal. in l. ij. in fi. ff. de testi. in apostillis, quòd datio dilationis probatoriæ non est de ordine formali iudicij. Et ideo dicit Bart. in l. unius. §. cogniturum. per illum text. ff. de quæsti. quòd ualet defensio sine termino. Et cum istis etiam concor. Bart. in extrauag. ad reprimendum. in uersic. figura. in penulti. col. & Imol. in cle. sæpe. uersic. septimò quęritur. de uerb. sig. & Bal. in l. j. pridie. in apostillis, ff. de fer. & Bal. & Angel. in l. fi. ff. eo. & Bal. do. Car. & Imol. in c. prudentiam. §. vj. s̃. de off. deleg. & Paul. de Cast. in l. oratiõe. ff. de fer. & Bal. & Sal. in l. si quando. & l. cùm à nobis. C. de dila. & do. Ant. in c. ultra tertiam. in antepen. col. in tit. proxi. & Bal. in l. ij. in xiij. q. C. de episco. audi. Et propter hoc dicit Paul. de Cast. in l. fi. C. qui admit. q̃ si ad probandum iudex assignat terminum decem dierum inchoandorum certo die, ualebunt probationes factæ ante illum diem: quia dilatio non est de essentia, licet Bal. ibi aliter sentiat. Et de hoc, quando terminus potsit anticipari, uide glos. in cle. j. de appel. & Bal. in l. eos. §. apostolos. circa
15 med. C. de app. ¶ Tangunt etiam † hîc do Anto. & Imo. per istum tex. utrùm post lapsum terminum datum ad probandũ, possint amplius produci testes, uel instrumenta, quando res est adhuc integra? In quo articulo propter uarietatem Doc. hîc. deducetur primò pars affirmatiua cum limitationibus. Et quod ualeat probatio, si est res integra, prout erat tempore assignati termini, quia aduersario nihil perijt, est glo. ordina. in cle. sæpe. in uerbo, non ob. de uerb. signif. & ita determinant Ia. de Are. & Cy. in l. si ea. C. qui accus. non pos. & sequitur ibi Bal. ad fi. & Bar. in l. fi. ff. de fer. & Angel. loquens de iudice, qui comminatur se postea non auditurum, in l. si quis hæres instituatur. ff. de hære. insti. idem Ang. in l. j. §. edẽda. ff. de eden. & in repe. l. si post tres. ff. si quis cautio. Idẽ Inno. in c. cùm in tua. prope fin. ĩ. qui matr. accus. pos. & Bal. in authẽ. ad hoc. in pen. col. C. de usur. & Bal. Angel. & Imo. dicentes, hanc moram esse purgabilem re integra, in l. si insulam. ff. de uerb. obli. & Host. & Ioan. An. in c. coram. s̃. de restit. in integ. Salic. latè dicens, istud esse de æquitate. in d. l. si ea: & Bal. in d. l. & si post tres. & in l. diffamari. in princ. C. de inge. & manu. & Ang. in l. peremptorias. C. senten. rescind. non pos. & Imol. plenè post Bal. & Angel. in l. quandiu. la iij. in ultima col. ff. de aqui. hær. & do. Car. in cle. sępe. §. & quia. in xv. q. de uerb. sign. & sentit in cle. constitutionem. §. cæterum. in vij. q. de elec. & ita consuluit ipse consi. xxv. inci. In causa Amareti. & no. Rot. in nouis, cõclus. clxvij. inci. Aliquis dat articulos. & decis. clx. incip. Item latis tribus. loquendo de æquitate, & expressè Domi. post Imol. in c. ordinarij. §. Quòd si fortè. uer. fi. de offic. ordi. in vj. propter glos. ibi. Et pro hac parte adducitur inter alia text. in l. mancipiorum. ff. de opti. leg. ubi si datur mihi terminus ad eligendum seruum mihi legatum, & post terminum electio transfertur in te, tamẽ lapso termino potest mora purgari, filius aduersarij nõ est deterius. Ad idem c. si tibi absenti. de præben. in vj. ubi lapsus termini ad acceptandum beneficium non nocet re integra, quin posset acceptari. Ad idem glos. iij. in c.

ex publico. ĩ. de cõuer. cõiug. & tex. in c. licet. de procur. in vj. & in l. is, qui. ff. de ces. bono. cũ simil. adductis in alio proposito per Pe. de Anc. cõsi. ccx. incip. Franciscus. uer. ueniamus ad Prędicatores. ¶ Et si uelles tenere hãc partẽ, limita eã primò procedere, quo ad, p̃ducẽda instrumẽta. Sed nõ admittuntur articuli dati post terminũ, nec, p̃batio per testes, quæ requirit causæ cognitionẽ & longũ tractatũ: quod nõ est in instrumẽtis, fm do. Car. in cle. sępe. §. & quia præallegata. Allegant Rotã, & bene, cõclus. xxxj. inci. Itẽ fuit dubitatũ. in nouissimis: sed hoc nõ placet Imo. hîc, & fortè meliùs: quia ratiões inualidãtes, p̃ductionẽ testiũ, de quib. ĩ. procedũt etiã in instrumẽtis: tũ etiã, qa possent testes esse ita parati, sicut instrumenta, maximè etiã cũ istæ æquiparentur, ut
16 hîc in glo. ij. ¶ Limita † secũdò, nisi esset datus terminus ad proponẽdas exceptiones dilatorias: quia sunt modici præiudicij. ideo post terminũ nõ possunt opponi, nisi denuò superuenerint, per c. pastoralis. ĩ. de except. quem tex. ita intelligunt doc. ibi s̃. & pulchrè do. Car.
17 in d. cons. xxv. ¶ Limita tertiò †, nisi terminus esset statutus, nõ ab homine, sed à lege, uel statuto ad probandũ, uel excipiẽdũ: quia post terminũ nõ additur cõparẽs, quasi terminus legis sit statutus in modũ præscriptionis. Ita uoluit Inn. in c. cùm in tua. qui matr. accus. pos. per l. ob cõmissa. & ibi gl. C. de adul. & sequitur Bal. in authẽ. ad hęc. in pe. col. C. de usur. & in d. l. si eã. & no. Bal. in c. j. in prin. in tit. quo tẽpore miles. & in d. l. diffamari. ubi hoc limitat, nisi probetur impedimẽtũ. Et bene probat in d. l. ob cõmissa. Et hîc adde gl. ĩ c. licet causam. de elec. in vj. ¶ Limita quartò, nisi elapso termino statuto à iudice, iudex pronunciaret nõ esse audiendũ: qa tũc nõ habet locũ purgatio moræ, cùm sententia sit lata præcedente causa, fm Bar. in d. authẽ. ad hæc. in pe. col. per d. l. diffamari. ¶ Limita quintò & ult. nisi testes, uel instrumẽta fuissent antea nota producẽti: quia tũc nedũ de rigore, sed etiã de æqtate debet repelli etiã re integra, fm Sal. in d. l. si ea. quia negligentib. equitas nõ suffragat. Allegat l. si pupillus. in fi. ff. de priuil. cred. Et hoc dicit singulariter, p̃bare, ĩ l. admonẽdi. ff. de iureiur. ubi admittitur, p̃batio p̃ instrumẽta dũtaxat, in quib.
18 cessauit negligẽtia. ¶ Sed † aduerte: quia cõtrariã partẽ, uidelicet q̃ etiã re integra probatio facta post terminũ peremptoriũ nõ teneat, expressè firmat Arc. in c. iudicantẽ. xxx. q. v. & Spe. in tit. de dila. §. uidendũ. uer. quid si datus. & Bar. in l. mancipiorũ. ff. de opti. leg. & in l. dãni. §. Sabini. ff. de dã. in fec. & ĩ l. admonẽdi. ff. de iureiur. & in l. ij. ad fi. uer. tertiò quæro. ff. de ap. recip. & do. Ant. Bal. Imo. & do. Ab. in c. cùm dilectus. de fid. instr. & Imo. do. Benedict. & do. meus hîc, & gl. in d. l. si ea. & ibi Guli. de Suzaria dicit se sæpe ita obtinuisse, ut refert Sali. Idẽ tenent do. de Rota cõclus. xxxj. quæ inci. Itẽ fuit dubitatũ. ubi semper uide. Idẽ Old. cõs. clxvij. inci. Ante oia cõsiderãdũ. & Bal. in l. ij. ad fi. uers. xiij. quæritur, C. de episc. audien. Old. pulchrè idẽ dicens de edicto generali peremptorio ĩ cõsilijs suis, q. iij. inci. Causa electiõis. & do. Car. in cle. cõsti. §. cæterũ: in vj. q. de elect. Et, p̃ hac parte adducitur, fm Ro. ubi s̃. quia ratio, quare terminus excludit uolentẽ probare, est, ne lites trahãtur in lõgũ sine causa, l. j. in fi. C. de dilatio. l. ij. in fi. C. ut intra certũ tẽpus actio criminalis. & l. ij. in prin. C. de tẽp. ap. Quãuis ergo res sit integra, si tũ terminus nõ operatur effectũ suũ, iudiciũ prorogatur cõtra naturã dilatiõis. Ad idẽ dicit hîc do. meus esse casum, in l. scire oportet. §. j. in fi. ff. de exc. tut. Nec dicas, fm eũ, q̃ loquat in termino legali: qa terminus assignatus à iudice, qui est minister legis, debet operari idem, quod terminus legis, l. iiij. §. si quis cõdemnatũ. ff. de re iud. fm ipsum: q̃ nõ admitto per ea, quæ dixi s̃. in iij. limitatiõe. Nec mirũ: quia, ut dicit Bal. in simili, in rub. C. si ex falsis instr. quẽ referã, uer. primus casus. lex nõ supplet per iudicẽ, sed iudex bene supplet factũ suũ. Itẽ, p̃ hac parte allegat do. meus text.

in c. corã. iuncta gl. in uer. munimẽta. s̃. de resti. in integ. ubi post terminũ peremptoriũ ad probandũ etiã ecclesia nõ auditur, nisi beneficio restitutionis in integrũ. Et illũ tex. põderat Ro. licet ipse nõ dicat, d. cõclusiõe xxxj. Ad idẽ allegat ipse tex. in c. cupiẽtes. §. j. iũcto §. electos. de elec. in vj. ubi post terminũ nõ possũt iura produci, nisi ex causa legitima assignetur noua dilatio. Ad idẽ allegant do. de Ro. in d. deci. & Sali. in d. l. si ea. & Imo. hîc, & do. Car. d. §. cæterùm. quia ista assignatio termini est quædã interlocutoria, per quã iudex uidetur tacitè pronũciare, q̃ post terminũ nõ audiatur, l. si ea. C. qui accus. & in l. cùm Titia. ff. de accus. Et transit in rẽ iudicatam, quo ad partes, c. significauerunt. ĩ. tit. proxi. Ius ergo quæsitũ parti, q̃ probationib. nõ uexetur, nec amplius differatur causæ expeditio, excludit eũ, qui non probauit: aliàs fm Old. in d. cõsi. inci. Ante oia peremptoriũ esset ridiculosum. Et fortiùs dixit Bal. in d. l. ij. C. de epi. audi. q̃ talis, p̃batio nõ facit iudiciũ, cõtra Bart. in d. l. ij. de ap. reci. Et, p̃ hac parte facit optimè iste text. ut induxi in notabi. Nõ obst. l. mancipiorũ. quia respõdet do. Ab. in d. c. cùm dilectus. Et primò Imo. hîc, & do. Car. in cle. j. §. secus. in viij. q. uer. oppono. de cõcess. præbẽ. & do. meus hîc istos non allegans, q̃ loquitur, q̃n re existente integra post terminũ cessat oino causa, ,pp̃ter quã fuit ille terminus statutus: ut clarè innuit ille text. & sic cessante causa termini propter integritatẽ rei, cessat eius effect°. Nã statuitur ibi terminus, ne hęres semper impediatur disponere de familia & reb. suis: quod cessabit illo eligente etiã post terminũ, q̃n hæres adhuc nõ disposuit. Et quòd cessante causa termini possit adhuc mora purgari, iduco gl. ĩ c. ordinarij. §. Quòd si fortè. uer. libere. de offi. ord. in vj. & pulchrè no. Dom. in c. si fortè. in ult. col. de elec. in vj. Sed in qõne nostra post lapsum termini etiã iure aduersarij illæso existente nõ cessat omnino causa, ,pp̃ter quã fuit statutus terminus, scilicet ad breuiorẽ litis exitũ. Imo sentit tex. in d. l. mancipiorũ. quòd q̃n causa termini nõ cessat, non admittit quis post terminũ. Sic etiã respõdet ad c. si tibi absenti. præallegatũ: quia causa termini fuit, ne ecclesia ex uacatione pateretur detrimentũ. Si ergo lapso termino adhuc nõ est prouisum ecclesiæ, cessat & causa termini, & cõsequenter eius effectus, c. cùm cessante. de app. Et per istũ tex. & prędicta, hãc partẽ sequor, quã dicit hîc Imo. esse ueriorẽ: licet fateatur cõtrariã esse æquiorẽ, & q̃ fortè seruaretur in practica: sed ex limitationib. sequẽtib. remanebit eius rigorositas sufficiẽter tẽperata. ¶ Limita ergo primò hanc secundã opi. nisi de nouo peruenisset probatio ad notitiã uolentis probare. Ita no. solus Imo. hîc per. d. c. pastoralis. & fuit de mẽte Bar. in d. l. mãcipiorũ. Sed aduerte: quia istud nõ procederet de iure. Et contrariũ sentiũt Doc. in dictis locis, & c. pastoralis. loquitur in dilatorijs. Meritò ergo statur iuramento, l. thesaurus. ff. ad exhib. Sed in peremptorijs sec°, ne deẽt uia periurijs: & ideo Old. cons. iij. inci. Cum causa. plenè cõsuluit post terminũ peremptoriũ exceptiões peremptorias nõ admitti, quãuis offeratur iuramentũ de noua notitia ipsarũ. Et illud consiliũ tene menti, maximè cõtra uolentẽ opponere crimina post terminũ. Est uerum, quòd de æquitate procedere posset ista limitatio, dũ modò præsumptio, quæ est, quòd de nouo probatio sit nota, nõ tollatur per aduersariũ. Ita latè & eleganter no. do. Car. post Paul. in cle. constitutionẽ. §. cæterùm. in vij. q. ubi omnino uide, de elec. Idẽ Ioã. Fab. in §. qui autẽ. Instit. de exc. tut. ubi hoc restringit, nisi esset causa tutelæ: Nã post terminũ non potest admitti excusatio, etiamsi de nouo peruenìat, per d. §. qui aũt. Et de materia ponit etiã Imo. in cle. j. in pe. col. de excc. ¶ Limita secũdò, nisi esset cõmissa de æquitate, uel esset forus, in quo de æquitate procederet: putà, in causis mercatorũ, iuxta no. per Bar. in l. fideiussor. §. quædã. ff. man. qa tunc in re integra no. obstabit lapsus termini. Moueor:

quia tenẽtes hanc partẽ dicunt eã procedere de rigore: imò dicũt do.de Ro.clx.in nouissimis,expressiùs conclusione xcviij.inci.itẽ oẽs dñi.quòd fm æquitatẽ Rot. etiã in causa prophana nõ obstante lapsu termini prefixi ad producẽdũ,omnia tñ ante cõclusionẽ, in causa possunt produci literæ & instrumẽta de stylo curiæ,nisi i causa criminali,ut per eosdẽ cõclus.xxxj.¶Limita tertiò, nisi pars actualiter producat instrumẽntũ post lapsum termini corã iudice,per quod notoriè probet intẽtũ:quia ualet probatio,ex quo cessat cã termini, s. ꝓtelatiõis iudicij,& res est integra,fm do.Ant.&do.meũ. hîc:Allegãt Ro. & bene, cõclus.xxxj.ubi expressè dicit, ꝙ lapsus termini nõ excludit ꝓbationes notorias,quę fiunt per instrumẽta & literas,ex quib.statim sine dispẽdio litis ueritas liquere potest. Et istud diligẽter no.Est uerũ,quòd Imol.hîc aliter sentit,dicens: ꝙ idẽ sequereť in testibus, quos quis haberet paratos: sed certè etiam tunc idẽ fatebor: quia cessat dicta causa prorogationis litis,arg.d.c.literas.ante fi.s.de resti.spo.Et adde,ꝙ si offert se,ꝓbaturũ incõtinẽti, põt probare intra tres dies, fm Bal.in l.ult. per illum tex.C.de iud. Et ista cõfirmari possunt ex dictis in l.j.§. parui.ff. qd' ui aut clã. & Doc. in c.ex parte, el ij.s.de offi.dele. cũ concor.Et ideo in ꝓposito dicit do.Ab.in d.c.cùm dilectus.ꝙ duob.cõcurrẽtib.potest iste admiti de æquitate, uidelicet si ius aduersarij nõ sit læsum, & parũ post terminũ hîc petatur, arg.d.l.mãcipiorũ.¶Limita quartò,nisi loquamur incausis summarijs:putà,beneficialibus, matrimonialibus & similibus,fm Rotã d.decis.xxxj. Sed cõtrariũ tenet hîc do.meus,& fortè meliùs:qa ꝙ causa sit summaria, debet potius operari dilationẽ esse magis peremptoriã quã minus,fm Bart.sing.in extrauagã.ad reprimendũ.in uer.per citatio.& facit cle.sæpe.de uer.sig.ubi in talib.abbreuiãtur dilationes, per Bar.in l.filiusfamiliãs.in prin.ff.de dona. ¶Limita quintò,nisi intra terminũ fuisset productũ, saltẽ exemplũ instrumẽti: quia si post terminũ producitur originale, cõfirmatur,ꝓductio exempli,& habetur,ꝓbatio pro facto,fm Bal.in c.j. in prin.ţ.de fide instr. ubi hoc dicit esse no. dignũ.Allegat tex.optimũ i l. si donare.§.si spõsus.ff. de don. inter uir.& uxo.ubi sponsus, qui ante nuptias donauit alienũ spõsę,potest post nuptias donare propriũ loco illi°: nec dicitur donare uxori, sed cõfirmare donationẽ factã sponsæ.¶Limita sextò, nisi esset datus terminus ad ponendũ, uel articulandũ cũ protestatione saluo iure declarandi & interpretãdi,fm Bal.in l.tres denũciationes.in fi.C.quomodo & qñ iud.Allegat Ioã.Mo.in c.in generali. de regu.iur.in vj. Sed certè istud fieri põt etiã sine hac protestatione,ut dicetur in iij.limitatiõe. ¶Limita septimò, nisi iudex parte præsente, uel citata admitteret probatiões post terminũ:quia ualent, fm Bal. singulariter in l. peremptorias.in j.col. C.sen. rescin.nõ pos.quia uideť tacitè iudex dicere,se grauasse & reuocare interlocutoriã ipso facto:quod tñ dicit fieri nõ posse absente parte nõ citata: qa hæc reuocatio requirit causæ cognitionẽ, ut ibi per eũ.Et idẽ tenet in l.fi. in lectura antiqua,ff.de fer. Et non dicas,ꝙ ista interlocutoria pacto,uel nõ facto partis sit executiõi mãdata: ideo reuocari nõ possit,iuxta gl. & Bar.in l.j.ff.de præto.stipu.qa nõ dicit executa,cõsiderato,ꝙ in manu iudicis est expectare partẽ post terminũ,c.cõsuluit.s.de offi. dele. & qa talis interlocutoria limitatur à causa,propter quã assignatur,d.l.mãcipiorũ.Cùm ergo fauore partis assignetur, potest eadẽ nõ contradicente prorogari. Est uerũ, quòd si nõ subest causa noua, potest talis terminus tacitè prorogari, fm Bal. in d l.peremptorias. circa prin. dicentẽ, ꝙ terminus probatorius nõ potest prorogari de cõsensu partiũ,nisi ex causa noua. Allegat Spe.& bene,in tit.de sent.§.uidendum.uer.illud.Quod bene no. ¶Limita octauò, nisi post lapsum termini uellet quis uti cõfessione aduersarij faciendo positiones: quia nõ dicitur tendere ad probationẽ, sed ad probationis reuelationẽ, fm Bal.in authen.sed nouo iure. uersus fi.C. si cer.pet.cũ cõcor.quas in proposito allegaui s.in rub. Est uerùm, licet ibi nõ dixerim, ꝙ Spe.tenet cõtrariũ in tit.de dilatio. §. uidẽdũ.uer.itẽ quid si datus.& in tit.de deposi.§.iiij.uer.sed si ante.quasi succedat hoc loco probationis:habetur tñ, ꝙ iudex poterit ex officio interrogare:& sequiť do.Ant.hîc, qui tñ dicitur uarius in uers. quinq; casus.cũ seq.sed, quòd prædixi, sustentabilius: putà,per ea quę dixi post do.Ant.met.nec in dicta rub. nec Spe. bene firmat in tit. de dila. ¶Limita nonò, nisi cũ causæ cognitione fuisset terminus nimium artatus: quia tunc ualebit productio,tã testiũ,quàm instrumẽtorũ,fm Bald.in c. cùm dilectus.ţ. de fide instr. Allegat c.in dultũ.de re iud.in vj.& ita dicit intelligendã glo. in d.cle.sæpe.cum seq.¶Limita decimo, nisi post terminũ uellet quis declarare probationẽ, uel articulum in termino factũ,fm Io. An. latè in tit.de teste.§.nunc uidendũ.uer. hîc etiã no.& adde Spe. quia declarans dicitur de nouo facere,l.hęredes palàm.§.j.ff.de test.Et illa declaratio facta de illo articulo trahitur ad diem articuli, secũdũ eũ, quẽ ualde sequitur do.Ant.hîc. Adde in terminis Dom.idẽ tenentẽ in procœ.Sexti.in fi.prin.per illũ text.in uerbo,antiquorũ declaratione.& idem tenet ipse in c.si quis uiduã.in xxxiiij.dis.& Bal.in l.j.§. huius studij.ff.de iusti.& iur.& Arch xiij.q.ij.in summa.& do. Ant.in c.pastoralis.ţ. de excep.& Bal.in l.tres denuncia tiones.in fin.& Rom.in nouissimis,cõclusione vij.inci. itẽ quòd cõmissio: Fortiùs & elegantiùs dixit Bald.in addi.Spe.in rubr.de sen.uers.pone, ꝙ post sententiam. Quòd si dato termino excipiẽti ad probandũ, nõ fuerunt dati articuli in termino,propter quod testes productí nõ depõsuerunt, satis tñ est, ꝙ testes iurauerunt in termino: quia articuli sunt declaratio exceptiõis, & ideo postea ꝓduci possunt, per d.l.hæredes. Quod est singulare,si est uerũ: sed pendet ex dicendis in ult.limitatione.Et pro confirmatione huius limitationis uide, quæ accumulaui in repetitiõe c. qualiter.el j.ultra mediũ,uers.fallit primò.ţ.de accus. Sed hãc limitationem intellige,nisi articuli fuissent adeo generales & incerti, quòd nullo modo cõcluderent:quia habentur pro nõ factis,& ideo nõ poterunt post terminũ declarari. Ita latè & subtiliter cõsuluit Old.consi.clxvij.inci. Ante oia. pro quo etiã uide,quę dixi in d.c.qualiter.maximè qd' no.Bal. in l. edita.C.de edẽ.ubi dicit,ꝙ post litẽ cõtest. non licet aliter interpretari libellum nullũ, quòd transeat in aliquẽ:& ibi dat exempla infinita. ¶Limita undecimò, nisi iudex ex officio post terminũ reciperet ꝓbationes,fm do.Anto.& Benedict.hîc:quia cùm iudex posit suã interlocutoriã reuocare, iuxta no. in c. cùm cessante.de app.poterit ipsam productionẽ admittere. Adde Bal.idẽ tenentẽ in l.ij.xiij.q.C. de epis.audi.& ibi dicit,quòd ex qua causa potest dare nouã dilationem, ex eadẽ potest sine dilatione recipere testes: quia dilatio nõ est de substantia,ut dixi s. Idẽ tenet Bald.in l.ij.§. sed quia uerè not.C.de iura.cal.facit,quod no.do,Ant. in c.auditis. in iiij.col.s.de procur. ubi concludit iudicẽ ex officio posse admittere testes post conclusionẽ in causa.& no.Spe.in tit.de renuncia. & cõclu.§.j.pen.col. uer.& scias. & Bal. in l.j.circa fi.C.sen.rescin. non pos.& Ro.in repe.l.admonendi.in vj.col.ff.de iureiur. & in repet.l.j.ff.de arbi.cũ concor. Credo tñ hanc limitationẽ debere intelligi secundum ea,quæ s. dixi in vij. limitatione. ¶Limita duodecimò, dũ modò iudex ante lapsum termini bis monuerit habentẽ excipere,uel probare:ut uoluit Angel.mirabiliter in authen. de hære.& fal. §.si quis autẽ non implens. per illum tex. dicens,ꝙ est quæstio sua noua: sed certè iure nõ probatur. Et ille tex. loquitur in casu suo, de quo per eundẽ Ang. in §.si quis pro redemptione. in authen.de eccle. tit. Contra quem etiam facit: quia frustra requiritur monitio hominis,

minis, quando dies interpellat,c.potuit.ţ.de loca. ¶Limita decimotertiò,nisi uolens probare in termino,fuisset repulsus iniustè: quia post terminum & etiam post conclusionem in causa audiretur,secundum do.Anto. in c.tam literis.in iij.not. per illum text.ţ.titul.proxi. Allegat etiam glos.in c. ex conquestione. s. de restit. spo. Et idem dicas,si facto partis aduersę fuisset impeditus. Sed dom. Anto. hîc allegat Innocen. in d.c.tam literis. ¶Limita decimo quartò,seu declara,nisi pendente termino fuisset disputatum, an exceptio esset admittẽda, uel non:uel an testes essent idonei, uel nõ: quia lapsus termini non nocet,secundum Bald.in l.j.in penult.col. C.de iura.cal.Pro quo allego glos.in uerb.uidebitur.& ibi.Domi.in c.cupientes.§.quòd si de elect. in vj. & bonum text.in d.c.tam literis.Sed intellige,nisi duo obstarent:uidelicet, quòd in illa disputatione succubuisset: & secundum, quòd appareret eum non probabili ratione motum:putà,quia etiam condemnatus fuisset in expensis, secundum Bart. not.in l.ij.§.non solùm.ff. ad Tertul.& Bald. quem omnino uide in l. cõtra maiores. C.de inoffi.te. & uide, quod ipse no.in l. solennibus.in fi.C.de rei uen.& in l.eos.uer. pone:ţ.stant. C. de usur.& in l.qui testamẽtum.ff.de execu.tu.& in authen.hi, qui. C.de tempo.appel.Bar.in l.j.C.quando prouo. non est necef.& Bald.in l.j.§.quàm cui.ff de acquir.hære. Bar.in l.si cùm ipse.ff.de excu.tut.& Salic.in l.si doctorus.C.de falsis. ¶Limita decimoquintò, nisi ille,quẽ lapsus termini excludit semel appellando,uell t probare in causa appellationis: quia potest,secundum Arch.notabiliter in c.cùm illicita.xxxiiij.q.iij.& do. Anto.hîc.& Ioã. And.in c.fraternitatis.uer. quintò quæro.ţ.titul.proxi. per l.per hanc.C.de tempo.appel. Facit glos.dicens idẽ de conclusione in causa,in c.fi.uer. emendari.de appel. in vj. Sed hanc limitationem intellige in termino hominis: secus in termino iuris:quia illo elapso oritur interlocutoria iuris,à qua non appellatur,l.si qua pœna. ff.de uerb. signif. secundum Ioan. Mo. d. §. quòd si per xx.& do. Ant.hîc,nisi fuerit impeditus, uel protestatus fuerit,ut hîc per seipsum. Facit,quod dixi ţ.uer.primus casus. per quod tollitur: quod not. do. meus hîc, non admittens hanc differentiam in termino legis & homi-
19 nis. ¶Limita decimo quintò,& ultimò, nisi † testes,qui examinantur post terminũ datum, iurassent in termino:quia dies depositionis trahitur ad diem iuramenti,etiamsi pars nullam diligentiam fecerit, ut testes examinentur,secundum Ro.in nouissimis,conclus.lxx.incip.Item licet in remissione. & Bald. plenè in l.si quando.uersic.sextò dubitatur.C.de testi.& ibi Salic.& Imo. post Pet. de Anch.in cle.j.de offic. deleg. & Rota in nouis,conclus.ccxlij.incip.Vtrùm duo menses.& do.Ant. hîc, & Ro.in l.damni.§.Sabini.ff.de dam. infec. & Ang. & Imo.in l.Antistius.ff.de acqui.hære.& fuit opi.Ia. Bu. disputando,prout refert Ioan.And.in Spec.tit.de teste. §.qualiter.uer.his quoq;.in fi. Adde idem tenentẽ Bal. in rubr. C.si ex fal. instru.in penult.col. & in c.in nomine Domini.uer.ecce aliud dubium.ţ.tit.proxi. & in addi.Spec.in titul.de senten.uer. pone,quòd post senten-
21 tiam.Et ibi fortiùs dixit,quòd si pars habens producere, fecit quicquid potuit faciendo grauari & pignorari testes hîc, & sufficit, etiam si non iurassent intra terminum, sed possunt iurare postea, & fingantur recepti in termino:arg.l.eum,qui. & l. contra maiores. C.de inof. testa.& ualet absq; alia dilatione. Allegant Francis.Accur.in quodam suo libello, qui allegat l. si quando. in fi.C.de testa. Dicit tamen Bald.tutius esse, si noua dila-
22 tio petatur. Et pro hac limitatione plura adducũt Bal. & Ro.in dictis locis:maximè, quia non est,quid imputetur parti,cùm examinatio testis resideat in officio iudicis: & sic tempus non currit parti,iuxta l.fi.cùm ipse. ff.de excus.tut.no.Inn.in c. tam literis.ţ.de testi. ¶Item, quia inspicitur iuramentum, tanquam principium, l. potior.& l.qui balneum.ff.qui po.in pig.ha.& ideo uitus testimonij consistit in iuramento,& ad ipsum trahitur,iuxta c.aqua.ţ.de conse.eccles.uel alta, Facit glos. j.in clem.j.de offic.leg.uolens,quòd testis potest deponere die feriata, dum modò iurauerit die iuridica.Notat Bartol.in l.j.§.nunciatio.ff.de no. oper.nun. & Bald. in c.conquestus.s.de fer. cum si. Facit elegans dictum Bald.in rubr.s.de iudic.in quibusdam lecturis, ubi dicit, quòd statutum duplicans pœnam dicenti falsum in ecclesia, non habet locum,si testis iurauit extra ecclesiam, postea deponit in ecclesia. Ad idem, quod not. Bald. in l.j.in j.col. ff.de te.in apostillis. ubi dicit, quòd quando testis iurauit uno tempore, & deponit alio tẽpore, satis est,si notatus scribat diem iuramenti. Facit optimè, quòd scribit Bald.in l. ij. prope fi. C. de sacrosan.eccles.& in l. presbyteri.in ulti.colum. C.de episc.& cle.ubi dicit,quòd si testis accusatur de falso, & in libello ponitur locus iuramenti, ualebit libellus, licet in alio loco deposuerit, & quòd attendatur tempus iuramenti. Vide Ang.consil.ccxcvj.incipiẽ. In Dei nomine: in proposita quæstione.& Spec.in titul. de teste.§.j. uer. quòd si testis errat. & Arch.in c. constituimus.iij.q.v.& Bald.& Flo.in l.iij.in princ.ff.de testi. & Bald. in l.fiure. ff.de mili.testa.Est uerum, quòd quantum ad considerandum habilitatem testis,est maius dubium,quòd tẽpus attendatur. sed remitto ad Paul. de Leaza.in commento c. testimonium.ţ.titul. proxi.& Ioan. And.in regula, factum legitimè.in Mercurialibus. & Bald. in c.j. quot.testes sint necef.ad prob.ingrat.& in l.leges. C. de legib.& in l. seruos.in fi.C. de testi. & in l.gesta. C. de reuẽd.Et dicebat Bal. in proposito in d.c.in nomine Domini. ꝙ in examinatione post terminũ nõ expedit iterum partem citari,& allegat sex rationes,ex quibus solue unum, quod dicit esse subtile, in d.l.si quando. uer. sextò dubitatur.Et si ista limitatio est uera, prout communiter tenetur, ꝙ sufficiat testes produxisse in termino,etiamsi pars non instetit, ut examinentur, dicas tamen, quod fallit in casibus, in quibus oportet non solùm produxisse,sed etiam instetisse cum effectu, ut examinentur. ¶Primus casus est, quando † terminus est statutus à lege ad probandum: quia uerba legis debẽt intelligi de probatione integra, secundum Bald. sing. in rubrica C.ex falsis instrum. ubi dicit, quòd lex non suppletur per iudicem. Allegat no. in c. pia. de except. in vj.Idem Bal.in d.c.in nomine Domini.dicens,quòd illud, quod uulgò dicitur testes post dilationẽ examinari posse, est uerum in dilatione arbitraria data à iudice:secus in dilatione determinata à iure. Ita dicit uideri expressum in c.j. de restit. spol.in vj. & in d.c. pia.& dicit,quòd summa opę nitendum est, ut intra terminũ legis omnia expediantur, l.ij.§.fi.C.de temp. appel.idẽ Bald. in addi. Spec.d.titul. de senten. & ibi dicit, quòd terminus legalis prorogari non potest,per text.in §.suscepto.in authen.de exhiben.reis. & alibi dicit Bald.in l.si ea.C.qui accus. quòd terminus legis fortiùs excludit, quàm terminus hominis. ¶Secundus casus est,
21 quando † iudex assignat terminum per uerba præteriti temporis: putà, debebas probauisse intra tot dies: nam illa uerba significant actum perfectum,l.j.ad si. ff. quod quisq; iur. Ideo oportet esse probatum perfectè, secundum Bald. & Angel. in l.Antistius. in princ. ff. de acqui.hæred. Et idem, si est datus terminus ad producendum & examinandum testes, ut in isto text.secundum Bald.in d.l.si quando.& in l.obseruare.§.fin.ff.de
22 offic.proconsul.& leg. ¶Tertius casus est,quando † est datus terminus ad probandum & probatum habendum: quia tunc non sufficit, quòd testes iurauerint in termino, secundum Bal. in l.ij.ut lit.pen.& Spec.& Ioã. And. in titul. de teste.§. qualiter.uer.his quoque.& do. Imol.& do.Abb.hîc,& Ioan.And.& Domi. in d.c.pia.& Iac. But.in authen.si dicatur.C.de testi. & Ang.& Imol.

in l. Pantonius. ff. de acquir. hæred. & Imol. in d. clem. j. & Ang. in d. §. Sabini. & Bald. in d. l. si quando. dum for
23 mat quæstionem. ¶ Quartus casus est, quando † datus est terminus ad probandum & probatum habēdum, per omne genus probationis, ut multi practicant: qa uidetur exclusa omnis probatio eo lapso, secundū do. Anto. hîc, qui subdit signanter, se putare, quòd iste terminus habet uim conclusionis in causa quo ad probationem facti, non quo ad allegationes iuris. Et sequitur Domi. in d. c. pia. inferens, quòd nec etiam poterit hoc casu deferri iuramentum in supplementum probationis: quod non placet do. meo: quia iure non probatur, istum terminum habere uim cōclusionis in causa, nisi fortè assignaretur de communi partium consensu. Et idem sentit hîc do. Abb. Quid autem possit produci post conclusionem in causa, dicetur in c. cùm dilectus. j. de fide instru. ¶ Quintus casus est, quando datur terminus ad probandum apertissimis documentis, secundum Spec. in tit. de dilatio. §. j. uersic. sed quid si. & Imol. & Paul. de Cast. in l. ad testium. §. conditionē. ff. de testa. & do Anto. hîc per d. c. pia. & hoc casu dicit sufficere examinationem fuisse factam, licet non fuerit publicata. Et idem Pet. de Anch. & Domi. in d. c. pia. & allegat Domi. c. innotuit, de pœni. distin. iiij. ubi dicitur factum, licet nondum sit publicatum. Facit glos. in c. fi. de hæred. in vj. de qua dicetur super glos. sequenti, quæ dixit, publicationem omissam non uitiare processum. Modò aduerte: quoniam ista procederēt de plano, tenendo quòd ista ultima limitatio esset uera: sed teneas contrarium, uidelicet quòd dato simpliciter termino ad probandum oportet per partem adhiberi omnem diligentiā, ut testes examinentur: & probato de diligētia, bene excusatur pars, si non fuit secuta examinatio: aliàs non. Et cum ista determinatione modifica istos quinq; casus: quia etiam in ipsis sufficeret docere de dicta diligentia. Et hanc partem tenet expressè Ioan. An. in tit. de teste. §. qualiter. uer. his quoq;. in fi. addi. & do. Abb. Imo. & do. meus hîc, & Bartol. in l. damni. §. Sabini. ff. de dam. infec. & Archi. Ioan. An. & Domi. quem uide in d. c. pia. Et q; ista pars sit uerior, probatur potissimè secundū prædictos: quia non sequitur, aliquid habet expediri, uel non expediri per iudicem sine parte: ergo excusatur pars, si iudex non expediuit: quia finire appellationem non est solius partis, sed iudicis: & tamen parti datur terminus ad prosequendam appellationem: quo elapso ex negligentia sua app. est deserta: cle. si appellationem. de appel. Et intelligitur datus terminus, quantum in se est. Non sufficit ergo testem produxisse, nisi societur eius examinatio, & fiat productio tali tempore, quòd commodè possit examinari. Item nō est uerum dicere, eum probasse in termino, cùm per iuramentum nihil sit probatum, attenta diffinitione probationis: ex quo uides, non esse bonam differentiam inter simplicem terminum ad probandum, uel terminum magis plenum, ut in dictis casibus. ¶ Item non sufficeret dicere iudicem fuisse negligentem: quia hoc non præsumitur, nisi probetur, ut per Bart. in d. §.
24 Sabini. Vnde debebit pars protestari in iudicio, per se non deficere, quo minùs, &c. secundum Bartol. ibi. Pro quo dicit hîc dominus meus esse casum in l. si quādo. C. de testi. ibi, per eum steterit, ubi etiam culpa partis contingere potest testem non examinari. Et in hoc eleganter dicit Baldus in l. properandum. §. fin autem utraq;. C. de iudi. quòd in dependentibus à iudice nunquam conuincitur de negligētia, nisi appareat de protestatione partis, per l. quibus diebus. in prin. ff. de cōdi. & demō. & sequitur hîc dominus meus: pro quo allego optimam glos. in c. cupiētes. §. quòd si. in uerbo, prope. de elect. in vj. per quā dicit ibi Imo. se semel obtinuisse in una causa appellatiōis, in qua appellans nō poterat habere copiam iudicis, & permisit labi tēpus sine protestatione: quia per illam negligentiam in non protestādo succubuit: & sequitur ibi Domi. ¶ Præterea posito quòd ad certum finem dictum testis denominetur à tempore, uel loco iuramenti, per hoc nō sequitur, quòd eo ipso, quòd iurauit, satisfactum sit termino: qa ex separatis non fit illatio, l. fi. cum simi. ff. de calū. Sed receptio & examinatio sunt diuersa: ut hîc, & c. præsentiū. §. testes. de testi. in vj. Vnde dicit Bal. in c. j. circa prin. per illum tex. si de inuesti. inter. do, & uasal. lis ori. quando dictum testis non continetur in iuramento, imò est simplex robur depositionis. Præterea, ut dixi in uer. limita decimò. declaratio probationis nihil concludentis non potest fieri post terminū, sed tale est testimoniū testis iurati: qa ex iuramēto nihil probabitur. Ergo, &c. Præterea, & fortiùs, actus, qui fingit fuisse retro, debet habere utrunq; extremū habile, adeò quòd potuisset fieri tunc & nunc, l. bonorum. & ibi Bart. ff. rem ra. hab. Sed nunc non posset fieri probatio propter lapsum termini. Ergo fictio transitiua actus præsentis ad præteritum nō potest hîc fieri, fm do. meū: pro quo uide Bald. in l. ij. uer. itē facit ad aliud. C. ut lit. penden. Et dicit Bal. in l. ij. in xiij. q. C. de epis. audi. quòd testis, qui sine causa non fuit in termino examinatus, si postea examinatur, non facit indicium: cōtrà Bar. in l. ij. ad fi. ff. de app. reci. Præterea quòd iuramentū non sit pars potentior in testificatu, patet: quia remitti potest cōsensu partis, c. tuis. j. tit. prox. sed cōsistit uirtus testimonij in ipsa depositione, in qua cognoscuntur motus testis, l. iij. ff. de testi. Et per hæc ista pars est multùm sustentabilis, licet contraria sit æquior: & procedit ista pars, quādo stetit per habentem probare, quo minus probatio fuerit plena: sed si per partem aduersam, uel per iudicē, uel propter infirmitatem stetisset, probatis istis, uel similibus impedimentis, non curret terminus, uel saltem prorogabitur, fm Arc. in c. testes. ij. q. vij. & Spe. in tit. de dila. §. j. uer. illud quoq;. & Do. in d. c. pia. & do. Abb. & Imol. hîc, dum modò fuerit protestatus, ut dixi. Qualiter aūt probetur impedimentum, dicetur post Inn. c. ex transmissa. j. de præscri. Item procederet opi. contraria, qñ esset statutus terminus ad testes producēdos: quia sufficiet sola productio, argu. l. pen. C. de testi. & facit c. præsentium. ij. & iij. responso. de testi. in vj. & no. do. Ab. hîc, & Do. in d. c. pia. & Spec. in tit. de teste. §. qualiter. uersi. is quoq;. ¶ Demū in hac materia dicit hîc do. Ant. quem multum no. Imo. q; si facta citatione generali semel cōparuit citatus, non debet ulterius procedi ad aliquem actum sine noua citatione, etiamsi fuerit citatus ad omnes & singulos actus usq; ad sententiam. Allegant Fed. cons. clxj. in ci. Casus talis est: quidam fuit citatus. idem Fede. cons. clxxxix. in ci. Ad petitionē actoris. & do. Ant. & Imo. in c. consuluit. s̄. de offi. dele. & Io. An. in Spec. de citatione. §. uiso. uers. itē licet in die. maximè c. ij. de do. & contu. in vj. de quo per Domi. ibi, & Bar. in extrauag. ad reprimēdum. in uerbo, per edictū. & Pet. de Anch. in cle. j. de foro compe. & in cle. sæpe. de uerb. sig. ¶ Glos. in uerbo, opponi. Quinq; tanguntur in glo. pro quorum intellectu pone v. cōclusiones. Prima cōclusio. Si † quæstio falsi nunquā fuit mota, moueri potest in causa appellationis, & etiam citra appellationem, ut in glos. dū modò falsitas probet indirectè: quia si probaretur directè, esset producere testes super capitulis directò cōtrarijs: quod non licet publicatis testibus etiā in causa appellationis, cle. ij. de testi. & hoc in proposito no. ibi gl. in uerbo, directo. quā sequūtur do. Ant. do. Ab. & Imo. hîc: quib. adde Bart. idē tenētem latè in authen. qui semel. in ult. col. C. de proba. & Bal. in l. si quis testibus. C. de testibus. & do. Ant. in c. fraternitatis. j. de testi. & do. Car. in dicta cle. ij. in v. oppo. & glos. hîc in uerbo, astrinxit. & Imo, & Paul. de Cast. in l. diuus. ff. de re iud. & Spe. & Io. And. in tit. de teste. §. qualiter. in pe. col. uer. sed opponitur ad hoc. & uer. seq. & eod. tit. §. sæpe uers. porro. &

do. Ant. in c. series. contra glo. fi. ibi. in tit. prox. & in c. ex tenore. eo. tit. Et fm hanc declarationē intellige Spe. lo quētē simpliciter in tit. de teste. §. satis subtiliter. uer. xiij. & Arc. in §. si qs testib. iiij. q. iij. ¶ Fallit aūt primò istud,
25 q; † falsitas directè probari nequeat, nisi articulis, sup quo testes deposuerūt, fuisset adeò obscurus & incertus, q; pars instrui nō potuisset ad probandū directò contrariū ante publicationē: quia poterit post publicationē falsitas directò probari, fm Io. An. latè & solenniter in Spec. tit. de teste. §. sæpe. in prima addi. Dat exemplū, si articulans simpliciter instrumētū esse falsum, pbat notariū fuisse mortuū tēpore cōfecti instrumenti: quia potero admitti ad probandū contrariū, q; tūc uiuebat: & sic, pbatur directa falsitas, ad quā impugnandā ex solo articulo prius instrui nō potui. Dat etiā exemplū in articulante petē. homicidā, & probāte eū occidisse Seiū: quia admittatur ad probādū Seiū uiuere, ut ibi per eū: & sequitur do. Ant. in c. ex tenore. ad fi. j. de testi. ubi bo
lius filiæ: alio modo, filius filij. Sed si filius fratris uoca-
retur nepos, acciperet̃ tripliciter: & idem do. meus hîc,
dicens, ꝙ leges allegatæ in cõtrariũ per Bal. & Ang. qui
tamẽ idem tenent in l. si auiæ. C. de succes. edict. referun-
tur ad auum, quãdo nominat nepotem, nõ ad patruũ:
& licet ipse non dicat, est responsio Bar. & Bal. qui idem
tenent in l. si instituta. §. j. ff. de inoff. test. & pro hoc alle-
gat etiã ipse tex. in c. j. de gradib. succed. in feud. & respõ
det ad c. j. §. similiter. quib. mod. feu. amit. quod loquit̃
ſm uerba, quæ cõmuniter à consuetudine usitantur, ut
hîc per eum, qui etiã sic respondet ad iura Canonica cõ
trarium probantia: quia in ipsis utplurimùm dicit po-
ni uerba supplicantiũ, quibus in suis responsis confor
mat se Papa. Sic etiam ad c. P. de schisma. in vj. & in c. feli
cis. §. cæterum. de pœ. in vj. dicit, pontifices imitatos fu-
isse stylum antiquarum Decretalium, quæ se conforma
bant communi usui loquendi. Et hanc dicit esse ipsam
ueritatem: ex quibus colligit unum modum probandi
communem usum loquendi. Adde, quòd tex. in d. §. si-
militer. non uidetur facere in cõtrarium: quia dicit, ne-
potem, uel filium fratris. Et adde, quòd istam cõclusio-
nem tenet do. Abb. in c. tua nos. ĩ. de consang. & affi. &
Fed. cons. xxxix. incip. Viso puncto. ubi cõsuluit, quòd
statutum excludens sororem extante nepote, non intel
ligitur de nepote ex fratre. Ad iura Canonica respõdet,
quòd impropriè loquuntur, & quòd sunt uerba narra
tiua Papæ, quæ non constituunt ius, per c. si Papa. de

a *Matris*] Adde *tu, quòd hoc semper non est uerũ: nam infantes, qui sunt expositi ad hospitale, eorum pater & mater ignorãtur, & etiam locus originis.* Ita Bar. in l. j. ff. *ad municip. in uers. ueniamus ad ultimam.* Et ibi *quærit, an sint municipes illius ciuitatis, ubi sunt expositi? & ibi tenet, ꝙ sic.* Adde Bar. *in l. quia. ff. de in ius uocan.*

priui. in vj. & ita cum Fed. transit Imol. in d. c. ij. s. de arb.
Idem de statuto dicit Bal. post Cy. in addi. in d. l. si insti-
tuta. §. j. & Pau. de Cast. in l. si dotali. ff. sol. ma. & Bal. ple-
nè in d. l. si auiæ. Sed in hoc de statuto dic, ut in sequen-
5 ti conclusione. ¶ Secunda cõclusio. Propter † cõmmu
nem usum loquendi, secundum quem filius fratris ap-
pellatur nepos in omni materia, etiã stricta, prout sunt
statuta, contractus & similia, receditur à propria signifi
catione huius uerbi, & etiam comprehẽditur filius fra-
tris, secundum do. Abb. hîc: allegat Ioan. And. in c. fun-
damenta. de elect. in vj. & sequitur dominus meus hîc
allegãdo do. Abb. in d. c. tua nos. quia communis usus
loquendi præualet propriæ significationi, l. liberorum.
§. quod tamen Cassius. ff. de leg. iij. & c. ex literis. el j. ĩ. de
spons. cum similibus. Adde Bal. idem tenentẽ in l. uxor.
C. qui accus. non pos. & do. Ant. in c. tua nos. & Imol. in
d. l. dotali. licet dicant, quòd cessante communi usu lo-
quendi secus esset. Idem Do. in d. c. fundamenta. §. pro-
6 inde. ¶ Sed contra istam conclusionem facit, quia † in
statutis uidetur attendenda propria & non abusiua
uulgi significatio, ut expressè not. Bald. in c. j. in prin. de
succes. feu. & in l. j. uer. nec puto. C. de succes. edict. & Ro-
ma. in rubr. ff. de ope. noui. nun. per text. in l. ita uulnera-
tus. ff. ad l. Aqui. & in l. si dictum. ff. de euict. & in l. item
prætor. ff. de suis & legi. & gl. in l. quòd si nepos. ff. de te-
sta. tut. Et ita in proposito nostro firmat Bald. in d. l. si
auiæ. dicens, quòd in statutis pœnalibus uerbum, Ne-
pos. capitur propriè. Idem dicit Bald. loquens de con-
tractu stipulationis, in c. j. §. similiter. in fin. quibus mo.
feu. amit. & Feder. in d. consil. ¶ Et tenendo hanc par-
tem, esset limitanda dupliciter. Primò, nisi fieret mentio
de fratribus & nepotibus: quia intelligitur de nepoti-
bus ex fratribus, secundum Bald. in d. l. si auiæ. qui per
hoc infert, quòd stante statuto, quòd fratres & nepotes
defuncti excludant fœminas, tunc filius fratris dicitur
nepos, ex natura copulæ, quæ copulat ea, quæ sunt ex
eodem genere. Allegat l. fin. §. qui dulcia. ff. de uino &
7 oleo legato. ¶ Secundò limita, nisi † persona, de qua
loquitur dispositio etiam stricta, non haberet filios, nec
nepotes ex eis: quia si fit mentio de nepotibus, uenient
filij fratris, secundum Bald. in d. §. similiter. arg. l. hæredi
bus. §. fin. ff. ad Treb. Sed pro ista non discedas ab hac
secunda conclusione: quia probando, quòd in statu-
tis, quamuis strictis & pœnalibus, communis usus lo-
quendi præualeat propriæ naturæ uocabuli, conclusio
remanet uera, per prædicta. Quod autem istud sit uerũ,
probaui aliàs plenè in d. c. ex literis. el j. & pro nunc ui-
de do. Abb. in c. sanè. in fin. de fo. compe. & do. Card. in
clem. ne in agro. §. præfati. in v. q. de stat. mo. & Matthe-
sil. notabili xcv. & cij. & Bart. in consil. incip. Quæritur,
utrùm gradus. & Pet. de Anch. latè consil. clxxxij. incip.
Apud me ista quæstio. & Bald. in l. non sine. C. de bon.
quæ libe. & Bart. in rub. ff. de no. ope. nun. & in l. libello-
rum. §. sed si aliud. in fin. ff. de accus. & do. Abb. in c. nam
& text. ĩ. de uer. signif. & in c. pen. ĩ. de spon. & Bald. in l. j.
ad fin. C. unde uir & uxor. & Roma. consil. xxiij. incip.
Nescio, quid dubitationis. do. Card. in cle. ne Romani.
§. sanè. in vj. q. de elect. & Bar. in l. sciendum. §. illud. ff. de
ædil. edi. & do. Ant. & do. Abb. in proœ. Decre. & addu-
citur fortiter Rom. quia si uerba iurisconsultorum præ-
ponunt communem usum loquendi propriæ signifi-
cationi, d. c. ex literis. & l. fideiussor. §. fideiussor. ff. de fi-
deius. & l. si quis tutor. in princ. ff. de ritu. nupt. iuncta l.
iij. §. si pater. ff. de admi. tu. cum simil. fortiùs statuentiũ.
Facit l. j. C. de noxa. Nec obs. iura, quæ reijciunt aliquan
do communem usum uulgi, d. l. ita uulneratus. & l. si
procuratorem. §. si quis mandauerit. ff. manda. & l. uul-
go. ff. de in lit. iura. quia loquuntur de communi usu
loquendi imperitorum & idiotarum, & ex toto incon-
gruo: quia talis non attenditur. Et ita intelligit Bald. in
locis prææalleg. ¶ Et tenendo hanc conclusionem pro
uera

8 uera, limita eam primò, niſi † eſſet ſtatutum in ciuitate, quòd uerba deberent intelligi propriè ſecundũ naturalem ſenſum uerbi: quia non procedit tunc communis uſus loquẽdi, ſecundum Bart. in l. Labeo. ff. de ſup. leg. & in proœmio ff orum, & Bald. in l. omnes populi. in xiiij. q. ff. de iuſti. & iur. & do. Ant. in d. proœm. & Roma. in ſingul. cccxviij. ¶ Limita ſecundò, niſi ille, in quem habẽt uerificari uerba ſtatuti, uel alterius diſpoſitionis de nepote loquentia, haberet nepotes ex filio & ex fratre ſimul: quia uidentur uocati nepotes à ſe deſcendentes, ſecundum Bal. in d. ſ. ſimiliter. per l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. quia uidetur directè poſteritati prouiduiſſe, iuxta not. per Bart. in l. ut iuriſiurandi. §. ſi li-
9 beri. ff. de ope. li. ¶ Limita tertiò, niſi † materia eſſet tranſmiſsibilis ſolùm ad deſcendentes, prout ſunt feuda: quia facta mentione de nepotibus non uenit filius fratris, ſi à principio extent ueri nepotes, ſecundũ Pau. de Caſt. in d. l. ſi dotali. Et iſta faciunt ad quæſtionem, quæ fuit in facto de inueſtitura, in qua dicebatur, Titius recepit pro ſe & nomine & uice fratris ſui ſuiſq; filijs & nepotibus utrorumq;, an debeant pariter uocari, nedum filij Titij, ſed etiam filij fratris: & licet quibuſdam uideretur, quòd ſic, per id, quod dixi ſ. proximè uer. ſecundò limita. tamen interrogatus cõtrarium reſpondi, licet tactum non inuenerim: quia cùm illa uerba propter duplicem ſenſum, quem poſſunt habere, uideantur ambigua, interpretantur in fauorem eccleſiæ, ut citiùs confiniatur numerus inueſtitorum: quia, ut ſentit Bald. in d. §. ſimiliter. non uidentur nepotes ex fratre uocati ſucceſsiuè poſt ueros nepotes, licet aliud dicat dominus meus hîc nihil allegans. Item facit, quia in talibus inueſtituris uerba capiuntur ualde ſtrictè ut patet ex not. per Bart. in l. libellorum. ff. de uerb. ſignif. & do. Ant. in c. in quibuſdã. j. de pœnis. & Pet. de Anch. in cle. j. de bapt. dum dicit, quòd licet in contractibus appellatione filiorum aliquando ueniant nepotes, & idem in alijs materijs, non tamen in talibus inueſtituris. Facit elegans dictũ Archi. in c. ſi quis ſuadente. xiiij. q. iiij. ubi dicit, quòd in tali inueſtitura maſculinum nõ concipit fœmininũ: & ſequitur Imol. in c. potuit. uerſus fin. j. de locato. cum concor. ¶ Item, quia Suis, refertur ad perſonam loquentis: probatur in l. ſi quis Titio. cum gloſſ. ff. de uſufruct. accreſ. ¶ Vtrùm autem appellatione nepotis ueniãt pronepotes, uide Arch. in c. epiſcopus, qui filios. xij. q. ij. & Bart. in l. cui eorum. §. affinitatis. ff. de poſt. & in d. l. libellorum. in pen. col. & Bart. & Imol. in l. gallus. §. inſtituens. ff. de libe. & poſth. & Bald. in l. j. in fin. C. de ſuc. edi. & Angel. in l. fœminæ. ff. de reg. iur. & in authen. matri. C. quando mu. tu. officio. & in d.
10 l. cui eorum. ¶ Gloſſ. j. in fin. Cùm † quæritur, quibus modis probetur filiatio: quæ eſt propria materia huius decretalis: dic, quòd ſi filius eſt natus ex uxore in domo ſcientibus uicinis, & marito præſente tempore conceptionis, caſus eſt clarus: ut dixi in primo notabili. Et idem in certis caſibus, de quibus hîc per do. Abb. & per do. Card. in cle. ſi ſummis. in ij. reſponſo, in ij. oppoſitione, de ſenten. excom. Sed extra iſtos caſus de pluribus dubitari poſſet, quos expedias per concluſiones. ¶ Pri-
11 ma concluſio. Nominatio † facta de filio enunciatiuè, id eſt, ob aliam cauſam, quàm ad finem probãdi filiationem, non probat filiationem, ut in iuribus hîc allegatis in gl. & notant do. Ant. & do. Abb. in c. tranſmiſſæ. j. qui filij ſint legit. & Bald. in l. neq;. C. de teſta. ¶ Fal-
12 lit, niſi † talia uerba enunciatiuè dicerẽtur filio præſente, ſecundum Imo. in l. ex hac. ff. de donat. quam allegat & ſequitur dominus meus hîc per text. in l. quidam. ff. de proba. per quem iuncta petitione cum reſponſione uidetur principaliter hoc decidi. Ad idem l. non epiſtolis. ibi, quaſi ad ſororem. C. de proba. quæ uerba fuerunt enunciata propter aliud, & tamen probant præſumptiuè pro hoc etiam, quia ſi nominatio, uel confeſſio filiationis facta in epiſtola miſſa tertio probat ſemiplenè filiationem, l. fin. in princ. & ibi gloſſ. ff. de proba. Ergo ut præſentia filij aliquid operetur, reſultabit ex ipſa plena probatio. ¶ Præterea ſi tacita confeſsio reſultans ex contumacia mariti, qui non miſit cuſtodes uxori dicenti ſe eſſe prægnantem, probat plenè filiationem, l. ij. & ibi Bald. ff. de lib. agno. fortiùs confeſsio expreſſa, licet emiſſa propter aliud, quæ eſt potentia tacita, l. ij. §. diuus. cum gloſſ. ff. de iure fiſci. no. Bart. in l. eius, qui declaratorem. eod. tit. & Bald. in l. ſi tutor. C. de interdi. matri. & hanc fallentiã ampliant prædicti, etiamſi per epiſtolam filiæ directam de hoc ageretur, per regulam l. cõſenſu. ff. de act. & obl. & l. j. C. de cõtrahen. empt. licet contra iſtam fallentiam ſit communis opin. Doct. quæ procedere poteſt in caſibus ſequentibus. ¶ Hanc fallentiam reſtringe tribus modis. Primo, niſi ille, qui negaret dicta uerba enunciatiua fuiſſe emiſſa animo oſtendendæ filiationis, haberet pro ſua negatione fortiorem præſumptionem: quia illi ſtabitur. Ita probat text. quem ualde not. ibi do. Anton. & do. Abb. in c. per tuas. j. qui filij ſint legi. ubi ſi non fuiſſent dicta teſtium ſuper deſponſatione, ſola nominatio patris etiam in actu, maximè proportionabili filio, etiam iurata & in uita & in morte repetita, non probat filiationem: quia non ſuper filiatione erat communis opi. & tractatus. Bene facit text. cum glo. in l. ad probationem. C. de lib. cauſa. ubi propter quaſi poſſeſsionem ſeruitutis tempore litis motę exiſtentem per nominationem libertas non probatur. ¶ Secundò reſtringitur iſta fallentia, ut procedat, quãdo filiatio allegatur ad ualiditatẽ actus, in quo de aliquo tanquam de filio fit mentio incidenter: ſecus, ſi filiatio deduceretur principaliter patri, ſi filius agens cõtra patrem peteret pronunciari ſe filium, uel peteret hæreditatem ab inteſtato ut filius: & ſic cauſa petitionis eſſet filiatio: tunc enim probare ſolam nominationem in alio actu enunciatiuè emiſſam nõ probat filiationẽ. Ita probatur ex theorica Hoſtien. ualde ſolenni in c. illud. j. de præſumpt. ubi dixit, quòd licet uerba enunciatiua emiſſa propter aliud probent enunciatũ, quando agitur de ualetudine actus, propter quẽ fuerunt enunciata: ſecus tamen, quando agitur principaliter de ipſo iure enunciato. Et ſic intelligit l. optimã. C. de contrahen. ſtip. de qua doctrina facit teſtum do. Abb. ibi, & do. Anton. in c. cùm dilectus. uer. aduerte tamen. j. de ſucceſ. ab inteſt. & not. Bald. in l. ad probationem. uer. quæro, inſtrumentum. C. locati. cum ſi. & bene facit d. c. illud. Et licet cõtrarium teneat hîc do. meus per d. l. quidam. ff. de prob. tamen à prædictis non recederem: quia in caſu l. quidam. non erat nominatio facta à patre, ſed à fratribus patris, & in eorum præſumptione: quod non præſumitur feciſſe ignoranter, cùm cõiunctus maximè in talibus præſumatur ſcire facta coniuncti. Et ideo probat & arguit quaſi poſſeſsionem filiationis, propter quod eis incumbit onus probandi cõtra præſumptionem ex dictis ſuis inductam. Ex qua reſponſione infero ſingulariter, quòd uerba enunciatiua prolata ab his, qui non præſumuntur ignorare iura ſanguinis, probant contra eos filiationem principaliter reductam, quamuis ad aliud fuerint enunciata. Quod ſingul. not. ¶ Tertiò reſtringe, niſi nominans quem præſentem, ut filiũ, nominaret blandiendo cum uerbis communibus etiam nõ filijs: putà, bene ueniat filius meus, etiamſi adderet, quem uolo eſſe hæredem meum, ſecundum do. Abb. & do. meum hîc: quia iſta ſolent dici etiam ei, qui non eſt filius, & ideo de neceſsitate non probant. Facit l. neq; tales. C. de proba. Et ita intelligitur Bar. in l. j. §. Iulianus. ff. de lib. agno. & in l. quidam. ff. de prob. quam dicit do. meus. & bene, non eſſe impugnandam, ex d. cle. ſi ſummis. prout facit hîc do. Abb. quia cùm illa cle. loquatur nedum de nominatione, ſed etiam de tractatu: ſequeretur, quòd tractando ut

do ut filiũ, non probaretur filiatio, contra omnes Doc. Ideo reſpondet ipſe ad illam cle. quòd illud eſt propter præiudicium prælaturæ, ad quam reſpondere non guſto: quia uidetur ſentire, quòd nominatio noceat ſoli patri, non alijs: quod eſt inconueniens. Et ideo reſpondet, ut per do. Card. in d. cle. in xx. oppoſ. qui in propoſito dicit poſt Landinum, nõ eſſe arguendum ex illo tex. ad probationem filiationis, quæ eſt fauorabilis: ſicut etiam de libertate dicitur, quam ſola nominatio probat, §. fin. Inſtit. de adopt. ſed tex. ille eſt factus propter intruſiones non fouendas, ut ibi per eum poſt Pet. de Anch. qui uidetur ſequi Bart. in d. §. Iulianus. maximè, quando dicitur, Quem uolo hęredem, &c. in quo uide, quod
13 dicetur j. in v. concluſione. ¶ Secunda concluſio. Solus † tractatus de aliquo tanquã de filio, probat filiationem, etiamſi non nominetur. Ita uoluit Iac. But. in d. l. quidam. ff. de proba. & gloſſ. pen. do. Ant. & do. Abb. in d. c. tranſmiſſæ. & Bart. in l. ij. ff. de libe. agnoſ. & in l. j. §. ad quæſtionem. per illum text. ff. de quæſtionib. & do. Abb. & do. meus hîc, qui allegant Bald. in l. eam, quam. C. de fideicom. ubi de hoc nihil dicit. Adde Angel. idem tenentem latè in l. uxorem. ff. de manu. teſt. & eleganter Paul. de Caſt. in l. ſi. ff. de proba. licet aliud ſenſerit Bal. in l. non ignorat. in ij. char. C. qui accuſ. ¶ Amplia pri-
14 mò iſtam concluſionem: etiamſi † parentes expoſt negarent filiationem: quia præfertur tractatus huic negationi, ſecundum gl. pen. in d. c. tranſmiſſæ. quam ualde not. do. Abb. ibi, & hîc, dicens facere iſtum text. & intelligę, ſiue unus tantùm negaret, ut dicit do. Ant. ibi: ſed etiam, ſi uterq;: quia ſicut ad præiudicium filij non poſſet reuocari confeſsio ſemel facta, ut hîc in gloſſ. multo minùs tractatus, qui fortior eſt ſimplici nominatione. Et ita not. Bald. in d. l. nõ ignorat. & pro iſtis facit, quod not. Là p. allegatione xciiij. incip. mulier in confeſsione. Sed iſtud reſtrinxit hîc do. meus, niſi filius conſentiret huic ſecundo tractatui contrario primo: quia ſibi nocebit: tum, quia ſtatur cõfitenti contra ſe, ut hîc: tum, quia ultima quaſi poſſeſsio non turbata præiudicat præcedenti, quo ad cognitionem ſtatus: ut eſt caſus ualde notabilis in l. ſi iure. C. ne de ſtatu defun. quem etiam not. ibi Bal. an beneficium hodie ſimplex & olim curatum, ſicut ſecunda fama derogat primæ contrariæ, l. ij. §. j. ff. quis ordo in bo. poſ. ſerue. & plenè Bart. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſt. & iſta faciunt ad quæſtionem, quam Bal. hîc non decidit: quia pendebat de patre, qui reuocans teſtamentum, in quo inſtituerat quem ut filium, nunc inſtituit eum in modica re, nõ ut filium: & ſecundum Iac. arguit non eſſe priùs locum querelæ inofficioſi teſtamenti, quam tractatus fuerit pro non filio, cùm etiã filius poſsit contentari quolibet modico, iure inſtitutionis, l. ſi quis prior. & ibi glo. & Bart. ff. ad Treb. ut hîc per eum. ¶ Amplia ſecundò iſtam concluſionem, etiamſi aliquis priùs fuit tractatus, ut non filius, poſtea ut filius: quia primus tractatus fuit quædam aſſertio, quæ reuocatur per aſſertionem poſtea factam cõtra ſe, etiamſi primo tractatui filius cõſenſiſſet: quia cõſenſit ductus probabili aſſertione parentum, arg. l. j. §. ult. & quod ibi not. ff. ſi quando actio de pec. anna. eſt ſecundum do. meum hîc: quod bene not. ¶ Tertia con-
15 cluſio. Sola † fama ſine probatione tractatus, uel aſſertione parentum, non probat filiationem etiam præſumptiuè, ſecundum do. meum hîc: pro quo uide do. Abb. idem tenentem in d. c. tranſmiſſæ. ubi reputat duram opi. do. Ant. hîc contrarium tenentis: quia ſecundum do. Abb. fama eſt probatio imperfecta, ut per ipſum in c. ueniens. el j. j. tit. proxi. cum concordantijs, & non admittitur etiam in difficilè probabilibus, c. præterea. j. tit. proxi. Et pro hoc facit: quia uerba enunciatiua emiſſa in priuilegijs Papæ æquipollẽt famæ, ſecundũ Ioan. And. in regula, non licet. in Mercu. & Domi. in c. ſi Papa. de priui. in vj. Sed illa non probarent, d. cle. ſi ſummus.

16 Ergo, &c. ¶ Quarta concluſio. Per † confeſsionem factam principaliter, & per ſe, ſuper filiatione probatur filiatio, quamuis poſtea fiat cõfeſsio contraria etiam iurata, ſecundum do. Abb. & do. meum hîc. per rationem iſtius text. qui non fundat ſe in tractatu precedenti, ſed ſimpliciter in confeſsione ibi, cùm minus. & quia durũ eſſet, quòd in poteſtate parentum eſſet auferre ius quæſitum filio, & contra text. in l. fin. ff. de proba. Ad hoc etiam l. ij. §. j. ff. de libe. agn. ubi ſi maritus confeſsus eſt aliquem eſſe filium ſuum, præſumitur pro filio, licet maritus poſtea neget in iudicio, etiam attento quòd in iudicio iuratur de calumnia: probatur ibi, quod dixi de cõfeſsione ſecunda iurata. ¶ Amplia primò iſtam concluſionem, etiamſi prima confeſsio emanaſſet inciden ter & propter aliud, ſecundum do. meum hîc, per rationem iſtius literæ, & per regulam l. ſi cum falſa. C. de iur. & fac. ign. & dicit uideri caſum in terminis in d. l. nõ epiſtolis. Ad iſtum text. in uerbo, conſtanter reſpondet, q; ponit illud uerbum ad probandum, quòd confeſsio eſſet fortior. Ad c. illud. de præſumpt. reſpondet dupliciter: ſed ſecundo modo reſpondet, quod eſt ſpeciale in probatione matrimonij propter periculum animæ, & allegat gloſ. notabilem in l. j. §. ſi ea. ff. de uen. inſpi. quã, licet ipſe non dicat, Bal. dicit hîc, eſſe ualde notabilem: quòd licet per tractatum probetur filiatio, non tamen per tractatum probatur matrimonium: & idem Bald. in d. l. filium. in ij. lectura, ff. de his, qui ſunt ſui, uel alieiur. Dicas tamen, quòd ubi ageretur de filiatione, principaliter illã confeſsio non probaret, ut dixi in prima concluſione, uerſ. ſecundò reſtringitur. ¶ Amplia ſecundò, etiamſi ante confeſsionem præceſsit negatio filiationis: quia adhuc ſtabitur confeſsioni: quia negatio præcedens reſpicit fauorem negantis & præiudiciũ filij, confeſsio uerò ſequens reſpicit præiudicium ipſius confitentis. Eſt autem regula, quòd in præiudicium tertij regulariter aſſertio alterius non ualet, l. qui ſeruum. ff. de interro. accuſ. & l. inter chartulas. C. de conue. fiſci debito. lib. x. Confeſsio autem confitenti contra ſe præiudicat, ut hîc, & in c. ſi cautio. j. de fide inſtr. ¶ Vltima
17 concluſio. Actus † ſoli filio proportionabiles probant tractatum filiationis, ſecundum Bartol. in l. ij. ff. de libe. agnoſ. & do. Ant. hîc, & in c. Michael. de fil. presbyt. & in d. c. tranſmiſſæ. & Pet. de Anch. in d. cle. ſi ſummus. dantria exempla. Primum eſt, quando pater exhæredat, uel emancipat filium: talia enim ſolis filijs conueniunt. Secundum eſt exemplum, quando inſtituit filium hæredem: quod etiam tenet Bal. hîc, & do. Ant. in c. per tuas. qui filij ſint legi. Sed non placet domino meo hîc, & bene: cùm ſit actus conueniens etiam nõ filio. Ideo ſignũ æquiuocum non probat. Facit, licet non dicat, c. illud. de præſumpt. Saluat tamen iſtud exemplum duobus caſibus. Primo, ſi fortè inſtitueretur in legitima duntaxat, uel in parte hæreditatis pro ſua legitima. Secundo, quando inſtitueret tanquam filium: quia tunc uidetur appellando eum filium, tractare ut filium: quia ſi non eſſet filius, inſtitutio eſſet nulla, l. ſi pater. allegata in gl. Nec tollit uirtutem tractatus, quòd actus inſtitutionis ſit æquiuocus, per id, quod not. Bald. in l. non epiſtolis. in ult. q. C. de prob. dicens, quòd ſi in certa eccleſia perceptio diſtributionum quotidianarum cõuenit capellano, ſicut canonico, ſi tamen aliquis percipit eas, ut canonicus, cõſtituitur in quaſi poſſeſsione canonicatus: & dicit eſſe ſubtile dictum Innoc. in c. ex parte. de reſtit. ſpo. pro quo facit text. l. pro hærede. §. ſeruos. in text. & gloſſ. ff. de acqui. hæred. ſecundum do. meum: de quo miror, quia non uideo reſponſum ad text. in terminis probantem contrarium, in l. neq;. C. de teſta. ubi poſtquam dictum fuit, quòd profeſsio filiationis ueritati non præiudicat, ſubdit text. & quæ, ut filijs teſtamentorum relinquuntur, nõ deberi, certi iuris eſt, niſi dicas, quòd ibi ex aduerſo probabat de falſa opinione patris: put

c. per tuas.

in caſu l.ſi pater.allegatæ in glo.Tertium eſt exemplum de eo,qui dixit,bene uenerit filius meus,&c. de quo dixi in prima concluſione. Exemplificat etiam Bald. hîc, putà ſi mittitur ad ſcholas,ſi fiunt ueſtimenta differentiata à ueſtibus famulorũ,uel ſi ſcribitur in natalibus filiorum. ¶ Expeditis iſtis doctrinis,not.quædã in materia.Primò,quòd ſi teſtis dicit,ſcio pro certo, quòd talis eſt filius talis,ſaluatur dictũ ſuum,intelligendo, pro certo,eo modo quo ſciri poteſt,ſecundum Bald.ſing.in d.l.filium.Facit dictum Bart.in l.j.C.de peric. nomi.lib. xj.dum ſaluat teſtem dicẽtem,ſcio,quia tetigi cum manibus:licet materia non ſit tangibilis. Et facit notabile do.Bald.in d.l.nudis.C.de proba.ubi dicit,quòd faciẽs articulum de ſubſtantia filiationis:quia dicit ſe filium, & teſtes probant accidentia:putà famam & tractatum, probat,nec eſt depoſitio extra iuramẽtum: quia illa inſunt iuramento,quæ perueniunt ad ipſum directè,uel indirectè. ¶ Secundò not. quòd ſicut eſt dare quaſi poſſeſsionem filiationis,ita eſt dare quaſi poſſeſsionẽ fraternitatis,ſecundum gl.in l.nõ epiſtolis. quam Ang. facit ſing.in l.j.C.quorum bo.dicens,ſe ita ſæpenumero conſuluiſſe. ¶ Tertiò nota, quòd uerba enunciatiua poſita in inſtrumento donationis non probãt conſanguinitatem,ſecundum Fulg.in l.nõ nudis. C.de proba. ¶ Quartò not.quòd ille,qui nõ eſt natus ex uxore, nec ex concubina,ſed ex aliqua,ad quam ſecretè pater accedebat,nec audebat eam nominare, ſi probat patrem ipſum educaſſe ut filium, uel feciſſe legitimari, eſt probata filiatio,ſecũdũ Pet.de Anch.latè conſ. ccxxj.quod incipit,Videtur prima facie.in pen.col.ad qd uide Bal. in l.uulgo.ff.de ſtatu homi. ¶ Quintò not.quòd omnibus caſibus,quibus dictum eſt probari filiationem, ſemper audietur uolens probare contrarium,ſecundũ Bal.in d.l.necꝫ.quia ueritati ſemper debet eſſe locus in his,quæ non poſſunt induci, niſi ab ipſa naturali ueritate.Allegat text.optimum in l.fin.in fin.ff.de proba. ¶ Sextò not.quòd ubi agitur de conſanguinitate,non propter conſanguinitatẽ,ſed propter aliud conſequendum,ſufficit probare quaſi poſſeſsionem conſanguinitatis,ſecundum Ang.in l.non ignorat. C. qui accuſ. nõ poſ.Quod dicit eſſe menti tenendum. ¶ Septimò no. quòd natus ex maſculo & fœmina ſimul cohabitantibus præſumitur legitimus, licet talis cohabitatio non præſumatur aliàs matrimonialis,niſi probetur. Ita no. do. Abb. reputans hoc ſing. in c.lator. propter gl.ibi ĵ. qui filij ſint legi. ¶ Octauò not. quòd ſæpe appellamus fratres,quos diligimus,ſed re uera nõ ſunt fratres, l.nemo. §. qui frater. ff. de hære.inſtit. Dicit tamen ſing. gl.fin.ibi,quòd in dubio tractans aliquem ut fratrem, præſumitur eum credere ut fratrẽ,niſi aliud appareat. ¶ Nonò not.quòd probatur filium eſſe in poteſtate patris,eo ipſo quòd probatur patrem contraxiſſe matrimonium,& legitimas nuptias,ſecundum gl. in l. Titia. ff.ſol.mat. ¶ Vltimò no.propter gl.hîc tangunt Bald. & do. Abb. utrùm credatur teſti, qui dicit unum extra iudicium, & aliud in iudicio.Sed quia præcedens & ſequens decre.ſatis impediunt proceſſum,ideo commodiùs reſeruo ad c.cùm in tua.ĵ.tit.proxi.ubi do.Ant.ponit per illum text.

SVMMARIVM.

1 ¶ *Acta iudiciorum debent reduci in ſcriptis in omnibus cauſis etiã ſummarijs,ſeu extraordinarijs,& debent ſcribi per alium,quàm per iudicem.*
2 *Poteſtas ſi datur iudici,uel arbitro,ut procedat ſine ſcriptis, partes an uideantur uoluiſſe,ut ipſius relationi credatur ſimplici dicto. num.3.*
4 *Notarius,qui ſcribet acta,debet eligi à iudice,non à parte.*
5 *Notarius non poteſt hoc officium recuſare,poſtquam ſemel eſt tabellio creatus.*
6 *Interrogans non uidetur confiteri de his,de quibus interrogat.*
7 *Sententia an ſit de actis,uel de proceſſu.*
8 *Captura an ſit de proceſſu.*
9 *Inſtrumenta an dicantur de actis.*
10 *Originalia ſemper retinentur ad maiorem fidem & ueritatis conſeruationem:& ſic ſemper creditur ſcripturæ originali & matrici.*
11 *Conſtitutio continens aliquid non propter ſe principaliter,ſed cauſa alicuius mali euitandi,non illaqueat tranſgreſſores ad pœnam,ſi finis,ad quem conſtitutio tendit,principaliter non uiolatur.*
12 *Acta iudicij faciunt fidem ſine ſubſcriptione teſtium.*
13 *Dolus & metus non præſumuntur adeſſe in iudicijs.*
14 *Citatio tertia requiritur,uel una peremptoria,ad miſsionem in poſſeſsionem ex primo decreto,& nõ requiritur alia citatio in actu miſsionis.*
15 *Citatio prima etſi non facit,ut poſsit procedi ad pœnam cõtumaciæ, poteſt tamen procedi ad condemnationem expenſarum, quas fecit pars præſens.*
16 *Contumax licet aliquis uerè ſit,ſi tamẽ iudex hoc ignorans cõdemnat eum ut cõtumacem,actus non ualet. Hæc eſt doctrina Bar. laudata per omnes Doctores.*
17 *Quæ tamen doctrina limitatur duobus modis,ut hîc.*
18 *Productio inſtrumentorum ſi admittitur de facto poſt concluſionem in cauſa,an proſit,ſeu releuet producentem.& nu. 19.& nu.20.*
Præſumi an debeat pro proceſſu, quòd fuerit ritè ordinatus, quando ſententia impugnatur ex ineptitudine proceſſus. Vide poſt nu. 20.uer.gl.ſi.habet.
21 *Præſumi non debet pro proceſſu facto in cauſa principali pendente appellatione,ſed oportet ſtari pro ſententia, quòd probet rectitudinem proceſſus & iuſtitiam ſententiæ.*
22 *Præſumi debet pro ſententia pendente tempore ad appellandum.*
23 *Sententia poſtquam tranſiuit in rem iudicatam,ſi nihil tangit de rectitudine proceſſus, ſed de iuſtitia ſententiæ, præſumptio eſt pro ipſa ſententia.*
24 *Fallit primò hæc concluſio,niſi in ſententia ſit expreſſus error contra ius ſcriptum.*
25 *Secundò fallit,niſi appareat notoriè de iniuſtitia ſententiæ.*
26 *Sententia lata contra notorium,an ſit ipſo iure nulla,an uerò ſit irritanda.*
27 *Sententia eſt nulla,quando iudex retulit ſe ad acta, & inſpectis actis apparet de errore iudicis.*
28 *Et not.hîc ſex caſus pro concordia diuerſarum opinionum.*
29 *Sententia non præſumitur iuſta, quando coram competenti iudice, parte aduerſa non opponente, probaretur iniquitas ſententiæ. Iunge num.30.*
Probatio admittitur cõtra præſcriptionem iuris, & de iure, quæ eſt pro ſententia per confeſsionem aduerſarij. Poſt numerum 30. uer. fallit quintò.
31 *Sententia poſtquam tranſiuit in rem iudicatam, præſumitur pro rectitudine proceſſus. Limitatur uno modo,ut num. 33.*
32 *Sententia an præſumatur lecta in iudicio.*
34 *Verba enunciatiua in ſententia an probent? & concludit,quòd non.*
Quæ concluſio fallit quatuor modis, ut num. 35. & 36. & conſequenter uſq; ibi,& not.tertiò.
37 *Præſumitur pro iuſtitia & rectitudine laudi arbitri, uel arbitratoris,ſicut pro ſententia iudicis.*
Decretum authenticum interpoſitum per uiam uoluntariæ iuriſdictionis,ſicut in uenditionibus rerum eccleſiaſticarum, uel minoris,præſumitur ex iuſta cauſa interpoſitum. Poſt num. 37. uer. ſeptima concluſio.
38 *Relatio nuncij,uel productio iurium, an ſufficiat, quòd fiat notario cauſæ,uel ſit neceſſe,quòd fiat iudici. & num.39.40.41.42.*
41 *Notarius actorum an poſsit eſſe rogatus de commiſsione ſibi facta, & an credatur ei in hoc.*
42 *Notarij cauſæ an teneantur iurare fideliter exercere officium ſuum.*

43 *Notarij cauſæ an poſsint ſubſtituere ad ſcribẽdum in cauſa,& poſtea ipſi ſubſcribant.*
Subſcribens alicui ſcripturæ,quam tamen ipſe non ſcripſit,ſibi præiudicat.Poſt num. 43. uer.habes ergo doctrinam.
44 *Hæc regula limitatur ſeptem modis: ut num.hoc & ſequentibus uſq; ad 49.*
49 *Iudex ſi uidet teſtem uacillare,an hoc debeat facere ſcribi in actis.*
50 *Inſtrumentum ſi ſit productum in actis,an illa productio probet contenta in inſtrumento,adeo quòd non ſit opus ulteriùs producere originale.*
51 *Hanc concluſionem limita,prout num.hoc & 52.*
53 *Iudex ſi ſibi opponatur,quòd non ſit iudex, poſt litem conteſtatam, an teneatur docere de ſua delegatione.*
54 *Iudex ſi eſt notarius,an poſsit ſcribere coram ſe acta.*
55 *Acta iudicij,quæ non ſunt ſcripta,an poſsint probari per teſtes.*

CAPITVLVM XI.

Voniam contra. ¶ Famoſa eſt decre.iſta ſecundum Doc.& dilatabilis:ſed reſeruãdo multa ad alia loca, ubi æquè bene cadunt,& tria ſolùm referendo, quibus aliquid eſt addendum,nõ erit opus multiloquio.Et hoc dicit: Iudex debet adhibere notarium,uel duos uiros idoneos, qui ſcribãt acta iudicij :aliàs, ſi quid difficultatis emerſerit, punietur per ſuperiorem : nec præſumetur ꝑ eius proceſſu,niſi quatenus legitimis conſtiterit documẽtis.Diuide,ut per Doct.& notabilia leuia, quibus nihil adderem,uel habentia materiam repetitam in gl. uide per te in lecturis. ¶ No.primò & tene menti ibi,extraordinario.ſecundum do.Ant.& Imol.quòd † etiam in iudicijs extraordinarijs,& ſic in ſummarijs,ubi non proceditur in figura iudicij,acta debent reduci in ſcriptis:& nõ poſſunt ſcribi per iudicem,ſed per alium. ¶ Limita iſtud ſecundum do.Abb.in c.ij.ſ.eod.& hoc,niſi ſit cauſa modica:quia nõ requirit ſcripturam,ſed ſtatur ſimplici informationi iudicis.Allegat text. & Bart. in authen. niſi breuiores.C.de ſent.ex bre.rec.& text.in authen.ut indices ſine quoquo ſuffragio.§. neceſsitatem, ſicut etiã uel in iſtis modicis creditur ſimplici relationi nuncij, Allegat l.ea quidem.C.de accuſ.& not.in c. cùm parati. ĵ. de app.& ſic fortius creditur aſſertioni iudicis.& text.optimum ad idem in c.ſi quis cũ clerico.xj.q.j. Et ex hoc ſignanter dicit do.Abb.in d.c.ij. quòd in huiuſmodi cauſis põt iudex fungi etiam officio notarij:quod multum notat pro poteſtatibus caſtrorũ, de quo etiã ĵ.in quæſtionibus poſt gl. Et dicunt cauſæ arduæ uel nõ arduæ, prout ſuperior arbitraturinſpecta qualitate perſonarũ & cauſæ,ſecundum gl.in uerbo,illuſtrium.in c.fin.de re iud.in vj.& Bar.in d.authen.niſi.& do. Abb.in c.j.in pe. col.ſ.de libel.obl.Et hîc pro iſtis faciunt no.per Bart.in l.diuus.ff.de cuſt.reo.& per Doc.in c.præterea. ĵ. de teſt. cog.ubi etiã in criminalibus creditur officiali atteſtanti de maleficijs leuibus.Facit l.leuia. ff. de accuſat. Reliquos caſus,in quibus ꝑcedi poteſt,maximè ſine libello in ſcript.uide per omnes in c.j.ſ.de libel. obl. Subdit etiam ſignanter do.Abb.hîc, ſi † datur poteſtas iudici, uel arbitro,ut procedat ſine ſcriptis,uidẽtur partes uoluiſſe,ut ipſius informationi & relationi credatur,ſi ſimplici dicto affirmet, ſibi conſtare rem deberi : & allegat Bar.in d.authen.niſi breuiores,ubi hoc ſingulariter uoluit: & ipſum etiã ſequitur do. Ant. in c. cùm ad ſedem. in pe.col.ſ.de reſti.ſpol.& Imo.poſt do.Ant.in c.in præſentia.ſ.de renun.& do.Ant.hîc,& Ang.in repetitione l. ſciendum.ff.de uer.obli.& do.Abb.in c.ij. ſ. eod. & Pet. de Anch.in c.fin.in pen.col.de re iudi.in vj.& do.Ant.in c.ſicut.ĵ.de re iudi.& Imol.in c.cùm à nobis.in tit.proxi. & in c.j.ſ.de iudic.Sed † dicas,quòd iſtud dictum Bart. communiter non tenetur,& contra ipſum conſuluit latè do.Anton.conſil.xxix.incip.quæſtio hæc dubia uulgaris,&c. & adducit inter multa : quia per hoc daretur arbitro libera facultas alterã partem lædendi, aſſerendo ſe habuiſſe & uidiſſe probationes, quas nõ uidiſſet: & quia partes ueriſimiliter hoc non ſenſerunt : ſed poſſunt eorum uerba importare, quòd acta & probationes coram eo fiendæ probentur per teſtes : quod aliàs eſſe non poſſet, ut ĵ. in quæſtionibus. Vnde ſatis eſt, ꝙ uerba aliquid operentur:& ideo non trahuntur ad grauiorem effectum,iuxta c.cùm dilectus.ſ. de conſue.& c. dudum.ĵ. de deci. Et idem per has rationes tenet Rom. de iſto conſilio mentione non facta,in l.ſciendum.ff.de uerb.obl.& do.meus hîc.& idem do. Ant. in c. Quintauallis.ĵ.de iureiur. & ibi Imol. in xvtj. char. & Angel. in d.authen.niſi.Vno caſu ſaluatur opi.Bart.ut de actis ordinatorijs cauſæ ſtetur dicto arbitratoris,uel arbitri:ſecus in deciſorijs,ſecundum do.Anton. in d. c. Quintauallis.& do.Abb.& do.meum hîc.Facit, quod habetur per gloſſ.in c.qualiter.ij.in uerbo,rationem. ĵ. de accuſ. & per gloſſ.in l. fin. C. de iure deli. & per Bald. in l. id, quod pauperibus. in fin. C. de epiſc. & cler.do.Anton. in c.Ioannes.ĵ.de teſta.cum concor. ubi habens reddere rationem in ſcriptis,excuſatur,ſi de omnibus minutis non facit ſcripturam. Sed non uidetur & iſto caſu ſaluari poſſe opi.Bartol.quia militant rationes,de quibus ſ.ſecundum Roma.in d.l.ſciendum.pro quo addu co:quia ſi acta præparatoria eſſent modici præiudicij, non ſcriberentur in actis,per d.authen.niſi. & tamẽ ſcribuntur,ut hîc in text.ad quem iſti non aduertunt.Bene fateor, quòd ubi modicum eſſet præiudicium, nedum in iſtis, ſed etiam in deciſorijs, procederet opi. Bartol. per id, quod dixi ſ. Item aduerte, in quantum dictum eſt ualere pactum, ut procedatur abſq; ſcriptura : quia debet limitari neceſſariò ex notatis per gloſſ.& Doct.in c.fin.in uerbo,illuſtrium.de re iud.in vj. & per do. Ant. Imol.& do.Abb.in c de cauſis.poſt gl.ibi,ſ.de offic. dele.per Domi.poſt gloſſ.ibi ſ.in c.ſtatutis.ad fin.ij.q.j.per Bartol.in l.j.circa medium, ff. de feri. & Rotam in antiquis,concluſione clxxiij.& in nouis concluſione xxj. & in nouiſs.conclu.ccxlix. per do. Anton. poſt Imol. in c. ſignificauit.in vj.colum.ĵ.titul.prox.& in c.j. de lib.obl. cum concor.de quibus habes, quòd de conſenſu partium fieri non poteſt,ut acta ſubſtantialia non ſcribantur, ſiue procedatur ſummariè, ſiue plenariè, quando eſt iudex habens iuriſdictionem à ſuperiore : ſed bene poſſunt coram arbitratore & etiam coram arbitro ita paciſci:quia talibus ex partium conſenſu datur notio, & recipiunt poteſtatem,quæ per partes limitari poteſt, ſecundum Bart.in l.prolatam.in ult.q.C.de ſen.Et hanc differentiam not.Imol.in d.c.de cauſis.& expreſsè Bart. in l.ſi ſocietatem. §. arbitrorum. uer. quid ſi eſt dictum, quòd poſsit.ff.pro ſocio.Et per hanc rationem differentiæ tollitur æquiparatio,quæ de arbitro ad iudicem fieri ſolet,per l.j.ff.de arbi.Et per hæc patet do.Abb. erraſſe,dum dicit hîc, eandem poteſtatem poſſe dari iudici, niſi eius opinionem intelligas in ſcriptura,quæ non eſt de ſubſtantiali ordinis iudiciarij. Quæ autem illa ſint,uide in locis præallegatis:& adde Bald. in l. prolatam.in pen.colum.C.de ſentent.ubi dicit,quòd ſcriptura in dictis teſtium eſt ſolennitas ſubſtantialis. ¶ Ex prædictis reprehenditur do.Ant. hîc, dum dixit, quòd ubi proceditur ſuper notorio, ſtatur de actis aſſertioni iudicis, etiamſi dicat,ſe fuiſſe informatum factum eſſe notorium,per notata in c.bonæ.el ĵ.ſ.de elect. nam certè hoc modo ſemper poſſet dicere factum fore notorium,ut ſic ualeret proceſſus omiſſa forma huius capitulij : ſed quando re uera eſt notorium ad hoc, ut teneant geſta omiſſo iſto ordine tanquam ſuper notorio, oportet ut de ipſo notorio ante omnia conſtet.Si enim conceditur priuilegium in forma procedendi ratione certæ qualitatis,oportet priùs plenè de illa qualitate conſtet,

c. quoniã contra.

stet,secundum do.meum per l.si quando. & ibi Bart. C. unde ui.& per id,quod not.Bart. in l. diuus. ff. de testa. mili,& quod habetur in c.cùm oporteat. j. de accus. De iudice inquirente, qui dicit se priùs informatum de fama:quia sibi nõ creditur:ad idem adduci potest, quod not.Innoc.in c.cùm sit.s.de fo.comp.& Ang.consil. viij. & consil.xxviij.& in l.ex quacunq;.ff. si quis in ius uocatus.& in l.j.circa princ.C.si à non compe.iudi.cum concor.ubi qualitas tribuens iurisdictionẽ debet ante omnia constare.Et in proposito uide gl.magnam post medium in c.j.de offic.deleg.in vj.& ibi Dominic.in vj.col.

4 ¶ Not.secundò ibi,iudex adhibeat. quòd † electio notarij,qui scribit acta,pertinet ad iudicem,non ad partẽ. Ad idem c.statutum.§.notarium.de rescrip.in vj. Et per istum text.dicit Bald.hîc, quòd nullus notarius potest describere acta iudicis,nisi de eius mandato.Item dicit, quòd de actis iudicij non est necesse,quòd sit rogatus à partibus,sed à iudice:quod est eo ipso,ꝙ à iudice generaliter deputatur.Et idem dicit Bald.in l.quædam.circa prin.de eden.in apostillis,dicens,quòd facta tali deputatione habet officium necessarium non indigens partium rogitu.Et nota.ultra Doct.quòd notariũ semel electum non potest iudex sine causa mutare usq; in finem causæ,secundum Bald.in l.ij.ad fin.uer.sed nunquid.C. quomodo & quãdo iud.pro quo uide gl.in uerbo, inuentariũ.in §.si uerò absunt.in authen.de hære.& Falc. Et idem dicit Bald.in d.l.ij.de nuncio. Et idem de notario & nũcio tenet Pau.de Cast.in l.testamẽta.C.de testa. per text.quem dicit consuetũ allegari à Bal.in l.in fraudem.§.quoties.in uerbo,manu commentariensis.ff.de iure fisci.Idem Bald.de notario actorum,in authen. sed iudex.C.de epis.& cle.& in l.j.per illũ text. C. de sportul. & ibi allegat d.§.quoties.Et addit,ꝙ si alius scribit,non facient fidem:de quo etiã per Bart.& Ang.in l.cùm sententiam.C.de sent. ¶ Sed istud limita,nisi primò assumptus nouiter impediretur:quia potest alius subrogari, secundum Bal.& Ia.Bu.in d.l.j.de spor. Idem, si primus se absentauit de mãdato iudicis:quia poterit alius scripturã absentis in formã redigere,secundum Bal. in l.fi. uers.quæro,si notarius.C.de re iud.arg.l.si longiùs.ff.de iudicijs.Idem Bal.in l.nihil.§.quædã.ff.de edendo. & in l.gesta.C.de re iudic.& in l.si lõgius.per illũ text.ubi idẽ dicit,si periculum est in mora propter alterius absentiam.Et quis ordo tunc seruetur in subscriptionibus,docet Innoc.in c.cùm in iure.quasi in fin.s. de offi. dele. Et scias,quòd nõ debet notarius esse partibus suspectus, ut est gl.in §.& quod sæpe.in uerbo, artificis. in authen. de tri.& semis.quã facit sing. Bal. hîc. Imo debet eligi de cõmuni partiũ cõsensu & expensis utriusq;,sm Bal.in l. j.C.de relatio.Allegant gl.in dicto uerbo,artificis.quod no.quia multũ restringit istum tex.& fortè uerius est,ꝙ iudex habet eligere:quia ius recusandi est saluũ parti. Et dum diximus loco notarij impediti nõ posse alium subrogari,& non aliter,uide Bal.hoc idem tenentem:& addit,ꝙ in cõmissione, quæ fit secundo notario, debet
5 fieri mentio de impedimẽto primi. ¶ Itẽ adde,ꝙ † nõ potest notarius sine causa istud officiũ recusare, postq; semel creatus est tabellio,sm Hostie.in Summa, de fide instr.§.ex quib.uer.& l.iij.ubi dixit,ꝙ si tabellio requisitus nõ cõfecerit instrumentũ, est periurus: quia iurauit facere officiũ, cùm requireret̃: & debet priuari officio: qđ reputat notandũ do.Car.in cle.j.uer.dudum.in xiij. no.de iureiur. Et idem in terminis nostris pulchrè not. Bal.in rub.C.de fide instr.uer.sed dubitatur.Idem dicẽs de istis duobus uiris, ꝙ quantũ ad istũ casum, poterũt cõpelli propter imperiũ magistratus. Quod bene not. Posset tñ istud limitari, nisi multitudo agendorũ circa officiũ excusaret notariũ recusantẽ, ꝑpter notabile dictũ Bar.in l.j.§.j.ff.nau.caup.stabu.cũ similibus:de quibus per Ro.in l.si uerò.§.de uiro.in xlv.fallen.ff. sol.ma. Quæ oĩa bene not.ultra alios hîc. ¶ Not.tertiò ibi,aũt duos,&c.ꝙ authoritas notarij sola excedit dictũ duorum testiũ:quia si potest haberi notarius,nõ capiuntur isti duo,sed assumunt̃ in subsidiũ:& sic nõ æquipollent notario:intelligẽdo,ꝙ stetur eius scripturæ sine testium subscriptione.De quo in glos.iij.qđ tene semper menti, sm do.meũ.Adde,qđ not.gl.magna in prin.in authen. de hære.& Fal.§.si uerò absunt.quæ dicit,ꝙ testes tabelliones preferunt̃ totidẽ testib.nõ tabellionibus:de qua gl.exclamat Bal.in authe.sed cùm testator. in pe. col.C. ad leg.Fal.& Roma.in rub.ff.de arbi. Et istud bene cõsonat loquendo cæteris paribus. Sed ꝙ generaliter plus credat̃ uni notario,q̃ duobus bonis uiris,nullo modo admitterẽ, nisi in casu huius decre. in qua agit̃ de proprio officio notarij.Et cùm isti duo gerant uicem officij quodã iure extraordinario,æquipollet duorũ authoritas uirtute officij,licet nõ sint notarij, ut j.in quæstionibus.Vnde meritò colligit hîc do. Abb. ꝙ in pertinẽtib. ad officiũ alicuius plus debet sibi credi,quã alteri quãtumcunq; idoneo:& facit c.ad audientiam. de præscr.& subdit Bal.hîc,ꝙ istud,qđ dicit̃ in text.de duobus præscriptoribus,nõ reperitur alibi:imo regulariter non ualeret scriptura etiã priuata à duobus subscripta,in l.scripturas.in uerbo,triũ uirorũ.C. qui poti. in pig. ha. Sed tñ uide tex.similẽ in c.ut officiũ.§.uerum. de hære.in vj.

6 ¶ No.quartò ex eo,ꝙ † cõfessio & interrogatio ponunt̃ ut diuersa,ꝙ interrogãs nõ uidetur cõfiteri, sm do.Ant. Imo.& do.meũ:quib.adde,ꝙ iste text. hoc necessariò nõ infert, sed intelligit de cõfessione facta ꝑ respõdentem. Et cũ hoc etiã stat, ꝙ interrogãs cõfiteat̃. Oportebat eñ adhuc,ꝙ interrogationẽ sequeret̃ alteri⁹ cõfessio:qđ nõ cõprehendebat̃ in solo uerbo interrogatiõis.Et ꝙ imo interrogãs uideat̃ cõfiteri,tenet gl.ij.in c.fi.xxxj.q.j. & Arch.ĩ c.quod ait. xxij.q.ij. & gl.ĩ uerbo,cõfessus.in c.cùm uenerabilis.j.de excep.& do.Ant.in c.fi.s. de cõfes.Sed tñ cõtrariũ est uerius,ut plenè ꝑ do.Abb.ĩ d.c. fi.ꝑ doctrinã Bar.ĩ l. ij.§. qđ obseruari. C.de iur.cal.& in l.j.ad fi. ff. de interro.
a act.ubi dicit, interrogationẽ [a] differre à positiõe: qa interrogãs nihil ponit, sed faciẽs positionẽ cõfitet̃, uel negat: ut ꝓbat̃ ĩ c.fi.de iureiur.ĩ vj.ubi Io.An. idẽ sentit. ¶ Et istud limita dupliciter: primò, nisi interrogatio sequeret̃ interrogationẽ alterius: putà,si interrogatus,an uelit adire hæreditatẽ, respõdeat; cur nõ? qa uidet̃ fateri,ꝙ sic,ꝑ l.j. §.si qs ita.ff.de uerb. obl. sm Imol.hîc. ¶ Secũdò no.uel limita,nisi interrogatio præsupponeret interrogationẽ ꝑ uera:putà,si ponit̃ dictio, non'ne, per c.non'ne.j.de præsumpt. & ibi no.do.
7 Abb.in lect.antiqua. ¶ Not.† quintò sm oẽs,attẽto ꝙ hîc nõ dicit̃ de sententia,ꝙ sentẽtia nõ dicit̃ esse de actis, seu de ꝑcessu iudicij. Facit c.prudentiã.in prin.de offi.deleg.& c.fi.s. de fer.& l.ij. C.ut lit.pe.& l.à ꝑconsulib. C. de app. & cle.appellãti. eo.tit.quæ iura ad hoc ponderat Io.An.in addi. Spe. in tit.de sententiæ ꝓlatione.in prin.Sed tñ concludit cõtrarium,ꝙ imo sentẽtia sit de actis,per tex.in §.illud.in authe.ut fratrũ filij.& in l. gesta. cũ suis gl. C. de re iudi.& in l.ij. C. de eden. & in c.j. de re iud.in vj.& sequit̃ hîc do.Abb. quia si interlocutoria dicitur de actis, ut hîc,

a Interrogationem] Adde aliã differentiã, uidelicet quia interrogationes fiũt ante litẽ contestatã, & aliquando à iudice, & aliquãdo à parte: positiones uerò propriè fiũt post litẽ cõtestatã, et post iuramẽtum à parte. Adde tamẽ, quòd etiam possunt fieri antè: secundũ gl. no.in c.j.de cõfes. in vj.in glo mag. Et dicit Bart. in hoc proposito in l. Offidius. ff. de leg.iij.& uer.alterius.quòd positiones, quæ fiũt ante litis cõtestationẽ, fuerũt introductæ de iure fforũ, sed quæ fiunt post cõtestationẽ litis,fuerũt inuẽtæ de iure C. Adde, an post publicatas attestatiões possint fieri positiones? Bal.in l.ij. §. quod obseruari. C. de iura. cal. in viij. col. in uer.septimò quæritur. tenet,ꝙ nõ: tamen dicit ibi, ꝙ iudex hoc potest facere ex officio suo: & idẽ tenet Inn.in c.cùm Ioannes. de fide instr. in fine.

fortiùs

fortiùs diffinitiua. Et subdit,non esse opus respondere ad istũ tex.prout respondet Io.An.ubi s.quia imo probat idem in uersi.& cętera.iunctis uerbis sequentibus: considerando, quòd post conclusionem in causa non sperantur alia acta,nisi sententia & appellatio.c.cùm dilectus.j.de fid.instr.quod no.secundum ipsum: cui addit hîc do.meus idem tenens: & sunt uerba Imo.hîc,licet non dicat, quòd clausula, &c. non concernit solùm sequentia conclusionem, sed etiam præcedentia: aliàs dicit do.meus,non includeretur productio libelli,quæ est de processu,quo ad iudicem,ut j. dicam. ¶ Vnde istud,& cætera.comprehendit omnia acta iudicij præcedentia,ut iuramentum,calumnia,& iur.testis:& sequẽtia,ut citatio ad audiendam sententiam appell.& similia,ut hîc per eum.Istis adde Cal.idem tenentẽ in c.cùm dilectus.s.de causa poss.& propri.& Domi.in d.c.j.de re iud.in vj.Bald.idem dicẽtem de decreto,in l. ij. C. ut lit. penden.& Domi.in c.pia.de excep.in vj.& Bal.in l.j.C.si aduersus rem iudic.& Cal.in c.ij.de ord.cogn. & tex. gl. j. & Bart. in l.in fraudem. §. neque.ff. de iure fisci.& tex. meliorem de iure in c.cùm I. & A. j.de re iudi.per quem dicit Bal.quòd irritato processu est irritata sententia.Et ad iura in contrarium adducta responde ex eo, quod no. do. Ant.in c.ab excommunicato.s.de rescrip.ubi dicit, quòd strictè non est de processu ipsa sententia. Vel dic,quòd ponunt̃,ut diuersa:quia aliquando, qui potest procedere,non potest iudicare,ut notat Domi.in c. ij.de offi.uic.in vj.& per do.Abb.in c.cùm super. de causa pos. & propri. & ita intellige text. in c. ne aliqui. in fi. de priui.in vj.Et ista not.ad statuta annullantia processum, in quo non sunt scripta omnia acta. ¶ Limita, dum modò uerbum, Processus. proferatur in materia, quæ adaptetur diffinitiuæ: secus, si non adaptatur, ut probat gloss.in uerb.processus. in d.cle. appellanti. cui sic respondet Domi. concordans cum præcedenti post
8 Io.An.in c.ut super.de appell.in vj. ¶ Ex † quibus, & ex text.habes,quæ ueniant appellatione actorũ. Quid autem de captura,an sit de processu,uide tex. quòd sic, in clem.j.circa prin.de hære.& Pe. de Anc.in cle.j. de exces. præla. & ibi do. Car. prope fi. princip. uersic. sextò quæro. Et utrùm oblatio libelli sit de processu, uide Bart. in rub. C. de in ius uoc. ubi dicit, quòd oblatio, quæ fit iudici ante citationem, non est de processu: ex quo citatio est initium iudicij, ut ibi in gloss. Et quia libellus potest offerri die feriata, l.miles.§.sexaginta.ff.de adul.& in gloss.c.placita.xv.q.iiij.cum concor. Secus dicit Bart. in oblatione libelli, quæ fit parti: quia illa est de processu. Et ita intelligitur iste tex.in uerbo, petitiones. cum gloss. ad quem do. meus non aduertit, ut dixi suprà in alio proposito: & idem cum Bart. uidetur uelle Bal. in l. j. C. quando libellus principi datus. & in l.j. ff. de in ius uo. & ibi dicit, quòd non dicitur in causa appellationis procedere offerens libellum parte nõ citata: & ita tenetur, licet aliter ipse scripserit in d. rub. C. de in ius uo. Imo dixit ibi notanter Angel. quòd iudex non dicitur præoccupasse iurisdictionem per solam formationem libelli inquisitionis, sed per citationem. Allegat l.si quis postea.ff.de iudi. & dicit fuisse arduam quæstionem de facto, ut no. Bald. in l.unica. C. de confess. & Angel.in l.j.& in l.libertus aduersus. ff. de
9 in ius uoc. & in repe. l. j. C. de iudi. ¶ Quid † autem de instrumentis, an dicantur de actis? dic, quòd non: sed bene eorum productio, secundum Inno. in c. cùm in iure.in fi. s. de offic. deleg. & pulchrè dixit Bald. in l. etiam. in fi. C. de appell. quòd non exceptio, sed exceptionis propositio: nec instrumentum, sed instrumenti productio dicuntur de actis. Allegat Inno. hîc. Sic intellige Bal. in l.ij. C. de eden. uersic. iuxta hoc quæritur. Quid autem de consilio sapientis, an sit de actis, uide Iac. de Are. quòd sic in tractatu de consilio sapientis, circa fi. Quid autem de publicatione processus, uide Inn. in c. cùm I. & A. infrà de re iudi. & ibi latè dicetur. Quid autem de subdelegatione, an sit de actis, uide Archi. & Io. An. quòd non, in c. si à subdelegato. de offi. deleg. in vj. Quod ualde no. ibi Domi. inferẽs, quòd per subdelegationem solam non perpetuebatur iurisdictio. Demùm uide Bal. in l. interrogatum. C. de lib. causa. ubi dicit per illum tex. nomine actorum contineri, quicquid factum est in iudicis præsentia, etiamsi non in figura iudicij. Facit gloss. j. in l. acta. ff. de re iud. & de hoc per Pau. de Cast. in l. actorum. ff. eod. titul. ¶ No. sextò, ibi, penes scriptores. quia originalia debent remanere apud scribentem. Et per hoc facit secundum Ioan. An. iuramentum tabellionis, qui in sui creatione iurat inter cætera, quòd originalia penes se custodiet, ut no. Host. in c. sicut. j. ne cle. uel mo. Dicit tamen Ioan. And. & sequitur domi. Abb. quòd de facto uidemus, quòd notarij episcoporum, uel communitatum finito officio dimittunt librum actorum in officio: pro qua consuetudine dicunt facere c. ad audientiam. suprà de rescrip. & sic in alijs notarijs actorum uidentur residere, quòd apud ipsum debeant remanere, & sint sua. Et ita teneas, licet ipse Ioan. And. aliud sentiat referendo Nico. de Mat. in addi. Specu. in rub. de fid. instru. cum quo transit Pau. de Cast. in l. ij. C. de eden. dicẽs, quòd quando notarij actorum dimittunt officium, habent etiam relinquere acta. Sed uerius est, quod dicunt Doc. hîc, nisi in notarijs personarum prædictarum: in quibus etiam dicit Ioan. An. melius esse, si faciunt duo originalia, ut unum pro se retineant. Fatetur tamen Io. An. in d. addi. quòd librum instrumentorum retinet semper notarius apud se, per l. prætor. in prin. in uerbo, meum. ff. de eden. de quo per Bal. in rub. C. de fide instru. in j. colum. Et adde, quòd si iudex non confisus de uno, accepisset duos notarios, acta stabunt penes digniorem: & cæteris paribus, penes seniorem, secundum Bald. hîc per id, quod no. Inno. in c. j. s. de ma. & obe. & facit l. fi. ff. de fid. instr. cum alijs allegatis per Roma. in l. si uerò.
10 §. de uiro. in iij. fallen. ff. sol. ma. ¶ Not. † septimò ibi, posit ueritas declarari, quòd originalia retinentur ad maiorem fidem, & ueritatis cõseruationem. Et hinc est, quòd semper statur originali, & matrici scripturæ, ut etiam no. gloss. in c. ut ueterum. in gloss. magna ad fin. ix. dist. & in c. ieiunium. in uerbo, defunctæ. xxvj. dis. & pulchrè Pet. de Anch. consi. ccxxxiiij. inci. Priùs de uiribus. & do. Abb. in c. cùm ex literis. in pen. no. per illum tex. & istum s. de resti. in integ. & Bart. in l. Sempronius Proculo. ff. de leg. ij. dicens semper standum esse protocollo notarij: & idem Bal. in l. ea, quæ. post prin. C. commi. uel epistolas. & gloss. & Ang. in §. fin. in uerbo, protocollum. in authen. de tabell. & Io. An. in data vj. libri, prope fi. dicẽs, hinc esse, quòd notarius iurat tenere copiam protocolli, ut per ipsum in c. sicut. j. ne cle. uel mo. Et dicitur protocollum, liber in quo notarius reducit ea, de quibus rogatur: uel etiam liber paruus, qui appellatur Bastardellus, in quo primò notat formam cõtractus, secundum Bald. in l. nostram. C. de testa. Et ibi dicit, utrunq; istorum dici originale: & quòd eis discrepantibus statur illi primo, etiã si esset cancellatus: quia illud fuit propter reportationẽ factam in libro. Et quãdo producuntur duo originalia in eodem facto & eodem tempore facta, uide Bal. & Imo. in l. comprehendebatur. ff. de lega. ij. dicentes, quòd si discordant, nemini stabitur. Et si plus continet instrumentum, quàm protocollum, an detur fides instrumento, uide do. Anton. quod no. in c. dudum. j. de conuer. coniug. Et de notario, qui perdidit ꝓtocolla, uide Bal. in l. fi. C. de eden. Et ualet instrumentũ, licet nullum reperiatur protocollũ, secundũ Bal. in rubr. C. de fi. instr. & Bar. in l. admonendi. ff. de iureiur. & Bal. in l. contractus. C. de fid. instru.
11 ¶ Vltimò no. ad fi. ibi, si propter eius. quòd † constitutio continens aliquid, non propter se principaliter, sed

ad finē alicuius mali euitandi, non illaqueat transgressores ad pœnam, si finis ad quem principaliter tendit constitutio, non uiolatur. Et idem no. do. Abb. hîc se putare respectu peccati mortalis, dum modò constitutio non contemnatur. Et allegat Arch. post beatum Tho. in c. utinam. lxxvij. dist. ubi dicit, quòd transgressio ieiunij non inducit peccatum mortale, quando non fieret ex cōtemptu, & nō sequeretur aliquis effectus ex transgressione, propter quem ieiunium est inuētum. Quod est bene notandum, secundum do. Abb. ad multa præcepta ecclesiæ, quæ nō ordinantur propter se principaliter, sed sunt ad aliquod impediendum: quia si cōtrauenitur eis cessante eo, de quo dubitatur, cessat peccatum: & sequitur do. meus hîc allegans do. Ab. idem tenētem in rub. j. de obserua. ieiu. Adde do. Car. idem tenentem de ieiunio, in cle. ad nostram. uer. ij. in fi. de hære. & Domi. optimè loquentem in c. generali. de elec. in vj. Et adde do. Car. in cle. j. in xxxviij. q. de priui. ubi refert, se consuluisse, quòd illa cle. puniens aliquem præsumentem, & sic notans dolum & temeritatem, non ligat hominem simplicem contrauenientem sine dolo, uel præsumptione: quia cessat respectus quem lex consideraui t. Et non legi alibi tam notabile uerbum in materia. Et idem reperio priùs cōsuluisse Cal. in tit. de sen. excom. consi. iiij. inci. Sacerdos parochialis. ubi consuluit latè, quòd non faciens in contemptum non incurrit pœnam legis, quæ utitur uerbis denotantibus dolum. Et ad istud de peccato no. doctrinam generalem, quòd quoties l. humana requirit in actu solennitatem ad certum finem, si ille actus fit sine solennitate, & non contraueniatur illi fini, est quis tutus in foro conscientiæ. Et ad hoc, ne longior sim, uide Inn. in c. quia clericq. & ibi do. Ant. j. de immu. eccles. & Pet. de Anch. plenè in regula, possessor. in primis char. de reg. iu. in vj. & in regula j. in vij. q. eo. tit. & Ib. & Inn. in c. quia propter. s̄. de elec. & do. Abb. in c. ij. in fi. s̄. de resti. in integ. & Inno. in c. si celebrat. j. de cle. excom. & Do. in c. j. de spon. in vj. & Ioan. de Ana. in c. in literis. j. de rapt. & do. Ab. post glo. ij. in c. porrectum. j. de regul. & Cal. in disputatione incipiente, Bononiēsi statuto, maximè ad fi. & Imo. in c. nisi cùm pridem. uersi. unde quamuis s̄. de renun. & omnino Fed. cōsi. cxxxj. in ci. Casus talis est: quidam testator. Generaliter autem, quando cessante causa legis cesset eius dispositio, uide pleniùs, quàm alibi, per Imo. post gloss. in c. post translationem. s̄. de transl. & per gloss. & Do. in c. cupientes. in prin. in uerbo, malignantium. de ele. in vj. & do. Abb. in c. cùm cessante. j. de appel. cum simil. ¶ Gloss. j. in fi. de materia probandi negatiuam sufficienter remisi in c. tertio loco. s̄. eo. & ibi Bal. optimè declarat uerba istius tex. Sed unum adde pridie in facto occurrens: nam quærebatur, an prodesset communis practica, secundum quàm deducēs negatiuam, ut uideatur affirmatiua, dicit, quòd fuit & est absq; eo, quòd talis fuerit hæres. Et breuiter dic, quòd non prodest, secundum Bal. plenè in c. licet. in pe. col. s̄. eod. & in c. ultra tertiam. post prin. j. tit. proxi. Allegat, gl. in cle. fi. in uerbo, creatur. ibi, nec c. dicas. de rescrip. Ad idem uide Bal. in l. nec codicillos. C. de condi. & in l. de ætate. in iij. q. principali, ff. de mino. & in l. interstipulantem. in prin. de uerb. ob. & Bal. in l. cùm te. in fi. C. de proba. in c. j. de contro. inter do. & uasal. de inuest. & in l. ij. §. quod obseruari. C. de iur. cal. & gloss. fi. in l. fi. §. fi. ff. de doli excep. gloss. ij. in fi. Adde, quòd licet dixerim in notabilibus, quòd in causis modicis non requiritur solennitas huius c. per d. authen. nisi breuiores. tamen requiritur qualisqualis fides actorum, uel actitatorum, secūdum Bal. hîc, sing. arg. cle. sepe. de uerb. sig. Bene facit elegans consi. Pet. de Anc. clxiij. quod incipit, Visis diligenter. ubi dicit, quòd sicut omissio ordinis iudiciarij in ordinarijs uitiat processum, ita omissio qualisqualis ordinis in extraordinarijs. Ita dicit subtiliter sentirè Inno. in c. tua. ad fi. j. de cohab. cle. & mu. & remittit ad notata per se in c. j. de off. dele. in vj. Si tamen partes sunt præsentes, potest omnis scriptura omitti in modicis, secundum Bald. hîc. ¶ Gloss. in uerbo, uiros. ibi, creditur ei. No. gloss. quòd † creditur scripturæ actorum, licet non habeat testium subscriptionem. Et idem Bal. do. Ant. Imo. & do. Abb. hîc per tex. in l. in donationibus. C. de dona. quicquid dicat Host. hîc eius op. quoad sententias diffinitiuas seruatur in certis locis, secundum Imo. hîc, & etiam quando in interlocutorijs, nec malè, secundum do. Ab. propter uarietatem opinionum: & in hoc statuta prouident, secundū eos, quibus addit do. meus Bar. concor. cum ista gloss. in l. j. §. editiones. ff. de eden. & Bal. in rub. C. de fid. instr. dicētem, per quatuor rationes, quòd etiam sentētia diffinitiua potest probari per solam scripturam notarij sine testibus. Adde Spe. idem tenentem latè in tit. de instru. edi. §. restat. uer. sed cùm literis. & gloss. ij. in fin. in l. gesta. C. de re iud. & Sal. in l. si quis decurio. C. de falsis. & pulchrè Bald. in d. l. in donationibus. ubi post multa dicit, quòd consuetudo mundi obseruat, quòd in actis non requiruntur, testes, nisi in diffinitiuis & interlocutorijs. Allegat Inno. hîc, & in c. post cessionem. s̄. eo. Bene facit, quod not. gloss. in l. carent. ff. de testi. & latè Bal. in l. iurisiurādi. ad fi. & in l. nullum. C. de testi. & do. Abb. post Io. An. hîc, dum dicunt, credi scripturæ notarij de dictis testium, dato quòd solus examinasset: quia hoc potest, ut ꝓbatur per locum à speciali in c. ut officium. §. uerum. de hære. in vj. nisi esset factum ualde arduum: quia debent interesse examini duo fide digni cum notario, qui iurent non reuelare, secundum Bald. in d. l. nullum. ubi uide. Vtrùm autem procedant ista in his solùm, quę sunt propriè de actis, an etiam in alijs, de quibus notarius causæ immittit in processu, ut de ipsis dicatur constare absque alijs testibus, est quæstio dubia. Et Lapus no. tenet, quòd non, allegatione lxxxj. quæ incip. Non ualuit. concludens, quòd non probatur quem fuisse procuratorem, ex hoc solo, quòd apud acta constitutus fuerit, nisi testes sint subscripti. Et idem in subdelegatione respondet ad d. l. in donationibus. Quod intelligitur, quòd testes ibi non se subscribant, tabellio autem eorum nomina subscribat, ut ibi per eum, quem sequitur do. Anton. & do. Abb. addens Inno. in c. cùm in iure. s̄. de offi. dele. ubi dicit, propter acta probari instrumenti productionem, sed non instrumenti tenorem, nisi aliter fuerit solenniter exemplatum. Facit, quod no. Bart. in l. iij. C. de fid. instr. & iure hastæ fisc. lib. x. ubi dixit, quòd si specialiter inducitur aliquo casu, quòd requiratur probatio per scripturam, non extenditur ultra casum expressum. Et pro hac parte allego Bal. in rub. C. de fide instr. ubi dicit, quòd scriptura per notarium, uel duos uiros, de quibus hîc, probat ea, quæ sunt, ꝓpriè de actis: non autem alia, ut est procuratio, & contractus, qui fit apud acta. Idem expressè sentit Bal. in l. sancimus. uersic. item no. C. de testa. Et hanc partem expressè & latè tenet do. meus in c. post cessionem. s̄. eo. & retuli & confirmaui ibi in alio proposito in j. char. uer. amplia primò. Et ibi dicta faciant pro ista parte, quæ re uera est multùm sustentabilis. Contrariam partem tenet solus do. meus hîc de ibi dictis mentione non facta. Mouetur ad probandū, quòd scriptura facta apud acta probet isto casu absque testibus, per tex. in l. sancimus. & l. omnium. C. de testa. ubi testamentum factum apud acta non exigit solennitatem testium, licet Bal. dicat ibi requiri duos. Item, quia ratio l. in donationibus. s. propter multitudinem hominum & præsentiam iudicis habet etiam locū in alijs, cū in actis. Et hoc intelligit, dum modò presente iudice, uel mandante: quia solus notarius actorū nō sufficeret, ut hîc per eum: & dicetur j. in q. utrùm sufficiat fieri acta corā solo notario. Et pro hac parte dicit facere l. cùm ostendimus. §. fin. ff. de fideius. tu. & l. si cùm maior.

maior. & ibi Bal. C. de repu. hære. Et ita in effectu resdet, & re uera dici posset ad d. l. sancimus. & l. omnium. quòd procedunt fauore ultimæ uoluntatis, prout in alia materia respōdet do. meus ad illas leges in d. c. post cessionem. Sed nihilo minùs pro hac parte fortissimè facit iudicio meo: quia nec hîc tenētes acta iudiciorum exigere testium subscriptionem, fundant se principaliter in d. l. in donationibus. & tamen illa lex loquitur in donatione, quæ non est de actis iudicij, ut de se patet. Item pro hoc uide Fulg. in terminis in d. l. omnium. ubi tenet, quòd ualet testamentum apud acta sine testibus, contra Bal. & Sal. ibi requirentes duos. Allegat d. l. in donationibus. Bene facit no. dictum Host. in Summa, de na. ex libero uen. in quibus circa prin. uer. ascriptitij. dicit, quòd ubi aliàs de iure pro aliquo negotio debet fieri duplex instrumentum, sufficit simplex assertio apud acta. Et sequitur do. Anton. in c. in dicatum. j. de immu. eccles. Ad idem tex. in l. j. in fi. cum l. seq. ff. de appell. ubi actus, qui debet expediri in scriptis, sufficit, si fiat apud acta uiua uoce, & in actis scribatur. ¶ Et tenendo pro nunc istam partem per prædicta, responde ad ea, quæ dixi in simili in d. c. post cessionem. probando, quòd dispositio priuilegiati non extenditur: & sic priuilegium datum actis, non uidetur operari in extrinsecis ab ipsis actis: quia istud est negandum, quòd priuilegium datum in his, quæ reducūtur in actis iudicij, intelligatur de processu causæ tantùm, per d. l. in donationibus. quia imo calor iudicij supplet solennitatem etiam in alijs, quæ non sunt de actis: tum propter authoritatem iudiciariam, tum propter assistentiam personarum primarum, quæ utplurimùm sunt in iudicio. Probatur opi. ista in d. l. j. sancimus. & in l. cùm ostēdimus. §. fi. per quem tex. dixit Bar. in d. l. j. circa prin. ff. quibus appel. non licet. quòd tantum ualet assertio apud acta, quantum pactum: & dicit, quòd taciturnitas apud acta habet uim stipulationis. Et idē no. Bar. in l. fi. ff. de præto. stipu. in l. cùm quis decedens. in prin. de leg. iij. & in l. j. in prin. ff. de uer. ob. & Bal. in repe. l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pac. & de uerb. ob. ubi per multa ostendit effectum caloris iudicialis. Pro quo etiam facit: quia confessio facta sine causa in iudicio, ualet, ubi aliàs non ualeret extra iudicium, ut est glo. no. in l. j. in gl. pen. in fi. ff. de interro. act. & no. Cy. in l. generaliter. in iij. q. C. de non nu. pe. Ad idem, quod no. Bar. in l. j. C. de prædijs curialium. lib. x. ubi per illum tex. probantem,
13 quòd † in iudicio nō præsumitur adesse dolus nec metus, decidit eleganter, quòd si in cōtractu interuenit decretum iudicis, non poterit contrahens illum rescindere allegando se deceptum ultra dimidiam iusti pretij. Et idem sequitur Bal. ibi, & Ang. consi. ccxxix. in cip. Tutor uxori. quod tamen nunc non affirmo, sed remitto ad Imo. & Ro. in l. si quis cùm aliter. ff. de uerb. ob. & do. Abb. in c. cùm causam. j. de em. & uend. cum cōcor. Adde etiam tex. in l. pacta nouissima. C. de pac. & ibi Bal. dicentem, quòd testamentum & donatio causa mortis facta coram duobus testibus, ualēt, si coram iudice publicata fuerūt. Allegat d. l. omnium. Et pro hac parte facit, quod dicetur post Doc. j. j. q. utrùm iura producta & extensa in actis probentur absq; originali? & dicetur, quòd sic. Sed considera: quia Imo. ita tenens hîc subdit quæstionem nostram, & transit cum opinione contraria, s. Lapi: postea limitat, nisi instrumentum procurationis produceretur coram iudice, & notarius totū, uel eius substantiam registraret parte non contradicente: quia tunc probabitur mandatum per acta absque alio originali. Et idem dicit in subdelegatione. Et ita sentit do. Abb. hîc: pro quibus pondera gloss. hîc ibi, ex quo enim scriptura, &c. & tenendo secundum quod tenet Imo. facilius tolluntur adducta contra istam partē: quibus aliàs responderi malè potest. ¶ Gloss. in uerbo, citationis. Adde solummodò Bal. in l. ij. in vj. col. C. de anna. exce. ubi ponit xij. dicta aurea: & adde quæ accumulaui in c. ad petitionem. j. de accus. uersic. extra gloss. ubi de citatione multa extant: quibus pro nunc adde singulare dictum do. Ang. in l. fi. C. de canonis præstatione. lib. x. ubi dicit, excusari à contumacia eum, q̄ non comparuit: quia citatio non erat secundum cōsuetum stylum citandi: & exponit hîc Bal. text. in uersic. citationes. id est, commissiones: quia iudex est ille, qui citat cōmittendo: nuncius uerò intimat. Item dicit scribi debere etiā citationes inualidas, propter gloss. sing. in l. si accusatoribus. C. de accus. dicentem nullum esse processum, etiam sententiam, data nullitate citationis. Item in quantum Imo. hîc dicit communiter seruari, quod creditur relationi nuncij publici iurati, allegando Bart. in extrauagāti, ad reprimendum. in uerbo per nuncium. Vide, quæ latè dicentur in c. comparati. j. de app. & aliàs dedi amplas remissiones in d. c. ad petitionem. Item in quantum do. Ant. tangit, utrùm constito de relatione nuncij præsumatur in dubio præcessisse commissionem iudicis, sine qua relatio non ualet, l. neminem. C. de exhib. re. & ibi Bar. Adde plenè Ro. & alios in l. sciendum. de uerb. ob. & plenissimè do. meum post alios in c. j. s̄. de iudi. Communiter tenetur, quòd nō, nisi appareat de commissione. Cætera in hac gloss. dic, ut hîc per do. Abb. ¶ Gloss. in uerbo, dilationes. in fi. No. j. ex
14 gloss. secundum do. Abb. quòd † ad missionem in possessionem ex primo decreto, requiritur trina citatio, uel una peremptoria, & non requiritur alia citatio in actu missionis. Et ad idem allegat gloss. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infect. Et idem de excōmunicatione dicit se dixisse in c. j. s̄. de iudi. Et de missione dixit se dixisse in c. quoniam. §. in alijs. ut lit. non contest. Et ultra ea, quę dixi ibi & hîc, adde Inn. & Imol. idem tenentes in c. ad petitionem. j. de accus. & Bart. & Sal. in l. consentaneum. C. quomodo & quando iud. & Bal. in l. cùm proponas. C. de bo. author. iu. poss. & in l. contumacia. §. j. ff. de re iud. & Spec. in tit. de primo & secundo decreto. §. sequitur uidere. in prin. & Bal. in authen. ei, qui. C. de bo. autho. iu. pos. & Pe. de Anch. in cle. j. de dolo & contu. & Cy. in repetitione l. ij. ix. q. ff. si ex noxa. causa ag. & sentit gloss. magna in c. j. de mili. uasal. qui contumax. Est uerum, quòd Iac. But. tenet contrarium in l. consentaneum. eò, quia quando debet fieri interlocutoria, uidetur quòd sufficiat una citatio, quando non agitur de graui præiudicio, l. iiij. §. toties. ff. de dam. infecto. Sed tamē prima opinio est uerior: quia secundum Bal. in d. l. consentaneum. pro ipsa est text. in l. præsenti. §. nunc autem. C. de his, qui ad eccles. confu. Non obst. d. §. toties. quia respondet Imo. in d. §. Iulianus. quòd procedat specialiter in causa damni infecti, quę celeritatem requirit, iuxta l. j. eo. tit. Et prædictam communem opin. limita singulariter, ut per Bar. in authen. qui semel. in ult. col. uer. quæro, quid si reus. C. quomodo & quando iudex. nisi iudex mandasset litigantibus, ut litem contestarentur coram se ante quàm recederent, & reus spreto mandato iudicis discessisset, non poterit iudex absque alia citatione ꝓcedere cōtra reum ad primū decretū, per ibi notata per gl. ¶ Item
15 nota ex ista gl. secundum do. Abb. & Imo. cp † licet ex[a] prima citatione nō possit procedi ad puniendā cōtumaciam, potest tamē procedi ad cōdemnationē expēsarū, quas fecit pars præsens: & remittit do. Ab. ad gl. in c. querelā. in uerbo, expensarū. s̄. de procur. & ad ea, quæ dixi ibi, & in c. cùm dilecti. de do. & contu. ubi nihil tangit in specie. Adde glo. idem tenentem in c. oneratus. in uerbo, tot scriptis. lxxiiij. dist. & in c. de illicita. in uerbo, peremptorium. post medium, xxiiij. q. iij. &

a *Licet ex] Adde, quòd istud habet locum tam in reo, q̄ in actore. Ita do. Abb. in c. prout. de dolo & contu. in ij. col. in uer. reus tamē. Et hoc intellige, etiam diffinitiua nō expectata, & etiam lite nō contestata: do. Ab. in c. finem litibus. de dol.*

c. quoniā contra.

dol. & contu. in ult. col. in uersic. et dic clariùs. Adde tu, an ista mora possit purgari, ut si uenit post breue tẽpus, expensæ nõ possint petiri? Vide do. Ab. in c. cùm dilecti. de dolo & cõtuma. in uers. diutius. Adde ad ista: pone, reus non cõparet in termino: & si comparuisset, iudices nõ processissent, qa impediti: an isto casu sit reus condemnãdus in expensis, tanquam contumax? Ponit do. Abb. in c. fi. de do. & contu. in j. col. in uersi. & ut latiùs.

in gloss. ij. in c. j. de do. & contu. in vj, & Bar. Bal. & Ang. in l. sancimus. C. de iudi. & Bar. in l. contumacia. ff. de re iud. & Bart. & Imo. in l. qui ante calendas. ff. de uer. ob. & Spe. & Ioan. An. in tit. de cita. §. uiso. uersi. sed quid si tres. & Ang. in l. ij. C. de anna. except. & do. Ant. post Inno. in c. finem. s̃. de dolo & contu. & Spec. in tit. de expensis. §. j. uer. sed quæritur, quando præstandæ. ¶ Sed istam gloss. & prædicta limita primò, non procedere in præceptis executorum, quando intra tres terminos præcipiunt aliquid fieri, in quibus, nisi aliud non exprimatur, solùm post ultimũ locus erit pœnæ, secundum Ioan. An. not. in d. uersic. sed quid si tres. Secus in præceptis de ueniendo datis per trina tempora: quia comparendo in ultimo, non excusatur ab expensis: quia interest partis, quæ uenit in primo termino, aduersarium tunc nõ uenisse, ideo illius interesse habetur consideratio, secundum ipsum ibi, & Inno. in d. c. querelam. & in d. l. qui ante calendas. & in l. si finita. §. si plures. ff. de dam. infect.

¶ Secũdò limita, nisi cõparens in prima citatione confiteretur petita: quia non condemnabitur in expensis, secundum Bal. in authen. contrà, qui propriam. in fi. C. de non nu. pec. & Angel. in authen. qui semel. C. quomodo & quando iud. pro quibus facit, quod not. Bart. in l. si quis inficiatus. ff. depositi. & Bal. in l. generaliter. C. de episco. & clerí.

¶ Hanc limitationem dupliciter restringe: primò, si ante citationem fuisset reus monitus ab actore, iuxta l. quidam Hiberus. ff. de ser. rust. præd. quia permittendo se citari, etiamsi postea confiteatur, condemnabitur in expensis. Ita sing. uoluit Gul. de Cu. in l. edita. C. de eden. & sequitur do. Anton. in c. j. s̃. de lib. obla. & Angel. in l. debitores. C. de pign. & Bald. in l. omnes. C. de episc. & cle. & do. Abb. & do. Maria. in c. ij. j̃. de accus. Et in dubio præsumitur istam monitionem præcessisse, arguendo à communiter accidentibus, iuxta l. nam ad ea. ff. de legi. quia rarò conuenitur debitor non præmissa interpellatione, in l. fideicommissi. in prin. de usur. ¶ Secundò restringe, nisi obligatio esset in diem: quia illo transacto expectans citationem condemnabitur in expensis, etiamsi confiteatur: quia dies ipsum monuerat, iuxta c. potuit. j̃. de loca. Ita no. do. Abb. in c. licet. j̃. de symonia. & do. Maria. in d. c. ij. ubi etiam tetigi, sed non ita clarè. ¶ Item no. ex ista gloss. secundum do. Abb.

16 quòd † iudex non debet contumacem cõdemnare, nisi priùs sibi constet de contumacia. Ex qua ipse infert ultra alios ad not. dictum Bart. in l. multum interest. ff. de condi. & demon. & in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infe. ubi dicit, quòd etiam præsupposito, quòd aliquis uerè sit contumax, si tamen iudex hoc ignorans condemnat eum ut contumacem, non ualet actus. Allegat Bart. Innocen. in c. cùm contingat. s̃. de offic. deleg. & tex. in l. hæc autem. §. j. in uerbo, constare liquereq; prætori. ff. ex quibus cau. in posses. eatur. de quo exclamat hîc do. Abb. aliud non dicens. Adde, quòd doctrinam Bart. sequitur latè do. Anton. in c. cùm dilecti. s̃. de dolo & contu. in c. cùm dilecti. s̃. de elec. & Cal. in tit. de dila. consi. ulti. & do. Card. post Pet. de Anch. in clemen. ij. ut lit. pend. in fi. & do. Abb. in cle. præsenti. de censi. & in c. ad nostram. el iij. j̃. de iureiuran. & in c. fi. s̃. de foro compe. & Pet. de Anch. in c. ij. s̃. de offic. deleg. & Bal. in l. generaliter. §. is de præsentibus. C. de rebus credi. & in authen. matri. in fi. C. quãdo muli. tutelæ offic. & in l. eum, qui res. ad fin. in uersic. ante quàm nuncius. C. de procur. & in l. ij. C. de spor. & Imol. in c. ex tenore. s̃. de foro compe. & Bart. in d. l. hoc autem. §. j. & Bal. Imol. & Ro. in l. sed si de sua. §. cùm autẽ. ff. de acquir. hæred. & Bald. & Imo. in c. sæpe. j̃. de appell. ubi de hoc est optima glos. in uerbo, peremptorio. in fi. secundum ipsos ibi, & in d. §. cùm autem. ¶ Limita hanc doctrinam Bart. duo-

17 bus modis. Primò, nisi † fortè periculum esset in mora: putà, quia statutum arctabat iudicem ad pronunciandum, & fortè nuncius erat corruptus, & non reportabat ambasiatam: tunc enim, si iudex credidit eum citatum ex alia præsumptione, ex informatione ualet sententia. Ita elegantissimè limitat Bal. in l. falsus. uersic. item dubitatur. C. de fur. ita saluans Ioan. And. quem dicit disputando tenuisse cõtra prædicta, sed nimium indistinctè, secundum eum. ¶ Secundò limita, nisi iudex ante relationem nuncij pronunciaret utraque parte præsente: quia ualebit sententia. Ita sing. not. Bal. hîc: allegat l. de unoquoque. ff. de re iudi. & ita limitat Bar. in d. l. multum. ¶ Gloss. in uerb. recusationes. uerum dicit, quòd recusatio est danda in scriptis, per l. apertissimi. & ibi gloss. C. de iudi. & per Spec. in ti. de recus. §. fi. sed non probatur hîc in text. secundum Doc. Et not. hanc gloss. secundum Bal. & do. Abb. quòd non ualet processus gestus post appellationem proposita recusatione: & remittit se do. Ab. & bene, ad dicenda in c. cum speciali. j̃. de appell. Pro nunc uide ipsum latissimè in sua disputatione, quæ incipit, Duo clericali ordine insigniti. ¶ Gloss. in uerb. productiones. no. gloss. secun-

18 dum do. Ab. quòd † si de facto admitur productio instrumentorum post conclusionem in causa, illam non releuat. Sed contrarium tenet hîc do. Abb. quem sequitur do. meus, allegans Rotam, & bene, conclusione v. in nouissimis: quia iudex admittendo uidetur tacitè reuocare conclusionem in causa, per notata in c. ex parte. j̃. de app. ut hîc per eos latè. Ex quibus facias duas bre-

19 ues conclusiones. ¶ Prima conclusio. Valet † admissio productionis instrumentorum facta ex iusta causa, etiam parte contradicente, dum modò citata, & causa cognita, licet sit in causa conclusum, per tex. optimum in c. pastoralis. in fi. s̃. de causa pos. & proprie. Et si diceretur interlocutoria, ista est executioni mandata. Ideo effecta irreuocabilis sine partium consensu, iuxta gloss. & Bar. in l. j. in fi. ff. de præto. stip. Item tale ius est quæsitum parti ex renunciatione alterius partis. Ergo per iudicem sibi auferri non potest, per gloss. ord. in l. j. aliàs ij. C. quę sit longa cons. & tex. in l. toties. in fi. ff. de polli. no. Ang. in l. iij. §. si is, pro quo. ff. quod quisque iur. Respondet hîc do. meus, quòd hoc cõtingit in actibus faciendis coram iudice, in quibus multum potest æquitas iudicantis etiam contra conuentionem partium, per d. c. pastoralis. & allegat etiam Spec. in ti. de proba. §. fi. uersi. sed pone. ubi dixit, quòd licet partes faciãt pactum de non probando per testes, tamen iudex potest admittere testes unius partis ualde legales: & dictum fuit in c. ij. post do. Anton. s̃. eod. ¶ Secunda conclu-

20 sio. Admissio † productionis instrumentorum facta à iudice sine causa, parte præsente & non contradicente, ualet, licet sit conclusum in causa, secundũ do. Abb. hîc arg. c. cùm causam. j̃. ti. proxi. Et resultat hoc ex tacito cõsensu partis, sicut dicetur in c. fraternitatis. j̃. tit. proxi. quòd receptio testium facta publicatis testibus parte præsente & non contradicente, ualet: licet enim taciturnitas simplex non operetur aliàs consensum præiudicialem, ut per glos. in rub. is, qui tacitè. cum si. tamen authoritas iudicis & fauor iudiciorum hoc operatur, ut probatur ex dicto Inn. in c. ex parte decani. s̃. de rescri. & facit l. cùm ostendimus, §. fin. ff. de fideius. tut. Secus, si pars contradicit: quia etiamsi non appellauit, contradictio eius reddit talem actum nullum, secundum do. Abb. & expressiùs Do. per id, quod no. Bar. in

l. ij. ad fi. ff. de appell. recip. & Bal. in l. ij. in fi. C. de epis. audien. dum dicunt examinationem testium factam post terminum parte reclamante non tenere: si enim hoc operatur terminus hominis, ut c. licet. & ibi dixi, s̃. eo. fortiùs legis: qualis est conclusio in causa, ut hîc per domeum ponentem etiã tres modos concludendi in causa, qui melius stabunt in c. cùm dilectus. j̃. de fi. instr.

¶ Gloss. in uersic. tempora. Dicit hîc sing. Bal. quòd si testis deponit una die, nõ est necesse, quòd scribatur hora, sed si iurat uno die, & deponit alio die, scribi debet utraque dies. Nec obst. quòd depositio trahatur ad diem iuramẽti, ut per Bar. in l. damni. §. Sabini. ff. de dam. infe. quia fallit, nisi conditio testis medio tẽpore sit mutata, ut quia de amico factus est inimicus, uel econuerso: & ultima qualitas præualet, l. si mater. C. ne de statu defunct. & ideo dicit ualde signanter, quòd si objicitur testi, quòd tempore iuramenti erat inimicus, certè si non erat tempore depositionis, reconualescit tempus iuramenti, cùm inhabilitas non annullasset iuramentum ipso iure, sed erat opus exceptione: & ideo ualet extremum confirmans arg. l. si unus. §. pactus. in uerbo, in pristinam naturam rediit. ff. de pac. secus, si erat inhabilitas inficiens ipso iure, ut excommunicatio, secundum eum: qui subdit, quòd si post iuramentum perfectum & testimonii superueniret nouus casus impedimenti, non rescinderetur, quod consummatũ est: & dicit esse gloss. notabilẽ in l. furti. §. j. ff. de infami. quæ dicta bene no. quia non legi alibi, & faciunt ad ea, quæ dixi in c. licet. s̃. eo. in quæstione de teste, ¶ut deponit post terminum. ¶ Gloss. pe. in fi. Ex hoc inferunt do. Abb. & Imol. quòd si iudex omisit aliqua facere scribi, quæ postea oportuit partẽ probare, & super hoc facere expensas, tenetur resarcire parti: quod dictum retuli & multipliciter confirmaui in c. tua nos. j̃. de homi. Ideo non insisto sibi. De pœna iudicis negligentis iustitiam ministrare, uide Bart. in l. fi. ff. de uar. & extraor. cogni. & latè Ioan. de Ana. in c. excommunicamus. §. monentur. j̃. de hære. & ibi pleniùs dixi. Et in quãtum do. Abb. hîc allegat Inn. in c. sicut dignum. j̃ de homi. adde, quæ ibi dixi. Et adde, quòd quando datur libellus pro interesse coram syndicatoribus, non debet esse ad certum & limitatum interesse, sed ita petere ut condemnetur, quantum eorum religioni uideatur & placeat. Ita docet Ang. in l. si filius. ff. de iudi. & in l. ex maleficijs. ff. de act. & Do. & Bar. in l. fi. C. de pœna iud. qui malè iudicauit. ¶ Gloss. fi. in fi. Habet ista gloss. materiam solennem & propriam huius decre. uidelicet, utrùm præsumatur pro processu, quòd fuerit riuè ordinatus, quando impugnatur sententia ex ineptitudine processus. Item, utrùm sententia præsumatur iusta, si de ea solùm dubitatur etiam data ualiditate processus: & hoc secũdum prius tangetur, & ista sunt magni effectus: quia præsumptio releuat ab onere probandi. Et quamuis materia sit trita, tamen mutãdo iuxta morem do. Abb. clariorem cæteris elicendæ sunt ex dictis suis quædam cõclusiones indigentes examine, restrictis multis, quæ

21 dilatari possent. ¶ Prima † conclusio. Pendente appellatione non præsumitur pro processu facto in causa principali, sed oportet ut is, ¶p quo sentẽtia est lata, probet rectitudinem processus & iustitiam sententiæ. Ita firmant hîc do. Anton. do. Abb. Imo. & do. meus per text. hîc, & in c. cùm inter. à contrario sensu, j̃. de re iud. Adde gloss. idem tenentem in l. Herennius. §. Caia. ff. de euic. & Inn. Host. & do. Ant. in c. in præsentia. s̃. de renun. & gloss. magnam ad fi. in l. j. C. si aduersus credi. do. Ant. in c. cùm ad sedem. ad fi. s̃. de resti. spo. & Speculum in tit. de instru. edit. §. restat. uer. in summa. & in tit. de sen. §. ut autem. uersic. & no. secundum quosdam: & rationem ponit hîc do. Abb. quia per appellationem est extincta, uel suspensa uirtus sententiæ, c. uenientes. j̃. de iureiur. l. j. & ibi Bart. ff. ad Turpil. cum si. & ideo pro sententia non præsumitur. Vnde dicunt Imo. & do. Abb. hîc, & Imo. in d. c. in præsentia. quòd qui habebat probare in prima instantia, habet probare nunc, & probabit producendo prima acta, uel producendo alia denuo, l. per hanc. C. de temp. appel. ¶ Hanc conclusionem limita, nisi iudex pronunciasset super his, quæ sunt commissa arbitrio suo, ut sunt dilationes pœnæ arbitrariæ, & similia: quia si reus appellat ab arbitrio iudicis tanquã iniquo, debet ipse in appellatione probare iniquitatem arbitrij: pro quo lex multum præsumit. Ita dicit Inno. in c. ad petitionem. j̃. de accus. quod multum not. do. Abb. in c. quo ad consultationem. j̃. de re iud. Sed si uelles disputatiuè tenere contra istam conclusionem, pondera tex. in d. c. in præsentia. ubi pendebat appellatio, ut patet ex casu posito ibi per gloss. j. & tamen tex. ibi dicit semper præsumi pro iudice: & Ioan. de Imo. ibi impugnatis certis solutionibus diuinatiuis. Do. Anton. ibi dicit, hanc opi. posse sustineri contra communem per illum tex. cui dicit responderi non posse: pro quo etiam adducit tex. in l. ij. C. de offi. ciui. iud. & hoc repetit ibi Imo. in tribus locis. Ad idem adduco tex. optimum in c. in nostra. s̃. de procur. ubi si non fuissent probationes factæ per appellãtem, præsumebatur pro iudicibus pendente appellatione. Et non dicatur, speciale esse in iudicibus literatis, prout dicit ibi do. Ant. quia tales debent esse omnes iudices, ut traditur in c. fœlicitatus. s̃. de rescri. & Ro. dicit in summa, & in c. j. de consang. & affi. Nec dicatur, quòd ibi pendebat tempus ad appellandum, prout dicit do. Ab. hîc, & in seq. conclusione: quia hoc est manifestè contra illum tex. Ad idem adduci potest tex. in l. si instituta. §. de inofficioso. ff. de inof. testa. ubi si hæres institutus reportauit sententiam contra se in causa inofficiosi testamenti aduersus pupillum, cogitur pendente appellatione præstare ei alimenta: & sic uidetur præsumi pro sententia non tenendo, quòd fit speciale fauore alimentorum: & hoc non uidetur mirum, quia sola appel. non tollit authoritatem iudicis. Vnde ille probabit, qui sententiam impugnat, ut per Imo. in d. c. in præsentia. ¶ Secun-

22 da conclusio. Pendente † tempore ad appellandum præsumitur pro sententia, secundum do. Abb. hîc plenè: allegat d. c. in præsentia. & d. c. in nostra. quæ iura bene probant hoc à fortiori: quia si uolunt, quòd præsumatur pendente appellatione, fortiùs præsumet pendente tempore ad appellandum. Sed cum reuerentia non loquuntur in casu, ad quem allegant per do. Abb. Imo, ut dixi s̃. probant contra conclusionem præcedentem. Et quamuis Imol. hîc non faciat differentiam inter ista duo tempora, & dicat nullo ex eis præsumi pro sententia, tamen in d. c. in præsentia. dicit contrarium in utroque tempore: & meliùs in primo quidem, per illum tex. in ij. par. gloss. in d. l. Herennius. §. Caia. Per hoc etiam allegat hîc do. meus text. quem dicit sing. in l. propter uenení. §. fi. & ibi Bart. ff. ad Sylla. ¶ Hanc conclusionem intellígit do. Abb. respectu iustitiæ sententiæ, per iura prædicta: sed respectu rectitudinis processus nõ præsumitur, nisi appareat, secundum eum: quia processus requirit scripturam, ut hîc in tex. Sed sententia licet scribatur, non tamen scribitur eius iustitia, c. sicut. j̃. de re iud. propter diuersos motus animi iudicis, d. c. cùm ad sedem. s̃. de resti. spol. Est autem regulare, secundum eum, quòd illud, ad quod exigitur scriptura, debet probari, & non præsumitur. Allegat Inno. & bene, in c. super his. prope finem gloss. magnæ, j̃. de accus. & in c. innotuit. prope finem, j̃. de eo, qui fur. ordi. susce. Est enim præsumptio fraudis, si scriptura non adhibetur, ut hîc per ipsum. Et illam doctrinam intellige, ubi longum tempus esset decursum, ut per Inn. in d. c. super his. cũ concor. quæ tamen cõsideratio non cadit, ubi est tempus ad appellandũ breue. Et secũdũ istã declarationẽ puto intelligẽdã esse opi. Imol. in d. c. in præ-

sentia, quãm s̃. tenui, uidelicet quòd pendente appellatione pręsumat̃ pro iustitia sententiæ, sed non pro processu. Et hoc modo saluari posset communis opinio. Et pro dicta opinio. Imo. in c. in præsentia. uide Bar. in l. is, qui ad ciuilia. C. de appel. ¶ Item conclusionem istam & præcedentem extende etiam ad sententiam excommunicationis, secundum glo. & Inn. hîc, & Imo. in c. bonæ. j. s̃. de elec. Ex quo habes, quòd licet app. nõ suspendat sententiam censuræ, c. pastoralis. in fi. j̃. de appel. & in c. is, cui. de sen. excom. in vj. tamen suspendit præsumptionem respectu iustitiæ & respectu processus: quod
23 sing. no. dò. Abb. ¶ Tertia conclusio. Postquãm † sententia trãsiuit in rem iudicatam, si nihil tangit de rectitudine processus, sed de iustitia sententiæ, præsumptio est pro ipsa sententia, secundum omnes hîc: imo, secundum Imo. est præsumptio iuris, & de iure, contra quem regulariter nõ admittitur probatio. Et allegant omnes c. cùm inter. j̃. de re iud. & dicit Imo. esse tex. ualde bonũ in l. Herennius. §. Caia. ff. de euict. Et istud, tanquam regulare, præsupponunt hîc omnes, maximè Bal. & Imo. Sunt tamen aliqui casus in quibus conclusio fallit, adeo quòd non præsumitur pro iustitia talis sententiæ,
24 nisi probetur. ¶ Fallit † primò, nisi in sententia sit expressus error contra ius scriptũ: quia hoc probato non præsumitur pro sententia, nec transitus in rem iudicatam purgat hoc uitium nullitatis, secundum do. Abb. hîc per c. pen. j̃. de re iud. & c. cùm inter. eo. tit. & in l. si expressim. ff. de appel. & l. ij. C. quando prouo. non est ne. Idem Bal. hîc, dicens quòd ubi est uitium in pronunciatione, non præsumitur pro iudice. Et de hoc dicit esse illam singu. l. qui testamento. ff. de excus. tut. Et usque ad quantum tempus possit de tali nullitate dici, uide in Spec. de sen. prola. §. iuxta. ad finem. Et hanc fallentiam intellige, ut dixi, quãdo sententia est contra ius scriptum: secus, si esset contra ius litigatorum: quia etiam si hoc ostendatur, non tenet, ex quo nõ fuit appellatum, secundũ Inn. in d. c. in præsentia. quem allegat do. Abb. hîc: & rationem differentię uide per do. Car. in cle. si appellationem. in j. q. de appella. & quod not. do. Abb. in
25 c. præterea. el ij. j̃. de appel. ¶ Fallit secundò, nisi † appareat notoriè de iniustitia sententiæ, secundum Imo. & do. Abb. hîc, & Inn. in d. c. in præsentia. Allegant c. solicitudinem. uersic. si uerò. j̃. de appella. & in c. inter cæteras. j̃. de re iudic. & Innoc. in c. fraternitatis. j̃. de frigi. ubi hoc uoluit in prin. super uerbo, nouimus. dicens, sententiam posse retractari, quoties ostenditur de ipsius notoria iniustitia: & ipsum sequuntur etiam ibi do. Ant. & do. Abb. qui dicit istud dictum nunquam tradendum esse obliuioni, & intelligit, etiamsi notorietas iniustitiæ postea accederet: quia per talem notorietatem tollitur præsumptio, quæ aliàs erat pro iudice: pro quo ultimo est casus elegans in l. si qui adulterij. & gl. ij. in c. inter. xvj. q. iij. & illud do. Inn. plenè refert, & sequitur Ro. in l. admonendi. ff. de iureiur. & Imo. in c. cùm dilecta. in ult. col. s̃. de rescrip. & Bal. in l. unico, ad fi. C. de confes. & in l. si quis testibus. & in l. libertorum. C. de testib. & do. Abb. in c. cùm inter. j̃. de re iudi. & in c. cùm Apostolus. in ult. col. j̃. de censi. & in c. ij. uer. ultimus intelectus. j̃. de purg. uulg. per illum tex. meliorem de iure ad hoc, per quem motus fuit Inn. ubi s̃. & optimè facit cle. pastoralis. uer. Pisana. de re iud. ubi citatio ad locũ
26 notoriè suspectum est ipso iure nulla. Idem notãt Doc. in locis statim allegandis: & pulchrè dixit do. Car. consi. lvj. incipiente, Dum reuerendus. quòd manifesta iniquitas idem operatur, quod nullitas. Alleg. Inno. in c. cùm Bertoldus. in uerbo, concessimus. j̃. de re iud. & dicit esse no. dignum. ¶ Sed † statt difficultas, utrùm talis sententia lata contra notorium sit ipso iure nulla, an uerò debeat irritari? Et quòd sit nulla, tenet do. Abb. in c. inter cæteras. per illũ tex. j̃. de re iud. do. Ant. in c. cùm Bertoldus. eo. tit. per d. c. inter cæteras. & d. c. solicitudinem. & d. cle. pastoralis. ibi, dici ne ergo. Bene facit d. c. ij. de purg. uul. & idem not. do. Abb. in c. cùm ad quorundam. j̃. de exces. prælat. & in c. per tuas. in ult. col. j̃. de sen. excõ. & do. Ant. in repetitione c. cùm. uer. no. hoc dictum. s̃. de consti. & in c. j. j̃. de re iud. & in c. per tuas. j̃. de sen. excom. quia secundum ipsum ibi notorium æquiparatur expresso in tenore libelli: ut no. Inno. in c. j. s̃. de offi. uic. Sed expressio euidens falsitatis uitiat ipso iure sententiam, d. c. per tuas. & c. uenerabilibus. ad fi. eo. tit. in vj. Ergo, &c. Et pro hoc dicit esse casum in l. j. ff. quæ sen. sine appel. rest. & in d. cle. pastoralis. & allegat Inn. in c. cum nostris. in addi. j̃. de concess. præben. & hoc dicit ponderandum & menti tenendum: idem do. Car. plenè post Paul. in d. cle. pastoralis. uer. rursus. in iij. q. & Do. post Io. An. in c. Romana. §. in uniuersitatem. de sen. excom. in vj. & do. Abb. in c. si quando. in j. not. s̃. de offi. dele. Et respondet ad illum tex. contra Bal. ibi, & uidetur ista communis opi. & seruaretur in practica. Nihilominus contra istam opi. est decisio Bal. in l. j. C. ne filius pro patre. & in l. ciues. C. de appel. Mouetur per tex. ibi, ubi excusatio erat manifesta, & cõtra ipsam iudex pronunciauit, & fuit opus appellare: & allegat text. in l. palàm. §. quæ in adulterio. ff. de ritu nup. ubi subtiliter intuenti probatur, quòd sententia lata contra deprehensum in crimine, non est nulla: & pro hac parte adducit hîc do. meus l. nam & postea. §. si damnetur. ff. de iureiur. ubi ualet sententia lata contra iuramentum, quod tamen inducit notorium, sicut confessio, c. fi. de cohab. cle. & mul. & alleg. tex. in l. is, cuius nomine. ff. de inter. act. ubi ualet sententia per confessionem partis: ad idem allegat d. c. si quãdo. & ibi Bal. & c. dilecto. j̃. de ap. secundum unum intellectum: & respondet in c. inter cęteras. quod secundum communem lecturam probat, quòd sit retractanda, non quòd sit nulla: & istud etiam tenet Bald. ibi, licet ipse non dicat. Ad c. solicitudinem. dicit, quòd mandatum ibi nõ astringit: quia potest appellari. Ad c. ij. de purg. uulg. dicit, quòd ibi erat expressus error contra ius scriptũ: quia approbatur duellum contra c. monarchiam. ij. q. v. Ad arg. do. Ant. in d. c. per tuas. dici potest, licet ipse non referat, secundum quod dixit Bal. in l. ex diuerso. §. rei iudi. ff. sol. matr. quòd expressio erroris in sententia cõtinet uitium materiæ: unde primus defectus uitiat ipso iure, secundus non. Qd̃ bene no. ¶ Et tenendo hanc partem opus est, ut limitetur dupliciter. Primò, nisi sententia sit lata contra notorium: quod est impossibile aliter se habere, secũdum Arch. Io. An. & Domi. in d. §. in uniuersitatem. & per do. Abb. in d. c. inter cæteras. & do. Car. in d. cle. pastoralis. & Bal. in l. j. C. sen. rescin. non pos. ¶ Secundò limita, nisi sit interlocutoria, non requirens causę cognitionẽ. Et ita loquatur d. cle. pastoralis. quia commissio citationis fieri potest parte absente, secundum do. meum. Allegat Bar. in l. in sa. C. de proxi. sacro scri. lib. x. Et licet ista multum persuadeant pro ista parte, tamen difficilè obtineretur, ut iuribus pro hac parte adductis responderi posset, ut dixi in uoce: maximè, quia ista ultima responsio ad cle. pastoralis. non consonat: quia dum tex. ibi dicit, quòd illa non meruit dici sententia, non considerat, utrùm esset leuis, uel magni præiudicij: sed notorium, contra quod erat lata. ¶ Fallit tertiò ista con-
27 clusio secundum unam opi. nisi † in sententia iudex retulisset se ad acta: quibus inspectis appareret de errore iudicis: quia sententia esset nulla, & uolens eam ex hoc capite impugnare audiretur, licet transiuerit in rem iudicatam. Ita dicunt Cy. Bar. & Fulg. in l. j. C. de errore cal. & do. Ant. in repe. c. ab excommunicato. s̃. de rescri. & Imo. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de uerb. obl. & in l. ex diuerso. §. fi. ff. sol. matr. & Cald. do. Ant̃o. Imo. & do. meus hîc, & Imo. in l. is, ad quem. in pen. col. ff. de acqui. hæred. & in c. in præsentia. s̃. de renun. & ibi do. Ant. & Inno. in c. cùm Bertoldus. super uerbo, concessimus. j̃.

de re

de re iud. & ibi do. Ant. Mouentur isti: quia paria sunt, quòd aliquid sit expressum explicitè, uel per relationem ad aliud, l. ait prætor. §. j. & l. in summa. in princ. ff. de re iud. in d. c. præterea. & ibi Domi. in iij. notab. xiiij. dist. optimus text. in l. pen. C. de sen. quæ sine certa quã. & gloss. in c. illa. j̃. de accus. facit; quod not. Alberic. in ij. parte statu. q. clij. ubi dicit, quòd si iudex dicat, condemno te ad talem pœnam secundum formam statuti, si in statuto nulla pœna imponitur, sententia est nulla. Similiter dicit Specul. in titul. de teste. §. qualiter. uersicul. cæterũm. quòd si dicitur, credo prout in tali instrumento, censetur confiteri ipsum instrumentum. No. Bald. in l. ij. §. quod obseruari. in fi. C. de iur. cal. Et si in instrumento nihil esset pertinens ad possessionem, non haberetur in aliquo pro confesso, secundum Bal. in l. ij. C. de erro. aduo. facit l. qui plures habebat liberos. ff. de usufru. leg. Similiter dicimus de teste, qui dicit, dico prout aliàs dixi, ut per do. Anton. in c. nihil. j̃. de uerb. sig. & Bartol. in l. eos. ff. de fal. & domi. Anton. in c. cùm in tua. j̃. titul. proxi. cum aliĵs similibus, quæ adduci possent. ¶ Contrariam tamen opi. uidelicet, quòd ualeat sententia etiam, quæ tetulit se ad acta nihil probantia, si non fuit appellatum, tenet hîc Inno. & Host. apertè dicentes, quòd si in sententia iudex diceret: quia per A. & B. testes sic probatũ est, ideo te condemno, etiamsi illi testes nihil probant, præsumitur pro sententia, per c. sicut. & c. causam. j̃. de re iud. & hanc opin. tenuit Bal. in l. ij. in princ. C. de re iud. & in l. j. C. de ma. uin. & in l. prolatam. C. de sen. & in l. j. C. de errore cal. & Pet. de Anchor. in regula, ea, quæ. in iij. oppositione, de reg. iur. in vj. & do. Abb. in d. c. inter cæteras. & est de mente Bart. in d. l. si is, ad quem. Per hæc adducit Bal. in d. l. j. de erro. cal. quia aliud est, quòd error exprimatur specificè in sententia, & tunc nõ ualet propter defectum formæ: aliud est, quòd exprimatur implicitè, quia non est de defectu formæ: arg. l. si quis legatum. in prin. ff. de fals. & hac ratione utitur etiam Bal. in d. l. ex diuerso. ut prędixi: & pro hoc fortiter facit, quia quando datum est à lege pro forma, ut aliquid fiat expressè, tunc non sufficit fieri per relationem ad aliud. Vnde dixit sing. Ang. in l. ubi autem. §. qui illud. ff. de uerb. obl. & in l. j. ff. de libe. & posth. & in l. prætor. in prin. ff. de ope. no. nun. & cons. cxiij. inc. Quędam domina. & Bal. in l. minoribus, C. de his, qui. ut indig. quod in casu cle. appellanti. de appell. non sufficit exprimere grauamen per relationem ad acta: & ideo ex quo lex requirit errorem expressum in sententia, uidetur hoc datum pro forma, secun-
28 dum Bald. in d. l. j. ¶ Pro † concordia opinionum in hoc dubio passu considerandi sunt vj. casus. Primus casus est, quando in sententia non fit mentio de actis, tamen ex eorum inspectione uidetur iudex errasse: & tũc sententia non est nulla, nec retractanda post transitum in rem iudicatam, secundum gloss. & Bart. in d. l. j. C. de erro. calc. Bart. Bal. Imo. & Rom. in d. l. ex diuerso. & Angel. in l. imperator. ff. quæ. sen. sine appell. rescin. & Imo. hîc, & in d. l. in præsentia. quia requiritur error expressus, ad hoc ut uitiet, l. si expressim. ff. de appell. l. j. §. item contra. ff. quæ sen. sine appell. rescin. cum si. Et quia iudex potuit moueri ex aliquibus, quæ non sunt expressa in actis, c. cùm ad sedem. j̃. de resti. spol. & c. causam. j̃. de re iud. Et bene facit, quod no. Imo. hîc contra domi. Anton. dicens, quòd si reperitur sententia lata contra instrumentum productum in actis, non est nulla: quia possibile est, quòd iudex illi fidem non adhibuit: & istud potiùs præsumitur propter authoritatem iudiciariam & transitum in rem iudicatam, quòd iudex sententiando contra instrumentum uidetur illud reprobare. Nunquid autem probari possit iustitia sententiæ ex tenore testium, contra quorum dicta iudex iudicauit? Imo. dicit, quòd non: quia fortè uacillando deposuerunt. Sed contrarium ipse tenet in d. c. in præsentia. quia debuit iudex facere scribi uacillationem, ut j̃. dicam in quæstionibus post Inno. hîc. Ideo pro eis in dubio præsumitur. Quæ consideratio potest procedere in causa appellationis: sed, ut dixi, post transitum in rem iudicatam super istis fortè non audiretur. ¶ Istum casum limita, nisi error iuris, uel calculi esset expressus in libello: quia semper uidetur esse expressus in sententia, etiamsi ad libellum se non referat: quia omnino ad illum refertur ipso iure de necessitate, c. licet. j̃. de symo. l. fi. C. de fideicom. lib. Ita no. Bart. & Bal. in l. j. C. de erro. cal. & eleganter Bald. in l. ij. C. de re iud. & sequitur hîc do. meus: pro quo adduco elegans dictum Pet. de Anchor. in cle. cùm à repulsione. in j. col. de app. ubi refert se plerunque audiuisse Bal. dicentem uiua uoce, quòd de ineptitudine libelli semper opponi potest etiã post sententiam, ad eam annullandam, per tex. ualde sing. in c. cùm dilecti. j̃. de empt. & uen. & idẽ dicit Pet. de Anchor. & sequitur Imo. quibus adde Bal. in l. ij. in xiiij. q. C. de rescin. uen. & in aliĵs locis, de quibus dicetur in c. examinata. s̃. de iudic. Et istud intellige, quando error expressus in libello, nullo modo potest saluari: sed si posset saluari, uideretur intentata illa actio, secundum quam error non esset notorius: & per Bal. in l. cùm certa ratione. C. quando prouo. non est ne. ¶ Secundus casus est, quando iudex in sententia dicit probatum esse per probationes iure reprobatas: ut quia dixit per duellum sibi constare, per tex. in c. ij. j̃. de purg. uulg. per quem probatur, talem sententiam esse nullam: quod est notandum, secundum Bal. in l. libertorum. C. de testi. ¶ Tertius casus est, quando iudex non refert se ad acta per modum causæ, sed simpliciter enunciat acta: putà, ut ostendat se cognouisse de causa, dicendo: Visis testibus, instru. &c. & tunc quia iudex non fundat se in actis, non uidetur sententia nulla per relationem ad acta, secundum Bal. in d. l. ij. in prin. C. de rei uen. & sequitur do. meus hîc: de quo miror, quia ut diximus in c. licet. super gloss. in uerbo, opponi. in ij. conclusione, s̃. eo. Per prædicta uerba cognoscitur, quando iudex fundauerit se in actis: ideo inter istum casum & sequentes nõ facio differentiam. ¶ Quartus casus est, quando error expressus uitiat secundum legis dispositiones, sed tamen secundum arbitrium competens iudici ex causa potest esse non error: & tunc adeo præsumitur pro iudice, quòd ex causa præsumitur excessisse terminos legis, ut l. relegatorum. & ibi Bar. ff. de pœ. ubi bonus tex. in l. moris. §. iste ferre. eo. ti. ex quo habes ampliatum dictum Inno. in c. ad petitionem. de quo s̃. ¶ Quintus casus est, quando in sententia dicetur, quia per A. & B. testes probatum nõ est, Titium mutuasse Seio, ideo Seium absoluo, & tamen illi testes deposuerunt mutuum esse factum, & tunc sententia ualet: & si non appellatur, efficitur irreuocabilis: quia potuit esse, quòd iudex fidem testibus non adhibuit ex aliqua trepidatione illorum, uel alia de causa: quia eorum fides stat in pectore iudicis, l. iij. §. j. ff. de testi. Ita not. do. Anch. hîc, & Imo. in d. l. si is, ad quem. & facit d. l. j. §. item. cum concor. uer. quòd si de iure suo probante. Sed certè quãuis ista differentia inter istum casum & sequentem communiter admittatur, tamen mihi non uidetur differre: primò, quia in casu c. cùm Bertoldus. quod doctores alle. in casu sequenti, fuerunt uerba sententiæ negatiui effectus: quia dicebatur illum in probatione defecisse: quod sonat, i. non reprobasse: & tamen ex quo apparebat eum probasse, sententia irritatur: & sic non præsumitur, iudicem ex causa sibi cognita fidem non adhibuisse. ¶ Secundò moueor per illam notabilem considerationem Imo. in d. c. in præsentia. quã retuli in primo casu, dum dicit, quòd debebat uacillatio scribi, nisi fortè iste casus procedat post transitum in rem iudicatam: quasi tunc maior præsumptio sit pro iudice. ¶ Sextus casus est, quãdo in sententia dicitur: quia per tales testes proba-

c. quoniam contra.

tum eſt, Titium mutuaſſe Seio: ideo Seium condemno: & teſtes interrogati de mutuo dixerant ſe nihil ſcire. Et iſte eſt caſus dubius, in quo animus iudicantis ſolùm ab actis interpretatur: & in effectu credo ſententiam nõ eſſe nullam, ſed bene irritãdam, per tex. in d. c. cùm Bertoldus. in uerbo, irritandum. quem ad hoc no. do. meus hîc: cui adde, quod Inno. ibi no. ſuper uerbo, conceſſimus. quem omnes tenentes primam opi. allegãt pro ſe. non dicit talem ſententiam eſſe nullam, ſed irritandam: & adduco notabilem theoricam Inno. in c. P. & G. ante finem ibi, nec obſt. ſ. de offi. dele. ubi dixit, quòd quando error non eſt expreſſus in ſententia, ſed elicitur uirtualiter ex uerbis ſentẽtiæ, prout eſt propriè hîc, non reddit ſententiam nullam, ſed irritandam: quod pro multùm ſingulari ſequuntur ibi do. Ant. & Inno. in c. translato. ſ. de conſti. & do. Ant. in c. cùm cõtingat. in j. col. ſ. de reſcri. & in c. cùm ab excommunicato. eo. tit. & in c. j. de re iudi. & Domi. in c. humanum genus. in ult. col. j. diſt. & in c. in tantũ. xxj. diſt. no. do. Anto. in procemio Decretal. & do. Abb. in c. pen. j. de capel. mo. Ex quibus elicio concluſionẽ, quòd ſententia, cuius error deprehenditur ex actis, non eſt nulla, nec irritanda poſt tranſitum in rem iudicatã, niſi in tribus caſibus: ſ. quãdo eſt lata ſuper inepto libello, uel quando ſuper probatione reprobata, uel quando expreſſè ſe retulit ad acta, adeo quòd appareat iudicẽ aliunde non fuiſſe motum: & primo & ultimo caſu eſt irritanda, in ſecũdo eſt irrita. Procedit ergo concluſio principalis, quando ſimpliciter allegatur iniuſtitia, & petitur acta produci: quia

29 in dubio obſtat exceptio rei iudicatæ. ¶ Fallit † quartò prædicta concluſio, niſi coram iudice cõperenti, parte aduerſa nõ opponente, probaretur iniquitas ſententiæ, ſecundum do. Ant. Imo. & do. Ab. hîc: quia admittendo talem probationem, à qua per exceptionem rei iudi. poterat uictor ſe tueri, ſi poſtea de iniuſtitia docetur, poſtea ſententia retractari. Allegat Inno. & bene, in c. cùm dilecta. in gloſſ. maiori, ſ. de reſcrip. & in d. c. cùm Bertoldus. ſuper uerbo, conceſsimus. Imputatur enim non opponenti. Et de qua re iudex cognoſcit, de ea iudicare debet, l. de qua re. ff. de iudi. ut hîc plenius per eos: quibus adde Imo. plenè idem tenentem in d. c. cùm dilecta. in ult. col. & in d. c. in præſentia. & plenè do. Maria. in c. qualiter. el j. j. de accuſ. & do. Abb. in c. j. j. de confir. uti. uel inuti. Non obſt. quòd nõ ualet ſententia contra ſententiam, quæ tranſiuit in rem iu. ut no. in c. inter monaſterium. j. de re iud. quia illud eſt uerum, niſi appareat de notoria iniuſtitia ipſius ſententiæ, arg. d. c. ſolicitudinẽ. de appellationibus ſecus, quando non conſtaret de iniuſtitia, ſecundum do. Anton. & Imo. hîc. Secundum quos etiam non obſt. quòd ſententia inducit notorium, c. fi. de coha. cle. & mul. & ſic nõ deberet poſſe ferri ſententia contra notorium: quia uerum eſt, quòd ſententia inducit notoriũ, ſ. præſumptionis: ſed tale notorium debet ſuccumbere notorio ueræ probationis, ut in ſimili per glo. fi. in c. tranſmiſſę. j. qui filij ſint leg. & facit l. ſi qui adulterij. C. de adul. Non ob. quòd partes non poſsint uenire contra ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, ut per gl. in l. ſi diuerſa. C. de trãſac. quia uerum eſt tranſigendo, cùm tranſactio debet fieri ſuper re dubia, l. j. ff. de tranſact. ſed bene poſſunt aliâs per pactum renunciare ſententiæ, l. iuriſgentium. §. ſi paciſcar. el j. & ibi Bal. ff. de pac. per Bal. in l. eleganter. in princ. ff. de cond. inde. & in l. poſt rem. ff. de tranſac. & in d. l. ſi diuerſa. Dicetur latiùs de prædictis in d. c. inter monaſterium. Et pro hac fallentia facit optimè ultra omnes: qa ualet probatio admiſſa contra preſumptionem iuris & de iure, ſi non fuit oppoſitum: ut ſentit Bal. in l. inter ſtipulantem. §. j. in j. col. ff. de uer. obl. quod ſummè no. ibi Imo. & idem not. Roma. in l. ſi duo. ff. de acqui hære. & do. Ant. in c. quia plericq. in ult. char. j. de immu. eccl. & in d. c. cùm dilecta, colligẽs hoc ex dicto Inn. ibi, de quo

30 ſuprà. ¶ No. tamen duo. Primò, quòd † ſi pars, in cuius fauorem ſententia tranſiuit in rem iudicatam, proteſtaretur & contradiceret docendo de tranſitu in rem iudicatam, etiamſi eſſet aliter, nõ appellaret iudice procedente ad ulteriora, proceſſus non teneret, ut in ſimili uoluit Bal. in l. certi condictio. §. quoniã. in fi. ff. ſi cer. pe. ubi dixit, quòd ſi contra inſtrumentum regiſtratũ non debet admitti, pbatio per teſtes ex forma ſtatuti, ſi parte præſente & non cõtradicente admittitur, ualeret: ſecus, ſi proteſtaretur: quod eſt ualde notandum ſecundum do. meum hîc: pro quo facit, quod not. Bar. in l. ij. in fi. ff. de app. reci. ¶ No. ſecundò, quòd ſi corã iudice appellationis eo caſu, quo appellatio eſt deſerta, doceretur de tali iniquitate, nõ ualeret proceſſus, tanquam factus coram iudice incompetẽti, per cle. ſi appellationem. de appel. ſaluo, niſi fuiſſet dubitatum, an appellatio eſſet deſerta, uel non: & pronunciatũ, illam non deſertam: quia tunc, ſi nõ fuiſſet ab illa appellatum, teneret proceſſus factus coram iudice appellationis, ſecundum do. Ant. & do. Abb. hîc. & Imo. in d. c. in præſentia. de quo dîc, ut plenè per eos. ¶ Fallit quintò, niſi per confeſsionem partis, pro qua ſententia trãſiuit in rem iudi. appareret de iniuſtitia ſentẽtiæ: quia propter hoc tollitur omnis præſumptio, quæ eſt pro ſententia, & poteſt retractari, ſecũdum do. Ant. Imo. & do. Abb. hîc. Allegant Inn. & bene, in c. quia plericq. paulo poſt prin. j. de immu. ecc. bene facit glo. reputata ſing. in auth. de æqualitate dotium. §. aliud. & in l. in contractibus. in uerbo, nullo modo. in princ. C. de non nu. pec. & quod no. Bar. & Bal. in auth. ſed iam neceſſe. C. de do. ante nup. ubi habetur, quòd contra præſumptionem iuris & de iure admittitur probatio per cõfeſsionem eius, pro quo eſt præſumptio: & illud dictum Inno. in c. quia plericq. multùm no. do. Ant. in c. is, qui fidem. j. de ſponſ. & in c. quanto. ſ. de præſum. & in d. c. cùm dilecta. & Imo in d. cle. ſi appellationẽ. & Bal. & Imo. in l. ſi quis inſtituatur hæres. ff. de hære. inſti. & Bal. in auth. ad hæc. C. de uſur. & Imo. in l. nemo poteſt. ff. de leg. j. & do. Ab. in c. nouit. de iud. & in c. j. j. de cõceſ. præben. & in d. c. is, qui fidem. & in c. cùm inter. j. de re iud. & Imo. in d. c. in præſentia. & in d. c. cùm dilecta. in ult. col. & Bal. & Ro. in l. ſi cõſtante. §. quoties. ff. ſol. mat. & Ro. in l. ſtipulatio iſta. §. j. ff. de uer. obl. & Petr. de Ancha. in regula, poſſeſſor. de reg. iur. in vj. Bene facit ſing. dictum Bald. in l. filium, quem habentem. uerſi. & quia de inuentario feci mentionem. C. fa. ercif. ubi dicit, quòd ſi legatarij confitentur, quòd tẽpore mortis teſtatoris hęreditas non erat ſoluendo, nõ tenebitur tũc eis hæres ultra uires hæreditatis, licet inuentarium non cõfecerit: quia ceſſat tunc præſumptio, quæ erat contra ipſum non conficientem inuentariũ. Idem Pau. de Caſ. in l. in ratione. §. quod uulgo. ff. ad leg. Fal. & do. Flor. in l. cùm putarẽ. in ulti. col. ff. fa. erci. Qd bene no. ¶ Amplia iſtam fallentiam, nedum in cõfeſsione uera, ſed etiam ficta, ſecundum do. meum hîc, per id quod no. Bar. in l. abſentem. in fi. ff. de pœn. ubi dicit, quòd contra præſumptionem iuris & de iure admittitur probatio per confeſsionẽ fictam. Pro quo facit text. & ibi Bal. in l. ſi. C. de interdic. ma. & qd. no. Bal. in l. non ignorat. C. qui accuſ. & Bar. in conſi. inci. A domino Cyno de Bononia. ¶ Vnum etiã in propoſito no. q̃ licet pars, quæ habuit ſentẽtiam pro ſe, ad ſui præiudicium poſsit fateri ſententiam eſſe iniquã, tamen ad fauorem ſuum non poteſt allegare iniquitatẽ ſententiæ pro ſe, ut eſt text. no. in l. ſi ſeruus pluriũ. §. j. ff. de leg. j. & non eſt alibi, ſecundũ Bar. ibi. Ad idẽ glo. in l. ſtipulatio iſta. §. j. in uerbo, ſucceſſores. ibi, ſed ubi rẽ alienã. ff. de uerb. ob. & no. Ro. ibi, & Bart. in l. ea lege. §. ſi quis fortè. & Ro. in l. admonẽdi. de iureiur. & Bal. in l. poſt mortem. ff. de adop. Item adde in materia do. Abb. in c. cùm interea. ſ. de elec. ubi dixit, quod nõ eſt præſumendum pro ſententia etiã principis, ſi procedit parte non citata, & eius

defenſione

defenſione non admiſſa. Ita dixit ſing. notare gl. & Bal. in l. fin. C. de legi. ¶ Item no. quòd limitari poteſt tertiò iſta concluſio, etiam in ſententijs, quæ non tranſeunt in rem iudi. ¶ Item limita, niſi opponeretur, quòd fuiſſet omiſſa cauſæ cognitio: quod elicitur ex breuitate temporis, ſecundum Bar. in l. prolatam. C. de ſen. cum concor. de quibus dicetur in ſequenti concluſione, uerſi. eſt uerum, quòd ſi appareat. Et per hæc eſt expedita tertia concluſio, in qua habitum fuit, quãdo præſumatur pro iuſtitia ſententiæ. Sequitur uidere, quando præſumatur pro proceſſu: hoc eſt, poſito quòd ſentẽtia ſit iuſta, utrùm præſumatur proceſſum fuiſſe ritè formatũ: quòd expediam concluſiue. ¶ Quarta cõcluſio. Poſtquàm † ſententia tranſiuit in rem iudicatam, præſumitur pro rectitudine proceſſus, ſiue lata ſit de recenti, ſiue non: ſiue in præſentem, ſiue in abſentem: contumacem uerum, uel fictum. Ita concludunt ultimatè do. Ab. & Imol. hîc, & Imo. dicens, hanc eſſe communem in c. cùm in iure. ſ. de offi. dele. & Imo. poſt do. Ant. in d. c. in præſentia. & Rom. diffuſè in l. ſciendũ. ff. de uerb. obli. idem Spec. in tit. de inſtru. edi. §. reſtat. uer. in ſumma. & in tit. de ſenten. §. ut autem. uer. & no. ubi uide: idem Imo. in l. ex hac ſcriptura. ff. de donat. & in l. iiij. §. cõdemnatum. & in l. ſi cùm nulla. ff. de re iudi. & Ang. & Imo. in l. de unoquoq. & in l. acta. eo. tit. & Bald. in l. rem nõ nouam. C. de iudi. & do. Ant. in c. cùm ad ſedẽ. in ult. char. de reſti. ſpo. Et dicit Bal. in c. cauſam. j. de re iudi. quòd ſi acta poſſunt interpretari pro & contra ſententiam, debẽt interpretari pro ſentẽtia. Et omiſsis opinionibus gl. & aliorum, quos prædicti referunt, tenetur ſimpliciter iſta concluſio per tex. in c. bonæ. el j. uer. & pro his. ſ. de elec. dum fundat ſe non in notorio, ſed in authoritate iudiciaria, præſumendo citationem, ut no. etiam ibi do. Abb. Ad idem tex. in c. cùm inter. j. de re iudi. dum dicit, quòd ritè uerbum concernit proceſſum, iuxta gl. in l. ij. ff. de inoffi. teſt. & facit uerbum, Per omnia. quia omnia includit, c. ſi Romanorum. xix. diſt. & pulchrè Bal. in l. omnia. C. de epi. & cle. & Ang. in l. ij. §. furioſus. ff. de iure codi. & conſi. vj. incip. Lata eſt ſententia. Et non ob. iſte tex. quia loquitur in cauſa appellationis, ſecundum iſtos: & rationem differentię dixi. Et ita intellige gl. pe. in c. cum ſpeciali. j. de appel. Et non facit differentia inter contumacem uerum & fictum, prout facit hîc do. Ant. & Rota cõcluſione cclxxxix. quia, ſecundum Imol. hîc, licet fuerit contumax, tamen ſciendo de ipſa & non appellando habetur pro præſente, l. ab eo. C. quomodo & quando iud. & tranſit in rem iudi. authen. hodie. C. de

32 app. Et per prædicta ſuperfluò quæritur, an † ſententia preſumatur lecta, de quo latè per Flo. in l. ab ea parte. ff. de proba. & Ang. in l. fi. C. de ſen. ex breui. reci. & Bal. & Ang. in l. quæcunq. §. fi. ff. de publi. & Bal. in l. fideicom. §. j. ff. de leg. iij. cum ſi. Et non expedit uidere, quod dicatur eſſe longum tempus ſ. de quo in propoſito dubitauit Bald. in c. fi. de mili. uaſal. q̃ cont. eſt. Eſt enim hoc arbitrarium, per id quod no. Inno. in c. ij. ſ. de reſt. in inte. & gl. in l. furtum. §. fundi. ff. de uſucap. & Bal. & etiam Imo. in l. ſi de eo. §. j. ff. de acqui. poſſ. & do. Anto. in c. cùm inter. in fi. de re iudi. & in c. ueniens. el j. in pe. col. in tit. prox. & ſuperfluũ remanet dictum Bal. in c. j. in fi. quot teſt. ſint neceſ. ad prob. in ueſt. dũ dixit, quòd ſi ille, contrà quem producitur ſentẽtia, negat doloſè ſententiam fuiſſe latam, in odium negantis omnia præſumuntur ſolenniter acta, per illum tex. Idem de eo, quod no. Bal. hîc dicens, quòd ſi acta ſunt combuſta, pro ipſis præſumitur: & exclamat de gl. hîc, & uidetur tenere, quòd aliàs non præſumatur pro actis, niſi probentur, per illum tex. præter quàm in ſententia ualde antiqua: ſed iſta omitto retenta prędicta cõcluſione, cui non obſt. iſte tex. ut dixi. Et de materia uide etiam Bal. in l. fi. in ult. col. C. de re iud. & Imo. in c. j. ad fi. j. de confir. uti. uel inuti. & Bar. in l. admonendi. uer. quæro, quid ſi reperiuntur. ff.

de iureiur. & Bal. in l. j. C. quando liceat ter. prouocare.

33 ¶ Limita uno modo iſtam concluſionem: niſi † pars, quæ dicit ſolennitates proceſſus non fuiſſe ſeruatas, producat ipſa acta, in quibus appareat non eſſe deſcriptas ipſas ſolennitates neceſſarias, ſecũdum do. Ant. & do. Ab. hîc: quia probando nullitatem tollitur per conſequens tranſitus in rem iudicatam, per c. in noſtra. ſ. de procur. ubi exceptio defectus mandati ſemper opponitur contra ſententiam: & alleg. do. Ant. Bar. in l. hi, qui ad ciuilia. C. de appel. & in l. j. ff. ut cauſæ poſt puber. adſit tutor. Idem expreſſè uoluit Io. An. in Spe. tit. de ſentẽtijs. §. ut aiunt. uer. & no. docens practicam, qualiter negans ſe fuiſſe citatum, poteſt probare per inſpectionem actorum adhibitis uiris literatis, ut ibi per eum: & bene facit c. unicum. ſ. de litis cõteſt. & l. fi. C. de reb. cre. & credit do. Ab. iſtum fundandum ſe in aſpectione actorum eſſe admittendũ, donec iuri agendi de nullitate ſit præſcriptum, ut diximus in c. licet. ſ. eo. Hinc eſt, quòd Imo. in d. c. in præſentia. dicit hanc præſumptionem rectitudinis non eſſe iuris, & de iure: quia per oſtenſionẽ actorum eliditur, ſi in eis contrarium appareat, per d. c. unicum. ¶ Sed hanc limitationem declara dupliciter. Primò, niſi diceret non interueniſſe ſolennitates, quæ non eſſent de ſubſtantialibus: quia etiamſi hoc eſſet uerum, non tolleretur ſententia, ſecundum do. Anto. in c. cùm ad ſedem. uerſus fi. ſ. de reſti. ſpo. & ſentit etiã hîc. Quid autẽ ſi in actis deficiant aliquæ ſolennitates neceſſariæ, tamen ſunt epilogatæ in ſentẽtia eo modo, quo dicam in prima fallentia ſequentis concluſionis, an preſumatur tunc pro proceſſu: Non reperio tactum: ſed crederem, quòd ex ſententia non præſumeretur, quando apparerent alia acta originalia ſine illa ſolennitate: qa nõ eſt ſeruata forma huius decre. In quo poteris cogitare. ¶ Secundò declara, niſi diceretur omiſſum aliquid, qd concerneret etiam iuſtitiã ſententiæ: putà, cauſæ cognitio: quia licet ex actis de ipſa non appareret, ut quia nõ eſſet datus terminus ad probandum, tamen præſumeretur, ſecundum Bar. in l. prolatam. C. de ſen. & do. Ant. hîc. Eſt uerum, quòd ſi appareret clarè iudicẽ nullo modo potuiſſe cognoſcere de cauſa: putà, qa de mane habuit proceſſum, & in ſero iudicauit: uel idẽ de ſimili breuitate temporis, quę neceſſariò argueret impoſsibilem cognitionem: poteſt talis ſententia retractari, ut ſingulariter uoluit Bart. in d. l. prolatã. & ſequit Imo. in d. c. in præſentia. & do. Ant. hîc, & do. Abb. in c. tum ex literis. ubi bonus tex. ſ. de reſtit. in integ. & Ro. in rub. ff. de arbi. & do. Car. in cle. diſpendioſam. de iudi. & ibi Imo. & Petr. de Ancha. de ſolennitate. conſi. ccl. inci. In cauſa & quæſtione. & do. Ant. & Imo. latè poſt gl. fi. in c. eccleſia. ſ. de conſti. & Oldr. conſi. ccſj. & Imo. in c. ad audientiã. j. de app. & do. Ant. & do. Abb. in c. ij. j. de re iudi. & Pet. de Anch. in c. fi. in fi. de re iud. in vj. & in regula, ea quæ. in prima oppoſitione, de reg. in eo. lib. & Cal. in tit. de re iud. conſi. ult. & Pet. de Anch. conſi. xxxj. inci. Viſa quadam petitione. & conſi. cxxiiij. inci. Viſis conſilijs. & do. Ant. in c. in noſtra. j. de coha. cle. & in c. poſt elec. j. de cõceſ. præben. & Imo. in cle. paſtoralis. de re iud. & Bar. in l. ij. in prin. ff. de iudi. & in l. quod iuſsit. ad fin. ff. de re iudica. & in l. ij. C. de eden. & in l. properandum. §. ſi quidẽ. C. de iudi. & in extrauag. ad reprimẽdum. in uerſi. ſummariæ. in princip. & in fi. & Spe. in tit. de offic. iud. §. poſtremo, uer. ſecundò uidendum. & Inn. in c. tua. ad fi. gl. magnæ, de cohab. cle. & Bald. in l. fi. in vij. q. C. de edic. di. Adria. tollẽ. & in l. captatorias. C. de teſta. mili. & Angel. in l. bonorum. C. qui admitti. & in l. iudices. C. de iudi. & Bal. in l. Labeo. uerſic. extrà quæro. C. quomodo & quãdo iud. & in d. l. ij. C. de eden. & in l. nec cauſas. C. de appel. & in l. petendæ. C. de temp. in integ. reſtit. pet. & in l. mãcipia. C. de ſer. fugi. & in l. ex ſtipulatione. C. de ſenten. & Ang. in authen. quomodo oporteat epiſcopos. §. oportet. niſi talis ſentẽtia eſſet lata parte præſente & nõ

c. quoniã contra.

recla-

reclamante,ſecundum Lapum allegatione xxviij.inci. Delegata cauſa.& Bal. in d.l. prolata. In quo paſſu non inſiſto pro nunc:quia ſtat difficultas, an talis ſententia lata non uiſis actis ſit nulla,uel annullanda: de quo in locis prædictis, cum quibus fieri poſſet lõga repetitio: ex quibus puto limitari poſſe tertiam concluſionem præcedentem, ut ibi in fi.tetigi. ¶ Quinta concluſio.
34 Quamuis † in ſentẽtia dicatur, Viſo libello, Viſa lit.cõteſt.& ſic de alijs actis,propter hoc non magis præſumitur pro proceſſu:aliàs preſumeretur naturaliter,ſi de actis appareat.Ita uoluit Inn. hîc,amplians ſing. etiamſi notarius cõficiens inſtrumentum,in ipſa ſententia apponeret dicta uerba:quia non intelligitur loqui,niſi de his,quæ eodem loco & die fuerũt acta:& ſic reliqua narrata non probantur,cùm ſint de præterito,etiamſi diceret actum tali die & loco & ſe interfuiſſe, non exprimendo tempora cuiuslibet actus:quia quo ad illa, uidetur tantùm ſermo teſtimonialis,nõ habens fomentum officij tabellionatus,ſecundum ipſum:de quo faciunt feſtũ Bal.do.Ant.Imo.& do.Ab.hîc,qui dicit,quòd quotidie allegantur iſta dicta Inn. pro inſtrumentis multa recitantibus, ut non faciãt plenam fidem, niſi reſpectu eorum,quæ tempore confecti inſtrumenti potuerũt interuenire:& addidit notata per Bar.in authen.ſi quis in aliquo. C.de eden.& per gl. in uerbo,fides.in c.abbate. ĵ.de uer.ſig. Adde do.Car.conſi.lxxiiij.inci.Titius:nunc ſunt,&c.in ult.char.ubi latè ſequitur Inn. hîc, & uide eundem cõſi.xxxiiij.inci. Cùm inter religioſos,ubi propter iſtud dictũ Inn.conſuluit,quòd licet in inſtrumento dicatur, Vocatis uocandis, illa uerba non faciunt fidem : quia inſtrumẽtum ſolùm probat ſuper his ſuper quibus cõficitur, ut hîc per Inn. & uide omnino Io.An. in Spe.de ſen.§.ut autem. uer. & no.ubi refert Guidonẽ de Suza,diſputando tenuiſſe,quòd ſi in ſententia dicitur,citato reo peremptoriè,&c non probatur citatio peremptoria.Ita dicit tenendum de iuris ſubtilitate: quia ſunt uerba actus præteriti:ſecus, ſi in ſentẽtia dicitur, In Titium præſentem iudice ſedẽte lecta. quia per iſta uerba ita probatur illa interueniſſe, ſicut ipſa ſententia : & ſequitur Ro. in d.l.ſciendum. poſt Ang. ibi, & cum iſtis concor.latè Spec.in tit.de inſtr.edi.§.reſtat. uerſ.in ſumma.& in tit.de proba. §.fi. uer.ſed pone.& do. Car. poſt gl.in uerbo, fundantur.in cle.j.de proba.Et pulchrè dixit Inn.in c.fi.in fi.ĵ.de fi.inſtru. quòd non ſtatur tabellioni,qui in ſuo inſtrumento atteſtatur, ſe uidiſſe aliqd contineri in alio inſtrumẽto.Facit,quod no. Bal.in l.geſta.ad fi.C.de re iu.& Spe.in tit.de procur.§.illud.uer.illud.& in d.tit.de proba. §.fi. ubi dicit, quòd ſi iudex dicat,Condemno Titiũ tutorem Seij pupilli, ſi aliud non apparet,ille per hoc non præſumitur tutor: quod multùm not.hîc Imo.dicẽs ſe pridie habuiſſe in facto:& põderat doctrinam Inn.hîc,ut ſing. per Bal.hîc,dum dicit, notarium rogatum de mutuo, & enunciãtem falsò numerationem priùs factam,non puniri : quia de eo non cõficiebat inſtrumentum : & idem repetit in l.ex his. C. de teſta.mili.ubi omnino uide.Sed de iſtis uerbis enunciatiuis non me extendo, ſed remitto ad Bar. & Imo.in l.ex hac ſcriptura.ff.de dona.& do.Anton.in c.cùm dilectus.ĵ.de ſucceſ.ab inteſta.cum concor.de quibus aliàs.
35 ¶ Fallit † primò iſta concluſio,quo ad propoſitum,niſi dicta uerba ſcriberentur per notarium in inſtrumento ſententiæ nõ ſimpliciter recitando, ſed exprimendo per ſe cuilibet actui enunciatiuè,ubi,quando, & à quibus,& quot in ſui preſentia acta fuerũt:& poſtea ſe ſubſcribens,exprimat omnibus interfuiſſe:tunc enim ipſa enunciata nõ ſolùm præſumerentur acta, ſed imo probantur per tale inſtrumentum,etiam in cauſa appellationis.Ita expreſſè no.Hoſti.hîc,& ſequitur do.Ant.& Imo.& do.Abb.qui dicit,iſtud dictum eſſe tutius,quàm id,qđ no.Inn.in c.cùm in iure.ſ.de offi.dele.& idem no. Spe.in d.§.ut autem.uer.& no.& Bal.in l.iureiu.in fin.j. col.C.de teſti.& ſentit Lapus alleg.lxxvij. inci. tabellio. in pe.col.dum ita limitat dictum Inno.in d.c.fi. de fide
36 inſtr.Et hoc bene no.in practica. ¶ Fallit ſecũdò †,niſi ſententia cõtinens talia uerba etiam recitatoria, eſſet lata præſentibus partibus & tacentibus : quia tunc per ipſam probatur illa præceſsiſſe.Ita notant do.Abb.& Imo.hîc,allegando Bar.in l.j. per illum tex. C. de rela. Et non eſt opus ſeruare practicam Hoſtien.ſecundum do. Abb.in caſu iſto.Adde Bar.idẽ tenentẽ in l.acta.in prin. ff.de re iud.& in l.fi.ff.quando app.ſit.& in authen. ſi qs in aliquo.C.de eden.& Bal.& Sali.in l.emãcipationẽ.C. de fide inſtr.& Bal.pulchrè in d.l. ex his.in ij. col. & Ro. in l.qui aliena.ff.de acqui.hære.& do.Ant.conſi.xxxvij. inci.Quęſito prędicto.et in c.j.in ult. col.ĵ.de fide inſtru. & Lapum allegatione lxiiij.inci.approbat.& do. Anto. & Imo.in c.cõquerente.ſ.de off.ord.& do.Car.in d.cõſi. lxxxiiij.& Ange.in l.hi,qui ad ciuilia.C.de app.& in d.l. fi.ff.quando ap.ſit.& ibi dixit,quòd petens executionẽ ſententię nõ habet neceſſe producere proceſſum,ſed ſolum inſtrumentũ ſententiæ, in quo proceſſus enunciatur,dum modò præſente parte confectũ fuerit. Et idem repetit Ang.in d.l.j.C.de rela. ¶ Sed conſidera : quia profectò iſta fallentia non uidetur aliquid noui afferre:poſito enim,quòd pars tacuerit,tamẽ ſciebat ſe poſſe appellare, & ius ſuum contradicendi eſſe ſaluum : & ideo taciturnitas non nocet,l.ſicut.§.nõ uidetur. ff.qui. mo.pig.uel hyp.ſol.Ita mordet Raph.Cu.in d. l.fi. quãdo ap.ſit.& expreſsiùs Ro.in d.l.ſciendum. reſpondendo ad d.l.j.C.de rela.& ad d.l.fi.ut per eos, quorũ opin. ſequor.Et ſi diceretur,prout dicit hîc do. Ab.referendo Bar.in d.l.j.quod intelligitur,dum modò taceatur poſt x.dies : reſponde, quòd tunc propter tranſitum in rem iud.pro proceſſu præſumitur,ut dixi in pręcedenti concluſione.Igitur de hac concluſione tunc non erit opus. Et quòd nihil operetur,uidetur tenere Ang.in l. ſi præſes.circa prin.C.quomodo & quãdo iud.& Bar.in cõſil. inci. Apparet ſentẽtia lata. Quod intellige,quãdo ſunt uerba recitatoria. ¶ Fallit tertiò,niſi illa uerba,Viſis, &c.etiam recitatoriè ponerentur in ſentẽtia legati Car. quia plenè probant illa præceſsiſſe.Ita ſingulariter uoluit Inn. in c. cùm dilecti. ſuper uerbo, reſponſionem.ĵ. de accuſ.& ſequitur do.Anto.& do.meus hîc, & Ro.in l. ſciendum.de uerb.obl.allegans bonũ tex.in c.cùm parati.& in c.conſtitutus.uer.intellec.ĵ.de appel.& idẽ no. Bal.in l.ſi qua per calumniam.uer.deinde quæro,legatus.C. de epiſ.& cle. ſed iſtud intellige de conſuetudine curiæ Ro.quia ſecus de rigore iuris,per c.cùm nobis.in uerbo,quantæcunq;.ĵ.tit.proxi.ſecundum Spe.in tit.de teſte.§.j.uer. quid ſi aduocatus.de quo per do.Ant.in c. quod ſuper his.ĵ. de fi. inſtr. Et ibi dicetur de materia c. nobiliſsimus.xcij.diſt. ¶ Fallit quartò,in ſolennitatibus enunciatis in decreto iudicis: quia illæ præſumuntur interueniſſe,ſecundum Ang.in l.imperatores. ff. de priui.cre.per id,quod no.gl.& Dy.ibi cum concor.quas referam in vij.concluſ.ſequenti: & hoc ſpecificè colligit ibi Ang.ad limitationem notatorũ per Inn.hîc:& idem Bal.in d.l.ex his.Quod ſingulariter no. & declara,ut in d.concluſione. Item de materia huius cõcluſionis uide aliquid per Bal.in c.j.quo tẽpore miles per Imo. in l.iiij. §.condemnatũ.ff.de re iud.per Pau.de Caſt.conſ.iij.per do.Anto.in c.licet.in ult.col.ſ.eo.per Bal.in d.authen.ſi quis in aliquo. & in l.j. in pe.col. C. ne liceat ter.prouocare.& Ang.& Ro.in l.hæres inſtitutus.ff.de acqui.hęre. ¶ Et not.ſecũdò. Primò, quòd ſi breuitas temporis demonſtrat iudicẽ non potuiſſe rimari ea, quæ dicit ſe uidiſſe,illa uerba nihil operantur, ſecundum Ang. in d.l. prolatam. ¶ Secũdò no.ꝙ dicta uerba quandocunq; prolata nõ probant,niſi per notariũ ſint regiſtrata, per iſtum tex.in prin.ſecundum Io.An.latè in d.§.ut autem. uer. ¶ Et no.tertiò,ꝙ ſi in fine ſententiæ ponantur per notariũ hæc uerba,lata fuit dicta ſententia utraq; parte petente.

petente.nõ probatur propterea cõſenſus,ſed ſola iudicis requiſitio,ſecundũ Bal.in c.cauſam.in fi. propter gl.
37 ibi,ĵ.de re iudi. ¶ Sexta cõcluſio.Pro † iuſtitia & rectitudine laudi arbitri, uel arbitratoris ita præſumitur,ſicut pro ſententia iudicis.Ita originaliter uoluit Dy.cõſ. xiiij.inci.tollemus.quem ſequitur Io.An.in Spe.ti.de arbit.§.ſequitur.uer.item,quid ſi compromiſſum.in additione in c.diuus.in regula.& Bal.do. Anto.& Imo.& do. Abb.hîc,& do.Ant.conſi.xxviij.incip.Hæc quæſtio dubia habet uulgaria.& in c.Quintauallis.ĵ. de iureiur. & conſi.xxxvij.incip.In quæſito prædicto.& Ro.in l.ſciendũ.allegãt l.ab ea parte.ff.de probatio.Et dixit in ꝓpoſito Ang.in d.l.ſciendũ.ꝙ ſi arbiter præſentibus & conſentientibus partibus ferret ſentẽtiam,aſſerens ſe iudicare ex cõpromiſſo in eum facto,ex tali ſententia inducitur præſumptio poteſtatis ſuæ, attento ꝙ partes tunc potuiſſent illam dare,licet ille,qui narrat ſe iudicẽ delegatum,uel ordinarium,per hoc nõ præſumatur iudex, ut pleniùs per Imo.poſt alios in c.cùm in iure.ſ.de offi. deleg.quia nõ eſt in poteſtate partium,expreſſè,nec; tacitè facere iudicẽ eum, qui nõ eſt iudex, in l.priuatorũ. ff.de iuriſdic.om.iud.quod no.quãuis Rom.in d.l.ſciẽdum,mordeat Ang.in eo,ꝙ ſentit arbitrium poſſe ferri cauſa nõ cognita:nam malè ſentit : quia præſuppoſita præſentia partium,tale uitium nõ nocet, ſecũdum Bal. in terminis in d.l.prolatam.uer.fi. ¶ Sed aduerte bene ad duo: Primò,quia non uidetur,quòd pro arbitratore unquam præſumatur.Ita probabiliter attentari poteſt,ſecundum do.Ant.conſi.xxix.in antepe.col.ubi eleganter loquitur:quia arbitramẽtum magis adaptatur naturę cõtractuum,quàm iudiciorũ.Vnde dicitur trãſactio,ut per gl.in auth.ut differentes iudices.circa prin. Et in contractibus nõ præſumitur pro requiſito extrinſeco:l.quæcunque.§.fi.ff. de Publicia.Ergo nec iſto caſu præſumeretur pro laudo,id eſt,ꝙ fuerit iuſtè latũ pręcedentibus probationibus, pro eo qui obtinuit : & iſtud eſſet ſuſtẽtabile,niſi arbitrator eſſet perſona ualde prouida & honeſta,per tex.in c.niſi eſſent.ĵ.de præben. qui tex.ſic ponit,uel poteſt intelligi. Sed tamẽ quia illũ tex. intelligunt ſimpliciter in omni arbitratore,do.Car.& Imo.ibi,dicentes,nõ eſſe ſimilẽ in iure:& quia pro quolibet præſumitur, ꝙ inhoneſta pſona,c.fi. de præſump. credo dictũ do.Ant.nõ eſſe tutum.Et ita expreſſè firmat Sal.in l.ſocietatem.§.arbitrorũ.in xxij.q.ff.pro ſocio.de quo etiã uide latiſsimè Ang.conſi.cxcvij.inci.In Dei nomine:pro deciſione quæſitorũ præmitto,ꝙ quãdo ſententia.& uide,quod ſtatim dicetur. ¶ Secundò aduerte:quia iſta concluſio fallit,niſi ponereť reclamatio,uel reductio ad arbitriũ boni uiri: qa tunc tollitur præſumptio laudi,ſecundũ do.Ant.& do. Ab. per ea,quæ dicta ſunt de ſentẽtia iudicis in prima conclu. Idem do. Ant. in d.c.in præſentia.in pe.col.& d.conſi.ix.& ibi adducit, quod diximus ſ.de ſen.excom.quæ licet nõ ſuſpẽdatur per appellationẽ,tñ appellatio tollit eius præſumptionem.Idem do.Ant.& Imo.in d.c.Quintauallis. ¶ Sed contrarium tenet Imo.in d.c.in præſentia.dicens,quòd qui dicit laudum eſſe iniquũ,habet onus probandi,in l.ei,qui.cum ſi.ff.de proba.Et iſtud,ꝙ probatio incumbat petẽti reductionem,tenet Bal.in Spe. in tit. de probat.dicens,ita fuiſſe iudicatum:imo ita expreſſè uoluit Dyn.in d.conſil. & Io.And.in d.addit.Idem Bal.in l.nec quicq;.§.ubi decretũ.ff.de offi.procon.& leg. allegãdo Dy.in d.conſi.quem etiã ſequitur Bald.in l.ſi de meis.in fi.ff.de arbi. ¶ Eſt uerũ,ꝙ iſta uidentur poſſe ſimul ſtare,uidelicet ꝙ pro arbitramento nõ præſumatur: & tamen onus probandi incumbit dicẽti, eum eſſe iniquũ, ut latè deducit Imo.in d.c.Quintauallis.uerſ.quis autẽ habeat probare.Sed qa ſit ꝓbabilius,puto indiſtinctè, ꝙ præſumatur pro arbitramẽto, & onus probandi incumbat impugnanti,contra Doc.hîc,per ea,quę in terminis elegãter ſcribit Cal.in tit.de arbi.conſ.v. inci.Cui incumbit.qđ latè do.Car.in conſ.ccxliiij.inci.factũ tale eſt:uideť Bartholo.in ſecundo dubio.Vbi inter alia negant iſtã æquiparationẽ appellationis iudicialis & petitionis reductionis,cùm nõ ſint ſimilia: quia acta corã arbitratore nõ probantur in ſcriptis:ideo laudũ nõ iuſtificans excuſať:quia nõ poteſt habere locũ iſte tex: qa arbitramentũ fertur à bono uiro,& non appellatur intra x.dies,nec ab illo,ad cuius arbitriũ reducitur,appellatur:nec reperiť iure cautum,ꝙ petitio reductionis ſuſpendat uires arbitramẽti,prout reperiť in appellatione:& ideo ſtat præſumptio:quia etiamſi ꝓbatio incumberet uictori,ſufficeret ei oſtendere laudum,pro quo ſumitur : qa nõ apparẽt acta,ut ibi latiſsimè per eos, cum quibus tranſeo.Et optimè facit,qđ dicetur in fi. ſequẽtis cõcluſionis.Et cõſidera : quia profectò illa cõmunis opi. quã impugnaui in prima concluſione, uidelicet ꝙ pendente appel.nõ præſumať pro iuſtitia,habet pro ſe caſum expreſſum in authen.de his, qui ingred. ad app. §.illud ergo determinare.ibi,niſi eas rectè latas oſtenderint.& Doc. in locis proximè allegãtis : & gl.hîc fundat ſe in ipſo:ideo neceſſariũ eſt reſpondere ad c.in pręſentia.& ad d.c.in noſtra.prout utrobiq; dicit do.Ant.alle. tex.in d.§.illud exponať rectè,i.ritè,prout in ſimili facit gl.in l.ij.de inoffi.teſt. ¶ Septima concluſio.Decretum auth.interpoſitũ per uiã uoluntariæ iuriſdictionis:putà in uenditione rei eccleſiaſticæ,uel minoris,præſumitur ex iuſta & uera cauſa interpoſitũ,& quod omnes ſolennitates requiſitæ in cõtractu interuenerint, ſecundũ do.Ant.hîc per text.in l. ab ea parte.ff.de probat. ubi emancipatio præſumitur rectè facta:& ille textus de facili nõ reperitur alibi,ſecundũ do.Ant.idem tenentẽ in c. quod ſicut.in xv.col.ſ.de elec.& in c.ſicut.ĵ. de re iud. & ibi etiã allegat tex.in l.manumiſsio. ff. de manu.uin. Idem dicit Spe.in ti.de emptio.& uen.§.nũc dicendũ reſtat.uer.& breuiter ſcias.& Bal.in Spe.de appel.& in l.quicunq;.C.de bo.quæ libe.& in l.fi.C.de præ.mino. & in l. nõ aliter.ff.de adop.& ibi alle.l.ij.uer.quod nõ arbitramur.C.de off.omn.iudic.& c.accipimus.uer.non credimus.ſ.de æta.& quali.idẽ Bal.in l.ſi præſes. C. quomodo & quando iu.& Imo.in l.ſi quis cùm aliter.in fi.ff. de uerb.obli.& Ang.in l.ſciendũ.in ult.col.eo.tit. & Bal. in l.quæcũq;.§.fi.ff.de Pub.& in l.cùm.§.ſi prætor.ff.de trãſac.& in l.j.C.de manu.uind. ¶ Limita,ſeu declara iſtã concluſionẽ,dum modò ipſæ ſolennitates ſint enũciatæ in inſtrumẽto decreti: quia aliàs per ſolũ decretũ nõ pręſumit de decreto,ſecundũ Bal.elegãter in l.ex his.C. de teſta.mili.& in rep.l.ij.§.j.in ult.q.ff.ſi ex noxa.cau. aga.& in l.j.ff.de reb.eo.& alle. gl. ſolennem,quã dicit ita intelligendã,& bene,in l.j.prope fi.gl.maioris,C.de fid. inſtr.lib.x.Et ita in propoſito per illã gl.dicit Io. Fab. in §.fi.Inſtit.de fideiuſſo. & Lapus dicens eam eſſe bonã & optimam allegationem,lxxvij.inci.tabellio.in pe.col.& Ang.eam dicens eſſe notabiliſsimã in l.pupillus.ff.qui. mo.pi.uel.hyp.ſol.& idẽ Bal.in c.j.§.inſtrumentũ.de notis feudorũ.dicẽs,ꝙ ſi in inſtrumẽto decreti nõ ſit mentio de ſolẽnitate extrinſeca,illa nõ præſumitur: & idem Fed.conſ.cxlij.inci. Do.Io.dicẽs,quòd pro decreto non præſumitur,quãdo ex eius tenore nõ apparet de cauſæ cognitione:& de illa gl.meminit do.Ab.in c. quod aũt. de iure pa.& in c.Albericus. in tit. proxi. & Bal.in l.fi.C. de præ.min.& Ange. in l.qui in aliena.ff.de acqui.hære. & Bal.in l.iureiur.C.de teſti.& in c.poſt ceſsionem. ſ.eo. & Ange.in l.ſicut.§.nõ uidetur.ff.quib.mo. pig. uel hypo.ſol.Bar.& Ang.in d.l.j.C.de iure haſtæ fiſc.& do.Anto.& do.Card.in c.ea noſcitur.ĵ.de his,quæ fiunt à prælа. dicẽtes, quòd ſi in decreto alienationis rei eccleſiaſticæ dicitur capitulum cõſenſiſſe,probatur cõſenſus, niſi aliud oſtendatur:& illud d.c.uerìſsimum.per prædicta nõ diſputando, quãdo uerba enunciatiua probẽt, uel non:quia illa ceſſant,ubi eſt interpoſitũ decretũ. ¶ Et uide omnino Angel. in l.imperatores.ff.de priui.credi.

c. quoniam contra.

ubi ſuper gl.fi.quæ idem ſentit,quod gl.in d.l.j. dicetur Dy.tenuiſſe,ut dictum eſt,ſolennitates decreti pręſumi, dum modò in ipſo ſint enũciatæ: & ſubdit per hoc limitari doctrinã Inn.de qua ſ.in v.cõcluſione, quòd enunciata in inſtrumento, quæ tempore cõfecti inſtrumenti interuenire nõ potuerunt,nõ præſumitur:quia fallit in decreto iudicis: quam fallentiam expreſſè ponderat etiam Bal.in d.l.ex his.& in d.§.ſi inſtru. ¶ Et intellige, quòd ſanè non ſufficeret,cp tabellio ſcripſiſſet ſimpliciter ſolennitates interueniſſe,ſed oportet ſolẽnitates nominatim exprimere,ſecundum Io.Fab.in d.§. fi. & bene facit,quod dixi in prima fallentia v. cõcluſionis: quia, ſecundum ipſum, uideretur tabellio ſcripſiſſe ut iudex, nõ ut teſtis,qui clarè debet loqui:& ita etiã eſt de mente gl.in d.l.j.& aliorũ,de quibus ſ.Eſt uerum,quòd ſi quis uellet probare ſolennitates enunciatas in inſtrumento decreti nõ interueniſſe,uel nõ eſſe ueras,audiretur. Caſus eſt in c.j. de reb.eccl.non alie.in vj.& ſentit ibi glo. in uerbo,tenues.& expreſsiùs Pe.de Anc. licet aliud ſomniauerit ibi Domi. Et dicit Bald. in c.j. in princ.qui feudare poſ.quòd ſi cõtractus ſit factus cum debitis ſolennitatibus,ſ. interueniente cõſenſu prælati & capituli, & decreto ſuperioris, præſumitur ille actus in utilitatem eccleſiæ. ¶ Quòd autem pro ſolo decreto non enunciante ſolennitates nõ præſumatur,tenet Bal. in l.iuriſgentium.§.quod ferre.ff.de pact.& Ang.in l.j. C.de iure haſtæ fiſca.lib.x.& in l.quæcunque.§.fin.ff.de Publici.& Rom.in d.l.ſciendum. quem ſequitur hîc do. meus per tex.in l.minorum. C. de præd.min. Et licet iſti ſimpliciter loquantur, tamen eorum opinio limitari debet per prædicta:ex quibus nõ remanet eluſoria diſpoſitio d.l. quæcunq;.§.fin.prout dicebat Ro.quia ſi nõ fuerit enũciatum in decreto tutorem adhibitum fuiſſe, hoc non præſumetur: & hoc operabitur d.§. fi. nec reſtringit ratio Ang.in d.l.j.dicentis,ſe non potuiſſe obtinere in facto ſecundũ opinionem Spe.de quo in prin.huius cõcluſionis,quaſi ita non præſumatur, ſicut nec pro proceſſu,per iſtũ tex.quia iſte tex.loquitur, quando eſt appellatũ: ſed aliàs præſumitur, quòd rectè & ritè actum fuerit per iudicem, d.c. ſicut.quæ præſumptio procedit etiã in actibus uoluntariæ iuriſdictionis,d.l. ab ea parte. ¶ Quinimò eſt unus caſus,in quo præſumitur pro decreto,etiam quando in eo non ſunt enunciatæ ſolennitates,ſ.quando eſt inſtrumentum decreti antiquum. Ita conſuluit Pe. de Anc. loquens de alienatione rei eccleſiæ,conſi.cxxx.inci.Ex conſilijs excellentium Doctorum.per l.ſi filius.cum ſi. C. de peti.hær.& idem no.do. Ant.& Imo.in d.c.ea noſcitur.facit,quod no.Inn.in c.illud.j.de præſum.cum concor. quas aliàs dedi in c.licet Heli.ad fi.j.de ſymo. ¶ Vltimò in materia huius glo. no.quòd pendẽte cauſa nullitatis præſumitur pro ſententia: quia ſola appellatio eſt illa, quæ tollit præſumptionem ſententiæ,ſecundum Spe.no.in ti.de proba.§. j.uer.quintò ſequitur uidere. quem ſequitur do. Ant.& Imo.hîc,& in d.c.in præſentia.& do. Ant.in c. per uenerabilẽ.in pe.char.in uerbo,oppono primò.j.qui fi. ſint leg.& eſt de mente Bal.in authen.quæ ſupplicatio.ad fi. C.de preci.impe.offe.Et idem dicũt iſti de cauſa reſtitutionis in integ.quod bene no. quia per hoc apparet.nõ eſſe mirum, ſi pendente reductione ad arbitrium boni uiri,præſumatur pro laudo, ut ſ.tenui: quia quod dicitur de appellatione,non extenditur. ¶ Expedita materia glo.quæro primò,utrùm † ſufficiat,quòd productio iurium,de quibus in tex.uel relatio nuncij,fiat notario ſoli: an uerò oporteat,quòd fiat iudici? Et uidetur ſufficere,quòd notario, ſecundum do. Abb. hîc ſuper gloſſ.in uerbo, dilationes. de relatione nuncij. alle. Bar.in l. ſi finita. §. Iulianus. ff. de dam. infe. De inſtrumentis allegat l.eos.§.ſuper his. C. de app. Adde pro iſta parte tex.quem ad hoc no.ibi Bar. in l. præcipimus. §.in his. C.de appell. Idem Bal. ibi ſecus dicens in recep-

38

tione teſtium. Idem Sali. ibi loquens de relatione nũcij,idẽ Bar.Bal.& Sali.in d.§.ſuper his.& Bar.Sal.& Pau. de Caſt. in d. authen. quæ ſupplicatio. per illum tex.in uerbo,cauſas introducentibus. Idem Bart. in l.ij. ad fi. C.de iu.fiſ.lib.x. & Pet. de Anch.in c.ord.de appel.in vj. Non obſt. quòd probatio eſt facienda iudici, l. quinquaginta.ff.de proba.quia non negantiſti,quin debeat fieri fides iudici, ſed notarius habet poſtea præſentare acta iudici. Contrariam partem,quòd † non ſufficiat acta fieri coram ſolo notario, tenent Hoſt. do. Ant. & Imo.hîc,& etiam do.Abb.in pe.char.in hoc ſibi contrarius:quia officium notarij eſt,ſcribere,ut hîc:non autem, recipere inſtrumenta coram eo producenda: & ideo fines mandati ſunt obſeruãdi, l.diligenter.ff.man. Adde Bal.idem tenentem in l.ij.in prin. C.de eden.alle. Gul.de Cu.in l.edita. eo.ti. ubi dicit,quòd notarius nõ poteſt recipere aliquam productionem, niſi iudex ſit præſens. Alleg. bonos tex. uidelicet l.adoptio. C. de adop.& l.inſtar.C.de iure fiſ.& l.in fraudem.§. quoties.el j.ff.de iur.fiſ.Idem Bal.in l. ſi quis ſe. C. de accuſ. per illũ tex.in uerbo,ſtationarijs.quem Bal.& etiam Bar.exponunt pro tabellionibus,uel officialibus. Idem Bal. in l. ſi ea.in ij.notabi.C.qui accuſ.per l. Sempronia libellos. cum gloſſ.in uerbo,Lucius.ff.de fur. nam aliud eſt,ſcripturam peruenire ad notariũ,& aliud,peruenire ad iudicem.Idem Ang. & Ro.in d.§.Iulianus.quia in talibus productionibus requiritur cauſæ cognitio. Alle. l.properandum. §.fin autem reus. C.de iudi.ibi,terribiles in medio proponantur ſcripturæ. Et reſpondent ad §. ſuper his.allegatum per do. Abb.quòd ibi dicitur,quòd inſtrumenta,quæ producũtur,debent relinqui, uel accopiari in ſcrinio notarij:ſed non dicitur,quòd poſsint ſoli notario produci:& alle.ibi Ro.& bene, & Bal. idem tenentem in d.authen.quę ſupplicatio.& alleg.gloſſ.in l.cùm ſimus.in uerbo,confeſsionibus.iunctis ibi notatis per Bar. C. de agri. & cenſi. lib.xj. Idem etiam tenent Bal.& Angel.Sal. & Ful.in l. hac conſultiſsima.§.ſi quis autem.C.de teſta. Idem Angel. in d.l. præcipimus. & in d.l.eos.Idem Bal.in l.j.C.qui accuſ. dicens, quòd notarius nõ poteſt aliquid de iudicialibus ſcribere ſine mãdato iudicis,per l.fin.C.de exhibẽ.reis. Idem ſentit Bar. in l.uideamus.§.deferre.in fi.ff.de in lit.iuran. quem ſequitur do.Anto.in c.tuis.in j.col.j.tit.proxi.ubi dicunt, quòd notarius nõ poteſt deferre iuramentum in litem, niſi iudice præſente & mandante.Facit,quod no.Bal.in l.inſtar.C.de iure fiſ.lib.x.& do.Ant.in c. fin.j. de fi.inſtr.

40

¶ Et pro iſta † parte, quæ uerior eſt, adducitur etiã: qa in productione inſtrumentorũ requiritur cauſæ cognitio,cùm produci debeant parte præſente,uel citata,l.iudices.C.de fid.inſtru.l.ſi quando. C. de teſti. Et idem de aliſs actis nõ requirentibus cauſæ cognitionem, per d. l.ſi quis ſe.ubi ſecundum intellectum Doc.libellus non poteſt produci coram notario,& tamen in eius productione cauſæ cognitio nõ requiritur, nec partis citatio: unde etiam die feriata expeditur,l.miles.§.ſexaginta.& ibi Bar.ff.de adul.quo die pars non poteſt citari,l.j.ff.de feriis.No.Bar.in propoſito in d.l.miles.§. quinquenniſ. Facit etiam.gl.in l.iubemus.C.de liberali cauſa. quæ dicit,cõfeſsionem nõ dici factam in iudicio, niſi fiat iudice ſedente pro tribunali.No.omnes in c.fi.ſ.de confeſ.

¶ Et tenendo hanc partem limita eam primò, niſi productio eſſet facta parte aduerſa præſente & conſentiente.Ita ſimpliciter dixit Imo.in d.§. Iulianus. qa ceſſat ratio cognitionis cauſæ. ex quo infert ſub dubio, fortè cp ſufficeret producere acta primæ cauſæ coram notario iudicis appellati, ex quo primò illa prius ſunt actitata inter partes.Ita dicit poſſe intelligi d.§. ſuper his. Et iſta duo bene no. maximè hoc ultimum propter authoritatem Imo. ¶ Secundò limita, niſi notarius eſſet deputatus in ſpecie ad recipiendas ſcripturas, quæ producuntur,uel iudex commiſiſſet notario, quòd recipe-

ret

ret inſtrumenta,ſecundum Fulgo.in d.l.hac conſultiſsima.Alle.no.per gl.in l.ſi quis ex ſignatoribus.ad fin.C. quemadmo.teſt.ape.& ita intelligit d.§.ſuper his. & idẽ Hoſt.do.Ant.& alij hîc dicentes, ita ſe habere generalẽ cõſuetudinem, quòd iudex cõmittat notario receptionem actorũ. Et hîc incidenter adde,cp ſi notarius ignoranter falſum ſcribat,motus ex relatione alterius, putà nuncij,non tenetur de falſo.Ita dicit Bart.in l. ſi mulier. §.ſi ſeruus.in fi.ff.re.amo.ita dicens ſe conſuluiſſe in ci-

42

41 uitate Tuderti. ¶ Secundò † quæro iuxta prædicta, utrùm ipſemet notarius actorũ poſsit eſſe rogatus de tali commiſsione ſibi facta, & credatur ei in hoc? Bart. tenuit, quòd ſic,in l.ex ſententia. ff. de teſta. tut. & Ang. in l.ſciendum.ff.de uer.obl.quia uidemus,quòd poteſt etiam notarius ſcribere ſe eſſe rogatum à partibus. Et hanc partem in notario electo ad acta,tenet Sali. in authen.apud eloquentiſsimum.C.de fi.inſtru.ſecus dicẽs in alio notario,cui iudex committeret receptionem alicuius actus:quia de commiſsione non erit ipſemet rogatus,ſed alius. ¶ Contrarium,& meliùs,tenent Hoſtien.& do.Ant.do.Abb.& Imol.hîc,qui dicit in practica hoc menti tenendum,quia quãdocp erratur: & ideo dicunt prædicti,conſiliũ eſſe,ut latiùs ſit rogatus: quia ſibi non creditur,l.unica.C.de man.prin. & l.omnibus. C.de teſti.Adde Io.An.qui ſequitur Hoſt.hîc,in regula, cùm quid una uia.de reg.iur.in vj.in Mercu.ipſum etiã ſequit Bal.in l.iureiur.C.de teſti.& in l.iudices.ubi uide, C.de fid.inſtru.idem do.Abb.in c.fraternitatis.j. de cle. non reſi.& Ang.conſ.cxciiij.& Ang.& Imol.in l.ij.§. ſi dubitetur.ff.quemadmo.teſt.ape.& Bald.in l.ad egregias. ff.de iureiur.& multùm hoc not.do.Abb.hîc,quòd articulus examinationis teſtium poſsit notario committi: & quia hoc eget examine, uide, quæ poſt ipſum dicentur in c.cùm cauſam.el j.eod.tit. ¶ Et retenta hac opi. pro uera,limita,niſi alius notarius non reperiretur, ſecundum Bald. in d. l. ad egregias. arg.l.j. §.fin.de uerb. obl.pro quo faciunt illa pulchra dicta Ang. in repet.l.ſi uacantia.C.de bo.uacan.lib.x. dum multipliciter probat,quòd ſi deficit unus officialis ad actũ neceſſarius, putà tempore peſtis,poteſt per alium expediri, quamuis aliàs eſſet inhabilis, per illam l. & ibi ſemper recurras ad Bald.in l. j. C. de ſpor. quem retuli ſ. in ſecundo notabili:bene facit,quod ſcribit Ioan.de Imol. in c.P.& G.in viij.chart.uer.iuxta prædicta tangit hîc do. Ant. ſ. de offic. dele. ubi dixit,quòd quamuis notarius unius tribunalis non poſsit conficere acta alterius etiam ex

43

partium prorogatione,ut not. Gul. de Cu. & Bald. in l. repetita. C.de epiſc.& cle.& do.Ant.in c.P. & G. & gloſſ. in l.quicunq;.C.de exec. uel exac. lib. xij. & plenè Bald. in l.teſtamentum.C.de teſta.in l.j.ff.de iudi.& in l.j.ff.de off.procon.in l. quos prohibet. ff. de poſtu. in l. j. ff. de off.præfect.ur.Et quamuis ex duobus notarijs deputatis ad acta unus ſine alio conficere non poſsit, tamen fallit ſecundum ipſum Imol.niſi alius notarius eſſet impeditus: quia utrocp iſtorum caſuum alius poterit illi ſubrogari.Quæ omnia not.Non obſt.prædictæ concluſioni ratio Bart.in d.l. ex ſententia. quòd notarij poſſunt atteſtari ſe fuiſſe rogatos: quia reſpondet Bald. in d.l.iudices.quòd rogantur de commiſsione officij iam commiſsi: nam ex quo eſt tabellio, ſcribere debet: ſed non rogatur de origine commiſsionis officij.Vnde authoritatem nemo poteſt ſibi aſcribere: ſed ex quo cõſtat de authoritate,poteſt eam exequi.Cùm ergo tabellio non habeat ex natura officij tabellionatus authoritatem receptionis teſtium aſcribendo ſibi hanc authoritatem propriè pertinentem ad iudicem, non ad ſe,non creditur ſcripturæ, d.l. omnibus. Eo modo dicit Bald.quòd ſi tabellio propria manu ſcriberet procuratorem paſsiuè,id eſt, quòd conſtitutus eſt procurator, non ualet inſtrumentum:quia non poteſt ſibi aſcribere authoritatem uel officium. Et uide eundem Bald.in

l.fin. §.j. uer.item requiritur ſubſcriptio. C.de iure deli. ubi dicit,quòd hęres,qui neſcit ſcribere,poteſt notario committere,ut pro ipſo ſe ſubſcribat inuentario:& credetur tabellioni,qui atteſtatur in ſcriptura, ita fuiſſe ſibi commiſſum:quia iſtud committere non eſt aliud, cp rogare:quia per hoc non confertur tabellioni authoritas alicuius officij,& ſic nõ teſtificatur in cauſa ſua:arg. §.nos autẽ.in authen.de tabel.& alle.Io.An.hîc. ¶ Tertiò † quæro,utrùm iſti duo uiri teneantur iurare officiũ ſuum legaliter exercere? Hoſtien.hîc tenet,quòd nõ: dicens poſt Abb. antiquum, hoc non reperiri cautum in iure,& ſequuntur Io.An.& do.Ant.hîc: pro quibus facit gl.in l.j.ff.de uen.inſpi.& quod diximus in c. propoſuiſti.in iij.concluſ.ſ.eo.Contrariũ tenet Bald. hîc:nam ſi iurat tabellio in ſui creatione, & argẽtarius in ſua matriculatione,& miles in ſua promotione, & aliàs, tancp priuati habẽtur,ut not.gl.ſing.ſecundum eum in l.eos. C.de off.mag.mili.& gl.quam dicit ſolennem in l.quædam.§.nummularios. ff.de eden. Ergo & iſti duo uiri,cp ſuccedunt loco tabellionis.Et iſtud iuramentum ſufficit præſtare ip ſi iudici etiã in abſentia partium. Ex quo apparet ſecũdum eum,cp non iurant tancp teſtes: quia tunc deberet pars citari. Et iſtam partem tenet etiã do. Abb.hîc de Bal.mentione non facta, cùm iſti ſint quaſi teſtes:ar.l.Domitius Labeo. ff. de teſta. & optimè facit, ſecũdum eum,c.præterea.in tit.ij.Et iſtã partem ſequor. Sed caue:quia nõ puto tales falſum committẽtes poſſe puniri tancp teſtes falſarios,per id quod no. Bal.in d.c. propoſuiſti.circa medium,dum dicit, cp ubi non defert iuramẽtum formale,quod præſtatur teſtibus, non dicuntur propriè teſtes. Vnde nõ includuntur in ſtatuto puniẽte falſos teſtes.Et ita eſt hic:quia, ut prædixi poſt Bal. iſtorum iuramẽtum defertur abſentia partis, & ſic caret forma iuramenti teſtis.Fateor tamen,quòd poterunt extraordinariè punire, ut in ſimili dixit Bal.in d.l. dara opera.C.qui accuſ.quem retuli in d.c.propoſuiſti. Subdit eleganter Bal.hîc,quòd iſti duo uiri per hoc nõ efficiuntur tabelliones cauſæ: & ideo ſi diceret ſtatutũ, quòd tabellioni falſum cõmittenti amputetur manus, iſti nõ comprehenderentur in uerbis ſtatuti,ſecundum eum:quia nemo poteſt uerum tabellionem creare, niſi ſolus princeps,uel ab eo poteſtatem habẽs, ſecundum Innoc.in c.cùm P.j.de fi.inſtr. poſtea exclamat Bald. de iſto text.dum probat ſcripturam iſtorum duorum facere fidem,ubicunq;,pducatur in toto mundo. ¶ Quartò † quæro,utrùm unus de iſtis duobus poterit ſubſtituere tertium ad ſcribendum, & poſtea ſe ſubſcribere? Hoſti.Io.And.& do.Ant.tenent,quòd nõ:tum,quia inſtrumentum,de quo unus eſt rogatus,alius non conficit,ut not.in c.pe.& ult.j. de fid. inſtru. tum, quia induſtria perſonæ in ſcribendo electa, alteri non committit, per regulam quæ habetur in c.fi.§.is autẽ.ſ. de off. dele. Contrarium tenet hîc Innoc. dicẽs, ſatis eſſe, ſi additur ſubſcriptio:& ſequitur do.Abb.dicẽs,

c. quoniam cõtra.

hoc eſſe notabile,& menti cõmendandum ad multa: & facit c. cùm ab uno. de re iud.ĩ vj.& in c.ſignificaſti.& c.paſtoralis.ſ.de off. dele. Ad idem multũ no.tex.in c.inter dilectos. j. de fi. inſtr. ubi poteſt quis per alium inſtrumentum ſcribere,dum modò ipſe ſubſcribat,& ſatis habetur fides & integritas boni uiri ex ſubſcriptione. Vnde colligę,ſecũdum eum, cp ſtatuto requirẽte plures notarios ad unum actum,ſufficiet cp unus ſcribat,& alij ſubſcribant: qd dicit mẽti tenendũ: & pondera tu, quia Inno.loquit etiam, qñ ambo iſti duo uellẽt ſe exonerare à ſcribẽdo:qa

4 ſufficiet poſtea ſubſcriptio[a]:quod adhuc magis probat notabile do. Abb.

a *Sufficiet ſubſcriptio] Adde, quid econtrà? pone, aliquis ſcripſit ſchedulã manu ſua, et nõ ſubſcripſit,an illa faciat fidem contra eum? Vide Bart. in l.cùm tabernã. §.idẽ.ff.de pigno. & ibi Ang. Sali. Ant. de But.in c. ij.de fid. inſtrum. Bald. in procem. ſſorum,in ultima col.*

¶ Habes ergo doctrinam auream Innoc. quòd omnis uirtus attributa scripturæ alicuius, ita operatur, si ipse se subscribat alio scribente, ac si ipse omnia scripsisset: quod apud nos non legi in loco magis authentico. Idē no. Bal. in authen. contrà qui propriam. uer. item quæro. C. de non nu. pe. per l. cùm antiquitas. §. fi. C. de testa. Idem gl. Bar. & Sali. in l. emptor. §. Lucius. per illum tex. ff. de pact. & Bal. in rub. C. de fid. instru. uersic. sed dubitatur, nunquid tabellio. & Angel. in authen. de tabel. in princ. & in l. pluribus. in princ. ff. de uerb. oblig. & gloss. j. in c. quanto. j. de his, quæ fi. à præla. bonus text. in c. si quis presbyterorum. j. de reb. eccl. non alie. & in c. non liceat Papæ. xij. q. ij. Vnde dicit Ang. in l. ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de uer. obl. quòd uirtus data à statuto scripturæ manu propria cōfectæ extenditur ad subscriptam manu propria subscripta. Et ista procedunt regu
44 lariter. ¶ Limita † primò, dum modò sit actus, qui non poterat me prohibente fieri: quia subscribendo uideor consentire. Secus, si esset actus, qui omnino poterat fieri me prohibente, secundum gloss. & Bart. in l. Caius. ff. de pig. act. & do. Ant. do. Abb. & Imol. in c. ex literis. §. de transact. & do. Ant. & Imol. in d. c. quanto. & Ro. post Bart. in l. quæ dotis. ff. sol. mat. Et hoc habet locum, etiamsi posset contradicere, sed non sine rubore, secundum Bart. in d. l. quæ dotis. circa fin. & Domi. in c. pen. uer. quæro, pone. l. dist. & gloss. in c. plerisq; in uerb. tacent. ij. q. vij. quæ alleg. text. optimum in l. pen. in uerbo, magna uerecundia & in præsentia pudor. ff. de fur. Facit, quod not. Innocent. Bald. & do. Anton. in c. quod super his. §. de ma. & obe. & Bart. in l. j. §. quæ onerandæ. ff. quarum re. act. non datur. & Innocent. in c. causam ma-
45 tri. cum concor. §. de offic. dele. ¶ Limita † secundò, nisi quis subscriberet se nomine alieno: quia non nocet sibi, secundum Imol. post Cald. in d. c. si quis presbyter. & Roma. in d. l. quæ dotis. per l. fin. ff. de instit. & l. Titius. ff. de rescin. uen. nisi esset actus pertinens etiam ad subscribentem: quia præiudicaret sibi non contradi-
46 cendo, si posset, secundum ipsos. ¶ Limita † tertiò, nisi quis subscribat se ratione officij, secundum prædictos in d. c. si quis presbyterorum. Allegant c. inter dilectos. uer. porro. j. de fid. instru. Si uerò non officialis se subscriberet uoluntariè authoritatem præstando, sibi præiudicat: secundum eos, per l. j. §. sed & fi. ff. quod
47 iussu. ¶ Limita † quartò, nisi quis subscribat se tanquam testis ad factum sibi non attinens, per l. Caius. ff. de pig. act. Secus, si ad ipsum pertinebat, & scienter se subscripsit, cùm posset contradicere, secundum prædi-
48 ctos per d. c. ex literis. ¶ Limita † quintò, nisi subscribens non legisset, nec legi audiuisset illa, quibus se subscribebat, secundum Ang. in l. ita stipulatus. §. Chrysogonus. de uer. obl. Vnde dicit, quòd princeps subscribens se schedulis uacuis, uel sigillum apponens, non intelligitur ea, quæ postea scribuntur, confirmasse, nisi de ipsis fuerit premonitus. Et dicit esse casum in l. fin. C. plus ualere, quod agitur. & alle. Innoc. & bene, in c. ij. j. de fid. instr. cuius dictum referunt ibi latè Scribentes. Et ponderat Bald. ibi, ad ciuitates mittentes chartam albam alicui domino. & sequitur etiam Bald. in d. l. fin. & in authen. si quis in aliquo. C. de eden. ¶ Limita sextò, dum modò sit specialis subscriptio faciēs mentionem de his, quæ superiùs in eadem charta scripta erant in præiudicium scribentis, secundum Bart. in l. diuus. §. idem senatus. ff. de falsis. quem simpliciter refert Pau. de Cast. consil. cccxlviij. incip. In Christi nomine: de causa præsenti. Sed contrarium, & meliùs, tenet Bald. in dicta authen. si quis in aliquo. quem sequitur Pet. de Anch. cons. ccxxvij. incip. Priùs de iuribus. in pen. col. & Ang. & Imo. in d. §. Chrysogonus, quia hoc non uidetur iure cautum: imò dicitur, quòd sufficit generalis responsio ad omnia interrogata, §. præterea. Instit. de inuti. stipu. & quia idem operat genus, quod species, quo ad speciem, l. si duo. in fi. ff. de admi. tut. l. omnes. C. de præscri. xxx. ann. Non obs. tex. in d. §. item senatus. quia respondent prædicti, quòd loquitur, quando præcedens scriptura erat prohibita à iure, ut quando quis sibi ascribit libertatem. Vnde ad purgandū uitium requiritur subscriptio specificata. Ex quo infert signanter Bar. in d. authen. si quis in aliquo, quòd si sunt in instrumento aliquæ cancellationes in parte substātiali, in qua parte fit prohibitio de iure, oportet quòd notarius faciat specialem mentionē, aliàs non ualet. Item si uera esset opi. Bart. sigillum nunquam sufficeret, contra notata per omnes in c. ij. j. de fi. instr. & per Bar. & alios in d. l. quæ dotis. uno casu procedit opi. Bart. secundum Pau. de Cast. in d. consilio, quando probaretur, quòd subscribendo ignorauit contenta in scriptura. Sed dicit, q̄ onus probandi incumbit scribētī: ex quo apparet eū fuisse præsentem, & potuisse legere, uel legi facere. Et præsumitur contra ipsum, si forte in fine dicat, Visis, &c. uel si tenuisset apud se, & ex interuallo subscripsisset, & sic allegādo ignorantiā cogitur eam probare: quia est fundamentū suæ intētionis, l. ei, qui. & in l. in exceptionib. ff. de, pba. quia tales præsumptiones tollūt præsumptionē ignorantiæ, ut traditur in regula, præsumitur. de reg. iur. in vj. ¶ Septimò declara prædicta, ut habeant locum in subscribēte: sed ubi quis mādaret, quòd alius scriberet, fortè in statutis non haberetur pro scribente: maximè, ubi statutum exorbitās loqueretur de scriptura manu propria cōfecta, propter text. in l. diuus. §. scribere. ff. de falsis. in uerbo, uideri, quod denotat fictionem, l. j. §. dedecisse. ff. de ui & ui ar. & istud facit contra Domi. in c. si pro te. in princ. de rescript. in vj. ubi dixit, quòd statutum repellens quem opponentem propriæ scripturæ factæ de mandato suo, nihilo minùs istud pendet ab alio dubio maiori, uidelicet an regula, quia per alium. de reg. iur. in vj. habeat locum in statutis? de quo uide do. Abb. in c. mulieres. j. de sent. exc. cum concor. quas
49 aliàs ibi dedi. ¶ Quintò quæro, utrùm † iudex uidēs testem uacillare, seu trepidare, ita quòd fides integra non sit ei adhibenda, debeat hoc facere scribi in actis? Et in hoc dic, quòd sic, secundum Innoc. hîc per c. cùm causam. el j. j. tit. proxi. & c. constitutus. j. de fideius. ubi bonus text. in fi. & sequuntur Hostie. Bald. & do. Ant. & Imol. hîc, qui multum hoc notat: & idem Imol. in d. c. in præsentia. ut retuli §. uer. fallit tertiò. Mouetur Innoc. quia iudex app. de facili posset irritare sententiam primi inspecto simplici tenore depositionis testiū: & ideo de hoc interesse partis tenetur primus iudex in cōscientia, qui prædicta non seruauit, secundū ipsum: pro quo ultimo uide do. Ant. in c. tua nos. j. de hom. & ibi dixi.

¶ Est uerum, quòd do. Abb. hîc, si bene percipio, uidetur de hoc dubitare: quia præsumēdum est à iudice: secundò, quòd aliqua iusta causa moueat primum non secutum testes, per c. causam. j. de re iud. Sed respōde ex notabili doctrina Bald. in c. licet. uer. sed an probata. §. eod. dum dicit, quòd si cognosci non potest intentionē uictoris nō potuisse probari, nisi per testes, præsumitur iudex illos secutus: & ideo redditur pulchra hæc doctrina Innoc. quòd in dubio præsumitur pro testibus: arg. l. meritò. ff. pro soc. & nō præsumitur secūdus iudex uacillationem: quia sciebat ipsam exprimendam in actis, per text. meliorem de iure in d. c. cōstitutus. ubi, quādo iudex examinat testes per alium reuidēdos, debet facere, quòd ille secūdus posit cognoscere, quanta sit fides testibus adhibēda: quod percipitur potissimè ex aspectu: & ideo cùm secundus nō sit inspecturus testes in facie, transcribi debent signa uultus, an pallentes, ridentes, uel lachrymantes deposuerint, secundum Bal. hîc. Adde Bald. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstioni. ubi sequitur Innoc. hîc, & subdit, quòd ratione uacillationis potest iudex ponere reum ad torturā: sed fit caurus iudex, ut faciat scribi in actis uacillationem, ne in-

syndicatu

c. quoniam cōtra.

syndicatu dicatur uenisse ad torturā sine iudicijs: prout no. hîc secundum ipsum & do. Imol. hîc: sequuntur Bar. & Bal. in l. iiij. ff. eo. tit. & do. Ant. & Imol. in d. c. constitutus. & Bart. dicens, q̄ aliàs tenebitur in syndicatu, in l. Lucius. in fin. ff. de infa. & Bald. in l. presbyteri. la j. in prin. C. de episc. & cle. & in l. nullum. post princ. C. de testi. & do. Ant. in c. cùm causam. el. j. uer. uidendum est. & seq. in ti. prox. & Spec. plenissimè in tit. de teste. §. nūc tractandum. in uer. considerare etiam debet. & sequenti. Et quamuis daretur casus, in quo sententia non haberet reuideri à secundo iudice: putà, nisi procederetur appellatione remota in casibus, de quibus in Spec. tit. de app. §. in quibus. adhuc tamē puto necessariam cautelam Innoc. quia est & alia ratio, uidelicet timor syndicatus: & ubi non esset syndicatus, est honor iudicis, quē debet iudex magnificare, ut in c. nolo. xij. q. ij. cum his, quæ allegat Cald. in repet. c. nostra. j. de cohab. cleri. Nunquid autem uacillatio debeat scribi præsente teste? Concludunt hîc Innoc. & alij, quòd sic: quando iudex facit ad finem puniendi testem: quod potest, per c. super his. j. de pœn. & l. nullum. C. de te. Nec obs. c. cùm dilectus. in fin. §. de or. cog. quia fallit hoc casu, ubi testis non conuincitur ab alijs, sed ex proprio defectu. Quod reputat notandum do. Abb. Et idem do. Ant. in d. c. cùm dilectus. §. fin. Secus, si nollet testem punire, ut hîc per Doct. & plenius per Spec. in d. §. nunc tractandum. Et quòd requiratur præsentia testis, dum notatur uacillatio in casu, de quo suprà, firmat Bald. in d. l. nullum. post princip. Et quamuis notarius de uacillatione non perpendat, debet tamen obedire iudici dicenti, quòd uacillationem scribat, secundum Innocent. Hostien. & alios: & scribit, iudicem ita iussisse: sed efficacior esset scriptura, si ipse adderet, & idem mihi uidebatur, secundum eos: quibus adde Bald. in d. l. nullum. ubi dicit, notarium non uidentem uacillationem, non teneri scribere, quòd ita fit: sed solùm, quòd iudex ita dixit. Allegat Innocent. & Ioan. An. hîc. Et adde, quòd si notarius scribat uacillationem sine mandato iudicis, non probat, secundum Bald. in l. qui falsa, uel uaria. ff. de testi. in apostil. alleg. Innocent. hîc. Et adde, quòd iudex debet facere scribi nomen uacillantis, secundum
50 Bald. in l. iij. in princ. eod. tit. ¶ Sextò † quæro, utrùm producto instrumēto apud acta, illa productio probet contenta in instrumento, adeò quòd non sit opus ulteriùs producere originale? Et in hoc Innocent. Hostien. & communiter omnes hîc post multa tenent, quòd sic. Adde Bart. idem tenentem in l. chirographis. in prin. ff. de admi. tut. per text. in l. fi. C. de fid. instr. & ibi etiā Bar. & Bald. idem tenent: & idem Bald. in l. ij. in fin. ff. de fid. instr. & Rot. in antiquis, cōclusione cxiij. incip. Item not. q̄ in actibus. & idem not. Bald. in l. nostram. C. de testa. alleg. l. eos. §. super his. in uerbo, exempla. C. de appel. & idem Bald. in l. fi. C. de edict. diui. Adri. tollend. & in l. ij. C. de fide instru. & Bald. & Ang. in authen. si quis in aliquo. C. de eden. Spe. in tit. de rescrip. præsent. §. j. uer. sed obijcitur. & in tit. de instr. ed. i. §. nunc dicamus. uers. pen. & Bartol. in d. l. eos. §. super his. dum modò exemplatio fuerit facta authoritate iudicis, secundum eum, & cum prædictis concor. Bald. in l. gesta. in fi. C. de re iud. per illum tex. Et amplia, etiam si post registrum appareat originale esse abolitum, uel cassum, secundum Bal. elegan ter in l. j. ff. si tab. testa. ex tab. per d. l. fi. & sequitur Bal. in l. si unus. in fi. C. de testa. Imò plus dicit Pau. de Cast. in l. publicatis. ubi bonus text. C. de testa. quòd etiam si originale nō fuisset registratū in actis, sed data copia parti, si postea perdatur originale, cogetur aduersa pars exhibere illam copiam, quæ registrabitur, & habebit fidem absq; alio originali. Alleg. Bar. in d. authen. si quis in aliquo. ¶ Hanc conclusionem limita dupliciter. Primò,
51 dum † modò registratio sit facta de toto tenore instrumenti, uel de principio & fine, cum clausulis substantialibus: secus esset, si simpliciter in actis diceretur, productum fuit tale instrumentum emptionis, quod incipit & finit sic: quia inuentum, tunc tenor nō est de actis, sed productio, secundum Innoc. quem sic intelligē in c. cùm in iure. in fi. §. de offi. deleg. & do. Abb. & alios hîc, & Bart. in d. l. chirographis. Et ita procedunt, quæ dixi-
52 super gl. in uerbo, uiros. ¶ Secundò limita, dum † modò registratio in actis fuerit facta præsente aduersario, uel citato, secūdum do. Abb. hîc: pro quo uide omnino Ioan. And. in d. uer. sed obijcitur. sicut dicimus, quòd in exemplatione, quæ fit authoritate iudicis, requiritur citatio partis, ut per Bart. in d. authen. si quis in aliquo. & Doct. in c. fi. j. de fid. instr. Imò uolunt hîc Hostien. & alij, quòd necesse sit, quòd pars citata nihil opposuerit cōtra instrumentum. Et idem Imol. in c. cùm in iure. §. de offi. deleg. Facit d. l. fi. C. de fi. instr. Et quæ dicta sunt de instrumentis, extendū hîc omnes ad mandatū procuratoris & delegationē iudicis, ut hîc latiùs per do. Ant.
53 ¶ Septimò quæro sm oēs hîc, utrùm † post lit. contest. teneatur iudex docere de sua delegatione, si sibi opponatur, uel ,pcurator, de suo mandato: qa ante lit. cōtest. clarum est, q̄ teneatur, l. j. C. de man. prin. l. ita demum. C. de procur. & in hoc Bart. in l. licet. C. de procur. dicit, q̄ hæc negatiua, tu nō habes mandatū. non debet probari per negantem, sed per ,pcuratorē affirmantē se habere mandatum, iuxta l. actor. C. de proba. & idem Inn. do. Ant. & do. Abb. hîc latè. Contrariū, & meliùs, tenet gl. in d. l. licet. & glos. & Ang. in l. Pomponius. §. rati. ff. de procura. & gl. & Innoc. in c. j. in uerbo, absentia. de elect. in vj. & Bald. & Sali. & Paul. de Cast. in d. l. licet. & Ioan. And. & Imol. hîc, & do. Ant. in c. cùm M. §. de constitut. & Imol. in d. c. cùm in iure, quia admittendo ,pcuratorem uscq; ad lit. contest. uideē positus in quasi possessione officij, ,pcuratoris: & ista talis quasi possessio debet transferre onus ,pbandi in admittentem eum, l. siue possidetis. C. de proba. & poterit ,pbare mandatū esse falsum, uel à domino reuocatū. Bene facit, quod no. Innoc. in c. innotuit. j. de eo, qui fur. ordi. succe. ubi dicit, q̄ si cōparui corā iudice tanq̄ coram delegato, & post lit. contest. oppono, q̄ ipse nō est delegatus: q̄ propter litem contest. translatū est in me onus probandi: arg. d. §. rati. & sequitur Bal. in l. gesta. in ult. col. C. de re iudica. ¶ Octauò
54 quæro, utrùm † iudex, qui est notarius, possit scribere acta corā se facta? Et regulariter dicas, q̄ non: quia nemo fungitur duplici officio, ut dixi post gl. in c. iij. §. eo. & ita not. Innoc. & alij in c. cùm à nobis. j. tit. prox. Fallit in casibus, de quibus pulchrè per Bart. & Bald. in l. iubemus. §. sanè. C. de sacrosan. eccl. uidelicet, in actibus uoluntariæ iurisdictionis. Vnde iudex insinuationum, si est notarius, potest ex partium consensu conficere instrumentum insinuationis. Idem in causis modicis, per authen. nisi breuiores. C. de sent. ex breuf. reci. Idem, si facit aliquas literas testimoniales ratione officij sui, non in forma iudicij. Idem de potestate castrorum & uillarum non habentium magnas causas, quæ sunt notanda, secundum eum. Item fallit, nisi consuetudo, uel statutum loci uellet, quòd staretur tali scripturæ, secundū Bar. eleganter in l. ij. ff. de stipu. ser. & ibi per Imol. & per eundem in c. ex literis. prope fin. §. de transact. per Bart. in l. lecta. ff. si cert. pe. Et de materia per Bar. in l. ex sententia. ff. de testa. tu. & Bar. in l. comperimus. C. de proxi. scri. lib. x. & do. Ant. in c. j. §. de re iud. & Bal. in l. si consul. ff. de adopt. & do. Abb. in c. iij. in iij. col. §. eod. & Bald. in d. authen. nisi. & Imol. in c. cùm à nobis. j. tit. j. & Bal. in l. cur etiam. ff. de testi. & l. cùm sententiam. C. de sent. & ibi dicit Bal. quòd iudex potest scribere sententiam suam. Et dicit Pet. de Anch. in c. fi. de re iudi. in vj. quòd his casibus, quib. potest ferri sentētia sine scriptis, eisdē stare ē simplici relationi iudicis de actitatis in causa. Allegant Bar. q hoc no. dicit in l. nō tantùm. ff. de app. ¶ Nonò
55 quæro, utrùm † acta iudicij, quæ nō sunt scripta, possint

probari

probari per teſtes? Innoc. & Hoſt. do. Ant. & do. Abb. dicunt, quòd ſic: unde per confeſsionem partis probari poteſt, per c. fi. ī. eod. & quia text. dicit, documētis: quorum appellatione ueniunt etiam teſtes, l. j. ff. de fi. inſtr. ſecundum eos. Dicit tamen do. Abb. quòd ſi emerſerit difficultas, quia acta non ſunt ſcripta, tenebitur iudex, per illū tex. Adde, ꝓ hac parte optimū text. in l. quoties. & ibi gl. ff. de proba. & tex. in l. quoniã. C. de hære. & ibi do. Flo. poſt gl. in uerbo, iudicialibus. & tex. in c. Albericus. & c. cùm tu. ī. tit. prox. & in c. ſicut. ī. de re iud. ubi ſententia probatur per teſtes. ¶ Sed quicquid ſit, dic meliùs ſm Bar. in l. ne in arbitris. C. de arbi. quòd non ſufficit probare acta per teſtes: ſed oportet, ꝓ probent acta fuiſſe ſcripta: quia ſi de hoc deponūt fortè, cùm eſt amiſſa ſcriptura, probant, iuxta l. teſtiū. C. de teſti. Secus eſt, ſi de ſcriptura nihil dicerent. Et ita dicit Bart. debere intelligi iſta per iſtum tex. & illum idem Bal. ibi intelligēs dictum Bar. de actis requirentibus ſcripturam: ſecus de alijs: & allegat iſtum tex. Vide etiã Bal. in l. prolatã. C. de ſent. ubi dicit per illū tex. ꝓ ſi iudex nō facit ſcribi dicta teſtiū, nō credetur, nec ſibi, nec notario, qualiter depoſuerunt. Itē uide pleniſsimè Bal. in l. fi. in ij. col. uet. quæro, nunquid acta. C. de re iud. ubi dicit, mandatū procuratoris & ſimilia facta in iudicio poſſe ꝓbari teſtibus, dum modò non ſint talia, quæ requirāt ſcripturam: ut eſt libellus, ſententia & ſimilia, quæ nō probantur teſtibus, niſi teſtes deponerēt ſe uidiſſe ea in ſcriptis: & ponit, qualiter debeāt interrogari, ut ibi latè per eum. Adde etiam Bar. in tract. de teſte, in v. col. uer. teſtis dixit aliqua uera. ubi dicit, ꝓ ſi perit ſcriptura, in qua erāt dicta teſtiū, ſi extant alij teſtes, dicentes ſe audiuiſſe, teſtes fuiſſe examinatos ſolenniter, & dicāt quid dixerint, probabunt. Adde etiã Ang. in authen. in medio litis ſacras iuſ. nō fieri. ubi dicit, ꝓ ſi iudex nō potuit habere copiã notarij, poterunt omnia acta probari per teſtes. Adde etiam Bald. in l. litigatoribus. C. de app. ubi etiam dixit, ꝓ acta requirentia ſcripturã non probātur teſtibus. Et ita intellige Bar. in l. fin. ad fin. C. de edi. diui. & Ang. in l. præcipimus. §. is autem. C. de app. Et iſta non procedūt in actis factis coram arbitratore, uel coram arbitro, cui eſſet data poteſtas procedēdi in ſcriptis & ſine ſcriptis, ſecundum Bart. in d. authen. niſi. & dixi ſ. in primo notabili: ex quo adhuc apparet, ꝓ ſi opi. Doct. hîc eſſet uera ſimpliciter, nihil eſſet ſpeciale in arbitratore contra ipſoſmet, ut retuli, ubi ſ. ¶ Ad iura allegata pro opi. eorū reſponde, ꝓ ibi non probatur ſententia per teſtes, ſed probatur, ꝓ fuit lata in ſcriptis. Ad c. Albericus. reſponde, ut ibi per do. Abb. ꝓ ſententia bene fuerat lecta in ſcriptis, ſed nō regiſtrata in publica forma, prout deſiderabat ille ad cautelã. Et aduerte: quia Bal. & prædicti uolunt, ꝓ ea, quæ hîc enumerantur, poſsint probari per teſtes, exceptis his, in quibus per alia iura requiritur ſcriptura: de quibus latè per glo. in c. j. de cenſi. in vj. Bal. in d. l. geſta. Et ita intelligo Bald. hîc in xj. col. ¶ Vltimò, dum tetigi ſ. de actis factis coram ſolo notario, adde etiam Bald. in tit. de pace Conſtan. in uerbo, cauſis. in fi. & Pet. de Anch. poſt Io. An. in c. preſentium. §. teſtes. de teſti. in vj. Item dum tetigi, quòd ualet probatio admiſſa contra ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, ſi non opponatur, adde ad idem Lu. Ro. plenè conſ. cclj. incip. In caſu propoſitæ conſultationis. in pe. col. Et iſta ſufficiant.

SVMMARIVM.

1 Conſuetudo diſponens, quòd teſtis non teneatur reddere cauſam dicti ſui, an ualeat.
2 Conſuetudo laicorum ſi ſit rationabilis, an debeat ſeruari in foro eccleſiaſtico.
3 Clerici an poſſint ſeruare, ſeu uti conſuetudine laicorum, ſi ſit rationabilis.
4 Lex irrationabilis, quæ nutrit peccatum, non meretur dici lex, ſed potius peſtis.
5 Probatio legitima ſi appareat facta ſuper affirmatiua, an æqualiter admittatur probatio negatiua per probationem imperfectam.
6 Obligatio an aliqua cōpetat pro obligatione naturali ad antidora.

CAPITVLVM XII.

AD noſtram. ¶ Si probari poteſt reum deliquiſſe, non ualet conſuetudo, uel ſtatutum, quo inducitur ut admittatur probatio innocentiæ per iuramentum purgationis. H. D. Et euacuata fuit materia huius c. ſ. eo. c. j. ubi uide. ¶ Et per iſtum tex. dicit Bald. in l. fin. in ult. col. C. de prob. quòd ſi conſtat de crimine per teſtes à iure approbatos, dicitur probatio pleniſsima, nec recipitur negatiua probationis in contrarium. Et per iſtum text. dicebat do. Pet. de Peruſ.
1 quòd † non ualet conſuetudo diſponens, quòd teſtis non teneatur reddere cauſam dicti ſui. Sed dicit do. Bened. hîc, iſtud non probari per iſtum text. ſed bene probari, quòd non ualet conſuetudo præferens ſubſidiariam probationem plenæ probationi. Sed tamen dicas dictum do. Petri eſſe uerum: quia pro ipſo eſt deciſio Bald. in l. ſi non ſpeciali. in fin. C. de teſta. & retuli in d. c. fj. in ſecunda concluſione. Et per iſtum text. dicit Bald. hîc, eſſe expreſſum, quòd licet reus perſeueret ſem per negando, tamen ſi eſt probatum crimen per teſtes, debet condemnari, dum tamen ſit plenè probatum. Si enim hoc non eſſet, oporteret quòd confiteretur ſaltem per tormenta perſeuerando, & oporteret, quòd indicia præcederent torturam, nec ſufficeret, quòd ſequerentur, ſecundum eum: quia deſtructo principio ordinis, totus ordo deſtrueretur. Alleg. l. cùm te. §. fin. ff. de pact. Quæ omnia uerba bene not. Et ad primum de negatione, ſi diceretur, quòd imo negatio facit rem dubiam, l. iij. C. quibus ad lib. procla. non licet. & gloſſ. mag. poſt medium in c. j. de offic. deleg. in vj. reſponde, quòd fallit, niſi negans haberet præſumptionem contra ſe, ſecundum Innocent. in c. ex parte. el j. de uer. fig. quem ſequuntur Arch. & Domi. in c. quando. ij. q. j. no. do. Abb. in c. ſuper eod. per illum text. ī. de teſt. cog. & do. Anton. in c. uenerabili. ī. de cenſi. & Innocent. & do. Abb. in c. tua. ī. de cohab. cleri. & mulie. Pro quibus ſcias alle. iſtū text. ubi eſt caſus formalis. ¶ Item in quantum dicit Bald. confeſsionem, quam non præceſſerunt indicia, non nocere, etiam ſi ſequantur: adde text. in l. fin. ff. de quæſtioni. & quæ ad plenum dixi in c. qualiter. el ij. §. licet. uer. decimò limita. ī. de accuſ. & ibi dictis adde Pet. de Anch. in cle. j. de hom. & conſil. xx. incip. uiſa inquiſitione. & Angel. in tract. de quæſtioni. & Roma. conſil. cxlviij. & Ang. in l. qui in aliena. §. Celſus. ff. de acq. hær. Et per iſtum text. dicit Bald. hîc, quòd non ualet ſtatutum, quòd homicidium non poſsit probari, niſi per x. teſtes. Item quòd non ualet ſtatutum, quòd homicidia non puniantur, niſi in x. ſolidis: quia parua pœna non timetur, imò acuit animum delinquendi: quia illa ſunt contra iſtum text. ubi conſuetudo, quæ tollit legitimas probationes in criminalibus, dicitur omni iuri contraria. Et de iſto ſtatuto imponente pœnam paruam pro homicidio, uide latè Io. de Ana. in rub. ī. de homi. & quæ. ibi aliàs addidi. ¶ Di
d cit tamē hîc Bal. ualere ſtatutū [a], ꝓ homicida poſsit occidi ab hæredibus interfecti: ꝓ a meruit, ut l. qui ſeruū. ff. de uer. obl. de quo, ꝓ nūc remitto ad notata per do. Ant. & Imo. in c. quæ in eccleſiarū. ſ. de conſt. per Bar. in l. omnes populi. ff. de iuſtit. & iur. per Bal. in l. fi.

a Valere ſtatutum] Adde tu, ꝓ iſta ſtatuta uidentur illicita: & ratio eſt, quia illud, quod debet fieri per uiam iuſticiæ, nō debet exerceri cum odio et malo animo: quia præbent

bent materiã pecandi, & ſcandali: & ad hoc facit text. in l. nouẽ ſingulis. ff. de re. iu. & ideo Ioan. An. in Spec. in tit. de conſti. dicit ſtatutũ, quod dat hanc facultatẽ cũ rancore facere uindictam, non ualet: ſecus, ſi dat hanc facultatẽ, ut miniſter legis, ad hoc ut faciat iuſtitiã: quia iſto caſu ſtatutum poteſt illos hæredes, ſeu conſanguineos, miniſtros iuſtitiæ facere: xxiij. q. v. c. ſi eſt crudelis. Et iſtud idẽ tenet do. Abb. in c. fi. de cõſue. in uerſic. not. primum dictum. iſtam concluſionẽ intellige uerã de iure ciuili et in fro ſeculari: de iure autẽ Canonico tale ſtatutum non ualet: Hoſtien. & omnes in d. c. fin. de conſue. & Bal. in l. j. C. ſi à non compe. iud. Adde et pone, quòd ſtante tali ſtatuto, ꝓ bãnitus poſſit impunè occidi, pulchrum eſt uidere, an filius poſſit impunè occidere patrem bannitũ, uel econtrà pater filium bannitum? Ang. in l. ſi adulterium cũ inceſtu. §. liberto. ff. de adulter. tenuit, ꝓ non: & idem tenuit in authen. de inceſtu. nupt. in prin. Bar. in dicta l. §. liber. tenuit cõtrarium, quòd dicit, ꝓ iſta quæſt. fuit de facto Tuderti. et quòd per quoddam collegium fuit ita conſultum. Et idem tenet Pet. de Anc. & Ioann. de An. in rubric. de his, qui ſi. occi. Bart. in l. minimè. ff. de rel. Sal. in l. j. C.

C. ſi contra ius, uel uti. pub. per Ioan. And. in Spec. ſuper rub. de conſtit. per Bald. in l. ut uim. ff. de iuſtit. & iure. & in l. ij. C. quando li. ſe ſine iud. uind. & l. decuriones. C. de infa. per Alber. in iiij. parte ſtatutorum, q. xvij. per do. Anto. in c. ſi uerò. el j. ī. de ſent. excom. per Bald. in c. fin. circa princ. ī. de reſcr. per Domi. in §. is ita. circa med. vj. diſt. per Bald. in l. ſi quis hæredem. C. de inſti. & ſubſtit. ſub cond. factis. per do. Anton. in c. fin. in fi. ī. de iureiur. & per Bald. in l. ij. in xx. char. uerſic. ſuper. ff. de iureiur. in repetitione. Et non intelligas, quòd dubitetur, utrùm tale ſtatutum excuſet à peccato, uel nō: quia clarum eſt, quòd non, propter glo. auream in c. inter hoc. xxxiij. q. ij. Sed fit difficultas, utrùm ualeat, quo ad euitandam pœnam capitalem? Et iuxta hoc addit Bal. hîc, quòd iſta poteſtas gladij cõceſſa priuato ad uindictam, non poteſt alteri ſubdelegari. Et allegat gloſſ. in l. cùm fundum. in uerſi. poſtea. ff. de ui & ui arma. quam dicit ſingularem, & non eſſe alibi. Adde Bald. idem tenentem in l. accuſationis. C. quod met. cauſa. & in c. j. §. ſi quis uerò. de pa. iura. fir. & in l. ad officium. in fin. C. commu. diui. & Pau. de Caſt. in l. ſi cùm dotem. §. trãſgrediamur. propter gloſſ. ij. ibi, ff. ſol. matri. & Bald. in d. l. ut uim. & in repetitione l. j. C. unde ui. Et eſt de mente Bar. in l. non ſolùm. §. ſi mandato. in ij. q. ff. de iniur. Si tamen uindicta eſſet conceſſa non per priuil. ſtatuti, ſed à iure communi, bene poſſet per alium explicari, ſecundum Bal. in d. §. ſi quis uerò. per regulam, poteſt. de reg. iur. in vj. Et per iſtũ text. colligit hîc arg. Bart. quòd iudex poteſt recuſari tanquam indiſcretus, ſicut tanquam ſuſpectus: licet ſuſpicio ſit ex una parte, indiſcretio ex utraq; parte. Ideo licet poſsit utramq; partem intercipere, non tamen tenetur quis ſe committere iudici indiſcreto. Et non reperitur melior text. in iure. Et ideo non, ſecundum eum: quia hîc fuit recurſum ad Papam propter temeritatem, uel indiſcretionem iudicis. ¶ Not. primò ſecundum do. Ant.
2 ibi, legi regni. à cõtrario ſenſu, quòd † conſuetudo laicorum uidetur eſſe ſeruanda in foro eccleſiæ, dum modò aliàs ſit rationabilis: ſed certè hoc eſt contra caſum, in c. eccleſia. ſ. de conſtitu. Ideo dicit hîc Imol. quòd iſta cõſuetudo erat promiſcua inter clericos & laicos. Vnde nimirũ, ſi comprehendit clericos, per c. cùm ueniſſet. ſ. de eo, qui mit. in poſ. ſecundum ipſum: pro quo uide text. in c. conſtitut. ſ. de reſtit. in integ. quem dicit ibi do. Abb. eſſe meliorem de iure: & eſt text. in c. cùm cauſa. ī. de re iudic. quem notant ibi do. Card. & do. Abb. & do. Bart. in l. j. C. de ſum. trí. & eſt text. & ibi do. Anton. & do. Abb. in c. dilecti. ſ. de for. compe. not. Innocent. in c. eccleſia. ſ. de conſtitu. & do. Anton. in c. grauem.

in ij. q. ī. de ſentent. excom. & Cald. in diſput. incip. ſtatuto ciuitatis. & Dom. in c. j. de iureiurand. lib. vj. & Imol. in c. fin. ī. de uit. & hone. cle. ¶ Ex eo-
3 dem text. not. do. Abb. quòd † clerici poſſunt uti conſue. laicorum rationabili, ſi eſt priuilegiata: & dicit menti tenendum. Sed de ipſo miratur do. meus hîc, quia niſi clericus accuſaſſet clericum in partibus, de quibus in text. talis conſuetudo per hanc legem præiudicaſſet clerico accuſanti. Vnde non poteſt dici priuilegiatiua: ſed pro certo do. Abb. non habuit præciſè reſpectum ad conſuetudinem, de qua hîc: ſed ſimpliciter cõſideraui, quòd Papa reprobat conſuetudinem laicorum: non, quia non ligaret clericos, cùm eſſet introducta à clerico, uel populo: ſed quia erat irrationabilis. Per quod datur intelligi, quòd data irrationabilitate conſuetudinis clerici ligarentur, poſito quòd re uera iſta nō eſſet priuilegiatiua. ¶ Ex eodem tex. conſiderando, quòd iſta conſuetudo concernebat ordinem procedendi in iudicio, uidetur probari, quòd clericus litigans in foro ſeculari ligatur ſtatutis laicorum rationabilibus, quando concernūt præparatoria: & eſt tex. ualde ſingul. ſecundum do. meum ad notata in c. quod clericus. ſ. de for. compe. uide tu do. Abb. ibi idem tenentem, & plenè Alberi. in ij. parte ſtatutorum, q. ix. & plenè Cald. in diſput. ſtatuto. & Domi. in c. conſuetudo. in ulti. colum. j. diſt. & Arch. in c. non ita. ij. q. vj. & ita Petr. de Ancha. in c. canonum. in xxviij. char. uerſic. accedat quæſtio. ſ. de conſtitut. & Abb. in c. eccleſia. uerſic. ſequentis caſus. ſ. de conſtitut. ibidem in repe. & Imol. poſt do. Anton. in c. j. ſ. de conſtitut. & Ioan. And. in Specul. de conſtitut. §. j. uerſic. aliæ. in fin. ¶ Not. ſecundò tex. ſing. ibi, quoquo modo. ſuncta gloſ. quòd licet aliquando ex diſpoſitione legis, uel ſtatuti, admittantur diſpenſatiuè teſtes criminoſi & infames, ut in c. tanta. ī. de ſymo. & in l. quæſtionibus. ff. ad legem Iul. maieſt. tamen non poteſt per ſtatutum induci, quòd legitima probatio reſpectu formæ ex aduerſo facta confundatur per tales teſtes: quia hîc non ualet conſuetudo, uel ſtatutum, quòd minùs legitima probatio reſpectu formæ ex aduerſo facta, cõfundatur per tales teſtes: quia hîc non ualet conſuetudo, quòd minùs legitima probatio reſpectu formæ ſuæ præferatur legitimæ probationi: quod tene menti ſemper, ſecundum do. meum: quia ſi accuſator poteſt probare legitimè, uel probabit, non ualet conſuetudo, quòd purgatio canonica primam probationem tollat. Et pondera iſtum text. quia optimè probat id, quod diſputauimus poſt do. Abb. in c. propoſuiſti. ſ. eod. quòd ſtatutum uolens ſtari iuramento alicuius officialis, non tollit plenam probationem in contrarium: quia non ualet conſuetudo præferens probationem fragilem plenè. ¶ Vltimò not.

c. ad noſtram.

de his, qui patr. uel filium occid. Quod dicendum in hac difficultãte? Reſpondeo; quòd non eſt ſtauendum filijs, ut occidant patrem bannitũ, nec econtrà, Sed poſtquã parricidium eſt cõſummatum, ſeu ſequutum, tenerẽ opini. Bart. Adde ad iſta: pone, quòd non ſit ſtatutum, an bannitus poſſit de iure communi impunè occidi? Bartol. in l. ut uim. ff. de iuſtit. & iur. in j. colum. in uerſic. nunquid de iure concludit, quòd non: niſi ſit tranſfuga. l. iij. §. tranſfuga. ff. de re milit. & ibi omnes. Ad de Bald. in l. j. in xj. col. C. de hær. inſtitut. Alber. de Roſ. in iiij. parte ſtatu. in q. xv. incip. deinde quæro. Et ſubdit poſtea ibi Bartol. in d. l. ut uim. quòd licet de iure communi non ſit licitũ offendere bannitum in perſonam, tamen poteſt impunè dari damnũ in rebus. Gloſſ. eſt ſing. in c. j. §. ſi quis. in uerbo, deprædari. de milite uaſal. qui cõtu. eſt. Bar. in extraua. ꝓ ſint rebelles. in uerbo, rebellando. Bald. in l. omnes. C. ſi contra ius. Ang. in l. ſuis. ff. de libe. & poſth. & ibi Imol. Sali. et do. Alexand. in l. qui ſepulchra. C. de ſepul. uiol.

4 quòd † lex irrationabilis, & nutritiua peccati perdit nomen legis, & appellatur pestis: quia non competit sibi diffinitio legis, de qua in c. erit autem. iiij. dist. Vnde dicunt hîc Inno. & Host. ꝙ princeps nõ potest directè hãc l. cõfirmare, per c. illa. xij. dist. & sequit do. Abb. allegando Bart. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. Et ex hoc dicit Bal. hîc, ꝙ rex & regnum nõ possunt cõsuetudinem inhonestã approbare: quod dicit esse notandũ contra confirmationes statutorũ, quas faciunt officiales ecclesiæ Romanæ: quia non ualent, si sunt cõtra bonos mores & iustitiã naturalẽ. Et dicit menti tenendũ. Nec potest dici, ꝙ iura naturalia possunt distingui, ut per gl. & Cy. in l. fi. C. si cõtra ius, uel utili. publ. quia hîc nulla cadit ratio distinctiua: unde nõ esset distinguere, sed perimere, secundum ipsum. Adde Bal. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. ubi dicit, ꝙ facta cõfirmatione statutorũ, nõ remanent cõfirmata statuta cõtra libertatẽ ecclesiæ, nisi specificè dicatur. Alle. Innoc. in c. j. s̄. de transact. Et uide Bald. in l. cùm oportet. C. de bo. quæ lib. ubi dicit post Cy. ꝙ generalis cõfirmatio priuilegiorũ nihil prodest priuilegio iniusto: & idem dicit Bal. in c. j. in princ. per quos fiat inuest. & in l. nec damnosa. C. de preci. impe. off. & in l. j. C. de monopol. & in l. j. ff. de his, qui sunt sui, uel ali. iur. facit c. si gratiosè. in fi. de præscrip. in vj. & quod no. Pet. de Anch. cons. xv. & do. Abb. in c. dudũ. j̄. de priui. & Roma. post gl. in uerbo, possides. in l. quod
5 iustè. ff. de acquir. pos. cum si. ¶ Gl. j. in fi. Expedias † materiam, ut hîc per do. Abb. uidelicet ꝙ si apparet legitima ꝓbatio super affirmatiua, nõ admittitur negatiua per probationẽ imperfectã, ut est iuramentũ: sed si uellet negatiuã probare indirectè, nõ per testes de credulitate, sed de ueritate, bene posset, arg. c. ex tenore. j̄. tit. ꝓxi. Et pro hoc eleganter adducit do. Abb. gl. in c. clerici. lxxxj. dist. de qua dixi post ipsam in c. iij. in ultimo notabili, s̄. eo. per quam opi. declaratur iste tex. Si uerò cõtra ipsum nõ apparent legitimæ probationes, sed infamia grauis, potest illa per purgationẽ tolli, ut per gl. in
6 c. presbyter. ij. q. v. & hîc latiùs per do. Abb. ¶ Extra † gl. dicebat hîc Vin. quem sequuntur hîc Io. An. do. Ant. & Imol. ꝙ isti presbyteri purgabãt se adinuicẽ: ut sentit gl. j. & ꝓpter hoc unus cõpurgator remanebat alteri obligatus ad antidora, quæ obligatio surgit ex illa æquitate naturali, ut bene facienti bene faciamus, l. sed si lege. §. consuluit. ff. de peti. hære. & c. cùm in officijs. j̄. de testa. Et dicit notabiliter, ꝙ ista obligatio non est talis, qualis est illa naturalis oriens ex pacto: & quòd propter istam nulla actio competit: & pro hoc alleg. do. Ant. l. etiam. ff. de compensa. ubi talis obligatio ad antidora non potest deduci in compensationem: & alleg. l. hoc iure. §. pen. ff. de dona. ubi non dicitur donatio: & adde Arch. in c. Mennam. ij. q. v. ubi sequitur istud dictũ Vincen. Et an possit repeti solutũ ex hac obligatione quasi indebitum, uide gloss. in l. creditores. in uerbo, natura: ff. de uerb. sig. & in l. donari. ff. de reg. iur. & omnino Bar. in l. qui testamento. §. j. ff. de fideius. Et utrùm deducens talem obligationem in pactum, committat usuram, putà si mitto tibi x. cum hoc, ut quando oportuerit, totidẽ mihi mutues, uide do. Ant. do. Abb. & Ana. in c. consuluit. propter gloss. ij. ibi, j̄. de usur. & Lauren. in tract. de usur. in v. char. uer. oppono secundò. & bea. Tho. ij. ij. q. lxxviij. arti. j. cum si. Et conclusio est, quòd sic. Et unum mirabilem effectum huius obligationis ad antidora, uide per Inn. in c. ea te. s̄. de æta. & quali. ubi dixit, quòd si remittitur alicui ista obligatio, ut intercedat pro acquirendo beneficio ecclesiæ, illi, cui tenetur, committitur symonia: & sequitur ibi d. Ant. ¶ Vltimò per istum text. in uerbo, neminem audiatis. not. quòd iudex debet denegare audientiam uolenti uti probationibus à iure reprobatis. Nec mirum: quia sententia lata super ipsis non teneret, secundum Bald. in l. libertorum. C. de testi. per c. ij. j̄. de purga. uulga.

SVMMARIVM.

1 Fines diœcesium probari possunt per libros antiquos, per testes, famam & adminicula. & num. 2. 3.
4 Instrumenta antiquissima inter tertios confecta, in quibus enunciatur aliquem locum esse de iurisdictione, diœcesi, uel districtu, an probent. & num. 6.
5 Verba enunciatiua in priuilegijs probant in factis antiquis.
7 Scriptura ex archiuo publico probat tribus concurrentibus.
8 Scriptura in columna, uel marmore an probet.
9 Fama non plenè probat fines diœcesis, sed adminiculatur.
10 Probationes imperfectæ simul iunguntur, & faciunt unam plenam probationem. Iunge num. 11.
12 Confines quibus, seu qualibus probationibus probari possunt.

CAPITVLVM XIII.

1 Cum causam. ¶ Fines † diœcesium ꝓbari possunt per libros antiquos, per testes, famam & adminicula, H. D. Et est singul. text. in sua materia, probans tria notanda, secundũ Doct. qui tandem reassumũt super gl. Ideo pro maiori breuitate no. tex. ut per eos omnia infringas super gl. ¶ Gl. j. ibi, antiquorum librorum. no. iuncto tex. ꝙ libri antiqui faciũt fidem plenã. Idem tenet simpliciter Spe. in tit. de proba. §. uidendum. uers. cùm per libros. Sed hoc intelligunt Host. do. Ant. Imo. & do. Abb. ꝓcedere solùm in duob. casibus. Primus est, quãdo ab antiquis nostris adhibita est fides talibus libris, ut apparet ex libris iuriscõsultorum, poetarum & medicorum, quibus datur fides: & idem de chronicis & similibus, ut per Bart. in l. j. ff. si cer. pet. & gl. in c. uenerabilem. in uerbo, transtulit. s̄. de elec. & in c. inter dilectos. in uerbo, magis. j̄. de fide instr. per gl. & Domi. in c. placuit. xvj. dist. & gl. & Do. in c. in nomine Domini. xxiij. dis. & in c. j. xxiiij. dist. & in c. absit. l. dis. & per gl. in proœ. ffforũ. §. hæc autẽ tria. in uerbo, urbib. & per gl. & Do. in c. quãuis. ante fin. xxj. dist. ubi in factis antiquis statur libris historiarũ. Ita tñ limitabat Bal. in l. j. ff. de offi. quęsto. nisi antiquæ scripturæ attestarentur de aliquo auditu, licet in testibus deponentibus de factis antiquissimis sit secus, per c. licet ex quadam. j̄. tit. proxi. qđ non placet do. meo hîc, & bene: quia hoc modo nihil importarẽt prædicta, attento quòd libri historiales, chronicæ & similia deponunt de auditu: hoc est de eo, quod acceperunt ab alijs dicentibus, uel scribentibus, licet aliquãdo etiam narrent per se uisa, ut Dares
2 Phrygius. ¶ Secũdus casus est, qñ † libri cõtinent talia, quæ non sunt pręiudicialia: & ita erat hîc, quia oẽs Scribentes hîc reputant hanc materiã affinitatum inter ecclesias non esse præiudicialem, per c. cùm Apostolica. j̄. de his, quæ fi. à præla. ubi remittitur solennitas, quãdo res non exijt manus ecclesiarũ: & hoc dictum Doc. non parum notabis. Et bene facit, quod no. Host. in c. possessiones. j̄. de reb. eccl. non ali. ubi dixit, quòd si episcopus eget in episcopatu suo aliqua camera, uel domo, quæ est capituli, potest de illa fieri alienatio absq; solennitate: quia non exijt ecclesiam. Alle. l. uoluntas. C. de fideicom. ubi ꝓhibitus alienare non prohiberet alienare in familia. Vnde infert Bal. ibi, ꝙ emphyteutæ possunt inter se rem emphyteuticã alienare nõ requisito domino. Et no. Io. An. in Spe. tit. de loca. §. nunc aliqua. uer. lxxij. & Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de uer. obl. & in l. & ideo. ff. de condi. fur. & in l. cùm hi. §. si uni. ff. de transact. Et pro prædictis uide Inn. in rub. j̄. de conse. eccl. uel alta. ubi dicit, cõsecrationem ecclesiæ probari per tales libros, & idem gl. in uerbo, scriptura. in c. solennitates. de cons. dist. j. & facit gloss. in c. sanè. el ij. in uerbo, post mortem. xxiiij. q. ij. & idem, si est scriptum, infantes fuisse baptizatos, & similia, in quibus etiam scripturæ lapidum faciunt fidem, secundũ Inn. in d. rub. quia cessat suspicio

suspicio falsi, & non adest commodum bursale, nec est uerisimile, ꝙ fuisset tanto tempore tolerata. ¶ Extra istos casus est conclusio Host. hîc, quem oẽs sequuntur
3 contra glo. ꝙ † tales libri non probant. Nec obs. c. ad audientiam. de quo in gl. quia reperiebatur ille liber in illo loco, in quo solùm stant scripturæ authenticæ: sequeretur enim, ꝙ, si iam sunt c. anni, potuisset prælatus scribere talem rem esse ecclesiæ suæ: quod fortè nõ esset uerum. Vnde iure cautum non est, tali libro fidem adhiberi. Confirmat hoc do. meus: quia aliàs sequeretur, ꝙ plus probarent tales libri, quàm scriptura publica & authentica: quia si in illa quis asserat se dñm, uel habere iurisdictionem, non creditur illi scripturæ ad alterius præiudicium, nisi fuerit facta eo consentiente, per l. censuales. C. de dona. & alleg. Ioan. An. in Spe. de instru. edi. §. postquam. uer. sed nunquid. dicentem, ꝙ in dependentibus à uoluntate duorum scriptura publica facta ad assertionem unius non probat: & est gl. ord. in authen. de tabel. §. pen. & idem uide per Bal. in l. pe. in fi. ff. de condi. instit. & in rub. C. de fi. instru. & Bar. & Bald. in d. l. censuales. & tex. & Bal. in l. si pater. C. de actio. empt. Ex quibus pridie fuit obtentum, ꝙ liber æstimorum, in quo res est descripta tanquã alicuius, non probat, ꝙ sit illius, in præiudicium eius, qui non consensit. Et sentit Bar. in l. rura. C. de omni agro deser. lib. xj. quicquid dixerit Paul. de Cast. in l. scriniarios. C. de test. mi. Vnde dicit Bar. in l. j. in prin. ff. de bo. pos. sm tabu. ꝙ literæ scriptæ in ære, uel lapide de uoluntate unius duntaxat, non nocent alteri. Ideo eleganter dixit Spe. in tit. de loca. §. nunc aliqua. uer. lvij. ꝙ in facto quamuis antiquo continente enunciatiuè simplicem assertionem illius, qui nunc agit, pro illo non statur. Vnde si apparẽt plures inuestiturę de re emphyteutica, per hoc solùm non probatur ecclesiam esse dominam rei emphyteuticæ, sm ipsum: qđ bene no. Et intellige, ut puto, nisi inuestitura esset in in forma instrumenti, per id quod statim dicetur, maximè qñ essent plura instrumenta. Pro hoc etiã: quia consuetudo dans fidem scripturæ mercatoris indiscretè, non ualet, ut per Bald. in l. j. C. de confes. latè do. Abb. in c. bonæ. ij. pen. col. s̄. de postu. præla. Vnde nõ plus debet operari uetustas, quàm consuetudo. Et quod dixi de instrumentis inuestituræ, declara ex dicendis statim. ¶ Est uerùm, ut
4 bene intelligas, quòd † quamuis libri antiqui in casibus præiudicialibus non probent, ut dictum est, tamen instrumenta antiquissima [a] confecta inter tertios, in quibus enunciatur aliquem locum esse de iurisdictione, diœcesi, uel districtu alicuius, uel dominiũ particulare aliquarũ rerum, plenè probant, & dicuntur antiquissima [b], secundũ omnes, qñ attestantur de his, quæ excedunt memoriã hominum iuuenũ & uiuentium. Et ita no. Bal. in l. cùm aliquis. C. de iur. deli. per l. si arbiter. ff. de prob. & facit, quod no. do. Ant. & do. Abb. post glo. ibi in c. cùm olim. j̄. de censi. Bene facit theorica Inn. in c. ueniens. uersus fin. j̄. de uer. sig. ubi dicit, ꝙ in excedentibus memoriam hominũ sufficit probatio per famã: quod multũ no. Bal. in authen. quas actiones. in fi. C. de sac. san. eccl. & do. Ant. & alij in c. ueniens. el j. j̄. tit proxi. Et ibi istud de fama pleniùs habebit. ¶ Istud fallit, sm do. meũ hîc multùm sing. nisi plura instrumenta antiqua haberent originẽ ab una & eadẽ persona, putà si inueniunt oĩa confecta ab uno notario, qui semper scripsit actum in tali loco talis iurisdictionis: & idem dicit, si manu unius personæ, uel pluriũ in pluribus instrumentis confectis contineant uerba unius, ut si in multis instrumentis confectis mediante certo prælato dicat, ꝙ sm eius assertionẽ talis res erat talis ecclesię: quia hoc non probabit ex illo instrumento, sm ipsum. Mouetur subtiliter, quasi instrumenta antiquissima ideo probant, sm Bal. ubi s̄. quia per ea patet cois opi. Certè cois opi. non probat per unius assertionẽ: Imo, sm Bar. in l. admonendi. ff. de iureiur. per unũ testem non probat publica uox & fama. Item pro hoc dicit esse casum in c. licet ex quadã. j̄. tit. prox. ubi licet in probando gradus consanguinitatis in matrimonio admittant testes de auditu auditus, tamẽ non probant testes dicentes se audiuisse ab uno tantùm: quia sicut illi soli non credit, ita nec fundantibus se in eo tanꝗ authoritate, uel autore: & quia ratio est generalis, nõ põt dicere, ꝙ ibi sit speciale in ꝓbanda cõsanguinitate, sicut quædã alia specialia ibi statuunt. Vnde, quia testis de auditu auditus in factis antiquissimis probat, ut dicetur in c. ueniens. el j. uidetur, ꝙ sicut testibus habentibus originẽ ab uno authore non credit, ita nec pluribus instrumentis, quæ sunt loco testiũ. Et per hoc infertur ad id, quod no. Bal. in l. optimã. C. de contrahen. stip. ubi dicit, ꝙ isto casu non sufficeret unũ instrumentũ ad probandũ cõmunem opi. Credit tñ do. meus, ꝙ sufficerent duo. Nec obs. ꝙ aliàs ad probandũ cõem opi. non sufficiant duo, sm Spe. in tit. de instr. edi. §. restat. uersi. illud aũt. & Inn. & alios in c. j. j̄. de fid. instru. quia non loquuntur in factis antiquissimis. Et istis adde. quòd si instrumenta antiqua reperiantur inter se uaria, staretur pluribus, uel melioribus, ut probatur in l. j. in uer. sed sicut. ff. de offic. quęsto. ibi, & sanè crebrior est opi. quia dum facit mentionẽ de frequentiori opinione, uult ꝙ frequentior debeat præualere minùs frequenti, licet aliud senserit Bal. in l. ij. §. postea cũ Apius. ff. de orig. iur. ¶ Et amplia prædicta, ut procedant, etiamsi ille, contra quẽ agitur, & qui possidet, sit iustus possessor, nec habeat aliquã pręsumptionẽ iuris contra se: quamuis Inn. & coĩter Doct. hîc sentiant oppositũ, & ꝙ istis probationibus, de quibus in text. creditur contra possessorem præsumptiuè iniustum, cùm aliàs non crederet, sm eos: quia actor plenè debet intentionẽ probare: aliàs reus absoluit, c. iij. cum si. s̄. eo. quia re uera, ut etiam fatet hîc do. meus, licet actore nõ probante reus absoluat, tñ hîc non dicitur, actorẽ non probare, imo uti probationibus legitimis: nam in istis antiquissimis lex habet istas probatiões pro legitimis. Item, quia per indicia & præsumptiones probat dñiũ, l. ad probationem. C. locati. l. indicia. C. de rei uen. Item cùm dicit in c. ueniens. j̄. tit. proxi. ꝙ dominia probant per famã, nullus dicit, ꝙ non probet contra bonę fidei
5 possessorẽ. ¶ Et extende prædicta etiã ad † priuilegia Papæ: quia probant enunciata in factis antiquis, ut plenè per Domi. in c. si Papa. in prin. de priui. in vj. Imò unũ solũ priuilegiũ sufficit: quia talia enunciatiua in priuilegio Papæ æquipollent famæ, ut sing. no. Io. An. in regula, non licet. ad fi. de reg. iur. in vj. & do. Ant. in c. fi. j̄. de succes. ab intes. & Domi. in d. c. si Papa. Et no. sm Bal. hîc, ꝙ in factis antiquis nulla est melior probatio, ꝗ instrumentorũ: recurritur eñ ad memoriales antiquos, tanquã ad stipites ueritatis, quæ in æternũ permanent cũ hac diffinitione, sm eum: & dicit ꝙ montes, flumina, & ualles, quæ distinguũt territoria, sunt fines æterni, in quibus semel uerũ, semper est uerũ. Allegat l. qui bona. §. si quis stipulaturus. ff. de dam. infec. Facit illud

& ista est finalis opin. Innoc. in c. ueniens. de uerb. signifi. et no. Spe. in tit. de proba. §. j. uersi. ualet etiã. Idem tenet Bar. in l. si quidem. C. sol. mat. in fi. Ioan. de Imol. in l. ij. §. idẽ. ff. de aqua plu. ar. cen. Et per ista est reprobata opinio Ant. de But. c. ueniens. de testi. el. j. qui aliter sentit in hoc, & male.

a *Instrumẽta antiquissima*] Adde Sali. in l. cùm aliquis. C. de iur. delib. qui notabiliter dicit, quòd si essent instrumẽta antiqua confiniũ, etiamsi facta non sint inter easdem personas, ꝗ probant. Et in simili dicit Cyn. & Bar. de fama, ꝗ in antiquis plenè probat, quos uide in l. si quidem. C. sol. matri.

b *Dicuntur antiquissima*] Adde tu, & dic, ꝗ tempus centũ annorũ cõmuniter tenetur, quòd dicatur longum tempus:

illud, dum montibus umbræ luſtrabunt, etc. & uide, quod dicitur ſuper gl. ſeq. Et de hac materia, quando uerba narratiua antiquorum inſtrumentorũ probent, uide etiã Imo. in cle. j. circa mediũ & fin. de proba. & do. Ant. in c. quoniã. s. eo. & do. Ant. & Imo. in c. poſt ceſſio-
6 nem. s. eo. & quod ibi dixi in viij. fallen. ¶ Quòd † aũt in factis nõ antiquis aſſertio appoſita in inſtrumento tertij, mihi non præiudicet etiã in materia confinium, no. Inn. in c. cùm in iure. paulo ante fi. s. de offi. deleg. & gl. & Bar. in l. prædijs. §. Titio. ff. de leg. iij. & Bal. & alij in d. l. cũ aliquis. & Bal. in d. l. optimã. per c. inter dilectos. j. de fi. inſtru. Eſt uerum, q̃ nocet ipſis contrahentibus, ut uideanť ibi contraxiſſe, ubi aſſerunt eſſe iuriſdictionem, ſm Bal. in d. l. cùm aliquis. Et ita intelligit d. l. optimam. Et ideo dixit Bal. in l. fi. C. ſi à non cõpe. iud. q̃ ſi ille, qui fecit ſe ſubſcribi in inſtrumento Titiũ de Papia, uult declinare forũ quaſi non ſit Papienſis, cogit̃ iſtud probare: quia inſtrumentũ probat contra ipſum. Item operantur dicta uerba bonã fidem ſufficientẽ ad præſcribendũ. Vnde ſubdit ſignanter Bal. in d. l. fi. q̃ ſi emi fundũ, tanquã de diſtrictu certæ ciuitatis, poſſum præſcribere, ut ſoluã collectas illi terræ, adeò q̃ ſi alia ciuitas dicat eam de ſuo diſtrictu, & petat collectas, iuuabit me præſcriptio cauſata ex iſto errore dicti inſtrumenti, ſm ipſum: & bene facit gl. in l. Titio fundus. ff. de cõdi. & demon. & quod per ipſam not. Bal. quaſi in terminis in l. indicia. ad fin. uerſi. quintò principaliter quæro. C.
7 de rei uend. ¶ In ea. gl. ibi, ex archiuo publico. no. q̃ † ſtatur ſcriptutæ repertæ in archiuo publico. Hoc intellige tribus concurrentibus: primò, q̃ ſit poſita in loco publico: ſecundò, q̃ habeat cuſtodem deputatum de publico: tertiò, q̃ ſit poſita inter ſcripturas publicas, ſm do. Ab. Et quia eſt materia pulchra, meliùs cadens in c. ad audientiam. de præſcrip. ubi eſt caſus, ideo non ſequendo do. meũ hîc, qui multùm inſiſtit, reſeruo ad dictum locũ, ne propter glo. hîc tollatur, quod pertinet ad tex. ibi. Sed pro nunc uide de materia Io. An. in Spe. latiſſimè in tit. de inſtr. edi. §. nunc uidendũ. uerſi. quintum ſupplementũ. in addi. magna: Bal. plenè in l. exemplo. C. de proba. & in rub. C. de fid. inſtr. in ult. col. Ang. in authen. & ſi quis in aliquo. C. de eden. Bar. in authẽ. & ſi contractus. poſt prin. C. de fid. inſtru. do. Car. conſ. xxiiij. in tertio dubio, Ro. in l. ſciendum. ff. de uer. oblig. Inn. & Imo. in c. j. s. de procur. Bal. in l. comparationes. uerſi. item ſcriptura. C. de fid. inſtru. & ibi Sali. uerſic. v. ſcriptura. cum ſi. Concluſio eſt, q̃ dicta ſcriptura probat cõcurrentibus duobus prædictis requiſitis, etiam ſine tertio, quando nõ eſſent aliæ ſcripturæ magis authenticæ. ¶ Fallit extra territoriũ, in quo eſt archiuum, ſm Io. And. in d. addi. niſi eſſent ciuitates confœderatæ, ſm Bald. in d. rubri. in fin. ¶ In ea. glo. ibi, columna, uel
8 lapide. Dicas ſm Hoſtien. & do. Abb. q̃ † ubi agitur de grandi preſudicio, iſta nõ probant, ſed adminiculanť, etiamſi ſumus in facto antiquiſſimo, per ea, quæ dicta ſunt s. de libris, & per tex. in l. monumẽtorũ. C. de relig. per quem etiã ita tenet Bar. in l. j. in prin. ff. de bon. poſ. ſecũ. ta. & ſic intellige gl. in c. ſanè. el ij. xxiiij. q. ij. & in c. poſtulatus. iij. q. vij. ¶ Fallit, niſi ſint ſcripta de uoluntate partium, ſecundũ Bart. in d. l. j. Sed hoc nihil importat: quia eſt indubitatum, cùm etiam ſcriptura priuata tunc probaret, in authen. de inſtru. fide & cautela. §. ij. & eſſet ualde difficile probare, partes conſenſiſſe: quia ſi ipſa ſcriptura hoc diceret, non plus ſibi crederetur, quàm principaliter in ea contentis. ¶ Item fallit, niſi eſſet ſcripta ab eo, qui poteſt dare fidem & authoritatẽ ſcripturæ, per tex. in l. ij. §. exactis. uer. pro roſtris. ff. de ori. iur. quem tex. allegat etiam do. Benedict. hîc. Per iſtum tex. colligitur ratio, quare ſcripturæ prætoris factæ in albo creditur: quia in actibus iudiciarijs prætoris, uel iudicis eſt eligere, illum, qui ſcribat, ſicut dicit in d. §. exactis, quòd ille, qui habebat authoritatem l. condendæ, uidetur habere authoritatem cõmittendi, ut lex illa ſcribatur. Vbi autẽ non ageretur de magno præiudicio, poſſet procedere opi. Bar. & Bal. in d. l. monumentorum. & Imo. hîc: & ideo probant confinia, in quibus requiritur minor probatio: ut dicam j. uer. extra gl. Et quod dicatur album prætoris, uide gl. in cle. j. in uer. in albo. de iudicijs. ¶ Glo. in uerbo, famã. ibi,
9 tamen ſi alia adminicula. not. quòd † fama non plenè probat fines diœceſium, ſed adminiculatur. Et idem Inno. Bald. & do. Anto. & do. Abb. hîc, & referunt ſe oẽs ad dicenda in c. ueniens. el j. in tit. proxi. Et dicit hîc Bal. quòd fama iuncta cum conſue. plenè probat. Sed dicas, ſm Imol. hîc, q̃ quicquid ſit in
a alijs materijs, communiter tenetur[a], quòd in antiquis fama probet: ut dixi s. poſt Inn. in d. c. ueniens. & maximè in hac materia confinium, in qua recipiuntur probationes faciliores, ut dicam j. uer. extra glo. Vnde dicit Imol. q̃ ſi teſtes dicunt, q̃ fama eſt & cõmunis opin. q̃ talis limes ſemper fuit obſeruatus à tẽpore, cuius initij nõ eſt memoria, ſufficit: & alle. Arc. in c. inter memoratos. xvj. q. ij. ¶ Gl. fin. ibi, multa iuuant. no. q̃ probationes imperfectæ coniunguntur, ut faciant plenã probationẽ: in quo uide Bart. in l. j. §. itẽ Cornelio. ff. de quæſtionib. & Cal. in c. ueniens j. tit. proxi. Ex quibus cõſidera duos caſus: primus eſt, quando probationes tendunt ad diuerſum finem: ſecundus, quando ad
10 unum. ¶ Primo † caſu non ſunt cõmiſſibiles ad integrandã unam probationem: & ſic intelligitur glo. in c. quorundã. xxiij. diſ. & c. licet cauſam. s. eo. Vnde infert hîc notãter do. Ab. q̃ ſi aliqui teſtes deponũt de mutuo, ſed nõ perfectè, & aliqui de p̃feſſione mutui, ẽt non perfectè, non p̃iunguntť ut probent, cùm ſæpe unum ſit ſine alio. Sed quantum ad iſtud exemplum, aduerte: quia contrà tenuit do. Abb. in c. cùm dilectus. in j. col. j. de ſucceſ. ab inteſta. Sed dicas, quòd iſti teſtes probãt ſemiplenè. Ideo poterit deferri iuramentum, ſecundum Bal. eleganter in rub. de cõtrouer. inueſt. poſt prin. Bald. & Sali. in authen. rogati. C. de teſti. allegant tex. optimum in d. c. cùm dilectus. Licet enim confeſſio, de qua ponit alius teſtis, ſit diuerſum à contractu, continet tamen in ſe contractũ, in quantum ipſa confeſſio præſupponit contractum eſſe factum. Et hoc tenet do. meus hîc indubitãter in alio contractu, quàm in mutuo: ſed in mutuo dicit, iſtos teſtes omnino ſingulares: quia deponens de numeratione, deponit de mutuo naturali: & deponens de p̃feſſione, deponit de mutuo ciuili: & ideo nihil probant. Allegat Pet. & Cy. in l. ij. C. quæ ſit ſon. conſue. & ita intelligit do. Abb. hîc. Sed in hoc poteris cogitare: quia non uidetur ſufficiens ratio differentiæ, attenta ratione Bal. in d. rub. Et iſtis adde glo. in uerbo, probata. in c. tam literis. j. de teſti. & Spe. in tit. de inquiſitione. §. nunc uidendum. uer. ſi autem ſemiplenè. & Bal. in Spe. de probat. §. fin. ¶ Secundo caſu, quando probationes imperfectæ tendunt ad eundem finem, & eodem modo, bene poteſt reſultare una plena probatio, ſiue ſit eiuſdem generis, ut in duob⁹ teſtibus: ſiue diuerſi, ut unus

a *Cõmuniter tenetur*] *Adde tu, q̃ quando à cõmuniter accidentibus probatio ſolet eẽ difficilis, tunc fama facit plenam probationẽ, quæ aliàs uix nõ facit ſemiplenã, ut not. in c. præterea. de teſtib. Ant. de Bu. in c. ueniens. el j. eo. tit. Hinc eſt, q̃, in antiquis, ubi ẽ difficilis probatio, fama ſola facit plenam probationem. ita Inn. in c. ueniens. de uer. ſig. Bald. in l. cùm ſup. C. de rei uen. et in authen. quas actiões. in ult. col. C. de ſac. ſan. eccl. Et dicit Bal. notabiliter in l. at qui natura. §. cùm me abſenti. ẽ. ff. de negeſt. q̃ fama cum antiquiſſima poſſeſſione, de qua in contrariũ memoria nõ exiſtat, habetur pro plena probatione: et idẽ tenet in l. bonæ fidei. C. de reb. cre. in ulti. col. Adde quòd idem ſentit Feli. in c. ueniens. el j. de teſti. et uer. j. concluſio.*

teſtis cum fama: licet Bal. in c. j. §. cùm autem. de contro. inueſt. dicat, talem probationem appellari poſtea preſumptiuam: quia contratum tenet Bar. & meliùs, in l. admonendi. in pen. col. ff. de iureiur. & facit text. in l. Arriani. in uerbo, ad unam. C. de hære. & in c. pen. in uerbo, caudas ad inuicem colligatas. j. de hæreti. & in l. j. ad fi. ibi, nec diuerſitatem factorum. ff. quemad. teſt. aperi. & in l. qui ſententiam. C. de pœnis. ibi, in unum conſpirantes concordanteſq̃ rei finẽ. quem alleg. Bal. hîc, dicens inter alia multa, quòd in probationibus ſurgit opi. ex diuerſis coniecturis tendentibus ad eandem concluſionẽ, & habentibus cauſas, ſimilitudines, & conſonantias conteſtes inuicem colligatas. & refert Old. dediſſe unam theoricam, per d. l. qui ſententiam. q̃ ſicut teſtes ſingulares nõ probant, quia in diuerſum tendunt: ita diuerſæ ſpecies probationum uariantes in effectu non probant: ſed ſi una inſufflat in alteram aliquid fidei, & altera in alteram, ita q̃ animus iudicis plenè informatur, tales probationes non dicuntur ſingulares, nec diſcrepantes. ¶ Limita iſta, ſm Bald. in l.
11 ſi quis ex argentarijs. §. j. ff. de eden. niſi † tales probationes coniungendæ, eſſent in ſua ſpecie imperfectæ: putà, ſi fama probatur per unum teſtem & unum aliud indicium: putà, fuga probať per alium teſtẽ, nunc non coniunguntť: quia quodlibet indiciũ requirit duos teſtes, ut per Inn. in c. ſicut. j. de ſymo. & gl. & Bar. in l. ſi. C. fa. ercif. & adde Bal. in c. licet. s. eo. & in l. j. C. ſi unus. ex pluri. ubi facit teſtũ de d. l. qui ſententiã. & dicit do. Ab. in c. tranſmiſſæ. j. qui ſi. ſint leg. propter gl. ibi, q̃ probationes non coniunguntť, q̃ repugnant in modo, licet concordent in ſi. per l. ubi repugnantia. ff. de reg. iuris. Quo aũt ſaluentť teſtes ſingulares probantes diuerſas ſpecies unius generis, erit dicendũ in c. licet ex quadã. j. tit. proxi. Et iſtis adde Ro. conſ. vij. inci. Viſis neceſſarijs: uiſo latè de prædictis, maximè q̃ in difficilè probabilibus ſit prædicta cõmixtio probationum. & uide, qd̃ ipſe alle. ibi in cõſilio ſequenti, & Bal. in l. ſpadonẽ. §. qui multa. ff. de excu. tu. & Bar. & Bal. in l. excipiunt. p illũ tex. ff. ad Sylla. Et q̃ una probatio ſuppleat aliam, uide tex. quem ualde no. ibi Imo. in c. ad audientiã. j. de præſcr. ubi teſtes dicentes cenſum fuiſſe ſolutũ, nõ reddebant cauſam ſolutionis, ut ſuppleať per priuilegia.
12 ¶ Extra † gl. pro pleniori doctrina ſcias primò, q̃ do. Car. poſt Matthæum in cle. j. in iij. op. de proba. dicit, q̃ in probandis confinibus non requirantur arctæ probationes, ſed ſufficit probatio ſemiplena. Allegat iſtũ text. & poſtea exemplificat, quę ſint probationes ſemiplenæ. Sed re uera iſtud dictum eſt periculoſum, & nõ probať iure: quia iſte text. loquitur de factis antiquis. Item loquitur de confinibus diœceſiũ: quo caſu Doct. non reputant iſtud praiudiciale multũ, ut s. retuli per d. c. cùm Apoſtolica. Et ideo extendere ad temporalia, ut confines poſſint ſemiplenè probari, non eſt rationabile. Imò contrà ſentit gl. in d. l. prædijs. §. Titio. & Inno. in c. cùm in iure. s. de offic. deleg. cũ his, quæ dixi s. uer. quod aũt in factis. Fateor bene, q̃ ad probandũ confines antiquiſſimos ſufficit probare per plura inſtrumenta enunciatiua etiam inter laicos: & ultra prædicta idem tenent Ang. & Imo. in l. ſciendũ. ff. de uerb. obli. & ibi Ro. alleg. gl. in d. c. cùm olim. j. de cenſi. idem Domi. in d. c. ſi Papa. & Bal. pulchrè in l. conuenticulã. uerſi. ex his infero. C. de epiſ. & cle. & do. Ant. & do. Abb. in d. c. cũ olim. & do. Ab. in d. c. ſup eo. in prin. j. de parochijs. Et in hoc non eſt differentia inter fines eccleſiarum & alios: quia in talibus fama ſufficit, ut ſæpe dixi s. Sed q̃ libri antiqui probent, hoc eſt ſpeciale inter eccleſias, per iſtum tex. non inter laicos: quia non eſt iure cautũ: & ita teneas. ¶ Secundò ſcias, q̃ ſi territoria mutantur per mutationes principum, uel diuiſiones iuriſdictionũ: iſta nec nocent, nec proſunt antiquis finibus eccleſiarũ. Ita eſt gl. in uerbo, diuiſis. in c. j. x. diſt. & in cle. ne Romani. in uerbo, diœceſis. de elec. no. do. Anto. poſt Hoſt. in c. querimoniã. in fi. j. de iure pat. quod eſt utile pro deſcriptionibus terratũ, quæ fiunt in æſtimiſ: quia nõ probãt inter clericos cõfines parochiarũ. ¶ Tertiò ſcias, q̃ in dubio non preſumitur mutatio confinium. Caſus eſt. Et ibi Bald. in l. fi. ff. fin. regun. quod eſt utile: quia dicens confines eſſe mutatos, habet hoc probare. Et formã libellandi, q̃ ſunt mutati confines, uide oĩo per Bart. in l. demonſtratio falſa. in fin. ff. de condi. & demon. quia debet dici in libello, q̃ fundus olim poſitus intra tales confines, eſt fundus, qui eſt hodie intra tales, & q̃ eſt idem fundus: aliàs poſſet de facili periclitari totus proceſſus, ſm eum. ¶ Quartò ſcias, quòd ubi fit mentio de fundo, quamuis erreť in confinibus demonſtrandis, tamen non uitiať diſpoſitio, ſi conſtat de fundo: ut eſt gl. in l. forma. in prin. in uerbo, uicinis. ff. de cenſi. & ſequiť Bal. in l. j. in prin. ff. de edeti. Et ideo dicit Bal. in l. penul. C. de execu. rei iud. q̃ error confinium nõ habet uitiare ſententiã. Allegant omnes tex. optimũ in l. patronus. §. ij. ff. de leg. iij. ¶ Quintò ſcias, q̃ ſufficit uolenti demonſtrare certũ fundũ, dare duas demonſtrationes, & eas probare: poſtea non nocet, ſi poneret quoſdã confines, quos non probaret. Ita latò & eleganter not. Bart. in d. l. demonſtratio. in ult. col. ¶ Sextò ſcias ſecundũ Bal. hîc, q̃ quædam ſunt inſtrumenta finium directiua, & inducunt notoriũ actu permanens: quędã enunciatiua, & faciunt adminiculum, ſed non plenã fidẽ. Allegat gl. in d. l. optimã. & in l. cùm aliquis. & intelligit in non antiquis. Idem dicit, q̃ per exercitiũ iuriſdictionũ, & per reditus antiquos, & nauigia, & pedagia, probanť cõfines antiqui, & poſſeſſio. Allegat c. dilectos. s. de offi. archi. & c. licet. s. eo. ¶ Vltimò ſcias ſm Inn. & clariùs per Bal. hîc, q̃ fines ciuitatũ & caſtrorũ preſumunť eſſe illius, qui primò occupauit: quod eſt ualde notandum, ſm Bal. & addit l. rem, quæ nobis. ff. de acqui. poſ. Non ſic eſt in iſtis ſpiritualibus, in quibus non dať libertas occupandi rem uacantem, niſi authoritate Papæ, ſm Inn. hîc, quem ualde not. do. Abb. Et rationẽ differentiæ uide per ipſum: & ſcias, q̃ Bal. hîc, docet practicã iudicandi in materia confiniũ.

c. cauſam.

SVMMARIVM.

1 ¶ *Agens contra monachum an debeat concipere libellum contra ipſum monachum.*

2 *Teſtibus receptis ſuper peritia artis, poſſunt alij teſtes recipi peritiores, ut de eadem re deponant.*

3 *Mulier non cognita à uiro, an ſit reſtituenda uiro intentanti iudicium poſſeſſorium.*

4 *Virginitas qualia habet priuilegia.*

5 *Mulieres, quæ non ſunt honeſtæ, quamuis ſunt peritæ, non admittuntur ad teſtificandum de uirginitate.*

CAPITVLVM XIIII.

1 Cauſam. ¶ Poſſunt reprobari matronæ, per quas uirginitas probatur. H. D. ¶ No. primò ſm do. Ab. ibi, contra puellã. q̃ † cùm agiť contra monacham, uel monachũ, & rettocať in dubium ipſius ingreſſus, concipiť libellus in perſonam monachi, & nõ monaſterij. Idem dic, ubi ſententia condemnatoria non poteſt mandari executioni, niſi ꝓtra perſonã monachi, ut probať in c. dudũ. j. de conuer. coniug. & de hoc per Inn. & alios in c. cum l. & A. j. de re iudi. & per gl. fi. in c. cũ dilecta. s. de reſcri. & Bal. plenè in authẽ. tanq̃. C. de epiſ. & cle. ¶ No. ſecundò, q̃ ſiue cauſa ſit in præiudiciũ aſſerti matrimonij, ſiue in fauorem, poſſunt ſup eiſdem capitulis, publicatis teſtib⁹, alij produci. Et ita eſt caſus pro his, quæ no. do. Ab. in c. iurauit. iri ult. col. s. eo. dũ impugnat Io. An. in c. ſeries. in tit. proxi. dicentẽ, q̃ ſnia lata ꝓ matrimonio tranſit in rem iudicatã: quia utroq̃

caſu eſt par ratio peccati euitandi unum. Per hoc etiã
colligunt do. Ant. & Imol. quòd ſententia lata contra
religionis ingreſſum non tranſit in rem iudi. Et licet
alij non referant, tamen de hoc dubito: tum, quia non
eſt iure cautum, quia quod hîc dicitur, procedit fauore
matrimonij, ſiue iuuandi, ſiue impediendi, cùm utro-
2 biꝗ ſit ſalus animę ſubſiſtente impedimento. ¶ No. †
tertiò, non ponendo aliquid ſpeciale in cauſa matri-
moniali, quòd ubi cauſa deciditur iudicio peritorum,
ita ꝙ teſtes deponunt de credulitate, ſm practicã artis,
poſſunt teſtes peritiores recipi publicatione non ob-
ſtante: quia iudicium fuit fallibile: & hoc procedere
poteſt, ſecundum do. Ab. quando recipiuntur iudicis
officio, uel ad inſtantiam partis, cui nihil põt imputari,
cur peritiores non produxit: arg. c. fin. qui matri. accuſ.
poſſunt. Idem colligit Bal. hîc, dicens quòd publicata
relatione medicorũ, qui recepti fuerunt ſuper cicatrice,
tamen adhuc alij recipi poſſunt, tam ad petitionem
partis, quã ex mero iudicis officio. Quod eſt notabile,
ſecundum eum. Et de iſtis facias omnino mentionem
in c. propoſuiſti. ſ. eo. ubi in iiij. cõcluſione latè deduxi
iſtud. Sed non eſt tex. melior in iure, pro ibi dictis ma-
ximè, ſed eſſet uerus intellectus do. Ant. & aliorum hîc,
quòd hîc lata eſſet ſententia. Sed profectò hoc non
percipio ullo modo ex text. quòd uno inſtrumento
iſtius decre. emanauit cauſa pendente. Patet ex princ.
ibi, noſcitur agitari. Et ideo ſine miniſterio Bald. hîc
notauit publicationem, non ſententiam. Dictum ta-
men eſt uerum in ſe, ut diximus, ubi ſ. ¶ Not. quartò
ibi, ſigna uirginitatis. ꝙ uirginitas probatur per ſigna.
Idem ſecundum Bald. ſignum oſtendit ſignatum, ſicut
ſtigmata in facie oſtendunt militantem, l. ſtigmata. C.
de fabricẽ. li. x. & habitus clericum, c. ſi iudex. de ſentẽ.
excom. in vj. & clauus militem, purpura regem, ſtola
ſacerdotem, cuculla monachum, ſecundum Bal. alleg.
no. in l. j. C. nulli licere in frenis equeſtribus. li. xj. Et per
iſtum text. colligit Bald. quòd accuſatus de adulterio,
debet abſolui, ſi ſigna uirginitatis apparent in puella.
¶ No. quintò ibi, manus. ꝙ habentes referre iudicium
ſuũ in materia perceptibili tactu, debent tangere: unde
non ſufficeret, ſi dicerent uidiſſe. Non obſt. l. j. ff. de uen.
inſpi. quia debet intelligi, quando poſſet haberi pro-
batio abſꝗ tactu: aliàs ſecus, c. ex literis. & c. fraternita-
tis. ĩ. de frigi. & in l. ſurreptione. §. fin. ibi, ſi res ita exigit.
ff. finium regun. & uide Bart. in l. ij. ff. de ferijs. ¶ Not.
ſextò ibi, matronas. ꝙ non creditur uni ſoli. Quod limi
tat Bald. hîc, niſi in ciuitate alius non reperiretur, per
tex. in authen. de non alie. §. ſed neꝗ. Et in propoſito
dicit Bal. eſſe bo. tex. in l. j. §. fi. ff. de uer. obl. ubi uidetur,
ꝙ unus interpres ſufficiat. Dic, ut dictũ fuit in d. c. pro-
poſuiſti. in ij. concluſione: & ad illã l. reſpondi ibi in ij.
fallẽtia. ¶ No. ſeptimò ibi, deputare curetis. ꝙ in cauſa,
in qua exuberat officium iudicis, poteſt iudex & debet
parte nõ excluſa, teſtes ex officio ſuo producere: quod
eſt bonum dictum, ſecundũ do. Ab. & ſentit hîc Io. An.
ſm eum, & idem Bald. hîc: & facit ad doctrinam Bart. &
Angel. in l. ſemel. C. de re mili. lib. xij. quòd ad iudicem,
non ad partem pertineat electio: & allegaui in d. c. pro-
poſuiſti in j. concluſ. ¶ Gl. j. ibi, ne ab eo corrumpatur.
3 No. ex mente glo. ꝙ † ceſſante cauſa monachatus mu-
lier eſt reſtituenda uiro, licet adhuc non fuerit cognita.
Et idem not. hîc do. Abb. dum modò, ſm eum, poſſit
tutè morari cum ſponſo: aliàs datur cautio, iuxta c. ex
tranſmiſſa, allegatum in gl. Sed contrarium & meliùs,
tenent hîc Io. An. do. Ant. & expreſſiùs Bal. qui dicit, ꝙ
inter ſponſos præſentia, conuerſatio & reliqua ſunt ex-
trinſeca & ambages: nec per hoc uxor ſpoliat maritũ,
ſed ſeipſam: & ante ꝙ̃ uir cognouerit ipſam, nõ eſt ſpo-
liatus poſſeſſione finalis cauſæ matrimonij: poſtea ſic,
ut l. j. §. pe. ff. de iuſti. & iur. Vnde ſpoliatus poſſeſſione
finalis cauſæ, dicitur ſpoliatus rei: ſecus, ſi eſt ſpoliatus
quibuſdam præludijs. Et ideo ſi uir petit ſe reſtitui ad
oſcula, non procedit petitio, ſm eum. Et collige pra-
cticam ex text. ſecundum ipſum. ut in caſu iſto pen. lit.
ante copulam, ne uir prorumpat ſm appetitum, nec
mulier habeat liberam uoluntatem, ponatur mulier
in monaſterio, tanquã apud tutum ſequeſtrum. Quod
autem, ſi adoleſcens litigans cum ſponſa, quam non
uult, timet mitti in poſſeſſionem mulieris luxurioſæ:
Dic idem, ſm Bald. hîc, licet hoc rarò contingat. Alleg.
gl. quæ incipit, idem econtrà. in l. unica. C. de rap. uir.
& non eſt alibi, ſm eum: & dicit Ang. in d. l. j. ſe uidiſſe
de facto cõburi Florentiæ unã mulierẽ adoleſcentulã
per uim. Credo, ꝙ Bal. ſentiat idẽ eſſe, hoc eſt, ꝙ mulier
debet ſtare in monaſterio, non ſponſus, timens ut ma-
4 gis prouideat̃ caſtitati mulieris. Et iſta bene no. ¶ Gl. †
fi. ibi, ſola uirginitas replet paradiſum. intellige, id eſt,
per ſe tm̃, non ꝙ aliæ idem non operent̃: nam etiã con-
iuncti rectè uiuentes idẽ obtinent, c. j. ad fi. ſ. de ſum. tri.
& in §. illud. ad fi. xxij. q. iiij. Et intellige, ꝙ ſola caſtitas
in habente aliquid uitiũ non ſufficeret, per c. defleat. ĩ.
de reg. iur. Sed aliæ acceſſoriæ uirtutes faciunt illã re-
ginam: nam impoſſibile eſt unã uirtutem habere ſine
alijs, ut per gl. in c. niſi cũ olim. in uerb. flore. ſ. de renũ.
& in c. cũ renunciat̃. xxxij. q. ij. Ita declarat do. Abb. ſ. in
proœ. Gregoriano, uerſi. rex pacificus. in iij. col. & hîc:
& no. iſtam gl. de priui. uirg. Et dicit Bal. hîc, ꝙ ratione
huius priuilegij magis creditur teſtimonio uirginis, ꝙ̃
uiduæ: quod eſt notandũ. Et dicit, ꝙ in menſa & in iti-
nere ſemp uirgines debent præcedere uiduas. Dicit tñ,
ꝙ uiduæ caſtè uiuentes non ſunt procul à uirginitate:
alle. c. optimũ. in authen. de non eligendo ſecundò nu-
bentes. Et plura in propoſito dici poſſent, ſed remitto
ad gl. fi. circa fi. in c. cũ ad monaſteriũ. ĩ. de ſta. mo. & gl.
fi. in c. j. ĩ. de uoto. & beat⁹ Tho. ſecũda ſecũdæ, q. xxviij.
arti. j. & q. clj. in oĩbus arti. & clij. per totũ, in iiij. Senten-
tiarũ, diſt. xxxiij. Et de laureola uide in iiij. diſt. viij. q. j.
art. ij. Et adde, ꝙ ſtatus religioſorũ excedit uirginitatẽ,
ſm Tho. ſecunda ſecundæ, q. clxxxvj. arti. viij. facit c. ex
parte. el. ij. ĩ. de conuer. coniug. ¶ Extra gl. dicit Bal. hîc,
ꝙ dos iſti⁹ puellæ nõ poteſt interim repeti à uiro: quia
eſt acceſſoriũ. Vnde interim ſtat in ſuſpenſo. Alleg. l.
fundũ Titianũ. & l. fundi. ff. de excep. Et ideo dos ſeque
ſtratur cũ puella. Alleg. c. per noſtras. ĩ. de do inter ui. &
uxo. Itẽ dicit Bal. hîc ſing. ꝙ uxor cognita, etiã per uim,
non poteſt maritũ ſuum ſpoliare contraria ui: nec po-
teſt ingredi monaſteriũ: quia gloria uirginitatis nõ eſt
in ipſa, ſm eũ: cui adde Io. An. ſolenniter hoc diſputan-
tem in regula, quæ cõtra ius. de reg. iur. in vj. & do. Ant.
& do. Ab. in c. j. ĩ. de conuer. cõiug. & Bal. in l. j. §. caſum.
ff. de poſtu. & Domi. plenè poſt gl. & Archi. in c. ſi euan-
gelica. in ult. col. lv. diſt. facit, quod no. Archi. xxxiij. q. v.
in Summa, & do. Ant. in c. is, qui in ult. col. ĩ. de ſponſ.
& Bar. in l. j. C. ubi quis de curiali. & Io. de An. poſt alios
in c. cùm cauſam. ĩ. de rapto. & reputat̃ paſſus multùm
dubius. Sed non diſcedo à Io. An. in d. regula, quæ ꝯtra
ius. ubi concludit, ꝙ cognita per uim non dicit̃ matri-
monialiter cognita, nec impedit̃ ingredi monaſteriũ,
niſi in caſu de quo ibi per ipſum, uidelicet qñ pendẽte
mino. de quo in c. ex publico. ĩ. de cõuer. coniug. fuiſſet
per uim cognita: quia tunc impediret̃ ingredi. ¶ Item
5 no. Bal. hîc poſt Inn. ꝙ † mulieres, quę nõ ſunt diſcretę,
uel honeſtę, quamuis peritæ, non admittunt̃ ad teſtifi-
candũ de uirginitate. Et ampliat Bal. etiamſi eſſent no-
biles naturali origine: quia meliores ſunt boni mores,
ꝙ̃ nobilitas, ſm ipſum. Tangunt etiã hîc plenè do. Ab.
& do. me⁹, quid fiendũ de bonis exeuntis monaſteriũ.
Sed uide, quæ allegaui in c. in præſentia. in ij. q. ſ. eo.
Item conſidera, ꝙ dictũ do. Ant. & aliorũ hîc de ſenten
tia lata ſuper profeſſiõe poteſt ꝑcedere, qñ eſt iudicatũ
contra ꝓfeſſionẽ, & æquiparabit̃ cauſæ matrimoniali:
quia ſubeſt peccatũ continuũ; ſecus, ſi pro ꝓfeſſione.

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 Inſtantia an pereat triennio ſecundum ius Canonicum.
2 Non præſumuntur interueniſſe præparatoria, uel deciſoria, ſi non reperiuntur acta.
3 Collocutio comprehenditur appellatione tractatus.

CAPITVLVM XV.

Cum bonæ. ¶ Acta facta coram
iudicibus primis,
faciunt fidem corã ſucceſſoribus ex eadem
inſtantia: & produci poſſunt noui teſtes
primis atteſtationibus perditis, non obſtante publica
tione. H. D. ¶ Not. primò ibi, apud priores iudices.
iuncta glo. quòd originalia actorum uidentur debere
remanere penes iudicem apud quem ſunt confecta:
ſed iſtud euenit de facto: quia imo debent remanere
penes notariũ, ſm Io. And. in c. qm̃. ſ. eo. & ſequuntur
Imol. & do. Abb. hîc, qui ex hoc colligit aliud, quòd ſi
originalia inſtrumentorum inueniantur penes alium,
ꝙ̃ penes illum, apud quem ſtare debent, non perdunt
autoritatem: & eſt menti tenendum, ſm eum, pro quo
do. meus alleg. tex. in l. quædam. §. is autem. & §. nihil. ff.
de eden. & in l. qui tabulas. & quod ibi not. ff. de fur.
¶ No. ſecundò iuncta gl. deciſa ſecundũ Hoſt. & alios,
1 ꝙ † de iure Canonico inſtantia non perit triennio, in-
ducendo ut hîc per eos conſiderantes, quòd cauſa fuit
corã diuerſis iudicibus, quæ in iudicio non concludit:
quia ſm do. meum, hoc ius inſtantiæ non incipit, niſi à
litis conteſtatione: l. properandum. in prin. C. de iudi.
Vnde potuit differri lit. conteſt. tantùm, ꝙ tempore no
uæ cõmiſſionis non erat elapſum triennium. Dictum
tamẽ eſt uerum in ſe, per c. uenerabilis. & quod ibi not.
ſ. de iudi. ¶ No. tertiò, quòd perditio inſtrumenti, ſiue
alicuius ſcripturæ probatur, quando facta diligentia
ex authoritate ſuperioris ſcriptura nõ inuenitur: & eſt
unus modus probandi negatiuã, uel perditionem rei,
ſecundum Bart. ſing. in l. is poteſt. ff. de acquir. hæred.
Allegat tex. in l. iij. §. Nerua filius. ff. de acqui. poſ. Et hoc
eſt uerum ſine dubio, quantum ad ſuccurrendũ parti,
penes quam ſcriptura non erat, ut teſtes producat: ſed
ſi ille, penes quem olim res fuit, uelit probare rem eſſe
amiſſam: putà, notarius inſtrumentum, uel mercator
librum, oportet, ut probet̃ cauſa ueriſimilis, per quam
probet̃ perditio: & iſta diligens inquiſitio nõ ſufficeret,
quia potuiſſet rem occultare, ſm Bar. notabiliter in l. ſi
quis ex argentarijs. §. fi. ff. de eden. & Bal. poſt Cy. in l. ſi
creditor. C. de pig. actio. Et iſtum tex. ad hoc perpetuò
2 not. ultra oẽs Docto. ſm do. meum. ¶ No. quartò, ꝙ †
ſi non reperiuntur acta, nõ præſumuntur interueniſſe
præparatoria, uel deciſoria. Ad idem c. quoniam. ſ. eo.
Fallit, niſi partes confiteantur acta interueniſſe. Et per
iſtum tex. dicit Bal. hîc, ꝙ licet, ubi acta non loquuntur
nec nos loquamur, d. c. qm̃. in fi. tamen ſi reus non ne-
gat, non poteſt per alium, cuius non intereſt, iudicium
reuocari: & licet per negationem fiat res dubia, l. iij. C.
quibus ad libe. tamen per ſilentium non fit res dubia,
ut eſt caſus mirabilis multùm hîc, ſm ipſum. Pro quo
facit, quod no. Inn. in c. pe. in uerbo, non negauit. ſ. de
poſtu. præla. ubi qui non negauit, uidet̃ confiteri. Facit
l. de ætate. §. qui tacuit. ff. de interrog. act. ¶ Et ſi diceret̃
hoc modo in his, quæ nõ dependent à uoluntate par-
tium, non ſtatur eorum confeſſioni, c. ſuper eo. de eo,
qui cog. conſangui. ux. ſuæ. ¶ Item confeſſio partium
ſuper his, quæ ab eis remitti non poſſunt, non probat:
ut no. Bart. in l. ſciendum. in j. col. ff. de uerb. oblig. & eſt
caſus in ſimili in l. & ſi fortè. & ibi Bar. ff. de caſtrẽ. pecu.
No. Io. An. in c. qm̃. ſuper gl. fi. ſ. eo. cum concor. Modò
ſic eſt, ꝙ partes nõ poſſunt renunciare ſolennitatibus,
maximè litis conteſt. iuxta gl. & Doct. in c. de cauſis. ſ.
de offi. deleg. cum ſi. Ergo nõ uidetur, ꝙ ſola confeſſio
iſtud probet: cuius contrarium hîc expreſſè dicitur.
Reſpondet do. Abb. & do. meus, ꝙ hîc tractabatur de
modico, uel nullo pręiudicio: nec imminebat peccatũ;
prout in caſu c. ſuper eo. Poterant enim partes, ſi lis nõ
erat conteſt. denuo ipſam conteſtari. Quinimò totus
proceſſus poteſt repeti, ſm notabilem cautelam Bart.
in l. mutari. ff. de procu. & plenius in l. conquerebatur.
ff. iudi. ſol. & Imo. in d. c. de cauſis. ſ. de offi. dele. & dicit
do. Abb. ſe dixiſſe aliàs, hoc eſt in c. pe. ſ. de iudic. Vel,
ſm do. meum, poteſt dicere, ꝙ hîc unà cum aſſertione
partium concurrebat etiam aſſertio priorum iudicum.
¶ Et ſi tu diceres, ſm hoc poſſent partes in prin. cauſæ
dicere, habeatur lis pro conteſtata dimiſſa forma, c. j. ſ.
de lit. conteſt. quia earum confeſſio uidetur poſſe eius
uirtutem operari: reſpondeo, ꝙ hoc fieri non poſſet:
quia eſt data forma à lege. Vnde dicit Bal. in l. iubem⁹.
C. de iudi. ꝙ contra formã legis nec iudices, nec partes
diſponere pñt. Not. Bar. in l. j. ff. de lib. & poſthu. & oẽs
in c. cùm dilecta. de reſcrip. Vnde dicit notanter Angel.
in l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. ff. ſi quis cau. per illũ tex.
in uerbo, ſpecialiter. ꝙ non poſſunt partes habere pro
expreſſis ea, quæ uigore legis debent exprimi. Et eſt
bonus tex. in c. qui ad agendum. de procu. in vj. Idem
Ang. in l. omnes. in prin. C. de præſcrip. xxx. an. ſecus
dicens in principe, per illum tex. quem dicit meliorem
de corpore iuris. Not. Io. And. in c. cum aliquibus. de
reſcrip. in vj. & in c. j. de exceſ. præla. eo. lib. & Ang. in l.
diuus. §. licet. ff. de iure codi. cum concor. Poſſunt ergo
partes confiteri, litem fuiſſe conteſtatam, & uidentur
ipſam conteſtari: quia hoc non eſt dicere, ipſam ex eo
induci, ſed præſumi inductam. Et ſatis dicuntur con-
fiteri, ex quo de ipſa non ſit dubium, per iſtum text.
3 ¶ No. ultimò, ꝙ † appellatione tractatus comprehen-
ditur collocutio de aliqua re: quia non ſcribit Papa,
ut referatur ſibi, quid fuerit concluſum: ſed quid dixe-
rint partes, ita ꝙ non eſt neceſſe, ut dicatur aliquam
concluſionem eſſe factam. Facit, quod no. per Bar. in l.
multum. C. ſi quis alteri, uel ſibi. & per Scribentes in l.
pacta nouiſſima. C. de pac. ¶ Sed pone, ꝙ eccleſia po-
tuit componere, & non compoſuit: nunquid aduerſus
emiſſam compoſitionem poſſit in integ. reſtitui: Bald.
tenet hîc, ꝙ ſic: dicens, de hoc uideri tex. cùm glo. in l. ſi
ex cauſa. §. nunc uidendũ. in uerbo, ꝓfuere. ff. de mino.
dum modò tractatus compoſitionis deuenerit ad con
cluſionem, ſm eum: aliàs non, per l. eleganter. in princ.
ff. de condic. inde. ¶ Extra gl. dicit hîc Inn. ꝙ ſi Papa
mandat alicui, ꝙ faciat ſibi exhiberi omnes proceſſus
alicuius cauſæ, ſi non eſt facta mentio ab impetrante,
quòd lis coram alio pendebat, poſſunt per exceptionẽ
edi, niſi partes eſſent abſolutæ ab obſeruatione iudicij:
& ſequuntur hoc omnes, maximè Bal. colligens ex hoc
ultimo uerbo, ꝙ per talem abſolutoriam ab obſerua-
tione iudicij non conſumuntur acta reſpicientia cau-
ſam, cùm edi debebant, niſi talis abſolutoria eſſet lata
per ineptitudinem iudicij. Alleg. l. fiſcus. & ibi Bar. ff. de
iur. fiſci. ¶ Vltimò, dum dixi ſ. poſt do. meum in iij.
notab. ꝙ perditio probat̃ facta diligenti inquiſitione,
conſidera: quia non eſt differentia inter caſum d. l. ſi
quis ex argentarijs. & caſum iſtius literæ: quia ita
tenebantur iſti edere acta. Vnde intelligo,
ꝙ hîc allegabatur ueriſimilis cauſa
perditionis.

c. cùm bonæ.

De teſtib. & atteſtationib.

TITVLVS XX.

SVMMARIVM.

1 Teſtimonium latum ab eo, qui accepit pecuniam, non ualet, etiamſi uerum dicat.
2 Expenſæ debentur teſti, quas fecit, dum teſtificatur.
3 Teſtis propter amicitiam non repellitur, niſi eſſet immoderata.

CAPITVLVM I.

PLacuit. ¶ Seipsum sum mat, tria continens. ¶ No. tex. ibi, pretio. ꝙ † corruptio [a] per pretium inhabilitat testem, & procedit, etiamsi fiat, ut uerum dicat: c. non sanè. xiiij. q. v. Vnde etiam uerum dicendo non euitat pœnã falsi, l. j. & ibi Bar. ff. de falsis. dixi in c. licet. super gl. in uerbo, opponi. suprà, tit. j. Et eandem pœnam incurrit, si noluit testificari: quia propter hoc fuit corruptus, secundum Bart. ubi s̃. Sed iste secundus differt à primo: quia testificando efficaciter deponit, & probat, sm Bal. in c. j. circa medium, per illum text. si de inuesti. inter do. & uasal. lis ori. quod intelligit do. meus hîc, & bene, siue deponat pro illo, contra quem, ut nõ deponeret, rogabatur: siue pro ipso rogante: quia delictum cõmissum in fraudem testimonij ferendi nõ tollit effectum testificatus, ut per Bar. in l. j. §. cùm quis. ff. de quæst. etiamsi illud delictum sit culpa, uel dolo testis, c. inquisitionis. & ibi do. Abb. & alij, j̃. de accus. cùm etiã natura testimonij sit, ut extendatur ad utranq; partem, ut per glo. in c. fraternitatis. j̃. eo. tum etiam, quia eius dictum uidetur approbatũ ex toto à parte, quæ uoluit eum non obstante corruptione cogi: & ponderat hîc do. Abb. tex. in uerbo, pretio. quia non dicit, Prece. Ex quo infert, ꝙ testis rogatus ut testificet, non dicitur corruptus. Et ita intelligit c. quoties. j̃. eo. Bene facit, quod not. Bald. in c. licet. s̃. tit. proxi. dum dicit, testem non dici subornatum, si fuit rogatus, uel monitus, ut per uerba cõgrua loqueretur. Et ibi dictis circa hoc adde Bal. idem tenentem in l. fi. in ult. col. C. si ex falsis instru. Ex his etiam infert do. Abb. ꝙ testis non citatus, sed productus à parte, non dicit suspectus. De quo latiùs dicetur in c. seq. uersic. extra gloss. ¶ Et limita istum text. quo ad pretium, nisi † testis reciperet expensas, quas facit in eundo & redeundo causa testificandi, secundum omnes hîc per c. statutum. in fine. de rescrip. in vj. & l. quoniam liberi. C. de testib. Idem signanter dicit Bal. hîc, si aliquid daretur testi in recompensatione operarum, quas perdit. Et subdit Bal. hîc, quòd in causa inquisitionis, in qua non est pars, satisfaciet res publica de mandato iudicis, per l. cùm nauarchorum. C. de nauicula. lib. xj. Vnde hoc mandabitur massario cõmuni, secundũ ipsum. Etsi testis itinerans ad testificandum, spoliatur à latronibus, nõ recuperat damnum à producente de rigore iustitiæ, sed de curialitate bene posset producens emendare damnum: nec infringitur testimonium, secundum Bald. hîc: allegat l. inter causas. §. non omnia. ff. mandati. & l. si seruus. §. quod uerò. ff. de furt. Quæ omnia intellige, dum modò in istis reformationibus expensarum, uel damnorum concurrat scientia iudicis, ne fieret fraus huic decreto, secundum Hostiens. & do. Antoni. hîc.

a *Corruptio*] *Adde, quòd idem tenet hic Ioan. de Imo. in princi. & in l. diuus. ff. de re iudi. in princi. & ibi Bart. in ij. col. in uersic. quæro, quid. & dic, quòd hoc uerum est, etiamsi pars sponte offert. Iac. de Bel. in authen. ut iudi. sine quoquo suffra. §. j.*

¶ Subdit etiam Bald. hîc, quòd † testis propter amicitiam non repellitur, nisi sit immoderata, per l. sciendum. ff. de usur. quod erit in arbitrio iudicis, secundum ipsum: & facit quod no. Cy. & Sali. in l. exigendi. C. de procura. & do. Ant. & Imo. in c. fi. suprà, de postul. & Bald. in l. si iure. C. de manu. testa. & do. Anto. in c. coram. s̃. de offi. dele. & Imol. in l. ex falso. §. si quis rogatus. ff. ad Treb. cum concord. & in amicitia immoderata inter coniuges, secundũ Bald. hîc per l. præsenti. C. de his, qui ad eccles. confug. Idẽ dicit de concubina.

¶ Vltimò, quod dicitur hîc de ieiunio, est consilij, non præcepti, secundum omnes hîc post gloss. Dicit tamen Bal. hîc, quòd testimonium ebrij non tenet per l. respiciendum. §. delinquunt. ff. de pœnis. Item non potest facere testamentum, secundum ipsum, inspecta tamen qualitate ebrietatis. Et alia, quæ sunt facienda ieiuno stomacho, ponit gloss. j. in cap. sacramenta. de consecrat. distin. j. Et dicitur ieiunus facta digestione, etiamsi non dormierit, ut ibi. Et ualet consuetudo, quòd tales actus fiant à non ieiuno, ut sentit gloss. in c. decreuit. xxvij. q. v.

SVMMARIVM.

1 ¶ *Gesta contra legem, an & qualiter sint nulla.*
2 *Omissio solennitatis, quæ debet sequi post actum, non uitiat ipso iure.*
3 *Testis examinatus parte non citata nullum facit indicium. Deinde ponit quinq; declarationes ad text. huius c. quas uide hic, & num. 4. 5. 6.*
7 *Iudex uolens informari super notorio, uel super fama, potest recipere testes parte non citata.*
8 *Item, quando testes reciperẽtur ad informationem superioris super habilitate, uel inhabilitate electi.*
9 *Item, quando proceditur per uiam inquisitionis.*
Quibus casibus iudex potest recipere testes parte non citata.
10 *Reliquos casus adde, prout habentur numero hoc & sequentibus, 11. 12. 13. 14. 15. 16. & 17.*
In quibus omnibus non est opus citatione partium ad testium receptionem: quos casus omnes huic summario inserere magis est laboriosum, quàm utile.
Pars debet testes audire iurare, non autem debet interesse eorum examini. Post num. 17. uersic. in gloss. in uerbo, audire.
18 *Iudex examinans testes, si sciuit de inuitabili impedimento, citati examinatio est ipso iure nulla.*
19 *Quidsi impedimentum citati non comparentis non fuit iudici notum. & num. 20.*
21 *Citatio ad uidendum iurare testes, an debeat esse peremptoria.*
22 *Citatio peremptoria an requiratur ad ferendam interlocutoriam.*
23 *Testis reputatur suspectus, quando se offert non uocatus, nisi iudex eum admittat ex officio: tũc enim depositio eius ualebit. nu. 24.*
25 *Testis si producitur non citatus, an probet.*
26 *Iudex quando examinat testem non productum, an ualeat eius depositio.*
27 *Testis præsumitur rogatus à parte in dubio.*
28 *Citatio an sit necessaria, quando sciente parte est datus terminus alteri parti ad producendum testes? & concludit, quòd sic.*
29 *Fallit in tribus casibus, ut nu. hoc & uersi. fallit secundò. & nu. 30.*
31 *Citanda an sit pars in productione instrumentorum.*
32 *Citanda an sit pars in productione articulorum? & concludit, quòd sic: reprobatis opinionibus contrarijs.*
33 *Citari an debeat procurator, an uerò dominus, ad uidendum productionem testium. De hoc ponit tres casus. Vide nu. 34. & 35.*
36 *Procuratores duo dati in solidum cum clausula, quòd non melior sit conditio occupantis, & unus est contestatus litem, & alter producit testes, an talis productio ualeat.*
37 *Testes si citati sunt ad diem non iuridicum, parte eadem die citata ad uidendos eos iurare, & non illa die, sed sequenti iurant in absentia partis, non ualet receptio talis iuramenti.*

CAPITVLVM II.

INnomine. ¶ Nulla est receptio testium facta contra non citatos. H. D. Ex notabilibus Doct. nihil est oportunè addendum: ideo omitto, exceptis duobus. ¶ Collige † primò inter alia ex tex. in fin. ꝙ actus gestus contra legẽ, est nullus. Ad idem c. uides, cũ gl. x. dist. & reg. quæ contra ius. de reg. iur.

9 a ratio d. l. generaliter. ¶Item † nõ [a] procedit in confessione ficta, secundum Bald. in d. c. ij. per tex. quem dicit sing. in l. ij. §. j. ff. de iure fis. Idem dicit Bart. in l. eius, qui delatorem. in fi. princ. ff. de iure. fis. & Pet. de Anch. in c. ij. de cõfes. in vj. nisi esset confessio ficta resultans ex morte, putà quia ductus conscientia criminis se interfecisset: quia æquipollet cõfessioni ueræ, secũdum Cy. in l. ij. C. qui testa. fa. pos. Item non procedit restrictio in confessione tacita, secundum Imo. in d. cle. constitutionem. Alleg. Bart. in l. si confessus. ff. de custod. reo. Nec in confessione implicita, secundum Dom. in c. j. in j. col. de confes. in vj. Nec in confessione reprobata, secundum Inno. & alios in c. mulieri. per illum tex. j. de iureiu. cum concor. Nec in confessione facta incidẽter in iudicio nullo ex defectu processus, ut per Bart. in d. l. si confessus. Super quibus uide, quæ aliâs dixi in c. qualiter. el ij. j. de accus. circa doctrinam Inn. ibi dicentis, confessionẽ nõ
10 exigere telam iudicij. ¶Tertiò † restringe hanc fallentiam, nisi simus in materia, cuius finis est purgare peccatũ: quia acta in summario faciunt fidem in plenario iudicio. Ita sing. consuluit do. Ant. cons. xlj. incip. quidam petijt. dicens, quòd acta facta coram iudice ecclesiast. summariè ad conuincendũ instrumentum usurarium, faciunt fidem in iudicio seculari plenario. Et inter multa alleg. quod scribit Host. in c. ij. de ordi. cog. ubi dicit, secũdum eum, quòd in materia tangente periculum animarum probatio semel liquida ualet, licet uarietur modus agẽdi: quia agiliores probationes sufficiũt in materia peccati. Vnde sufficit, probationem fore integram secundum metas iuris naturalis. Alleg. bonum tex. in c. in omni. s. eo. Et hoc nõ
11 tradas obliuioni. ¶Quartò † restringit̃, dũ modò iudicium sit summarium ex natura sui, uel etiam ex cõmissione superioris: secus enim, si esset summarium ex culpa partis: putà, si proceditur contra contumacem absentem in iudicio plenario. Omnis enim processus factus contra absentem, dicitur esse summarius, secundũ glos. & Bart. in l. j. C. quorum appel. non recip. Et tamen acta facta in uno iudicio contra contumacem, facient fidem in alio contra eundem, secundum Bart. in l. ij. in fi. ff. iudi. sol. Et hoc quo ad primam fallentiam. ¶Fal-
12 lit † secundò prædicta regula in his, quæ cursu temporis immutantur: quia acta facta in una causa non prosunt in alia, secundum Bart. in l. j. §. qui excusatione. ff. de uac. mu. & in l. ij. uersus fi. ff. iudi. sol. & do. Anto. hîc per text. & ibi habes exemplum in l. spadonem. §. qui absolutus. ff. de excus. tu. ex quo latè tractat hîc do. meus, utrùm sufficiat probare quem olim uixisse, ut præsumatur hodie uiuere: de quo dic, ut per ipsum, & plenius per Imol. & Raph. in l. ex facto. §. si quis autem. ff.
13 ad Treb. ¶Fallit tertiò † prædicta regula, nisi attestationes nõ fuissent publicatæ: quia tunc in alio iudicio etiã
b inter easdem personas nõ probant [b], secundum gl. Ia. de Are. & Bart. in l. gesta. C. de re iudi. & Cy. in l. properandum. §. fi. C. de iudic. & Bart. in l. j. cum duabus sequentibus. ff. de his, quæ in frau. cred. glos. & Bart. in l. solam. C. de testibus. & Bal. in l. ij. in pen. col. C. de eden. Et ibi subdit, quòd iudex alterius instantiæ dictas attestationes nõ poterit publicare. Et idem dicit Bart. in d. l. gesta. Et hanc fallentiam tenet etiã Bald. in l. fi. circa princ. C. de testi. & in c. j. §. in causis. de pac. Constantię. & in l. prolatam. C. de senten. & interlocut. omnium iudic. d. l. gesta. & ibi Salic. & do. Anto. in c. fraternitatis. in antepen. col. j. eo. Et adducitur ratio:

a *Item nõ*] Ade, *quòd idẽ est, quo ad hæredes: quia confeßio ficta non transit in hæredes, nisi resultaret ex morte, ut in casu hîc posito per* Felinũ: *cui adde* Bal. *ĩ l. j. §. ij. C. q test. fac. pos.* Lud. Ro. *in notabil. cccv.* Bal. *in l. j. §. ij. ff. de calum.* Bal. *in c. uasallus. si de feu. fue. cõtro.* Im. *in l. qui à latronibus. §. j. ff. de testi.* Limita *prædicta in tribus casibus:* Primo, *ĩ casu criminis læsæ maiestatis, l. quisquis. C. ad l. Iuliã maiesta. Secundo casu, in latronibus: gl. in l. j. ff. de bo. eorum. Tertio casu, in crimine hæresis, ut in c. secũdum leges. de hære. in vj.* In *quib. casibus ficta confeßio facit transire pœnam ad hæredes.* Adde Bar. *in l. j. ff. de bo. eorum. in fin.*

b *Inter easdem personas nõ probant*] Ego *teneo istam opi. quã uidetur etiam tenere hîc* Felin. *et eã fortifico isto medio: l. fi. C. de testi. uult, quòd quando testes sunt examinati coram arbitro, si uiuunt, quòd sit ĩ electione eius, cõtra quẽ producuntur, eis stare, uel petere, ut iterum examinentur. Vnde dico, quòd idem est dicendum*

dicendum de iudice, coram quo attestationes non publicatæ producuntur: quia erit in electione eius, cõtra quem producuntur, facere ut iterum testes examinentur in isto secundo iudicio: neq; est dicendum, quòd iudex secundæ instantiæ possit testes publicare. Et istud uidetur sentire Bart. in l. admonẽdi. ff. de iureiu. in uer. quæro, qd ſ. dicta testiũ. Et istam opi. tenet Bal. i addi. Spec. in tit. de instru. edi. in uerbo, acta. Ant. de But. in c. Albericus. j. eo. & idem tenet Bal. et Sal. i l. gesta. C. de re iudic. moti per d. l. fin. C. de testi. do. Alex. in cons. suo lxxxij. in iij. uol. incip. Viso processu causæ uerẽtis. in ulti. col. & ista est uerior & cõmunior opi.

quia publicatio processus durãte instantia fit officio iudicis mercenario. Sed officium iudicis mercenariũ perit finita instantia. l. iiij. C. depositi. Ergo impossibile uidetur, quòd alius iudex in alia instãtia possit supplere defectum publicationis: sicut etiã uidemus, quod quando petitur executio sentẽtiæ per officium iudicis, ideo iudex alterius territorij nõ potest exequi: quia est officium iudicis mercenarium, quod non egreditur personã iudicis, qui iudicauit, ut latè per Bal. in l. si causam iudicati. C. de execut. rei iud. Posset tamen responderi huic rationi, quòd publicatio, quæ fit in alia instantia, fit etiam per officium iudicis mercenariũ: quod defuit huic instantiæ, in quantum probationes facientes ad causam & ad hanc instantiã, reddit authenticas perfectas. Adducitur etiam pro hac parte: quia nõ uidetur, quòd alius, qui cognoscit de causa, possit iustè cognoscere, an publicet, uel non: quia cùm primus receperit dicta in secreto cum notario, c. uenerabili. j. eo. sola scriptura notarij non facit fidem, sed authoritas iudicis, cuius secretũ est alteri incognitum: sicut dicimus, quòd instrumentum de quo unus notarius est rogatus, alius conficere non potest, c. inter dilectos. de fide instru. Dicit in simili Ang. in l. ex facto. in princ. ff. de uul. & pupil. quòd successores Antianorum non possunt interpretari statuta præcessorum: quia intentio illorum, tanquam secreta, non transit ad eos. De quo latè per Imo. post Bar. in l. ab executore. ff. de appel. Sed potest dici, q ista ratio procedit, quando iudex ex sola relatione notarij uellet publicare, uel fortè ex simplici dicto iudicis præcedentis: sed secus, quãdo ex dicto utriusq; se informaret ad publicationẽ: quod fieri potest, ut per Bart. l. ne in arbitris. & dicetur j. eo. cum à nobis. ¶ Et ideo contra istam fallentiam & prædictos tenet hîc do. Ant. & expressiùs Imo. & do. Ab. dicentes, quòd in alia instãtia posset fieri publicatio per alium iudicem: quia facultas probationum non est angustãda, l. quoniam. C. de hæreti. Bene facit c. cõstitutus. j. eo. Ad idem c. quoniam. §. titul. j. inducendo, ut hîc per do. Abb. maximè, quia publicatio non fit ad præstandam fidem ipsis depositionibus, sed ut super ipsis disputetur, c. qualiter. §. debet. j. de accus. tamen etiam quo ad ualiditatem sententiæ nõ requiritur publicatio testiũ, ut dixi in c. cùm l. & A. j. de re iud. Et hanc partem tenet etiam Inn. hîc, & Bart. in l. cùm lite. ff. iudi. solui. & cum eo transit Raph. ibi, allegantes Inn. in c. Alber. j. eo. Adducitur etiã, quod not. Bart. in l. admonendi. uer. quæro, quid si dicta testium. ff. de iureiur. Et est opinio ual-
14 de sustentabilis. ¶ Sed † tamen istis non obstantibus in hoc dubio passu, præualeret in practica ista fallẽtia: tũ, propter cõmunem opinionẽ: tum, quia propter ipsam est tex. optimus in c. cùm causam. j. eo. Nec uidetur posse dici, quòd ibi attestationes fuerunt nullæ: quia secũdum hoc malè ponderaret ibi Papa, quòd attestationes erant clausæ, ad hoc ut testes priùs recepti non reciperentur: quia etiamsi essent apertæ, idem esset: c. de testibus. c. licet. & c. præsentium. j. eo. Et pro hoc responde tur ad dictum c. cõstitutus. ubi uidetur, quòd si acta essent inter easdem personas, posset fieri publicatio per alios iudices: quia istud argumentũm à cõtrario repugnat d. c. cùm causam. Contra, &c. ¶ Est uerum, quòd quatuor casibus absq; dubio procedere posset opinio contraria. Primus est, quãdo de consensu partis, de cuius præiudicio agitur, iudex uellet publicare attestatio
15 nes: qa potest, dicto c. cùm causam. in fine. ¶ Secũdus † est, quando testes sunt mortui, uel adeò in longinquis partibus, quòd iteratò produci non possunt: quia tũc, secundum do. Ant. & Imo. hîc, uidetur sine dubio procedere opinio Bart. in l. ij. ff. iud. sol. per c. præsentium. j.
16 eo. ¶ Tertiùs † casus est, quando attestationes non publicatæ in instantia causæ principalis producuntur in alia instantia succedanea primæ, scilicet appellationis, uel alterius, secundum do. Ab. hîc, per ea, quæ dixi in j. regula. Idem Bart. in l. prolatã. C. de sen. & Bal. de pace Cõstantiæ. in uerbo, in causis. & in d. l. gesta. & facit gl. j.
17 in fi. ibi. ¶ Quartus † casus est, quando testes examinantur ad perpetuam rei memoriam: quia etiam non publicati faciunt fidem, secundum Bar. in authen. si quis in aliquo. post glos. ibi. C. de eden. & idem Spe. in tit. de teste. §. nunc tractemus. uersi. aliâs. quem sequitur do. Abb. in c. significauit. j. eo. Vtrùm autem publicatio attestationũ inter aliquas personas facta, præiudicet tertio, cùm possit producere super eisdẽmet capitulis, dicetur j. eod. fraternitatis. in limitationibus. Et hæc quo ad secundam regulam: quam etiam limita ex his, quæ dicentur in quarta regula, uidelicet quando est perem
18 pta instantia. ¶ Tertia regula. In † materia acta facta inter duos litigantes non habent effectum, quo ad alios, secundum omnes hîc: & glos. & alios in l. ij. C. de eden. per id, quod habetur i rub. C. res inter alios acta. & per totum, & l. ij. C. quibus res iud. non nocet. & c. inter dile
19 ctos. uersic. nec attestationes. j. de fide instr. ¶ Fallit † primò, quo[a] ad aliqualem præsumptionem: quia illam inducunt acta inter alios, quamuis extraneos, secundum do. Ant. & do. Abb. hic. Allegant Bar. in l. à sententia. ff. de appel. recip. & gl. in l. si duo patroni. ff. de iureiuran. & Cy. in l. ij. C. de eden. Adde Bartol. in l. admonendi. ff. de iureiuran. ubi dicit, quòd si dicta testium sunt recepta inter alias personas, faciunt, quo ad alias, semiplenam probationem, sicut dicimus in sententia. Et intelligit Bar. quando illi testes examinari non possunt: aliâs imputaretur parti, cur de nouo non faceret examinari, l. fi. C. de testi. Et hoc dictum Bart. sequũtur do. Ant. do. Abb. in c. fi. j. de iureiur. & do. Ant. in c. pe. in iiij. col. j. de re iudi. & in c. fraternitatis. in pen. col. j. eod. Et ex isto dicto Bar. infert do. Ant. ualde solenniter, quòd istud qualequale præiudicium æquipollet semiplenæ probationi habili ad deferendum sacramentum in defectum semiplenę probationis. Et idem uoluit Bald. in d. l. si duo patroni. in princ. ¶ Sed cõtra istã fallentiam fortiter facit, secundũ, do. meũ: quia respectu tertij, qui non fuit i iudicio, testis fuit receptus parte nõ citata. Ergo nullum facit indicium ut uoluit Bar. in l. maritus. ff. de quęstio. & dixi in c. ij. §. eo. ¶ Sed ad istud dici posset, quòd omissio citationis bene operatur illum effectum, quando nõ citatur ille, cuius principaliter interest: secus, si non citatur ille, cuius secundariò interest: quia hoc non est necessarium, ut no. Do. in c. quamuis. super

a *Fallit primò, quo*] *Not. ex istis, quòd Felin. est secutus opin. Bart. uidelicet q. testes recepti inter alias personas, si sunt mortui, faciunt semiplenã probationem, quo ad alias personas tertias: & quia est passus satis difficilis, ideo reassumam materiam. Adde, nunquid testes recepti inter alias personas, si sunt mortui, an faciãt semiplenam probationẽ, quo ad alias? Bar. in l. admonendi. in uer. quæro, quid si dicta testium. ff. de iureiuran. tenet, quòd sic, uidelicet quòd testes recepti inter alias personas, quãdo sunt mortui, ita quòd examinari non possunt, faciũt semiplenam probationẽ, quo*

glos.

ad alias personas tertias. Et est noua limitatio ad regulam, quòd res inter alios acta. to. ti. C. res inter alios acta. & l. sæpe. in princ. ff. de re iu. Adde, quòd idem tenet Ang. in l. ij. C. de eden. do. Alexan. in d. l. sæpe. in repe. et ibi exclamat ad istud dictũ Bart. & dicit, quòd est dictum de pane quærendo: tamen putat, quòd sit sine dubio circa text. & in l. à sententia. ff. de app. per quem mouetur. Bar. nihil. pbat de semiplena probatione. Adde, quòd istud dictum Bart. reprobat Fran. de Are. in cõs. suo clxiiij. incip. sicut Ioannes scripsit in euangelio in Apocal. & plenius in isto c. & ibi allegat aliqua, quæ uidere in eo non faciũt cõtra Bar. cùm nõ loquatur in terminis, in q. bus Bar. facit fundamenta, scilicet quãdo testes sunt mortui: & inter cætera pondera text. qui cõtra eũ multũ stringit in c. inter dilectos. de fid. instr. in §. porro. ubi dicitur, quòd attestationes inter alios receptæ alijs præiudicium non generant: et tamen, secũdum eũ, cùm pcessus essent de longinquo, uerisimiliter testes erant mortui. Sed certè ille text. hîc nõ probat necessariò: quia quãtùs processus esset de lõginquo, non per hoc præsumitur, quòd testes essent mortui: imò præsumũtur uiuere usque

gl. fi. de pac. in vj. pro quo est tex. optimus in l. j. §. denũciari. ff. de uen. in spi.
21 quem facit sing. Bal. in rubr. C. de success. edict. & in c. inter quatuor. §. de maio. & obed. & in l. si curatoris. C. de iure delib. cum simil. Præterea allegat text. ubi contra prędicta dicit esse casum clarum, in c. inter dilectos. §. porro. in uerbo, nocumentum aliquod. j. de fide instr. Sed ad istud dici potest, quòd ibi ponitur allegatio partis, super qua non fundat se Papa, licet pro ipsa iudicet: sed ex eo, quia actor deficit in probatione eorum quæ proposuerat. Præterea respõdeẽ ad d. l. à sententia. per quam se fundant Doct. q non probat, quòd afferatur præiudicium, quo ad semiplenam probationem, sed solùm quòd ratione præiudicij potest appellari. Certum est aũt, quòd permittitur appellari, etiam ratione leuis præiudicij, uel interesse, l. non tantum. ff. de appel. Tamen istis non obstantibus præualeret ista fallentia propter authoritatem Bart. & sequacium: & eam limita, ut multùm notanter per Bald. & Ang. in l. ij. C. de edẽ. Vnde ualet, quòd acta inter alias personas faciũt qualequale præiudiciũ tertio, ita demũ, si tertius habebat ius conexũ cum iure illius qui fuit in lite. Exemplum patet in d. l. si duo. & in d. l. à sententia. aliâs secus, secundũ ipsos: pro quibus allegatur text. in l. sed & si possessori. §. fi. in uerbo, nihil.
20 de iureiur. ¶ Fallit † secundò multum singulariter ista regula, nisi ratiõe publicæ utilitatis iudex uellet mouerí ex officio suo ratione confessionis habitæ inter priuatos in alio iudicio: putà, si actore agente contra possidentẽ beneficiũ, actor nihil probet, reus autem sponte confiteatur defectum iuris sui: quamuis enim non prosit ista confessio actori, ut pro eo feratur sententia, c. olim. in fi. §. de rescript. tamẽ iudex in alia instantia poterit ex officio illum priuare ex illa confessione. Ita eleganter uoluit Spec. in tit. de act. & peti. §. super actionibus. uer. sed q d si reus. & Compost. & Ioan. And. in c. mandatum. §. de rescript. & sequũtur do. Ant. & do. Abb. hîc. & do. Abb. in c. cùm dilectus. §. de ordi. cog. & do. Ant. in c. uestra. j. de cohab. cler. Idem dixit Arch. in c. fi. de iureiur. in vj. & in c. multi. in j. col. ij. q. j. & optimè facit tex. in c. per inquisitionem. §. de elect. Ad idem quod not. do. Abb. in disputatione, Titius clericus. uer. sed nunquid iudex. & Arch. in c. contra morẽ. in fi. c. dist. & uide Domi. post Lapum. in c. ij. uersic. quid si reus. de confes. in vj. ubi uidetur prædicta extẽdere etiã ad confessionem fictam: sed hîc non admitterẽ, per ea quæ dixi §. in ij. regula, uer. hæc autem confessio. sed procedere posset opinio ipsorum, quo ad alios effectus, quos in simili considerant Doct. in c. at si clerici. in prin. §. de iud. maximè do. Ab. ibi uersi. Vincen-
22 tius hîc. ¶ Sed † contra istam fallentiã fortiter facit c. j. in uerb. cõfes. j. de excep. sed responde ex eo, quod not. do. Ant. post. Inn. in c. per inquisitionem. uer. secundus intellectus est. de elect. ubi limitat, seu declarat d. c. j. nõ procedere in confesso, quo ad aliã instantiã: quia in ea poterit puniri, licet non in illa, in qua emanauit confessio: & licet hoc sit in confesso, non tamen in conuicto: & ratio specialitatis in confessione oritur ex ratione c. per tuas. §. tit. j. Sed adhuc contra istam fallentiã uidetur gl. magna in fi. in c. ex pœnitentibus. v. dist. Sed respondet ibi Dom. prope finem, quod loquitur in confessione emanante in foro pœnitentiali, quæ non præiudicat in contẽtioso, secundum Host. & do. Ant. in c. quæris. §. de æta. & qual. Sed ulteriùs uideretur, quòd imò in eadem instantia posset puniri ex illa confessione: quia dum modò cõfessio emanat coram iudice competenti, non considerat telam iudicij, c. j. de accus. in vj. cle. constitutionem. in fi. de cle. not. Inno. in c. qualiter. el ij. j. de accus. Sed respõ de ex notatis per Bald. post Spec. in l. mercalem. C. de condi. ob turp. causam. & do. Ant. in c. nostra. in pe. char. uer. ad discurrendum. ubi dicit, quòd si iudicium non est institutum ad finẽ puniendi crimẽ, sed ad alium finem, propter confessionẽ non potest quis puniri, tum per. d. c. j. de except. & c. ij. in fi. §. de ord. cog. tũ propter l. ut fundus. ff. commu. diui. & c. licet deli. in fi. j. de symonia. & quia iudex ad hoc nõ sedet, ut per gl. in c. ulti. §. de confes. Et quamuis huic responsioni uideatur obstare c. fi. de iureiur. lib. vj. tamen dicit ibi Pet. de Anch. quòd satis dicitur de crimine in iudicio congruo ille punire, licet emergat pẽdente causa: qa eius finis est repellere electum, ut ibi per gl. in uerbo, debebit. ¶ Et † ista faciunt præcisè ad quæstionem, an con
d fessio[a] facta in ciuili præiudicet in criminali: de qua per Bar. in l. si duo patroni. §. idem Iulianus. ff. de iureiur. & Bal. in l. si quis i hoc genus. C. de epis. & cler. & Spec. in tit. de inquisitione. §. nunc uidendum. uer. quid si actor. & Bal. in d. l. mercalem. cum quo trãseo.
b Et de alijs[b] actis in ciuili, an noceant in criminali, uide per Bal. post glos. in uerb. destinatus. in l. si quis ad se fundum. C. ad l. Iul. de ui. & ibi Sali. in pe. col. & do. Ant. in d. c. per inquisitionẽ. in ulti. col. & do. Abb. in c. qualiter. la ij. in ult. col. de accus. & Bar. in l. pen. in fi. ff. de cal. & in l. ij. §. si quis dolo. ff. de tab. exhib. & Bal. in l. j. circa princ. C. si quis aliquem testari prohib. & in l. ex morte. C. ad l. Aquil. & do. Anto. in c. cùm dilectus. j. de pur. Cano. & glo. & Bal. in l. ictus fustium. & in l. athletas. §. calumniator. ff. de infamib. & Bart. in l. quoties. C. de naufra. lib. x. & Bal. in l. quod euitãdi. C. de cõdi. ob turp. causam. & cũ ipso trãseo. Dicit enim,

c. causam que.

ad cẽtum annos, ut i l. fi. C. de sac. sanc. eccles. & in l. si usufruct. ff. de usu et usufru. leg. Declarat Bar. & Doct. in l. si quidem. C. so. matr. & in l. ij. §. si dubitatur. ff. quemadmo. test. aper. Vnde dico, quòd propter authoritatem Bartol. & sequacium in cõsulendo & sententiando non discederẽ ab ipsius opi. Adde, quòd Ant. de But. tenet istam opi. Bar. in c. quamuis. de re iud. Sed do. Abb. ibi in j. col. putat hoc committi iudicis arbitrio. Tamen tene opinionem Bart.

a *An confessio*] *Adde, quòd Inn. in c. per inquisitionẽ. de elec. tenet, quòd sic: qa ad confessionẽ p priam nõ potest uenire consitens. Adde, quòd contrarium tenet gl. in c. ex pœnitentibus. l. dist. Vide Bart. in l. si confessus. ff. de custi. reo. Bar. in l. magistratibus. ff. de iurisdict. om. iu. Bal. in l. quoties. C. de iud. Ego teneo, quòd sola cõfessio nõ sufficiat ad condemnationem: sed bene potest cõpelli reus, ut perseueret in confessione sua, aut ut ipsam declaret. Vide do. Abb. in c. qualiter. el ij. de accus. in fi.*

b *De alijs*] *Adde, quid de actis, utrum acta facta in iudicio ciuili faciant fidẽ in iudicio criminali? Inn. fuit uarius in q. ista: nam in c. qualiter. el ij. de accus. tenuit, q. acta facta in ci-*

uili probãt in criminali: utputà, lata est sententia in ciuili: quia probabit in criminali hoc modo: uidelicet iudex formabit inquisitionem de nouo: & postea assumet illam sententiã ad probãdum: quia sententia inducit notoriũ. Et cũ ista opi. Innoc. transeunt Doct. ibi. Sed in contrariũ tenuit ipsemet in noc. in c. per inquisitionẽ. de electio. ubi clarè dicit, quòd acta facta in ciuili, non prosunt in criminali: ga fortè multa fuissent opposita contra priora acta, si fuisset actum criminaliter, quæ fuerunt omissa ppter leue præiudicium, et etiam ad aliud effectum ageba- tur: de quo uide do. Abb. in d. c. qualiter. el ij. in ult. col. in uer. faciunt hæc ad q.

quòd operatur, non quòd ex illo passu possit iudex criminaliter puniri: sed quia succedunt loco denunciatoris, uel famę, ut ibi per ipsum, & in l. si quis homicidij. C. de accus. & bene facit d. c. P. de except. pro primo dicto. Et dicit Bar. in d. §. si quis dolo. quòd 27 operãtur indicium ad torturam. An autem probationes factæ in iudicio inquisitionis, faciant fidem in iudicio accusationis, uide latè do. Maria. in repetitione d. c. qualiter. q. xiij. artic. ij. ¶ Vtrùm† autem confessio facta 23 coram iudice inquirente, uel in iudicio criminaliter moto per accusa. faciat fidem contra confitentem in fauorem personæ, quæ non fuit pars illius iudicij, uide Ioan. And. in Spe. de accus. §. j. uer. quid si latro. quẽ sequitur Bald. licet ipsum non alleget, in l. ij. in fi. C. de eden. & in l. j. in ult. col. C. de iudicijs. Et dicunt, quòd acta iudice inquirente prosunt absenti, nõ autem acta mediante accusatore, ut latiùs per eos: & Ang. & Imo. in l. defuncto. ff. de pub. iudic. & Ang. in l. j. ff. de priua. deli. Et an confessio facta corã arbitratore, faciat fidem coram ordinario, uide do. Anto. in c. Quintauallis. j. de iureiurã. Et de confessione in uno iudicio, quãdo operetur in alio, uide etiam Ang. in l. cum fideicõmissum. ff. de confessis. & in authen. item si possessor. C. qui pot. in pig. ha. ¶ Fal 24 lit† tertiò prædicta regula in casu, quẽ ponit Bart. in l. eos. in prin. ff. de falsis. ubi dixit, quòd non obst. dicta regula dictũ unius testis in una causa facit fidem contra eundem testem deponẽtem contrariũ in alia causa inter alias personas, per illum text. in uerbo. de imprudentia. & ita dicit tenere Inno. in c. ueniens. j. eo. & sequitur do. Anto. in c cùm in tua. j. eo. ubi declarat, quòd dictum talis testis, tanquam falsarij, in neutram causam facit fidem. Et simile notat Fede. consi. xxiij. in- 25 cip. Titius electus. & consil. lvj. in cip. Do. Alex. ¶ Fallit† quartò, ubi agitur de probãdo, an acta sint facta, & nõ de effectu actorum: quia, quo ad hoc, faciunt fidem in alio iudicio, secundum Bart. & alios, d. l. ij. C. de eden. & Bar. in l. ij. ff. iud. solui. & do. Ant. hîc: pro quo facit: quia acta inter alias personas faciunt fidem, quo ad præparationem alterius iudicij, licet non, quo ad decisionẽ, ut per Bart. in l. j. in fi. C. de aduo. diuer. iudi. & in l. j. per illum text. C. ubi causæ fiscales. & in d. l. si quis homicidij. & in l. ij. in iij. notabili, C. de fide instru. & in l. j. in pe. col. C. ne filius pro patre. & in l. ingenuum. ff. de sta. homo. de quo per Bar. & alios, in l. cùm filius. in prin. ff. de uer. 26 obli ¶ Fallit† quintò & ultimò generaliter in illis trib. casibus, in quibus sentẽtia lata inter duos facit ius etiã quo ad alios, de quib. in c. pen. j. de re. iudi. & in l. sæpe. ff. eo. tit. quia quod iudicatur de sentẽtia, iudicatur etiã de alijs actis, secundum magistralem theoricam Inno. hîc, quem sequuntur Bal. do. Ant. Imol. & do. Abb. hîc, & Bar. in l. si superatus. in fi. ff. de pigno. & in l. ij. ff. iudi. solu. & in l. ij. ff. ui. bono. rapt. & do. Ant. & do. Abb. in d. c. at si clerici. circa princ. & Bart. Ang. & Imo. in d. l. sæpe. & Bart. in l. si mater. §. fi. ff. de except. rei iudi. & in l. si perlusorio. §. fi. ff. de appel. & Bal. in d. l. si quis ad se fundum. in fi. & in l. ij. C. quibus res iudicata non nocet. & Ioan. And. in Spec. de teste. §. nunc tractemus. in addi. magna: & allegatur tex. in d. c. inter dilectos. uer. nec attestationes. in d. c. at si clerici. in princ. & in l. sed & si possessori. §. fi. ff. de iureiur. Et per istam fallentiam non remanent præcedentes uanæ, sed procedunt etiam in casibus, in quibus sententia inter alios nõ operatur, quo ad alios. Et pro intellectu huius fallẽtię põdera, quod scribit do. Ant. in c. fraternitatis. in pe. char. j. eo. & Imol. d. l. sæpe. ¶ Quarta & ultima regula. Instantia† perem- 4 pta[a] pereunt acta litis ordinatoria, citatio libelli, oblatio, satisdatio, & simi- a *Perempta*] *Adde tu, quid, si iurisdictio iudicis delegati sit finita: putà, quia reuocatus, an acta pereant, adeò quòd necesse sit, quòd ordine de nouo cognoscat: an uerò ex eisdẽ actis. Vide Bald. in l. edita. C. de eden. in viij. & ix. quæst. et Bald. in l. ij. C. de fruc. & lit. expen. & in l. gesta. C. de re iudic. in j. collũ. & Bal. in tit. de pa. Constant. in uer. in causis.*

lia: non autem tendentia ad ueritatis indaginem, ut depositio testium, confessio partium, & similia, secundum Irno. hîc, & Bar. in d. l. cum lite. & in d. l. ij. C. de eden. & sequuntur do. Anto. Bal. Imol. & do. Abb. hîc, & do. Ant. in c. cùm dilectus. i xj. col. j. de app. Imol. & Bal. in l. cùm antea. in fi. C. de arbit. & in authẽ. hodie. post princ. C. de iura. cal. & pulchrè in l. properandum. in fi. principij. C. de iudic. & in c. consuluit. ad fi. §. de offi. deleg. & in c. fi. in fin. §. tit. j. Probatur ex d. l. cum lite. iuncta l. cùm antea. C. de arbi. & in l. iubemus. C. de lib. cã. & l. fi. C. de testim. Et differẽtiam inter ista acta ponit in simili glos. in cle. sæpe. in uerbo, defensiones. de uer. sig. Et rationem differẽtiæ in proposito uide hîc per do. Ab. qui ampliat hanc regulã, ubi sentẽtia lata ex actis ordinatorijs in casu isto sit nulla, etiam si partes consentirent. Allegat gl. in d. l. properãdum. §. j. in uer. triennij. & qd† habetur in l. nemo potest. ff. de leg. j. & per glos. in d. c. de causis. §. de offic. deleg. Et quòd acta probatoria non pereant, est optimus text. in c. præsentata. j. eod. Ex quo infertur, quòd non poterunt alij testes super eisdem capitulis produci, si est facta publicatio, ut per Bart. in l. per hanc. in pen. q. C. de temp. appel. & in authen. qui semel. C. de prob. de quo tamen dicetur j. eo. fraternitatis. Et ex eo, qd† dicitur de actis præparatorijs, infertur, quòd exceptiones, quæ tolluntur per litem contest. poterunt iteratò opponi, secundum Bar. in d. l. ij. ff. iudic. solui. Pro quo est tex. in l. hos accusare. §. hoc beneficio. 28 ff. de accus. secundum Imo. hîc. ¶ Fallit† primò hæc regula, dũ dicit, acta perire ordinatoria, ut nõ procedat, quo ad effectus, quos iam litis contestatio compleuerat, ut est interruptio possessionis ad constituendum præscribentem in mala fide, iuxta l. certum. C. de rei uẽ. Et quo ad perpetuandam actionem per l. fi. C. de præscript. xxx. uel xl. anno. ita no. Doct. in locis prædictis, & plenè Bart. & Angel. in l. ij. C. de fruct. & lit. expens. & Bald. in l. si pro te. in lectura antiqua, ff. de in rem. uer. & facit, quod no. Bar. in l. fiscus. la ij. ff. de iure fisci. & Ang. in l. si quis postea. ff. de iudi. & text. in l. si quis repetere. ff. ad Turp. & glos. in l. fi. C. si tutor, uel curator. ¶ Aduerte tamen, quia ista fallentia non procedit, quando instantia non perijsset tempore, sed ex eo, quia partes renunciassent in totum causæ per transactionẽ, ut est tex. notabilis, & ibi glos. & Bart. in l. cùm mota. C. de trãsac. & illum tex. facit singularem Ang. in l. j. ff. de priua. deli. facit, quod ipse no. in l. nam & si parentibus. §. j. ff. de inofficioso test. & idem not. glos. in l. j. in uerbo, omissa. & ibi Bar. C. de præscript. long. temp. & glos. fi. in c. significauerunt. j. eod. & eam not. do. Abb. ibi & hîc. Item non procedit, quando instantia non est perempta propter aliquod impedimentum, sed ex culpa, uel negligentia litem inchoantis, ut no. glo. peregrina in §. præscriptionem. in uer. interrupta. xvj. q. iij. & facit, quod not. Bar. in d. l. cùm mota. & Ang. in l. ex duobus. ff. de duo. reis. 29 ¶ Item† non procedit, quo ad diuersam personam, secũdum Imo. hîc, per l. j. C. de præscript. long. temp. Nec etiam,

etiam, si ad aliam rem agitur, per l. cùm notissimi. C. de præscrip. xxx. anno. secundum ipsum. ¶ Item non procedit, ubi pronunciatum esset, libellum esse ineptum, & reus sit absolutus ab obseruatione iudicij, & sic pereat illud iudiciũ: quia tunc peribunt acta ordinatoria iudicij, quo ad effectus proximè dictos, secũdum Bal. eleganter in l. ij. C. de fruct. & lit. expens. Allegat Hostiẽ. & Ioan. And. in c. cùm causam. j. eod. Et quia iudicium malè fundatum præscriptionem non interrumpit, in glos. in. l. si pater. C. ne de statu defunctorum. Vtrùm autem acta probatoria per talem sententiam latam super ineptitudine pereant? Hostien. hîc dixit, quòd nõ: sed contrarium uoluit Bald. in l. si patronus libertam. ff. de iureiuran. Sed potest intelligi eius opi. secundum quosdam, quòd probationes super inepto libello nõ ualent, scilicet quo ad hoc, ut possit ferri sententia in illa instantia, per c. examinata. cum materia, §. de iudic. & not. Bald. in l. edita, in repetitione Paduana, C. de eden. Sed quo ad aliam instantiam, in qua producerẽtur libellus aptus, ualerent probationes, per opi. Host. ¶ Item declaratur hæc fallentia in eo, quod dicitur, dictata inducere saltem uitium litigiosi: nam hoc est uerum, quo ad ea, quæ respiciunt personam ipsius litigãtis: quia ille, contra quem lis contestata est, impediretur contra litem contestantem præscribere illam rem mi nori spacio xl. annorum: sed quo ad effectus respicientes rem, ut scilicet post peremptionem instantiæ alienetur, certè contractus non erit nullus, si alienatio fuisset facta instantia non perempta, iuxta l. fi. C. de litig. Text. est, ubi hæc omnia probantur, secundum unã lecturam in l. j. C. de præscript. long. temp. Et est casus notabilis & sing. secundum Imol. hîc: & idem Bart. in l. j. §. j. in fi. ff. de litigio. ¶ Fallit secundò ista regula secunda, dum dictum est, acta ordinatoria perire, ut nõ procedat, si sunt approbata à Papa, per text. no. in c. præsentata. uer. huiusmodi acta. j. eod. Et hæc, quomodo ad quartam regulam, de qua etiam aliquid per do. Anto. in c. per tuas. in antepenult. col. j. eod. Et quando non perijt instantia, sed fuit pronunciatum nulliter, an possit de nouo ex eisdem actis iudicari, uide Ioan. And. in Spec. de sententiæ prolatione. §. iuxta. uer. sed si causa. & glos. fi. in c. ad probandum. j. de re iudic. & do. Anto. Imol. & alios in c. in literis. §. de offi. dele. Et quando iudex circũducit edictum, quæ acta pereãt, uide do. Ant. in c. consuluit. in ij. col. §. de offic. deleg. ¶ Et ad secundã fallentiam primæ regulę adde, quòd ad illam l. iij. potest etiam dici, secundum Imol. hîc, quòd loquitur in actibus respicientibus propriam personam primi iudicis, ut quia præstita fuisset satisdatio de soluendo illud, quod talis iudex iudicauit expresso nomine proprio: nam tunc non comprehendit successorem, per illum tex. Adde etiam ibi dictis, secũdum Imo. ibi, quòd licet coram successore in eadem instantia non fuerint actualiter producta acta, tamen poterit successor ex eisdem actis iudicare, licet de cautela fit, quòd producantur, ut uoluit sentire Bart. in l. ij. C. de eden. Et Bald. ibi expressiùs hoc dicit, quòd de necessitate non sit facien da dicta pductio. Et ita dicit hîc Imo. se aliàs obtinuisse de facto contra multos.

SVMMARIVM.

1 ¶ *Clerici pro sua ecclesia possunt testimonium ferre, nisi alia rationabilis causa impediat.*
2 *Clerici pro suis ecclesijs possunt testificari, si tria concurrant, de quibus glos. j. in fi.*
3 *Clericus quando est examinandus inter laicos in subsidium ueritatis, episcopus debet eum examinare & mittere depositionẽ eius iudici seculari.*
4 *Episcopi an possint compelli testificari in casu necessitatis.*

CAPITVLVM XII.

1 Cum nuncius. ¶ Clerici† pro ecclesia sua testificari possunt, nisi alia rationabilis causa impediat. H. D. Et est expeditum in sui materia, in c. in super. §. eod. Et intellige causam rationabilem, quicquid testem inhabilitat, ut periurium, excõmunicatio, infamia & similia, secundum Doct. hîc. Ex hoc dicit Bald. hic esse notandum, quòd sicut tales nõ prosunt singularibus personis, ita nec ciuitatibus, uel alijs uniuersitatibus. ¶ No. primò ibi, nisi alia. secundũ do. Anto. Imo. & do. Abb. quòd habilitatus respectu unius impedimenti potest repelli, si aliud impedimentum subsit. Ad idem glos. in c. statutum. in princ. in uerbo, canonicis. de rescript. in vj. & text. in c. si gratiosæ. in fi. eod. tit. & lib. & in c. non potest. de prebend. in vj. & in l. si domus. ff. de ser. urb. præ. sicut cessante una causa ex pluribus impedimentis non cessat dispositio §. affinitatis. Instit. de nuptijs. quod intelligit do. Abb. quando sunt plures causæ distributiuæ, quarum quælibet sufficit: secus, si omnes simul considerantur: quia cessatio unius inducit cessationem totius effectus. Et dicit esse tex. suo iudicio sing. in c. qm̃ frequẽter. §. porro. iuncto §. sin autẽ. §. ut lit. non contes. per illum tex. Ad hoc etiam not. do. Abb. in c. cùm cessante. in prin. de appel. & i d. §. porro. De qua materia uide diffusiùs, quàm alibi, per Imolam in c. post translationem. §. de renunc. post glos. Ioan. And. & do. Anto. ibi & per glos. Bartol. & Imol. in l. ij. §. fi. ff. de dona. & glos. in §. his omnibus. lxj. distin. & in c. duæ. xix. q. iij. & Spec. in tit. de disput. & alleg. §. post hoc. uer. illud. & Cy. Iac. Butr. Bald. & Salic. in l. generaliter. la ij. C. de episc. & cler. & glos. in c. & si Christus. j. de iureiuran. & Dy. in regula, decet. de regu. iur. in vj. & Bartol. in l. demonstratio. §. j. in viij. q. ff. de condic. & demonst. & in extrauaganti, ad reprimendũ. in uerbo, nec ex eorum. & in l. adigere. §. quamuis. ff. de iurepa. In quibus locis habes etiam, quòd cessante causa legis finalis, cessat & lex: secus, si causa impulsiua cessat: de quo etiam uide glos. in c. cupientes. in princ. in uerbo, periculosis. de elect. in vj. & in l. si uentri. §. in bonis. ff. de priuil. credi. & in l. j. §. sexum. in uerbo, causam. ff. de postul. & Lapum allegatione cj. quæ incipit, in ciuitate. & do. Abb. in prooemio Gregoriano. In quibus locis habes, & quæ sit causa finalis, & quæ impulsiua: de quo etiam per Domi. in c. quoniam. in j. q. de immu. eccles. libr. vj. ubi post Ioan. And. colligit unum modũ cognoscendi causam impulsiuam, uidelicet quando lex latiùs postea loquitur in parte dispositiua, quæ fuerit causa, in l. posita. de quo etiam per Bald. in l. eam, quam. in ij. colum. C. de fideicom. & in l. j. C. de falsa causa adiecta legato. & Imol. post do. Card. in c. penult. j. de cler. coniug. & Bald. in l. & si post tres. ff. si quis cauti. 2 & in d. l. generaliter. ubi semper uide. ¶ Glos. j. † in fi. ibi, quod uerius uidetur. Idem Innoc. Hostien. Bald. & alij hîc, requirentes tamen tria ex mente glos. Primò, quòd alij testes non reperiantur, per c. quanquam. xiiij. q. ij. Secundò, quòd non sint liberti ecclesiæ propter æquitatem, c. j. §. titul. j. & per id, quod de filio carnali dicitur in glos. etiamsi ueritas aliter sciri non potest. Quod nota ad dicenda. in c. j. j. tit. prox. Tertiò, quòd nõ sint procuratores pro ecclesia: ne, sicut pro ipsa testificari prohibentur, c. insuper. §. eod. ita nec contra eam testificentur. Et istis modis intellige etiam glos. fi. in c. ueniens. j. eodem. ¶ Et in quantum Doct. respondent ad argumẽ. de filio, quod loquitur de filio carnali, non de spiritua 4 li: nota, quòd lex repellens[a] filium â testimonio in causa patris, non intelligitur de spirituali. Sed in contrariũ facit, quod not. glos. in c. Pitaciũ. xxx. q. iij. quæ dicit, quòd magis diligen- a *Lex repellẽs*] *Adde tu, q. Guli. Bald. Ang. Paul. de Castr. Ro. & dus*

do. Alexan. in l. generaliter. ff. de in ius uocan. tenet, quòd qui aliquē ex sacro fonte baptismatis leuauit, non potest uocari in ius sine uenia. Ex quo ibi Bald. infert, quòd pater spiritualis nō potest esse testis, & sic compater, in causa filiatij, neq; etiam filiationis in causa patris spiritualis: quod est mentiti tenendū, secundum eum. Et de hoc solet sæpè dubitari in practica. Adde, q. idem tenet Sali. in l. testis. ff. de testi. Idē tenet Ful. in l. iiij. §. prætor. ff. de in ius uocan. Facit text. in c. ita diligere. xxx. q. iij. et glo. in c. qui dormierit. xxvij. q. ij. Facit etiam, quod uult Bal. in l. j. in antepen. char. C. unde ui. quòd mulier nō repellitur ab accusando, p iniuria illata p nōs sibi coniunctis, ita pro iniuria illata compatri. Breuiter tene contrariū, quod tenet hic Feli. uidelicet, quòd cōpater non repellitur à testimonio in causa filiatij, neq; econtrà filiatius i causa patris spiritualis: eò, quia edictum de testi. est prohibitiū certarū personarum. Vnde omnis persona, quæ expressè noti est prohibita, potest testificari, l. j. ff. de testi. Et dic, q. iura præallegata loquūtur, quo ad impediendū matrimoniū. Ita tenet Bart. in consil. suo incip. In quæstione uertente. Ro. & do. Alexā. in d. l. generaliter. et idem do. Alex. in consilio suo ccccxx. incip. In causa & lite. & in consil. dclxxx. incip. Viso themate.

dus est pater spiritualis, quàm carnalis. Et dicit Gulie. de Cuneo in l. adoptiuum. §. patronū. ff. de in ius uo. quòd pater spiritualis non potest uocari in ius sine uenia, sicut nec carnalis. Et dicit glo. in c. j. de cogna. spiri. in vj. q. dignior est cognatio spiritualis, quàm carnalis. Et in terminis, quòd non possit testificari, tenent Gulie. de Cu. & Bal. in l. generaliter. ff. de in ius uoc. Nihilo minùs uerius est, quod dicūt hîc Doct. Et ita expressè tenet Bal. in l. parentes. ante fi. C. de testi. tum, quia probationes non sunt angustādæ, l. quoniam. C. de hæret. tum, quia edictum de testibus est prohibitoriū, c. j. §. eod. & istud sequitur domi. meus hîc, dicens authoritatem Ioan. An. esse semper menti tenendam. In hoc ad de do. Flor. idem tenentem in l. testis idoneus. ff. de testibus. & Salic. in d. l. parentes. & non alleges tū hîc Io. An. quia non loquitur in filio spirituali, de quo in dictis locis, scilicet per leuationem de sacro fonte: sed in monacho, uel clerico ecclesiæ collegiatæ, q̃ largè dicitur eius filius, c. cui portio. xij. q. j. ¶ Extra glos. Tene menti plura, quæ ponit hîc do. Abb. ad intellectum c. super prudentia. xiiij. q. ij. & c. quanquam. ea. causa & q. quia dicit,

3 quòd † quando inter laicos est examinandus clericus in subsidium ueritatis, debet episcopus, aut per se, aut per alium examinare & transmittere depositionē seculari. Est enim prohibitum clerico deponere coram laico: c. testimoniū. xj. q. j. & c. nullus. xxij. q. v. Si tamen testificaretur etiam sine licētia episcopi, ualeret eius depositio, secundum do. Abb. ualde solenniter, cùm non reperiatur expressè prohibitum, quando spōte deponit: & per alias rationes, de quibus per eum dicentem, Idem in effectu de religiosis, cùm simpliciter permittantur testificari, ut in Spec. de teste. §. j. uersic. item quòd est monachus. & in c. & si Christus. in fin. j. de iureiur. & in §. cogitandum. in authen. de monach. & ibi gl. & Bald. in authen. ingressi. in j. col. C. de episc. & cle. ut hîc per do. Abb. Contra quem fortiter facit, secundum do. meū hîc, d. c. super prudētia. ponens in prouidētia episcopi testimonium clerici, non distinguendo, an sponte, an coactus testificetur. Vnde omissio istius licentiæ uidetur uitiare actum, cùm debeat procedere, secundū Bar. in l. j. ff. de aqua plu. arc. & in l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acqui. hæred. & omnes in c. cùm cōsuetudinis. §. de cōsuetud. & præsertim in religioso, qui non habet uelle, nec nolle, etiā quoad ualiditatem actus, c. si religiosus. de elect. in vj. Et quòd debeat requirere licentiam prælati, firmat Bal. licet ipse non dicat, in l. quoniam liberi. in princ. C. de testib. Et ideo in religioso difficilè seruaretur opi. do. Ab. Sed in clerico seculari fortè transiret, secūdum do. meum: quia prohibitio c. quāquam. est inducta ad conseruādum honorem clericorū, ne laicus uideatur in eos authorizare. Sed quando sponte testificatur, uidetur tunc omissio licētiæ esse omissio leuis solennitatis: ideo non uitiat, l. j. ff. de uē. inspi. Facit gl. in simili lx. distin. in Summa, & quod no. Bar. in l. fi. in princ. C. de iure deli. de signo crucis omisso in inuentario: Quia non uitiat. Et cum hoc transeo, & addo gl. fi. in c. j. §. de iur. cal. quæ in terminis uoluit omissionē similis licentiæ non uitiare actum: & ibi do. Abb. in x. & xiiij col. reassumit ista omnia, de quibus etiam per Bal. in l. iij. in v. col. ff. de testib. in apostillis: & Spec. in tit. de teste. §. sequitur. uer. quid de presbytero. do. Ant. in c. fi. qui testamentum. §. eo. & gl. in authen. si dicatur. C. de testi. & Bald. in d. l. liberi. & do. Card. pulchrè consi. c. quod incipit, Testator habet. ubi consuluit, ualere testamentū, in quo fratres Minores sunt testes: quia hoc non reperitur eis prohibitum. Et allegat multa, non aduertens ad d. c. super prudentia. quod prohibet ecclesiasticos esse rogatos in testes in instrumentis, quæ fiunt inter laicos. Vnde ex hoc puto illud c. procedere de honestate, per id, quod etiā no.

4 gl. in d. §. cogitandum. cum concor. de quibus §. ¶ An † autem episcopi possunt compelli testificari in casu necessitatis? Dic, ut hîc per do. Abb. concludētem, quòd sic seruata solēnitate, l. nec honore. C. de episc. & cle. Et an ista procedant in causa criminali, ut clericus possit testificari contra laicum, uel pro laico, dicetur post do. Abb. j. eod. de cætero. ¶ Et adde, quòd si episcopus defert iuramentum clerico, uel religioso, ut testificetur, uidetur ei dare licentiam testificandi. Ita probatur ex eo, quod signanter notat Ioan. An. in regula, qui tacet. ad fi. de reg. iu. in vj. ubi dicit, quòd si constitutio episcopi prohibet alienationem fieri sine consensu episcopi, & clericus alienet in ipsum episcopum, non incurrit pœnam statuti, quia ex illo actu uidetur ei dare licentiam: & sequit do. Abb. in c. nónne. in ult. col. j. de præsump. & in c. cùm dilectus. in princ. per illum tex. §. de consue. & ad idem, quod no. Bar. in l. frater à fratre. ff. de condi. inde. & Bal. in l. bonorum. C. qui admitti. & do. Abb. in c. per uestras. j. de iure patro. & Bal. in l. fi. C. ad Mace. & Ang. in l. j. §. fuit quæsitum. ff. ad Trebel. cū similib. ubi dicunt, quòd si statutum requirit consensum patris in contractu filij, & pater contrahat cū filio, uidetur absq; alio actu separato consensum adhibere. Et ita in materia nostra, quo ad religiosum, habui in facto, in quo, quantum ad hanc licentiam, non differt episcopus ab abbate, per id, quod notat gl. in c. cùm pastoris. ij. q. vij. & do. Abb. in c. cùm contingat. in x. col. §. de foro compet. cum similibus.

SVMMARIVM.

1 *Criminosus quāuis toleratur, quia fortè habebatur pro idoneo, potest nunc repelli, si probetur crimen.*
2 *Sententia lata super statu alicuius, sicut facit fidem in quocunq; iudicio, ita etiam & probationes inhabilitantes personā alicuius.*
3 *Lex canonizata, contraria canonibus, non est seruanda in foro Canonico.*
4 *Infamia potest esse ita occulta, quòd non uitiaret actum solennem.*
5 *Infamis si testificatur, & post testimonium restituitur ad famam, nō reconualescit eius testimonium.*
6 *Banniti pro maleficio an possint testificari.*

CAPITVLVM XIII.



Vper eo. ¶ Crimen nunc probatū repellit testē, etiamsi de illo aliàs non sit damnatus. H. D. Et expedietur plenius in c. testimonium. j. eodē. ¶ No.

1 ¶ Not. primò, q̃ † de iure Canonico criminosus, quāuis toleratur, qui fortè habebatur pro idoneo, potest repelli, si nunc probetur crimen: si tamen fuisset testis instrumentarius occultè inhabilis, dato quòd postea apparêret inhabilis, secus esset, secundum do. Abb. hîc per l. j. C. de testa. Et idem dicit de sententia lata ad dicta testium inhabilium: quia nō reprobatur, licet postea offerantur probationes super inhabilitate, per c. præsentium. j. eod. nisi fuerit appellatum: quia in causa appellationis poterit obijci. Allegat glos. in uerbo, per sentētiam. in c. j. j. de except. Vel nisi opponeretur falsitas, se-

2 cundum notata in c. lict. §. tit. j. ¶ No. secundò, quòd † sicut sententia lata super statu alicuius facit fidem in quocunq; iudicio, ut in l. ingenuum. ff. de statu homi. & notat gl. in c. pen. j. de re iud. ita etiā sententia & probationes inhabilitantes personam alicuius. Facit l. ex

3 ea. ff. de postu. & j. q. ij. c. cito turpem. ¶ Glo. prima † ibi, idem l. Iulia. Illud est secūdum leges, apud quas ita demùm repellitur criminosus, si fuit damnatus, ut in contrarijs: secus secundum canones, in quibus satis est, q̃ nunc potest conuinci, secundum Doct. hîc. Ex quibus uerbis notat do. Abb. quòd lex canonizata contraria canonibus, non est in foro canonico seruanda: & hoc ideo, quia Gratianus incorporans illam canonibus, non potuit legi canonicæ præiudicare, per notata in c. ij. per Ioan. And. & alios §. de rescript. secundum eum: cui adde glos. notabilem idem probantem in c. j. in uerbo, tractamus. post medium, de re. eccles. non alien. in vj. & ibi Domi. in iiij. col. uer. no. bene. dicit eam ad hoc esse ordinariam: & idem tenet Imol latè post alios in d. c. ij. Vbi autem canon facit mentionem de lege illa, dicitur tunc facta lex Papæ, secundum glos. in c. in primis. in uerbo lex Cornelia. ij. q. j. quam allegat do. Abb. in c. nouit. in xv. col. §. de iud. & in c. j. in ij. notabili, j. de præsumpti. & Imol. in c. j. in ij. col. §. de constit. ¶ Et an sit uerum, quòd oporteat de iure ciuili testem fuisse de crimine, nedum conuictum, sed etiam condemnatum, dicetur j. eod. testimonium. & re uera licet Doct. hîc, præsertim Bald. simpliciter dicant, quòd sic, tamen in contrarium est glos. expressa in d. §. item lege Iulia. in uerbo, in uinculis. per illum text. in uerbo, ut cōuictus. & sic etiā loquitur l. iij. ff. de testi. Idem expressè no. glos. fi. & ibi Bar. in l. qui iudicio. ff. de accus. & uidetur tex. in l. quoniam liberi. C. de testi. & in l. ij. ff. de senato. Et facit ratio: quia testis remouetur ob infamiā, d. l. iij. uers. nam quidam. Et infamia contrahitur aliquando ipso iure nulla præcedente sententia, l. de cætero. C. de infamibus. l. palam. §. quæ adulterio. ff. de ritu nupt. & per Cyn. in ru-

4 brica. C. de infamibus. ¶ Et in materia dicit Bal. hîc, q̃ † infamia potest esse ita occulta apud homines, quòd non haberet uitiare actum solennem: putà, testamentum. Allegat glos. quam dicit sing. in l. cùm lege. ff. de testa. & in authen. de tabel. §. pe. de qua dixi in c. fraternitatis. j. de hæret. ¶ Item dicit, quòd † si post testimonium restituitur ad famam, nō reconualescit testimonium: Allegat. l. iij. §. duæ causæ. ff. de Carbo. edic. ¶ Itē dicit, quòd si testis condemnatus appellauit, & interim tulit testimonium, postea deseruit appellationem, ualet testimoniū: quia licet appellatio fuerit deserta, non fuit tamen desertū testimonium. Ita dicit sing. notari in l. furti. §. j. ff. de infami. ubi uide gl. pen.

6 ¶ Item † dicit, quòd banniti pro maleficio possunt testificari de iure ciuili: quia bannum non irrogat infamiā iuris; & potiùs fingetur contumax,

4 quàm conuictus: & contumacia non infamat: quia propriè loquēdo non est delictum, cùm non constat in malè agendo, sed in omittendo: & dicit, quòd est communis opinio, nisi statutum aggrauaret contumaciā, ut quia haberet pro confessione: quia tūc est infamis infamia iuris municipalis. Alleg. Bart. in l. infamem. ff. de publi. iudic. Et sic nullibi poterit testificari, per l. ex ea. ff. de postul. secundum ipsum: cui adde in eo, quòd dicit contumaciam nō esse maleficium, quòd de hoc etiam ponit in l. & in multis. C. de appel. & Bar. in l. omne delictum. ff. de re milit. & Bal. in l. fi. C. de crimine stellionatus. Et est uarietas inter Doc., pter glos. iiij. q. j. in Summa, & in c. ex literis. §. de constit. cum concor. Tamen, quod dicit Bald. hîc, communiter tenetur: quia contumacia non cōnumeratur inter tractatus publicorum, aut priuatorum maleficiorum: sed inter ciuiles, in tit. si quis ius di. nō obtemp. Et in quantū dicit Bal. quòd nedum in loco, à quo est bannitus, sed nec in alio, potest testificari, per d. l. ex ea. uide, qd̃ no. do. Abb. in c. pastoralis. §. uerum. in penul. col. de appel. & in c. postulasti. in v. col. de foro compe. Et aliter non examino.

Contumacia] Adde tu, an contumacia sit delictum, gloss. in l. si filius. la j. ff. de interro. act. Bar. in l. j. in fi. ff. si quis ius dicen. tenet, quòd sic. Adde, quòd contrarium tenuit Bal. i l. si mora. ff. sol. mat. ubi dicit, q̃ contumacia sine mora nō est propriè delictum in committendo: & sic non est uerum maleficiū, sed interpretatiuè. Ideo cùm statuta debent strictè intelligi, statutū loquens de maleficio non habebit locum in contumacia: & sic patet, quòd si bannitus pro maleficio impunè posset occidi, nō posset occidi bannitus pro contumacia. Cū Bald. transit Imo. in d. l. mora. & uide Bald. in l. fin. C. de crimi. stellio. & adde Bar. in d. l. j. in fi. ff. si quis ius dicē. ubi ponit istā quæst. de bannito.

c. de cætero.

SVMMARIVM.

1 *Laicus non testificatur contra clericum in causa criminali, neq; clericus contra laicum.*
2 *Clericus an possit accusare coram iudice ecclesiastico.*
3 *Clericus an possit testificari pro laico in causa criminali? Et concludit, quòd non.*
Quæ regula fallit, siue limitatur septem modis.
4 *Laici possunt testificari contra clericum, quando delictum est commissum in loco, ubi nulli sunt clerici. nu. 5.*
6 *Laici possunt testificari contra clericum, quando delictum clerici dicitur notorium.*
7 *Laici licet non admittantur ad testificandum contra clericos, quo ad plenam probationem, sed ad indicium sic, ut saltem clericus subijciatur torturæ. Adde nu. 8.*
9 *Laici possunt testificari contra clericum, quando agitur de crimine ciuiliter.*
10 *Laici possunt accusare clericos, si suam, uel suorum iniuriam prosequantur.*
11 *Sui qui dicantur.*

CAPITVLVM XIIII.

E cætero. ¶ In criminali laicus non testificatur cōtra clericum: accusat tamen pro sua & suorum iniuria. Hoc dicit. Et procedit etiā in clerico habente solùm primā tonsurā, sm Dom. in c. sicut sacerdotes. ij. q. vij. & probatur hîc in uerbo, clericū. iuncto c. clericos. & ibi gl. in uerbo, psalmista. xxj. dis. ¶ Procedit etiam ecōuerso, ut clericus nō admittatur contra laicū criminaliter. Et ita per istum tex. no. gl. in c. testimoniū.

1 xj. q. j. & ibi bonus text. ¶ Fallit dupliciter. Primò, nisi † laicus accusaretur de crimine ecclesiastico coram ecclesiastico, sm Hugutio. & Archi. ibi, & do. Abb. hîc. ¶ Fallit secūdò, nisi in iudicio seculari ueritas criminis aliter haberi nō posset, sm do. Ab. hîc per c. quāquā. xiiij. q. ij. & sequitur do. meus hîc, dicens: tunc clericū posse cogi & allegat do. Ant. & bene, in c. dilectorū. in ult. col. j. tit. proxi. Sed considera bene: quia si loquuntur, ubi non agitur criminaliter, hoc est clarū: & ita tenet Arch. in d. cle. testimoniū. dicēs, q̃ ubi agitur de crimine ciuiliter,

posset esse testis, nec ei noceret, si postea iudex sanguine puniret. Sed si isti intelligunt de causa criminali criminaliter mota, non bene loquuntur, per id, quod no. Spec. in titul. de lega. §. iuxta. uer. item litigiosus. & glos. in c. j. ij. distin. Nec ualeret in hoc protestatio, de qua in c. ij. de homi. in vj. quia est omnino contraria facto, in
2 quo ciuiliter nihil agitur. ¶ Itē † in quantū dicūt, quòd clericus potest accusare criminaliter coram ecclesiastico, adde Archid. idem tenentem in d. c. sicut. & allegat etiam glos. in c. j. ij. distinct. sed dicit Domi. in d. c. sicut. quòd ille text. facit in contrarium: quia prohibet accusationem, non distinguendo, coram quo iudice fiat: & ratio text. posita ibi in fi. concludit in utroq; iudice, dū dicit, oportere clericos esse mites. Sed posses dicere, q; in testimonio secus, ubi alij non essent, per rationem d.
3 c. quanquam. ¶ Vtrùm † autem clericus possit testificari pro laico in causa criminali, uidetur, quòd sic: per id, quod dicam j. in uer. limita quartò. Sed tamen ubi seruarentur leges loquentes de pœna talionis, secus esset, per ea, quæ eleganter notat Imol. post do. Anto. in c. j. in iij. col. s̄. de postul. concludens, clericum non posse aduocare pro reo sanguinis, ne accusator puniat pœna talionis: contra Hostien. & Ioan. And. ibi, & glo. in c. j. ij. distin. non distinguendo, an reus iustè condemnetur, uel non: ut ibi per eum, qui etiam dicit, nō prodesse protestationem, d. c. ij. per id, quod s̄. dixi: & sic per hoc de aduocato fortiùs infertur ad testem, qui magis urget in iudicio. Et istis adde beatum Thomā ij. ij. q. lxx. articulo j. in fine, ubi dicit, quòd ministri altaris non possunt compelli testificari in causa sanguinis. ¶ Mo-
4 dò istam declarationem limita. Primò, nisi † delictum, de quo clericus accusatur, esset commissum in loco, in quo non essent clerici, secundum do. Abb. hîc, ne delictum remaneret impunitum: nam in tali defectu probationis inhabiles aliàs, admittuntur, c. ueniens. in fi. & ibi dicetur, j. eod. & mouetur ex alijs, de quibus per eū: pro quo diffusè inducit hîc do. meus l. j. C. de quæst. ubi prohibitus testificari contra alium propter reuerentiam, potest testificari in subsidium in causa criminali. Ad idem c. fi. j. tit. proxi. inducēdo subtiliùs, quàm do. Abb. ubi laicus admittitur: non, quia crimen sit exceptum, sed quia ueritas aliter sciri non potest: nam si esset crimen exceptum, tunc si laicus esset particeps criminis, admitteretur ad testimonium, non in subsidiū, c. j. de testi. in vj. & c. si quis Papa. lxxix. distin. ¶ Sed cre-
5 do, quòd † difficiliùs ista limitatio obtineretur: quia non ualet simpliciter consequentia: Veritas aliter haberi non potest, ergo testis inhabilis efficitur habilis. Sed istud est solùm in his, quæ de sui natura ab alijs sciri nequeunt: & notant singulariter do. Anto. & Innoc. in c. tertio loco. s̄. titul. j. & ibi dixi in iiij. notabili: & est textus melior de iure in c. in literis. j. eod. Et hoc modo non obst. d. l. j. quia loquitur in causa adulterij, in qua domestici admittuntur, l. consensu. C. de repud. & in causa c. fi. j. titul. ij. non apparet, quòd ageretur criminaliter. Vnde licet in quibusdam causis ciuilibus uideatur admitti testis inhabilis in subsidium, ut hîc per do. Ab. tamen in criminali lex Canonica adeò resistit, ne laici testificentur contra clericos, quòd non uidetur iste casus posse non de nouo induci ex sola authoritate do. Abb. Contra quem etiam facit, quod dicit Bartol. in l. fi. ff. de in litem iurando, ubi dicit, quòd licet contra dolosum, cùm agitur ciuiliter, data difficultate probationis, fiat probatio per iuramentum, non tamen cùm agitur criminaliter, & cùm dubitatur, ne crimen remaneat impunitum. Responde ex text. in l. absentem. in princip. ff. de pe. Responde aliter, quòd ipsi laici poterunt eum accusare ciuiliter, ut remoueatur à beneficio: quia posset. Sed plenè limita in c. ex parte. s̄. eodē. Et diceretur agi ciuiliter, c. per tuā. de symoni. & sic non
6 remanebit crimē impunitum. ¶ Limita † secūdò istum text. ut non procedat, quando delictum clerici dicitur notorium, secundum do. Abb. hîc per text. optimum in c. cùm dilectus. el ij. ad fi. j. de purga. Cano. ibi, cuius uniuersæ uiciniæ populus testis erat. & illum text. notat etiam do. Abb. ibi, & pleniùs in c. cùm non ab homine. in viij. colum. s̄. de iudic. ubi omnino uide. Bene facit, quod notat do. Anto. in c. ex parte. in v. colum. s̄. eo. ubi etiam sic limitat istum text. quo ad accusationem: & pro hoc, quia in notorio non requiritur ordo iuris, c. ad nostram. el iij. j. de iureiuran. Ad idem, quod notat do. Anto. post Ioan. And. in c. tam literis. in ulti. col. j. eodem ubi dicit, quòd laici sunt idonei testes ad pro-
7 bandum famam contra clericum. ¶ Limita † tertiò, ut regulariter laici hoc casu non admittantur, quantum ad effectum plenæ probationis, sed ad indicium sic, ut saltem clericus subijciatur torturę, secundum do. Abb. hîc. Allegat notata per glo. in l. capite quinto. ff. de adulter. & text. in l. quæro. in fi. ff. de ædil. edi. & quod no. Innoc. in c. j. s̄. de proba. & in c. quoniam. s̄. eod. ubi hoc optimè sentit. Et bene facit, quod not. Bar. in l. fi. in fi. ff. de in litem iurando. ubi dicit, quòd quando priuilegiata probatio plenè probat in ciuilibus, facit indiciū sufficiens ad torturam. Sed clarum est, quòd in ciuilibus testimonium laici plenè probat contra clericum. Ergo, &c. Et quamuis do. meus hîc teneat contrarium, quia laici prohibentur testificari hoc casu propter reuerentiam, in c. laico. & c. laici. ij. q. vij. Vnde non facit talis testis indicium, secūdum Bartol. in l. j. §. diuus. & gl. in l. j. C. eod. & Bartol. in l. maritus. ff. de quæst. tamen transeo cum do. Abb. propter doctrinam Innoc. in. c. cùm dilecti. j. de accusa. cùm concor. quas aliàs ibi dedi: quia non est simpliciter uerum, quòd reuerentia impediat, quo ad indicium, ut per Bald. in l. seruos. C. de quæstio. maximè per d. l. quæro. in fi. Et posito, quòd ita esset, non puto reuerentiam debendam clerico per laicum, esse similem reuerentiæ serui in dominum, per
8 c. qualis. in fi. viij. quęst. j. ¶ Limita quartò, nisi † laicus testificatus in casu huius capituli produceretur pro clerico: quia pro ipso testificari posset. Ita probatur glo. in c. clerici. lxxx. distin. de qua dixi in c. ij. s̄. tit. j. Bene facit contra catholicum. Potest tamen dici produci à catholico in fauorem ipsius. Facit, quod not. glos. & Bartol. in l. lege Iulia. & in l. inuiti. ff. de testi. Ad idem glos. ij. in c. j. xxviij. quæst. ij. quæ incipit, dicit per illum tex. quòd clericus potest se probare innocentem etiam per mulieres. Et pro hac limitatione est casus in terminis, in c. peruenit. ij. in tit. j. secundum communem lecturam, q;
9 ibi ageretur criminaliter. ¶ Limita † quintò, nisi ageretur de crimine ciuiliter, secundum Hostien. & do. Abb. hîc, per c. ij. s̄. eod. & c. tam literis. j. eod. etiamsi agatur ad priuationem beneficij: quia non est causa criminalis, c. per tuas. el j. j. de symonia. & idem, si per uiam inquisitionis, uel denunciationis, argum. d. c. tam literis. secundum ipsos. & Fed. consil. xxiij. inci. Titius electus. ubi semper uide, quāuis aliud senserit Archi. in c. quia iusta. v. q. vj. ¶ Limita sextò, nisi accusatio criminalis, seu testimonium essent super criminib. exceptis, secundum glos. & omnes hîc. Et istud, quo ad accusationem, declaratur plenè per glos. & Doc. in c. cùm P. j. de accus. & glos. ij. quæst. vij. in summa: & respectu testimonij, ut
10 in c. per tuas. el j. j. in text. & glos. j. de symonia. ¶ Limita † septimò & ultimò, quo ad accusationem, ut in text. nisi suam, uel suorum iniuriam prosequantur. Ex quo no. do. Anto. Imo. & do. Abb. quòd de iure Canonico licitum est iniuriam uendicare: & idem c. olim. cum simi. j. de iniuri. Quod intelligit Imol. dum modò dimittatur rancor. Allegat glos. in c. si quis contristatus. xc. distin. Sed de hoc, quia non est hîc locus accommodatus, remitto ad notata per Hostien. in Summa de maledicis, §. j. in j. col. uer. uel dic. & do. Abb. in c. j. in fi. eo. tit. & omnino bea. Tho. secunda secundæ, q. cviij. arti. j. & gl. fi. &

Bald.

Bal. in §. fi. Instit. de iniur. & do. Abb. in c. j. circa fin. j. de iureiurand. & glos. in uerbo, emendet. & ibi eleganter Do. post Ioan. An. in c. ij. de homi. in vj. & glo. in c. si qui. & in c. si illo. xxiij. q. iiij. & glos. fi. in c. quia præsulatus. j. q. iiij. & glos. & Dom. in c. & qui emendat. xlv. dis. & Bar. in l. non solùm. §. iniuriarum. ff. de iniur. & Bald. & latè Ro. in l. diuus. ff. ad Sylla. & Bart. in l. si tibi x. §. quędam. ff. de pact. & Bald. in c. j. §. iniuria. de pac. iura. fir. & do. Ant. & Imol. in c. de his. j. de accus. cum si. In quibus locis habes in effectu, quòd quis tenetur remittere rancorem, sed non iniuriam: &, quòd ultio iniuriæ per uiā iuris non est in conscientia prohibi-
a ta, imò remittens[a] in pœnitentia iniuriam simpliciter, potest adhuc agere actione iniuriarum. ¶ Et circa hanc limitationem nota, quòd clericus non potest simpliciter accusare laicum, si suam, uel suorum iniuriam prosequitur, secundum glos. sing. in c. laicos. ij. q. vij. nisi protestetur, se non intendere de sanguinis uindicta, secundū Io.
11 And. in c. prælatus. super uerbo, querelam. de homici. in vj. ¶ Sed † est magnum dubiū, qui dicantur sui, in causa huius decre. in quo. Ioan. And. do. Ant. & do. Abb. multùm instantes uidentur concludere cum eo, quod no. Ioan. An. in Spe. de accus. §. iij. in prin. quòd illi dicantur sui, de quibus in l. j. cū seq. ff. de postul. uidelicet pro quibus remoti à postulando in tertio ordine, de quo ibi, possent postulare. Et eos enumerat hîc do. Ab. Idem dicūt Bald. & Imo. hîc de personis, pro quibus quis potest agere sine mandato: de quibus in l. sed & hæ. ff. de procur. per Spec. in tit. de coniuncta persona. in princ. per Bart. in l. ij. in princ. ff. de accus. & in l. cui eorum. §. affinitatis. ff. de postul. & Bal. & Angel. in l. j. in fin. ff. de procur. & Bar. in l. cùm alienam. C. de lega. & Bald. in l. j. C. qui accus. & in l. cùm acutissimi. C. de fideic. & Salic. in l. exigendi. C. de procurat. & do Anto. & Imo. in c. nonnulli. §. j. s̄. de rescript. & Imol. in c. fin. s̄. de postul. Idem in proposito dicunt Doct. hîc de personis, contra quas quis non cogitur testificari: de quibus in l. lege Iulian. ff. de testibus. & in §. item lex Iulia. iiij. q. iij. & hanc opi. ponit glos. ord. in l. in fœmina. C. ad Turpil. & Spe. in tit. de accus. §. iij. in princ. & do. meus hîc: pro quo facit text. in c. de crimine. iuncto c. certis. xv. q. iij. & idem not. latè Bald. in d. l. j. uer. super iij. puncto. C. qui accus. & sequitur ipsum Pet. de Anch. in repet. c. j. uer. solet dubitari. de consti. Et quælibet ex istis opinionibus est tolerabilis, licet in ipsis habeam unū scrupulum, de quo dicam in uoce. Generaliter autem in alijs materijs, qui ueniant appellatione suorum, uide Bald. & Salice. in d. l. in fœmina. C. ad Turpil. & Bald. in l. negāda. in fin. C. qui accus. & do. Floria. in d. l. lege Iulia. & Dom. in c. studeat. circa fin. l. Dyn. & Bart. in d. l. j. C. qui accus.

Remittens] *Adde, quòd Bal. in l. non solùm. §. iniuriarum. ff. de iiur. limitat hoc, uidelicet q; quando est facta plena remissio iniuriarū in foro pœnitentiali cum iuramēto, quòd prodest in foro iudiciali: quia potuit presbyter pro alio acquirere, ut no. Bart. in l. j. §. publicum ius. ff. de iusti. et iure. in iiij. col. in uer. ultimò inducit. Et dicit ibi Baldus, quòd hoc maximè habet locum in liberatiōe, iuxta no. in l. non solùm. §. liberationis. ff. de libe. leg. quod no. diligenter.*

SVMMARIVM.

1 ¶ *Causæ ciuiles & ecclesiasticæ quæ dicantur.*
2 *Tertia productio testium an debeat fieri sub una dilatione.*
3 *Quarta productio testium non admittitur, quando est renunciatum testibus, etiam in prima & secunda dilatione.*
4 *Quarta productio si fiat, parte non contradicente, citra solennitatem, ualet talis productio.*
5 *Productio testium facta post conclusum in causa, an ualeat parte nō contradicente.*

CAPITVLVM XV.

c. in causis.

IN causis. ¶ Non potest fieri quarta productio testiū, nisi seruata solennitate cultra tertiam. j. eodem. & publicatis dictis testiū, publicè super ip-
1 sis disputari potest. Hoc dicit. ¶ Nota † primò duplex genus causarum ecclesiasticarum & ciuilium. Et ciuiles intelligunt Doctores, de rebus temporalibus: ecclesiasticas, de ecclesiasticis. Et remittit do. Abb. ad gl. ord. xj. q. j. in summa. Vide tu Io. An. in c. literis. s̄. de iura. cal. & in Spe. ti. de actore. §. j. uer. porro. & plenè Lapū alleg. lxx. quæ incipit, Sæpe uidi. & Domi. in c. frequens. §. j. uersi. quæro, an causa. de resti. spo. in vj. & in simili glos. in. cle. j. in uerbo, omnimodā. de fo. compe. & quod no. gl. in c. j. in uerbo, quamuis. de re iud. Et quæ dicantur causæ maiores, magnæ, & minores, uide Hosti. in c. fi. j. de cri. fal. & ibi. Ana. in iiij. col. & do. Card. in cle. non potest. in xj. q. de procur. & Spec. de iurisdi. om. iudic. ad. fi. uersi. & breuiter no. & do. Abb. post glos. in c. de appel. j. de appel. & glos. & Doc. in authen. nisi breuiores. C. de sentex breui. reci. & Bart. in l. leuia. in fi. ff. de accus. & do. Ant. in c. si pro debilitate. in ij. col. s̄. de offic. dele. & eundem in simili in c. querēlam. s̄. de procurat. & ibi Imol. & do. Anto. in c. edocersi. in iij. col. s̄. de rescript. ¶ No. secundò, quòd non solùm circa decisoria, sed etiam circa ordinatoria processus ius ciuile seruatur in foro canonico, ubi non contradicit canoni: quod est mentiendum, secundum domi. meum hîc, qui remittit ad not. in c. j. j. de oper. no. nun. & Bar. in l. priuilegia. C. de sacrosan. eccles. Vide etiam de materia latè Pet. de Anc. in repeti. c. j. in vj. chart. uersi. his itaq; præmissis. s̄. de consti. & Bald. in c. fi. j. de præscript. & ibi Imo. in j. char. & do. Abb. post Ioan. And. & do. Anto. in c. eccles. el j. in ult. col. s̄. ut lit. pen. & latè Domi. in c. j. x. distin. Albe. in j. parte statutorum, q. ix. & do. Abb. plenè in c. eccles. in illis septem casibus, s̄. de constit. & in repet. c. cùm esses. in primis chart. j. de testa. & Imol. in c. j. ij. in colum. s̄. de constit. Et dicunt sing. do. Anto. & Imol. in c. clerici. s̄. de iudic. quòd si in casu miserabilium personarū, uel pauperum, canones contrariantur legibus, debent seruari canones etiā in foro ciui. Et dicit do. Ab. in c. ij. j. de testament. quòd licet ius ciuile non repugnans statutis ecclesiæ debeat seruari in foro canonico, tamen ubi lex ciuilis foueret lucrum odiosum proximo, uel rigorem quendā, tunc non est seruandū in foro canonico, licet expressè non reprobetur. Facit. c. dilecti. s̄. de iud. & c. j. s̄. de dolo & contu. secundum eum. Et uide Archid. in c. quod à patribus. lxxv. distinct. ubi singulariter dixit, quòd in spectantibus ad forum ecclesiasticū, si ius canonicum statuit rigorem, & ius ciuile æquitatem, stabimus iuri ciuili. Vnde si clericus iurat dare x. usq; ad x. dies, etiam quo ad euitandū periuriū respicimus diem à media nocte, sm ius ciuile, de quo i l. more. Romano. ff. de ferijs. de quo facit festū Bal. i c. ego enim. in ij. col. j. de iureiu. & est gl. solitaria in c. pronunciādum. in gl. ij. de cōsec. dist. iij. & uide Bal. in l. imperialē. §. fi. in iij. col. de prohi. feu. alie. per Fede. ubi sing. dixit, q; licet casus nō decisus in lib. feudorū, in materia feudi, sit decidendus, sm ius cōmune, c. j. §. Obertus. de feud. cog. tū si discordāt ius ciuile & canonicū, prę ualet canonicū in foro ciuili, ratione iuramēti, quod præstāt uasalli, per notata in c. nouit. s̄. de iud. & facit c. ultimū, de foro cōpet. in vj. Et scias doctrinā, q; in terris ecclesiæ, canon cōtrarians legi seruatur etiā in foro ciuili: sed secus in terris imperij, nisi sit materia cōcernens peccatū, sm gl. magistralem in regula, possessor. de reg. iur. in vj. circa quam uide Do. in c. Abbate. §. præfatus. in iij. col. de re. iudi. in vj. & Bal. in l. j. in ij. col. C. qui bo. ced. poss. & Ana. post Cardi. in c. ij. in ij. col. j. de adult. & Spec. in titul. de disputa. & allega. §. porro, uer. sed nunquid. & Imol. in c.

Quinta

Quintaualis. in xj. fal. j. de iureiuran. & in c. j. in vj. col. s. de constit. & Domi. in c. ij. in iij. colum. propter glos. ibi in uerbo, ciuilis. de arbit. in vj. & Petr. de Ancha. in repet. d. c. penult. in xxxix. chart. uersic. sed pone: exemplum. & do. Abb. in c. licet. in vij. colum. s. de foro competen. Ex quibus fieri posset longa repetitio. ¶ Glos. j. ad
2 finem ibi, uel dic, quòd † tertia productio, &c. Hanc teneas, secundum Imol. & do. Abb. hîc de mente do. Ant. licet Bald. non firmet: & est opi. Bartol. in authen. qui semel. C. de probat. quam expressè sequitur Bal. ibi in penult. colum. & in l. j. in ij. colum. C. de dilat. & Domi. post glos. & Archid. in §. spacium. uer. iudicantes. iij. q. iij. & do. Anto. in c. ulti. in iij. colum. uidelicet quòd tex. hîc & in d. c. ultra tertiam. intelligantur, ut sonāt, quòd triplex productio impediat quartam sine solennitate, non attento, an in una, uel pluribus dilationibus facta fuerit: quia ratio solennitatis adhibendæ est timor subornationis, cùm sit suspicio de scientia attestationū ex reiteratione tot productionū, ut hîc per do. Ab. elegātiùs cęteris, qui postea subdit ualde notanter, ꝙ ista solennitas non esset necessaria, qñ quis fecisset plures productiones testium, qui adhuc examinati non fuissent. Et idē, ubi fecisset productiones in actu continuo, ita quòd non potuit scire dicta illorū ante productionem, quam nunc uult facere. Vnde intelligit tex. de tribus productionibus cū effectu factis, ut hîc per ipsum: cui adde, quod latè & eleganter scribit Lapus idem tenens allegatione lxxxij. incip. In causa matrimoniali. ubi multipliciter probat, quòd licet ista iura exigant hanc solennitatem, quando testes fuerunt examinati, per hoc non sequitur, quòd ubi non essent examinati, debeat denegari quarta productio: quia iste casus est minùs fortis cessante dicta suspicione: & ideo conceditur quarta productio sine solennitate, ex quo uerba legis, quo ad solennitatem, non adaptantur ad istum casum: & ibi postea plenè probat, quòd in causis summarijs habet locum quarta productio. Etsi diceretur secūdum hoc, nihil abbreuiabit dilationes in summarijs, contra cle. sæpe. de uerborum signification. respōdet, quòd dabit pauciores dies, sed non pauciores dilationes: quia ex hoc, quòd causa sit summaria, non perditur indultum beneficium iuris, cùm eadē æquitas debeat concedere istam productionem in summaria, sicut in ordinaria, ut latiùs per ipsum subdit hîc do. Ab. ꝙ erit necessaria ista solēnitas, etiamsi quis â princ. nominauit multos testes, non tamen produxit oēs simul, sed fecit tres probationes: quia est eadem ratio & idem timor subornationis, uel paulò minor. Et idem uoluit Bart. in d. authen. qui semel. & est uera opi. quam probat tex. in §. uero. in authen. de testibus. secundum unā expositionem glos. in uerbo, denunciatis testimonijs. licet aliud dicant Bald. & Salic. in d. authen. qui semel.
3 ¶ In † ea glos. ibi, & hoc intellige. nota, quòd ista quarta productio non admittitur, ubi est renunciatum testibus, etiam in prima, uel secunda dilatione: quod est diligenter notandum, secundum Imol. contra Inno. hîc. Et cum ista glos. concor. Bart. in d. authen. qui semel. & do. Ant. & do. Abb. hîc. Et hoc intellige de testibus, qui poterant produci tempore renunciationis: secus, si illos producere non poterat, non ex eo, quia essent impediti, sed quia ignorabat de eis: tunc enim non obstat ulti. conclusio, quin possint denuò produci non solenniter, secundum Bartol. in d. authen. qui semel. quia renunciatio non extenditur ad ea, quæ nesciebat sibi competere, l. mater. ff. de inoffic. test. & in l. lege Aquilia. cum l. seq. ff. de transact. & sequitur Imol. hîc, & facit quod notant do. Anto. Imol. & do. Abb. in c. cùm dilectus. j. de fide instru. & Bartol. in l. admonendi. in ij. colum. ff. de iureiuran. & Bald. in l. j. in iij. col. C. de cōdi. inde. dum dicit, post conclusionem in causa posse produci instrumenta de nouo reperta. ¶ Et in quantū do. Anto. & do. Abb. hîc dicunt, idem esse, si sunt publicati testes ut amplius non sit locus productioni quartæ etiam solenni super eisdem capitulis, per no. j. eo. fraternitatis. ad de elegans cōsilium Pet. de Ancha. ccxix. quod incipit, Ad euidentiam præmitto. ubi latè idem consuluit, reputans istum casum non fuisse priùs tactum: & dicit, quòd ista iura debent intelligi sano intellectu: nam licet contra toties producentem iura præsumant & suspicentur de fraude, tamen hæc præsumptio iure permittēte tollitur per dictam solennitatē, ut cùm publicatio facta est, nec reperitur iure cautum, quòd post productionem testium aliquis admittatur, sicut nec post renunciationem: maximè, quia c. fraternitatis. j. eo. & clemen. ij. eo. tit. simpliciter loquuntur. Vnde dicit, quòd qui allegat hāc limitationem ad alia iura, debet dare text. uel Doc. hoc dicentes. Et hanc dicit esse ueritatem rectè intelligenti: & postea subdit, & fortiùs, quòd etiam si pars iuraret se non didicisse attestationes publicatas, & produxisset testes, non audietur, si ipse solicitauit publicationē, ut ibi elegāter per ipsum.
4 ¶ Item † in quantum Innoc. do. Abb. & communiter alij hîc, & Bartol. in d. authen. qui semel. & in l. fi. ff. de ferijs. & do. Anto. in c. ultra tertiam. in v. colum. uersic. fallit quartò. j. eo. & glos. in clemen. ij. in uerbo, producere. eod. tit. concludunt, quòd si parte non contradicente fit quarta productio, omissa solēnitate ualet: ad de, secundum do. meum hîc, text. notabilem, per quem ista decisio sustinetur, in clemen. constitutionem. §. fi. de electione. iuncto c. ut circa. eodem tit. lib. vj. Dicitur enim in c. ut circa. quòd ille, qui appellat ab electione facta, debet ante omnia exprimere causas, cur impugnet electionem: debet etiam iurare, quòd credit illas esse ueras, & altero istorum omisso non potest in appellatione prosequi causam non expressam: postea dicitur in d. §. fi. quòd si parte non contradicente omittitur altera de his solennitatibus, ualet probatio facta super exceptione, ut sic requiratur contradictio partis ad irritandum processum. Et dicitur tacitè actui consentire, qui non contradicit, uel contradicens non appellat, secundum do. meum, qui de hoc multum exclamat. Sed certè circa istam suam inductionē multùm instari posset ex notatis per do. Card. post alios in d. §. fin. in j. & ij. oppositi. Sed posito, quòd procedat, non urgent illa iura ad hoc, quia forma c. ut circa. non est substantifica. Patet: quia procedit illud c. præcipiendo, ut seruetur illa forma, & non seruanti imponit pœnam: ergo contra factum tenet, ne inducatur duplex pœna, l. sanctio legum. ff. de pœnis. Ita dicit ibi do. Car. ad fin. secūdæ oppositionis, & dixi latè in c. ij. §. eodem. Sed opponitur contra istam communem opinionem: quia pars uidetur esse exclusa ab hac quarta productione, non seruata solennitate, id est, præstito iuramento. Sed in tali casu productio facta uidetur nulliter fieri, per tex. in c. pastoralis. in uerb. nullatenus. j. de except. ubi uolens opponere post lapsum termini non potest hoc facere, nisi priùs iuret, & de nouo peruenisse, &c. & sic prohibetur ibi non simpliciter, sed secundum quid, ut in casu nostro: & tamen admissio exceptionis aliter facta est ipso iure nulla. Patet ex illo uerbo, Nullatenus. quod importat ipso iure, secundum gl. in authen. si qua mulier. C. ad Velleia. cum simili. Sed potest dici, secundum do. meū hîc, quòd dictio, Nullatenus. non semper importat actus nullitatem ipso iure, sed aliquando prohibet actum ualere secundum subiectam materiam. Allegat glos. in c. pueri. in uerbo, nullatenus. j. q. j. & quod de dictione, penitus. no. glos. in c. Romana. §. caueant. de senten. excōm. in vj. Posses etiam aptiùs respondere, quòd posito, quòd c. pastoralis. importet ipso iure, illud non est mirum: quia est maior præsumptio malitiæ contra illum, quàm fit præsumptio subornationis contra istū. Et pro doctrina Innocen. hîc facit, secundum dominū Abb.

Abb. quod notat Rota conclusione v. ubi in fortiori ca
5 su dicunt, ualere † receptionem testium, si pars non opponat, post conclusum in causa. Si tamen fuit contradictum & appellatum, non tenebūt attestationes: quia sicut est legitima causa appellandi, si denegatur quarta productio cum solennitate, c. significauerunt. j. eod. ita fortiùs uidetur legitima causa appellandi, si cōceda tur sine solennitate. Et cum istis transeo pro nūc. ¶ Sed uolenti pleniùs indagare, oporteret passum istum trahere ad multa, maximè ad materiam l. non dubiū. C. de legibus. quam dixi remissiuè in c. ij. §. eo. & considerare, quādo aliquid dictum est pro forma, an possit ab eo recedi: de quo per Bal. in l. quoties. C. de iudi. & in l. fi. §. & quidē. C. de iure delib. Et an ista dictio, nisi. quasi conditionalis importet formam, de quo per Bal. in authen. matri. in ij. col. C. quando mulier tutelæ officio. & essent uidenda notata per Bar. in l. cùm lex. in ulti. col. ff. de fideiuf. Bart. & Imo. in l. j. §. sublata. ff. ad Trebel. & Ioan. And. in Spec. de sen. prola. §. iusta. super uerbo, itē nulla ratione litigatoris. Quādo statutum dicit, quòd bannitus non audiatur in iudicio, an processus erit ualidus, si non opponatur: de quo etiā per Pet. de Anch. cōs. clxvj. quod incipit, Principaliter. latè Bal. in dispu. statuto cauetur. & in l. scire oportet. §. consequens. per illum tex. ff. de excusa. tut. & in tit. de pace Constan. super uerbo, si quis autem. ibi, non admittemus. Reliqua in materia huius decret. dicentur in c. ultra tertiam. j. eo.

SVMMARIVM.

1 ¶ *Testis unus quando contradicit sibijpsi, qualiter reducatur ad concordiam. iunge nu. 2. & 3.*

4 *Testis unus quando contradicit alteri, qualiter reducatur ad concordiam.*

5 *Testes plures quando contradicunt pluribus, qualiter concordātur.*

6 *Testes si sint inæquales & discordant, possunt reduci ad concordiā.*

7 *Et an concordentur ut probent, & nu. 8.*

9 *Concordia an fiat inter dicta testium & confessionem producentis? & concludit, quòd non.*

10 *Hanc conclusionem declarat, ut nu. hoc & 11. cum 12.*

13 *Discordantia testium modica, non est curanda.*

14 *Testes si concordant in dicto, sufficit, licet discordent in causa.*

15 *Vsus communis loquendi interpretans dicta testium, præualet.*

16 *Concordia testium an fieri debeat in causa criminali, ut probent.*

17 *Excommunicatus an quis potiùs præsumatur, quàm non excommunicatus.*

CAPITVLVM XVI.

Vm tu. ¶ Præsumitur multiplicatio actuum, ut testes euitent crimē falsi, etiam ad finem probandi id, quod est deductum. Hoc dicit. Et omissis notabilibus Doctor. & alijs, quibus non est addendum, accumula breuiter famosam & difficilem materiam huius decre. per conclusiones, in quibus habetur, an & quando possint testes reduci ad concordiam, ut euitent fal-
1 sum, uel ut probent. ¶ Prima conclusio: quando † unus testis contradicit sibijpsi, tunc est in dicto suo uarius, & potest ad concordiam reduci, secundum do. Ant. & do. Abb. hîc, per rationem istius text. Idē Iac. But. in l. optimam. C. de contrah. & commit. stipul. & in l. sed & si possessori. §. item si iurauero. ff. de iureiur. & in l. cùm de ętate. ff. de proba. & Bart. in l. Labeo. ff. de suppellectili legata. & in l. j. in princi. ff. de oper. no. nuncia. & procedit, secundum istos, quando uarietas expressam contra-
2 rietatem non sapit. ¶ Sed † est dubium, an cōcordetur: ut euitet periurium, an etiam ut probet: in quo dicunt do. Ant. & do. Abb. hîc, quòd solùm, ut euitet periuriū. Et idē Bar. in d. l. j. & in d. l. Labeo. in iij. col. uers. credere cōtrariū. & in l. j. in fin. C. de usufru. & Spec. de noto. crl. §. fama. in fi. quia testi uarianti non creditur, l. qui falsa. ff. de testibus. Idem sentit apertè glo. in c. in nostra. j. eo. Et eam notat ibi do. Ant. quia dùm loquitur de pluribus testibus contradicentibus, dicit: fiendam esse concordiam: & aliter dicit, de uno teste sibi contradicente. Quinimò dixit Bartol. in l. eos. in fin. ff. de falsis. quòd unus testis in dicto suo nunquam reducitur ad cōcordiam, ut pœnam, uel periurium euitet, per text. ibi, & in d. l. qui falsa. Videtur enim maior contrarietas, quādo est in ipsomet, quàm quando inter plures: argu. l. j. cùm si. C. de furt. Nec isto casu loquitur iste tex. & ita ui
3 deretur cōclusio ista esse falsa. ¶ Nihilo minùs † uerius puto, conclusionem procedere, & concordari testē uariantem, & nō uerè contrarium, etiam ut probet: quia sicut eadem scriptura reducitur ad concordiam, ut faciat fidem, c. inter dilectos. §. cæterùm. j. de fide instru. & Bartol. pulchrè in l. fin. §. Lucius. ff. de cōdic. inde. Idem in teste, argu. l. in exercendis. C. de fide instr. Et in proposito de teste uidetur tenere Bartol. in l. de ætate. in penul. colum. ff. de minor. ubi dicit, quòd si testis, qui priùs dixit Titium maiorem esse ex aspectu, interrogatus, quid sit aspectus, dixit se nescire, non est cōtrarius: quia subauditur scilicet, aliter quàm dixerit. Ita quòd talis testis reducatur, ut probet, expressè firmat Bald. in pulchra quæstione in l. data opera. uersicu. sed hîc quæro, actor fecit duos articulos. Nec aliter sensit Spe. bene intuenti in d. §. fama. Et ita per hæc firmat dominus meus hîc, subdens tamē, in prædictis multùm uersari officium iudicis, ut bene consideret qualitatē personæ, & dictorum, & difficultatem concordiæ. Adde Bald. in l. si defensor. ff. de interrog. act. ubi concordat cum prędictis. Pro quibus facit, quod no. Imol. in l. qui bona. §. si quis stipulaturus. ff. de damno infect. ubi dicit, quòd licet testis non possit se emendare ex intervallo, c. præterea. j. tit. proxi. tamen potest interpretari dictum suum, quando interpretatio non repugnat, sed est compassibilis cum dicto. Etsi fortè diceretur, quòd uerbum ambiguum testis interpretatur contra producentem, secundum glos. in uerbo, dubium. in c. in præsentia. §. tit. j. responde, quòd illud non procedit, quando dictum testis ex dictis suis præmissis potest declarari. Et hoc apparet: quia si dicta ipsius partis obscura recipiunt habilem saluationem, ut dicam in quinta cōclusione, non uidetur, quòd dicta testium ita absolutè debeāt cōtra ipsum interpretari. Et per hoc tollitur, ꝙ dicebatur uideri maiorem contrarietatem in ipso teste, quàm inter plures. Et de dicta glos. in c. in præsentia. dicetur in uersic. secundò aduerte. ¶ Secunda con-
4 clusio: si † unus testis contradicit alteri, reducuntur ad concordiam, ut periurium euitent, per rationem huius text. non autem, ut probent, secundum Ioan. And. in Spec. tit. de teste. §. iam de interrogatorijs. additione incipiente, hîc autem. & do. Anto. & do. Abb. hîc. Sed quòd imò concordentur ut probent, tenet Bartol. in l. gallus. §. ille casus. ff. de libe. & posthu. & in l. si insulam. §. j. ff. sol. matri. & Imo. in l. inter stipulantē. §. j. ff. de uerb. obli. Sed concorda opiniones ex mente do. Abb. hîc distinguendo, utrùm per reductionem ad concordiam testes remaneant singulares, uel non: hoc est, an fiat interpretatio de diuersis actibus, uel non: ¶ Tertia con-
5 clusio: si † plures contradicunt pluribus, & sunt inęquales, fit concordia ut euitent periurium, nō ut probent: quia statur pluribus & dignioribus, secundum gl. in c. cùm cōtingat. in uerbo, utriusq; partis. §. de offi. deleg. & sequitur multùm Imo. ibi in iij. col. & idem tenet Bar. in l. ij. §. pen. ff. si. cer. pet. & in §. ille casus. & Bald. in prima constit. C. §. quibus. & in d. l. insulam. & do. Flo. in l. cùm de ætate. ff. de probatio. & Paul. de Cast. in d. l. ij. si cert. pet. Sed quòd imò concordentur ut probent, sentit glos. iiij. q. iij. §. si testes. & in c. in nostra. j. eo. & ibi hoc notant do. Ant. & do. Abb. hîc, & Imol. in l. inter stipulantem. §. j. dicens, quòd fortè in practica seruaretur opinio

c. cùm tu.

opinio contraria, propter authoritatem glo. & Inno. & idē Imo. hîc: & pēdet ex notatis ī d. c. in nostra. ¶ Quar-
6 ta conclusio: si† testes sunt hinc inde inequales & discordant, possunt reduci ad concordiā ut probent, fm Bar. in d. §. ille casus. & in d. l. si insulam. §. j. & in d. l. Labeo. & in d. l. ij. §. pen. & Ang. in l. ambigua. ff. de legibus. & Bal. in rubr. C. si ex falsis instru. in ult. col. & sentit glo. in d. c. in nostra. & do. Ant. in c. ex literis. in ult. col. j. de sponsa. per tex. hîc: ubi nisi testes non probassent, nō potuisset rescindi sententia. Et ipsum faciunt ualde singu. Bal. & Imo. hîc: & idem tenet do. Abb. hîc, allegans ad idem c. cùm Ioannes. j. de fide instru. ubi patet, quòd licet probatio testiū in eodem casu esset fortior probatione instrumenti, nihilo minùs fieret reductio ad cōcordiam per multiplicationem factorum, quando non constaret de immunitate actus. Et hoc tenet expressè Bal. in l. in exercēdis. in prima combinatione, C. de fide instru.
7 ¶ Sed quòd† non concordentur ut probent, tenet Bar. in l. j. in fi. C. de usufru. & Bal. in authen. at qui semel. in iiij. col. de proba. & Bart. in d. l. inter stipulantem. & Iac. But. in d. l. cùm de ætate. & ibi do. Florē. secus dicens de iure Canonico: & Roma. in l. si finita. §. fi autem plures. ff. de dam. infec. & Iac. But. in l. sed & si possessori. §. item si iurauero. ff. de iureiurā. quia dicta testium ambigua, uel æquiuoca interpretantur cōtra producentem, c. in præsentia. s̄. de probat. Sed ad hoc respondetur, quòd illud est uerū, ubi uerba de suo ꝓprio significatu sunt dubia, ut in casu c. in præsentia. de minore annis. Sed ubi testes deponunt per uerba, quæ alio non probato per aduersarium, sunt certa secūdum proprium significatum, tunc reducuntur ad concordiam, ut probent: ut, quando testes dicunt fuisse latam excōmunicationem post appellationē, quæ uerba non sunt ambigua. Et quamuis sit concertatio inter Scribentes, utrùm Canonici hîc essent actores, uel rei, tamen dicit do. Abb. in hoc non esse uim: quia non fundat se Papa super fauore rei, ut hîc in gl. sed ne testes reatu periurij notētur. Canonici obtinēt hîc: non, quia essent rei, uel actores: sed quia patuit excōmunicationē fuisse latam pòst: & posito quòd ipsi habuerint onus probandi, hoc non arguit eos fuisse actores, uel reos, quin dicenti se excommunicatum post appellationem, siue dicat agendo, siue excipiendo, incumbit onus probandi, ut sing. not. gl. pen. in c. uenerabilibus. de sentē. excom. in vj. de quaeminit do. Anto. hîc, & solenniter Ro. in l. in illa. ff. de uerb. obli. & nota Rotam decisio. ccclxxxiij. incipiente, Item quis petit. in nouissimis, & Io. And. in regula, cùm
8 sit partiū. de reg. iur. in vj. in Mercu. ¶ Et† procedit ista conclusio, siue testes producantur ab eadem parte, siue ab utraq; : & uariēt testes unius partis cum testibus alterius. Ita indistinctè ault glos. in d. c. in nostra. & ibi hoc sequitur do. Abb. & glos. in d. §. si testes. iiij. q. iij. & Imo. hîc, & in d. §. j. Et bene facit, quod dicitur de scripturis ab eadem parte productis, quarum uerba apparēt discrepantia: & concor. c. inter dilectos. §. cæterùm. j. de fide instr. & Bal. in l. scripturæ. C. eo. tit. cū similibus. Et tamen in ipsis est minor ratio faciendi cōcordiam, per notata in c. scripturæ. j. de fi. instru. Et ita tenendum est, quamuis dominus meus hîc contrariū tenuerit in testibus productis ab eadem parte: & non bene, cùm utrobiq; sit eadem ratio. Et faciūt, quod de uno teste sibi contrario dictum fuit in prima cōclusione, & quod notat Inno. in c. licet. super uerbo, inuicem. s̄. tit. j. ¶ Quinta
9 conclusio: licet† fiat cōcordia inter testes unius partis, non tamen fit inter dicta testium, & confessionem producentis. Vnde si depositio testium discordat ab intentione producentis, non concordabitur cum cōfessione partis: quia pars non potuit in suum fauorem confiteri, xiij. q. ij. in princ. Ita not. Inn. in c. cùm contingat. paulò post prin. s̄. de offi. dele. & sequitur Bart. Paul. de Cast. & Roma. in l. ij. §. creditum. ff. si cert. pet. & Bald. in proœmio C. §. quibus. in j. col. & do. Flo. in l. cùm de ætate. circa medium, ff. de proba. & do. Abb. in c. cùm Ioannes. in ulti. notabili, j. de fide instru. & Imol. & do. Abb. hîc, dicens: se pro hoc allegare tex. notabilē in c. in præsentia. s̄. tit. j. Dicit tamen, quòd cum cōfessione partis aduersæ in his, in quibus potuit sibi præiudicare, bene
10 fiet cōcordatio. per d. c. cùm Ioannes. ¶ Sed† istam conclusionē declara primò hoc modo: quia licet dicta partis non concordentur cum testibus, tamen ipsæ dicta partis inuicem apparentis contrariantia possunt concordari. Ita sing. notat Bart. in l. j. ff. ne quis eum, qui in ius uoc. in quibusdā lecturis, ut refert & sequitur Paul. de Castr. ibi. Vnde dicunt per illum text. quòd si quis producit articulos, uel positiones, quarum una dicitur alteri contrariari, quòd ad tollendam contrarietatem debent intelligi taliter, quòd producens non incidat in contrarietatem. Et ideo dicunt, quòd si in prima positione deduxi, quòd tibi non promisi fundum: postea in sequēti positione dico, me præscripsisse cōtra te fundum, &c. & sic uideor dicere contrarium, scilicet quod promisi aliàs, non possem præscribere: nam secundò posita debet intelligi, quòd sit posita sine prejudicio ueritatis, quòd promiserim, dico, ꝙ præscripsi. Quòd est bene notandum. Et idem uidetur tenere Bald. post Cy. in l. cùm falsa. ad fin. C. de iur. & fac. igno. & Salic. in l. cùm precum. C. de lib. causa. Facit, quod notat Bald. in l. scripturæ. C. de fide instru. & in l. fin. in iij. notabili,
11 per illum text. C. de rebus credi. ¶ Secundò † aduerte circa istam conclusionem, dum dicitur, quòd dicta testium non concordantur cum intentione partis: illud est clarum, quando sunt ad inuicem contraria, etiamsi intentio agentis est clara, & dictum testis habet in se aliquid, non dico, contrarietatis, sed ambiguitatis: tunc multùm dubito, an possit interpretari pro intentione agentis: & uidetur, quòd non, per id, quod notat glos. in d. c. in præsentia. in uerbo, dubium. scilicet quòd dictum testis ambiguum interpretatur contra producentem. No. Bartol. in d. l. inter stipulantem. §. j. & Rota conclusione ccix. incipiente. Item nota. in antiquis. & Bald. & do. Ant. & Imol. in c. causam, quæ s̄. de rescript. Sed tamen uidetur posse dici contrarium: quia illa glos. cum similibus, debet intelligi, ut dixi s̄. in iiij. conclusione: aliàs autem dictum testis uidetur interpretandum secūdum articulum, super quo deposuit: tum, quòd per multa, de quibus infrà: tū etiam, quia ita expressè no. Bald. in l. si defensor. §. qui interrogatus. ff. de interrog. act. dicens, quòd dicta testium debent intelligi secundum interrogata. Idem Bald. in l. Lucius. ff. de infa. dicens, quòd per clarum articulum declaretur ambiguū dictum testis: & pro certo nō uidetur absolutè uerum, quòd dicta testium obscura semper interpretentur cōtra producentem: quia secundum hoc, tanquam alia, non probasset: & ideo non posset iudex ex officio repetere testes, ut se declarent: quia ad utilitatem priuati nō impertitur suum officium, secundum Inno. in c. ad nostram. j. de iureiuran. cum similibus. Et tamen istud cōsequens est falsum, per text. in c. cùm clamor. cum materia j. eo. Ergo & antecedēs. Et istis adde, quòd sicut per positionem claram declaratur testis, ut dixi, ita etiam uerbum ambiguum agentis deductum clarè per testē effici potest clarum, per notata per Bartol. solenniter in l. si quis intētione ambigua. ff. de iud. Modò istis discursis opportunè dubitaī de modis & exēplis in iure sparsis, ex quibus iudex instrui possit ad faciendas concordias consonas & accommodatas de dictis testium. In quo ex isto text. primò habetur unus modus, scilicet præsumendo multiplicationem actus: quo casu demùm testes si concordati sunt, probant, quando probatio remanet integra super quolibet actu, ut erat hîc: quia pręsumebatur bis appellatum: & sic utraq; appellatio plenè probatur. Sed ista dicta cōcordata nō probarent,

barent, quando non esset integra probatio super quolibet actu, ut per Ioan. And. in §. iam de interrogatorijs. quia si unus testis dicit matrimonium contractum in uno loco, alius in alio loco, licet per geminationem actus saluaretur à periurio, non tamen probaret matrimonium: quia quodlibet tempus habet testem singularem. ¶ Et ad hunc primum modum uide text. cum glos. in uerbo, hora vj. in c. periculosæ. de pœnit. distin. j. & omnino Spe. in tit. de teste. §. iam de interrogatorijs. uersic. quid si unus testis. ubi contra istum modum docet cautelam: uidelicet, quòd pars faciat, quòd iudex interroget, an actus, de quo quæritur, fuerit tantùm semel gestus: & si cōfiteatur de unitate actus, cessabit ista concordia, per text. notabilem in c. cùm Ioannes. ante fin. j. de fide instru. Item procedit iste modus cōcordandi, dum modò multiplicatio sit non solùm possibilis, sed etiam uerisimilis, per id quod in simili not. Bald. in l. scripturæ. in ij. col. C. de fid. instrum. de duobus instrumentis factis eodē die in diuersis locis, ut ibi per ipsum exemplificantem in instrumentis, quorum unum eodem die est factum Mutinæ, aliud Bononiæ, quod est possibile, sed ut communiter non contingibile: & per cōsequens, alienum à uerisimili. Et etiam in hoc aduertendum est, quòd non procedit, quando actus est instantaneus, non irritabilis, secundum glos. in l. j. C. qui accu. Idem si deponerent de morte: l. quod pariter. ff. de rebus dub. quia colligitur in uno puncto, ut not. in l. si post mortem: de leg. j. & quod in euangelio, Io. quarto, incipiebat enim mori. idem uideretur fortè in sententia, cùm ultimo uerbo claudatur, iuxta glos. in uerbo, prædicator. xvj. q. j. Si tamen testes dicunt aliquem expilasse hæreditatem post mortem, alij, dum morierentur, possunt cōcordari: arg. l. qui duos. §. j. ff. de reb. dub. Datur alius modus concordiæ multùm quotidianus, uidelicet intelligendo uerbum unius testis propriè, & alterius impropriè, secundum do. Ant. Imo. & do. Abb. hîc, exemplificantes in testibus, quorum unus deponit de possessione, alius de detentione: quia exponitur primus per uerbum secundi, attento quòd possessio est nomen iuris, ut per glos. & Doct. in l. stipulatio. §. hoc quoq;. de uerb. obl. & nō habet testis deponere per uerba iuris, ut dicetur j. eo. causam. quamuis ex detentione præsumatur possessio, secundum Innocent. in c. cùm olim. el ij. ultra medium, j. de priui. & Archi. in c. pontifices. vij. q. j. cum similib. & in proposito not. Bald. in d. l. data opera. C. qui accusare. Datur etiam alius modus, secundum do. Ant. & do. Abb. & Imol. uidelicet quòd quo ad repetitionem sermonis. Vnde signanter dicunt, quòd si testis dicit, Titium promisisse Seio centum: & interrogatus, quomodo scit, respondet: quia uidit Titium ꝓmittere primò Seio l. & postea uidit ipsum promittere eidem c. intelligitur enim secunda promissio, computatis scilicet dictis quinquaginta in quantitate centum: & allegant notata in l. ij. §. ex actis. ff. de origine iur. ut hîc per eos. Quibus adde alia exempla, & uide glos. in c. Artaldus. in uerbo, me sciente. viij. q. j. quæ dicit posse saluari negatiuam testis, non uidi. intelligendo, quòd sciat. Facit glos. in c. ne quis arbitretur. in uerbo, iocositatis. in fi. xxij. q. ij. Adde etiam Bald. post Cy. in l. testium. in iij. col. uer. modò hic insurgit. C. de testib. ubi dicit, quòd si unus testis dicat aliquem fuisse præsentem, alius dicat eum fuisse absentem, cōcordantur, ut unus intelligaī de præsentia corporali, alius de præsentia intellectuali: & idem dicunt Ang. Bart. & Imol. in l. hæredes palàm. in princ. ff. de testa. & Innoc. in c. cùm oporteat. j. de accus. & adde Bar. in l. quoties. C. de naufra. lib. x. Vbi dicunt, quòd si ad probandam præsentiam producūtur testes, quorum unus dicit, adfuit per d. alius, abfuit per b. concordabuntur capiendo in secundo b. pro d. & per Bart. in l. Lucius. §. quæsitum. ff. de lega. iij. ubi dicit, quòd si unus testis dicat, quòd Titius erat frater Sempronij, alius dicit, quòd erat filius fratris, largè potest dici frater, ut ibi: & facit c. quærit. xxij. q. ij. & adde Imol. in c. inter corporalia. s̄. de transla. præla. ubi propter glos. ibi in uerbo, vj. menses. dicit, posse concordari testes, quorum unus dicit aliquid fuisse post v. menses, alius post sex: ut primus intelligatur de completis, secundus de inchoatis. Et adde Bal. Imol. & Roma. in l. diuortio facto. in princ. ff. sol. mat. ubi dicunt, quòd saluatur testis dicens, aliquid factum tempore guerræ, licet fuerit parum ante guerram: & bene, probatur in l. Pedius. in prin. ff. de incendio, ruina, naufra. & sequitur Angel. in l. si is, qui pro emptore. in j. col.
12 ff. de usuc. pro emptore. per illū text. ¶ Cæterùm † quia infinitum foret multa, quæ reperiuntur, extendere, colligere per te alios elegantes modos cōcordandi testes ex his, quæ not. Bald. in j. constitutione C. §. quibus. & in l. item uidendum. ff. de peti. hære. & glos. in c. nihil obstat. j. de uer. sig. & tex. in c. quotidie. de conse. dist. ij. & glos. not. in c. ij. j. de conse. eccl. uel alt. & omnino Bald. in tit. de pa. Constan. in uer. die Lunæ exeūte Ianuario. & uerbo, obiectioni. in fin. Bart. in l. si finita. §. si plures. ff. de dam. infect. & do. Ant. in c. translato. uersi. no. ut saltues. s̄. de constit. & in c. plerunq;. in penul. col. uersic. no. concordiam. s̄. de rescript. & in c. eam, quæ. uersi. expediam. eod. tit. & Bart. in l. si statuas. uersic. facit. ad concordiam testium. ff. de iniur. & Domi. in c. omnes leges. in ult. col. j. dist. & xx. dist. in summa in fi. & in c. quamuis. xxj. dist. & in c. lator. xxiij. dist. & in c. fidelior. l. dist. & Ang. & do. Flor. in l. cùm de ætate. ff. de proba. & latè Lud. Rom. in d. l. ij. §. creditū. ff. si cert. pet. & in d. l. j. ff. de ope. not. nun. post Bart. & Imol. ibi, & Ang. in l. qui sententiam. C. de pœnis. & Imol. in l. inter pares. ff. de re iud. & Bart. Ang. & omnes in l. qui ante calendas. ff. de uer. obl. & Bart. in l. ij. C. si ex publicis ratiocinijs. in l. Iulianus quoq;. ff. de hære. instit. & Bald. in l. j. §. j. ff. de iust. & iu. & in l. filium. ff. de ijs, qui sunt sui, uel ali. iu. & in rub. C. si ex fal. instr. & in l. conuenticulam. C. de episc. & cle. & in l. ij. in fin. C. quibus res iudi. non nocet. & do. Ant. in c. dilecti. in ult. col. j. de except. & in c. cùm Vintonienſis. in pen. col. s̄. de elect. & in c. ex ore. j. de priuil. ¶ Vlteriùs aduertendum ad quædam ualde notāda in materia. Primò not. quòd si testis in dicto expressit certum tempus & locū, si in ratione dicti postea simpliciter loquitur, intelligitur se referre ad tempus & locum expressum in dicto, secundum Bart. in d. l. Labeo. quod est diligēter notan-
13 dum, secundum Imo. hîc. ¶ Secundò not. quòd † modica contrarietas etiam non concordabilis non utiat dicta testium, secundum do. Ant. in c. ij. in fin. j. de regu. Et idem, si unus diceret plus, quàm alius, secūdum do. Anton. in c. j. s̄. de offic. deleg. in quibusdam lecturis.

¶ Tertiò not. quòd diligens interpretatio testimonij, uel reductio ad concordiam debet esse probabilis & consona uerbis & ueritati: aliàs non potest fieri concordia extorquendo sermones. Ita confusè consuluit Pet. de Anch. consilio ccxcj. incip. Visis articulis. Vnde uoluit, quòd si testes dixerunt se uidisse Titium possidere sex annis, & interrogati, quomodo intelligant aliquem possidere, dicant, quando uadit, stat & reuertitur & colit agrum: si postea probetur illis sex annis Titium non fuisse in loco non poterunt testes saluari, quasi intellexerint de possessione ciuili: quia ratio per eos reddita non patitur istam expositionem: & ideo dicit eos condemnādos de falso. Et ad hoc propositum uideas semper solenne consilium Lud. Rom. cccj. incipiens, In consultatione proposita. ubi ad impugnādam quandam concordiam datam certis testibus conuincendis de falso, rememorat prò & contrà infinita iura ad materiam nostram concludentia interpretationes nimiùm subtiles, aut uerborum latitudinem extorquētes in testibus non admitti. Tenementi: quia seruiet prò & contrà in contingentijs facti. Et pro hoc ultra ipsum adduci po-

test, quod plenè no. Old. consilio clxvij. incip. Ante omnia considerandū. & Bald. in l. edita. C. de eden. ubi ponunt latè, quòd interpretatio libelli, quam eius uerba non patiuntur, non posset fieri post lit. contest. Vnde dicit Ioan. An. in regula, cùm sint. de regu. iur. in vj. in Mercu. quòd interpretatio quælibet debet esse uerisimilis, & non dissona. Ad quod plurima allegaui in c. qualiter. el j. J. de accus. in prima fallentia reuocatis diffinitiuè. ¶ Quartò not. quòd ubi dubitatur de modo concordiæ, debet ante omnia fieri reductio ad cōcordiam, secundum illam interpretationem, quæ est magis uerisimilis, attenta cōmuni accidentia facti. Ita est casus notabilis hîc secundum intellectum Io. An. quem sequuntur do. Ant. do. Abb. & Imol. dum quærunt, quare hîc non fuit Papa interpretatus bis sententiatum, & semel appellatum: & sic uerum fuisse, appellationem præcessisse & secutam fuisse & respondent, quòd frequentiùs accidit bis appellari, quàm bis iudicari. ¶ Quintò no, quòd quibuscunq; modis leges discordantes concordantur, eisdem modis possunt testes concordari & interpretari. Ita not. Iac. But. in d. l. cùm de ætate. & sequitur Imol. in d. l. cùm inter stipulantem. §. j. & do. Ant. hîc, nihil tangentes, quomodo leges cōcordantur: de quo uide Spec. ponentem ult. l. modos, in tit. de disput. & alleg. §. post hoc autem. Et scias, quòd interpretatio debet fieri in mitiorem partem, secundum Innocent. in c. cùm clamor. J. eo. & Bald. in l. j. C. de usur. & in l. Lucius. ff. de infami. & in c. domino guerram. hîc finitur lex. & Ang. in l. ambigua. ff. de legib. Et debet fieri interpretatio, ut nulli, uel quàm minùs fieri potest, sint captiosa dicta testium, secundum Ang. in l. ex militari. in princ. ff. de testa. mili. per tex. hîc, in quo uide omnino, quæ dicentur de teste obscurè loquente in d. c. cùm clamor.

14 ¶ Sextò not. quòd † sufficit, quòd testes concordant in dicto, licet discordent in causa dicti, secundum Spec. in tit. de teste. §. iam de interrogatorijs. uers. Hinc est, quòd si quis uult. & Bald. in l. j. C. de testa. & in l. de quibus. ff. de legi. & do. Ant. in c. quoniam in plerisq; ff. s. de offic. ordi. & in c. licet ex quadam. J. eod. & in c. cùm dilectus. J. de succes. ab intest. & in c. fin. in penul. col. s. de consue. Facit lex, qui sententiam. C. de pœnis. ibi, in unum conspirantes cōcordantesq; rei finem. Et de testium singularitate dicetur in c. licet ex quadam. & uide gl. in uerb. ueritatis. in c. dudum. J. de conuers. coniug. quæ saluat testes narrantes diuerso modo factum, dum modò in substantia non discordent. Et dixit Innoc. in c. qualiter. el ij. in uerbo, famam. J. de accusat. quòd sufficit, quòd concordent, quo ad sensum. ¶ Septimò & ultimò no.

15 quòd † ubi communis usus loquendi interpretatur dicta testium uno modo, ille præualet, siue per ipsum testes concordentur, siue non, secundum Bald. notabiliter in tit. de pa. Constan. c. j. §. fin. & in eod. c. §. obiectioni. Facit, quod habetur in c. ex literis. el. j. J. de sponsa. & plenè per Bart. in proposito in l. Labeo. ff. de suppellec. leg. Hoc tamen limita solenniter secundum do. meum hîc, nisi aliqua coniectura iuuaret interpretationem, quæ fieret contra communem usum loquendi: putà, si testis esset forensis & parum conuersatus in loco, arg. l. fin. & quod ibi traditur, ff. de decre. ab ord. facien. Et idem dicit, si esset communis usus loquendi diuersus inter peritos & imperitos, ut hîc per ipsum, & bene.

16 Sed † pulchrè dubitatur ultra alios, utrùm ista habeant locum in causa criminali, ut fiat concordia testium, ut probent. Et uidetur, quòd non: quia probationes in talibus debent esse clarissimæ, non per subauditiones, uel expositiones, l. ij. cum si. C. de proba. Ad idem, quod not. Bart. in l. non solùm. §. sed ut probari. ff. de ope. no. nuncia. ubi in exemplo de nobili, qui prohibetur intrare palatium, facit differentiam inter ciuilia & criminalia in proposito. Ad idem, quod no. Fede. consil. clxij. quod incipit, Domi. Grifole, rogo uos, ubi dicit, quòd si aliqui testes dicunt, quem fuisse percussum cum puncta, aliqui cum taglio (ut uerbis suis utar) non probant: & tamen mihi uidetur, quòd potuissent non absurdè concordari, ut fuisset facta utraq; percussio, dato quòd una sola apparèret: quia nō semper omnis ictus imprimit signum. Vnde uidetur, quòd propter criminalem accusationem omittatur interpretatio fauore rei. Ad idem, quod not. Bart. in l. si uxor. §. si quis uxori. in fi. ff. de adult. & in l. sed & si ita. ff. de manu. testamen. & in l. ij. ff. de duo. re. ubi dicit, quòd si in causa adulterij testes dicunt, quòd Titius cognouit Bertam per uiolentiam, non probant: quia potest esse uiolentia actiua & passiua: & tamen re uera possent saluari ex eo, quod dixi s. in iiij. notabili. Ad idem, quod notāt Imol. & Bald. in l. quoties. §. si quis ita. ff. de hæred. insti. ubi dicunt, quòd si testes dicunt, Seius insultauit Caiū, postea uulnerauit: confunditur insultus cum uulnere, & intelligitur, id est, incontinenti uulnerauit, licet de utroque fuerit accusatus: & tamen potuissent saluari, quia uerbum Postea, denotat interuallum, secundum gloss. in c. accusatus. §. licet. in uerb. postea. de hæretic. in vj. & Bart. in l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. in j. col. ff. ex quib. cau. maio. & Imo. in c. ij. de offi. deleg. cum si. Ad idem, quod not. Ioan. And. in c. quanquam. super uerbo, receperint. de usur. in vj. & ibi Domi. in j. col. & Pet. de Anch. pulchrè consil. ccxvj. incip. in titulis termi num. & Io. An. in c. pro humani. per illum text. in uerb. Christianus. de homi. in vj. quorum dicta aliàs extensè posui in c. super his. ad fin. J. de accus. In contrarium facit, quod not. Bart. in l. j. §. j. ff. de bon. poss. secundum tab. ubi dicit, quòd si duo testes dicunt, Titium occidisse Sempronium, si non diuersificant in tempore, probabunt, quòd Titius & Seius simul & semel ipsum occiderint. Ad idem, quod not. Innoc. ualde singul. in c. dudum. el ij. s. de elect. ubi dicit, quòd quando proceditur per uiam accusationis, debent etiam dicta testium taliter capi, si hoc patiuntur, quòd concludant intentum accusantis, non autem benignè interpretari pro accusato: posito enim, quòd agatur de ipsius fauore, tamen ageretur de odio accusatoris propter talionem. Et ita per hanc rationem uidentur non differre in hoc criminalia à ciuilibus, iuxta l. absentem. ff. de pœn. Sed tamē consideratis his, quæ scribunt do. Ant. & do. Abb. in d. c. dudum. faciliùs sustineretur prima pars per prædicta, uidelicet quòd ubi dicta testium sunt generalia in causa criminali, debent non solùm non adaptari ut probent, sed etiam, si sunt uertibilia ad delictum & non delictum, interpretātur in non delictum, ut etiam aliàs latè probaui in c. cùm dilecti. ubi bonus tex. J. de accus. Et exempla patent ex dictis Innocent. in d. c. dudum. Et ad dictum Bart. in d. l. j. posset dici, quòd illi text. non sunt contrarij, ut etiam per seipsum poteris meditari: quia quæstio non est declarata per Doct. ¶ In gloss. j. ibi, sed hoc dictum fuit propter testes. Ista ratio communiter impugnatur per Doct. quia ad tollendum periurium potuisset succurri alia uia, uidelicet præsumendo bis fuisse latam sententiam, & semel appellatum. Quare autem hoc præsumptum non fuerit, responde, ut dixi s. uer. iiij. not. Subdunt etiam do. Anton. Innocent. & do. Abb. quòd ideo in casu isto declaratur excommunicationem fuisse latam post appellationem: quia canonici, qui, secundum eos, contra gloss. erant actores, probauerant specificè, quòd excommunicatio fuerat lata post appellationem. Vnde ex hac probatione intentio actoris erat clarè fundata. Licet igitur postea reus probet, quòd excommunicatio fuerat lata ante appellationem, & per hoc reddatur dubia probatio actoris, redditur & dubia probatio ipsius rei econtrà per probationem actoris. Ergo actor debet uincere: quia probatio clara actoris non confunditur per probationem dubiam rei, secundum Bart. qui ita not. in l. non

non solùm. §. sed ut probari. ff. de nou. ope. nun. & gloss. in cle. fin. de rescript. secundum eos, & bene: quamuis in eo, quod dicunt Canonicos actores, hoc non firmauerint s. do. Abb. & Imol. Sed istud est uerisimilius in text. nostro: quia ipsis incumbit probatio, propter gloss. in d. c. uenerabilibus. ¶ Est uerum, quòd do. meus hîc multum laboriosè contra istos insurgit, dicens in effectu, imò pro reo quòd erit iudicandum propter paritatem probationum: quia ita est casus in c. iij. s. tit. j. & in c. licet. & ibi in gloss. pen. & Doct. eod. tit. & not. Bald. in l. in exercendis. C. de fide instr. & in c. j. §. promptiores. in tit. hîc finitur lex. Et ideo oportet aliter dicere, secundū eum, uidelicet quòd ista paritas probationum erat in arbitrio iudicis, pro quo iudicaret, secundum Bald. in l. magistratus. C. quando prouo. non est necess. & sentit in l. fin. C. comminationes, uel epistolas. Et hoc operabatur fauor præsumendi non excommunicationem, secundum eum dicentem, rationes aliorum esse erroneas. ¶ Sed re uera in hoc ab ipso dissentio: quia, ut dicunt Doct. probato quòd appellatio præcesserit excōmunicationem, negatiua alterius partis, quòd imo secuta fuit, fundabat se in tempore: ideo oportebat ipsum indiuiduò probare tanquam causam intentionis suę: ut per Bart. & omnes in d. §. sed ut probari. & credo dixisse in c. in præsentia. s. tit. j. in notabilibus. Nec est uerum cum supportatione, quòd Bald. in dictis locis ita simpliciter loquatur, sed loquitur quando testes sunt pares per omnia: quo casu datur iudici illa electio. Et quòd etiam in casu fauorabili data disparitate testium non pronuncietur pro ipsa, est casus, ut mihi uidetur, multùm apertus in l. lege Iulia. ff. de manu. & nō apparet hîc, q̄ testes essent pares: ideo securiùs tamen fit solutio Doct. in qua nihilo minùs poteris cogitare.

17 ¶ Vltimò no. hîc Innoc. quòd † interpretatio benigna, de qua hîc, uidelicet præsumere potiùs non excommunicatum, quàm excōmunicatum, procedit in foro contentioso, nō autem in foro animæ, in quo securior pars est tenenda: & ipsum sequitur do. Abb. in c. j. s. de iudi. & in c. cōquestus. in ult. col. s. de foro compe. Eandem doctrinam in materia irregularitatis tradit Innoc. in c. ad audientiam. J. de homi. & ibi Ana. in ult. col. & Spec. in tit. de elect. §. iusta. uersic. generaliter autem. Et idem respectu fori pœnitentialis no. in simili Pet. de Anch. consilio clxxv. incip. Prima facie. & retuli in d. c. in præsentia. super uerb. non elidit. Sed aduerte: quia, ut prædixi, ista non fuit ratio istius interpretationis: quinimo etiā in foro contentioso in dubio præsumitur quis excommunicatus, ut est text. in c. illud. J. de cle. excom. qui ad hoc non habet parem, secundum do. Ant. ibi, & est text. ualde notabilis & quotidianus, secundum do. Anton. ibi, & illum text. ipse etiam allegat hîc: & est gloss. fin. ultra ipsum in c. consulti. J. de regula. quam allegat do. Card. in c. j. s. de scrutinio. & ibi gloss. bona, quam allegat do. Card. idem tenens in cle. j. in xv. q. de sepul. idem Pau. de Leaz. in cōmento c. si celebrat. J. de cleri. excom. & sentit Innoc. in c. dilectus. in ult. col. J. de appellatio. & gloss. hîc, dum dicit, quòd est medicinalis: & facit secundum do. Abb. quia nullum periculum est in hac parte, cùm possit peti absolutio sine difficultate: & aliter tenendo imminet periculum. ¶ Subdit ibi do. Abb. & ualde solenniter, quòd do. Innoc. hîc posset procedere, quando interpretando quem excommunicatum incurreret pœnam: putà, si irritaretur collatio beneficij medio tempore facta sibi, uel ageretur de imponenda pœna: quia non seruauit: quia tunc in pœnis fit mitior interpretatio, ut regula, in pœnis. de reg. iur. in vj. & alleg. c. dilectus. J. de appell. & idem ipse notat in c. j. J. de sagit. Et est aureum uerbum satis de mente Hostien. & aliorum hîc, qui inter alias solutiones ad contrarium, de quo dixi in prin. huius glos. dant unam, uidelicet quia isti post excommunicationem celebrauerant. Vnde interpretando, quòd appellatio non præcessisset, fuissent irregulares, c. j. de re iud. in vj. & in c. j. de sententi. excom. eod. tit.

c. fraternitatis.

SVMMARIVM.

1 ¶ *Causa appellationis & causa principalis sunt diuersæ instantiæ.*
2 *Testis si primò iurat, & postea deponit, an sufficiat.*
3 *Testium publicatio an impediat productionem in causa appellationis. Vide num. 4.*
5 *Et uide casus, in quibus non obstat publicatio testium.*
6 *Testes an possint iterum produci de consensu partium.*
7 *Testes noui quando produci possint in causa appellationis.*
8 *Testium publicatio non obstat, quando testes fuerunt producti super peritia artis. Et adde alios casus, num. 9. & 10.*
11 *Testium sola publicatio an sufficiat ad impediendum aliam productionem, an uerò requiratur, quòd partes discernant testificata.*
12 *Testis super quot & quibus capitulis præstat iuramentum.*

CAPITVLVM XVII.

Raternitatis. ¶ In causa appellationis sup nouis capitulis tantùm noui & uetereres testes admittuntur, etiamsi sit renunciatum testi-
1 bus in principali. H. D. ¶ Nota † primò, omissis alijs notabilibus Doct. quòd causa appell. & principalis uidentur causæ diuersæ: quod est respectu instantiæ, l. ita demum. C. de procur. & sic exponitur hîc uerbum, Causa. id est, instantia, secundum Innoc. hîc: nam capiendo causam pro eo, quod deducitur in iudicio, clarum est, quòd causa appellationis est eadem cum principali, c. tua nobis. J. de appell. l. j. & in rub. C. ne lic. in una eademq; causa tertiò prouoc. sed quo ad alia, non dicitur omnino eadem causa. Patet in l. inuitus. C. de proc. ubi procurator constitutus ad causam agendam, non uidetur constitutus ad causam appellationis. Ad idem authen. ei, qui. C. de temp. appell. iuncta l. properandū. C. de iudic. ubi instātia appellationis differt ab instantia causæ principalis. Facit c. ij. de iurameni. calum. in vj. Nec aliter probat d. l. ita demum. secundum Salic. ibi: sed solùm probat, quòd persona procuratoris, quæ nō fuit repulsa in causa principali, non posset repelli in causa appellationis, quæ succedit loco personæ, quo ad proponendas dilatorias. Et de hoc, an causa appellationis sit eadē cum principali, quòd est utile ad multa, uide gloss. fin. in c. Lotharius. xxxj. q. ij. & gloss. ij. in c. si quis in quacunq; ij. q. vj. & gloss. fin. & Dom. in c. habeo librum. xvj. distinct. & gloss. j. in c. ij. de iuram. cal. in vj. & omnino Roma. in l. si insulam. in v. col. uers. secunda conclusio. ff. de uerb. oblig. Salic. & Innocent. & do. Anton. in rub. de consue. Salic. in l. fin. in ult. col. C. si pend. appell. mors inter. & Specul. & Ioan. And. in tit. de iura. cal. §. sequitur. uer. quid de causa. & Cy. & Salic. in d. l. inuitus. & gloss. in l. unica. C. de suffragio. & l. fin. ff. de posthu. & in l. j. C. ut causæ post pub. adsit turōr. & gloss. j. in fin. l. qui proprio. §. item quæritur. ff. de procu. & gloss. ij. in c. Romana. de appell. in vj. & Specul. in tit. de salarijs. §. sequitur. uer. sed nunquid aduocatus. In quibus locis etiam inuenies, an aduocatus pro eodem salario teneatur iuuare in causa appellationis. Et com-
2 munis opin. est, quòd non, per d. l. inuitus. ¶ Not. † secundò ibi, receptis priùs duobus. Primò, quòd iuramentum debet præcedere depositionem testis. Quid autem, si testis priùs deponat, postea iuret? Vide Bald. in l. iurisiurandi. in prin. C. eodem: & dicetur J. eod. c. de testi. Secundum est, quòd si testis, qui fuit testificatus in una causa, producatur iterum in eadem, debet de nouo super eodem articulo iterum iurare: & est ratio, secundum Doct. quia in primo testificatu non uidetur iuratus,

iuratus, niſi ſuper interrogandis: ſecus dicit do. Abb. ſi à principio iuraſſet ſuper tota cauſa: arg.c.de teſti.j.eo. & c. cùm dilecti. j. de accuſ. Et hoc dictum eſſet uerum, ſecundum domi. meum, quando iterum teſtis repeteretur in cauſa principali: ſecus, ſi repetatur in cauſa appellationis, ut in text.noſtro: quia tunc ſimpliciter poſſet intelligi text.ut etiamſi teſtis iuraſſet ſuper tota cauſa, iterum debeat iurare in cauſa appellationis, ut dicunt hîc do.Anton.& Imol. ſicut uidemus in iuramento calumniæ, d. c.ij. de iura. cal. in vj. Placet tamen do. meo opi.do.Abb.quia ideo repetitur iuramentum calumniæ: quia ille, qui habuit ſententiam contra ſe ante probationes factas & iura partium diſcuſſa, credebat ſe fouere iuſtitiam: poſtea uerò intellexit contrarium, iuxta l.deſtitiſſe.ff.de iudi.& quod not. Bart. in l. ſi quis inficiatus.ff.depoſiti. quæ ratio non habet locum in iuramento teſtis. Nec eſt mirum, quòd etiam appellato deferatur iuramentum calumniæ: quia reſpondet illud eſſe propter æqualitatem ſeruandam, iuxta l. fin. C. de fructi. & liti.expen.& regulam, non licet.de reg. iu. in vj. Poteſt etiam contingere, quòd licet appellatus habeat ſententiam pro ſe, poſt diſcuſſam tamen cauſam credat ſe fouere iniuſtitiam, quod priùs in initio litis non credebat, & ſic non ceſſat omnino ratio. Et de iuramento teſtis uide Bald. in c.j. circa princ. de controuer. inueſtit. & dicetur ſuper gloſſ. fin. ¶ In gloſſ. in uerb. nouis.

3 Nota † iuncto textu, quòd ſicut publicatio teſtium impedit productionem ſuper eiſdem capitulis, uel directò contrarijs in cauſa principali, l. per hanc. C. de tem. appell. & §. quia uerò. in authen. de teſtib. ita impedit in cauſa appellationis. Et eſt caſus clarus in cle. ij. de teſtibus. per quem, ſecundum do. Abb. & Imol. hîc redditur ſuperfluus diſcurſus multarum opinionum, in quib. ſe inuoluunt do. Anton. & do meus hîc, & debet ſeruari deciſio illius clemen. etiam in foro ciuili, ſecundum do. Anton. & Imol. hîc, & Pet. de Ancha. in repetitione c. j. uer. ultimò non omitto. s. de conſtit. quia licet quodlibet ius ſeruetur in ſuo foro extra materiam peccati, ut dixit, illud eſt uerum, niſi de aliquo dubio ſint opiniones inter Iuriſtas: quia per deciſionem Papæ cenſetur eorum uarietas ſopita etiam inter eos. Allegant notata in c. licet ex ſuſcepto. s. de foro comp. & in c. cùm per uenerab. lem. j. qui filij ſint legiti. & in c. Raynu. j. de teſta. Et iſtud etiam uoluit do. Anton. in c. ſuper literis. per illum text. s. de reſcript. & ibi Imol. in ij. not. & do. Abb. in c. cùm tempore. in ult. col. s. de arbi. & do. Anton. in d. c. per uenerabilem. §. rationibus. & in c. j. per illum text. s. de iuram. cal. & in c. & ſi neceſſe. j. de don. inter uir. & ux. & Ioan. de Ana. in c. fi. in ultim. col. j. de deli. pue. & facit,

4 quod not. do. Anton. in c. ſuper ſpe. j. de priuil. ¶ Sed † contrarium, quòd imo in foro ciuili d. clemen. ij. non ſeruetur, firmat latè Bald. in l. eos. §. ſi quid autem. C. de appella. quia quantum præſtat reſtitutio minoribus, tantum præſtat appellatio maioribus, l. præfecti. ff. de mino. Sed minor reſtitutus ad probandũ poteſt apertis teſtibus idẽ probare per teſtes meliores, uel digniores, uel melius ſcientes: ut per Dy. & alios in l. j. §. aduerſus. ff. de ope. nouí nuncia. Ergo idem poterit appellãs, dum modò appelletur à diffinitiua: ſecus, ſi ab interlocutoria: quia nihil nouí in ea adducitur, cle. appellanti. de appella. ut ibi latè per eum, cum quo in hoc ultimo concordat etiam Ang. in l. per hanc. C. de temp. ap. Item pro dicta differentia inter ius ciuile & noſtrum, uide Bald. idem tenentem in d. l. per hanc. per illum text. per quem dicit, quòd ubi text. eſt contra text. ſtatur legi in foro Cæſaris, & canoni in foro Petri. Nec obſtat timor ſubornationis: quia eſt præſumptio imaginaria non neceſſaria: quia docet experientia, quòd teſtes ſolennes non poſſunt ſubornari, ut ibi per eum. Idem tenet Bald. hîc dicens, quòd timor ſubornationis eſt quædã fictio, & uendicat ſibi locum in foro conſcientiæ. Idem Bald. in l. ampliorem: circa fin. C. de appell. & in l. officium. in apoſtil. ff. de rei uendi. & Pet. de Anch. in cle. ij. de teſti. & Angel. conſilio cliij. Et iſta opi. procedere poſſet, ſi pro ipſa eſſet caſus in d. l. per hanc. Sed quia Bald. ibi & hîc reſpondet ad illum text. ſequitur, quòd ſunt opiniones: & ideo deciſio Papæ eis præualet, per prædicta etiam inter eos. Et idem Imol. per hanc rationem in d. cle. ij. Et ad rationem Bald. in d. §. ſi quid. dic, iſto caſu differre reſtitutionem ab appellatione propter diuerſitatem rationis, quæ colligitur ex dicendis in uer. tertiò, in quantum. Quòd autem ſubornatio debeat attendi contra Bald. uide do. Anton. hîc uerſ. quartò didicere. & ipſummet Bald. in d. l. per hanc. in pen. col. Et in hac materia, quando in cauſa appellationis liceat producere teſtes, publicatis teſtibus in prima, uideas ſemper Bald. in Specul. in tit. de appellat. ultra medium, uerſic. caſus talis eſt. & latè in l. eos. §. ſi quid autem. C. de app. & Imol. poſt do. Anton. in c. ad audientiam. el ij. s. de reſcript. latè Angel. in d. l. per hanc. & Bald. in c. j. in princ. ſi de inueſti. inter do. & uaſal. lis ori. & Archi. in c. Oſius. vj. q. iiij. & nõ eſt diſputatio neceſſaria per prædicta magis quærere de cauſa appellationis, quàm de principali: in quo inſiſtunt Legiſtæ: apud quos fit hæc differentia: ſed dicitur eadem cauſa, quo ad nos, ut eſt dictum: & ideo breuiter uidendum eſt generaliter quando publicatio impediat. ¶ Eſt autem iſtud regulare, quòd publicatio atteſtationum impedit productionem ſuper eiſdem articulis, uel directò contrarijs, tam in cauſa appellationis, quàm in cauſa principali. Fallit in multis caſibus, quorum xvij. ponunt hîc Ioan. An. Domi. & do. Abb. poſt Spec. q̃ ponit xxj. in ti. de teſte. §. ſatis ſubtiliter. in princ. quos non refero, exceptis quibuſdam, quibus eſt addendum: poſtea notabimus alios, quos

5 ipſi non ponunt. ¶ Primò † igitur, in quantum limitant, niſi dicta teſtium ſint nulliter publicata, allegando gloſſ. fin. in fin. in c. cùm cauſam. j. eodem, & in dicta cle. ij. in uerb. ritè. & do. de Rota deciſiõe mihi ccclxxiiij. incipiente, Item ſi ad inſtantiam. adde Bart. idem tenentem in authent. at qui ſemel. C. de proba. & in l. qui per ſalutem. in fin. ff. de iureiur. & Angel. in l. per hanc. poſt Bald. in pen. col. & plenè do. Card. poſt alios in d. cle. ij. in j. oppoſitione: & optimè adduci poſſet, quod ſcribit Bartol. in l. non putauit. §. non quæuis. per illum text. ff. de contra tab. & in l. lecta. ff. ſi cer. pet. & Angel. in l. j. in princ. ff. de ædil. edic. & in l. ij. ff. de in off. teſta. & Bald. in l. iij. in prin. ff. de lib. & poſthu. & Bar. in l. iuſtæ. in princ. ff. de acqui. poſſeſ. & in l. fin. §. ſed quia. C. commu. de lega. & Bald. in l. fin. in pen. col. uer. ſed iſta differentia. C. de ſponſ. cum ſimilibus. In quibus habes per diuerſa exempla, quòd quoties fit mẽtio de aliquo actu puniendo, uel priuando, uel ſuſtentando, intelligitur ſemper, ſi eſt ritè factus. Adde etiam Bald. in dicta authen. qui ſemel. in j. col. uerſicul. ſed illa regula. ubi dicit, quòd indiſcreta & præcipitata iudicis publicatio non impedit teſtes iteratò produci. Et adde Guil. de Cu. in l. ueluti. ff. de eden. ubi dicit per illum text. quòd teſtis minùs perfectè examinatus poteſt poſt publicationem atteſtationum examinari: & allegat etiam, quod not. gloſſ. in dicta authen. de teſtibus. §. quia uerò. in uerbo, non habebit. Et iſtud eſt uerum, ſecundum Bald. & Ang. in d. l. ueluti. quando culpa iudicis examinantis nõ fuit perfectè examinatus: ſecus, ſi culpa partis, ut quia minùs diligenter & perfectè capitulauit, per c. per tuas. & quod ibi not. j. eodẽ: & idem uoluit Bald. in c. j. quid ſit inueſt. quod bene not. ¶ Sed aduerte: quia quando publicatio fieret non ritè, uolunt prædicti, maximè do. de Rota, quòd etiamſi quis petiſſet teſtes publicari, & didiciſſet eorum dicta, per hoc non repelleretur à producendo iterum. Sed contrarium, & meliùs, tenet Zenzeli. in dicta cle. ij. & ſequitur ibi do. Card. & collector Rotæ in antiquis, concluſione Ivij. incip. Item not. quòd, ubi teſtes.

teſtes. quia etiamſi non fuiſſet facta publicatio, non audiretur poſt didicita teſtificata, propter timorem ſubornationis, §. quia uerò. in authent. de teſtibus. & c. ultra tertiam. cum ſimi. j. eod. Et quamuis do. de Rota deciſione primò allegata nitantur reſpondere huic rationi, quòd aut in ſecundo examine teſtes dicent contrarium, & non probabunt, tanquam contrarij, aut dicent idem, quod primò, & ceſſabit timor ſubornationis: tamen per hoc non eſt ſatisfactum prędictę rationi: quia poſsibile eſt, quòd non dicent omnino idem, nec contrariũ: ſed dicent pleniùs & magis concludentet, quàm priùs dixerint: & in tali additione imminet timor, ut mihi uidetur, Item ad hanc limitationem uide Spec. in tit. de teſte. §. iam de interrogatorijs. in ulti. col. uerſic. item cautè faciet. ubi docet, cautum eſſe aduocatum in conſiderando, an culpa iudicis teſtis imperfectè depoſuerit: quia non obſtabit tunc ſibi dicta regula. Idem do. Anton. in c. cùm cauſam. el j. in vij. col. uer. ſed ſi iudex. j. eodem, & Ang. in d. l. per hanc. in ult. col. Et idem, quando ante publicationem uolens producere fuit iniuſtè impeditus per iudicem, ſecundum do. Anton. in c. tam literis. in tertio notabili, j. eodem. Pro quo facit gloſſ. in uerb. recepta. in c. cùm I. & A. j. de re iudi. quam ampliat ibi do. Ant. etiamſi ſit concluſum in cauſa. ¶ Secun-

6 dò, in quantum Doct. dicunt, quòd † cõſenſu partium poſſunt teſtes iteratò produci contra dictam regulam: quia in eorum fauorem hoc eſt inductum: & ſic ſuccedit c. ad Apoſtolicam. j. de reg. niſi cauſa eſſet ſuper materia tangente bonum publicum, per c. ſi diligenti. s. de foro compet. ſecundum do. Ant. hîc: ad de Bald. & Sali. idem tenentes in dicta authen. at qui ſemel. Sed eſt fortius dubium, quid ſi alia pars, contra quam productio facta fuit, non conſenſit expreſſè, ſed ſciuit, & non oppoſuit: & uidetur, quòd productio ualeat: quia ita tenet Bald. in c. j. §. item ſi uaſallus. de contro. inueſt. per l. argentarius. §. cùm autem. ff. de eden. Ad idem facit, quod not. Innoc. in c. cùm dilecta. ſuprà, de reſcript. & in c. cùm Bertoldus. j. de re iudic. & dixi in c. quoniam. ſuprà, titulo primo, ſuper gloſ. fin. in iiij. fallentia, ubi probatio admiſſa contra ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam parte nõ opponente, ualet, adeo quòd poteſt ſententia retractari. Ergo fortiùs ualet probatio ante ſententiam: quia terminus ſententiæ fortiùs excludit, quàm terminus ipſam præcedens. Ad idem, quod not. Innoc. in c. per tuas. j. eodem, & Bart. in l. ſi duo patroni. §. idem Iulianus. ff. de iureiur. cum ſimi lib. ubi dicunt, quòd quamuis in iudicio recuperandę poſſeſsionis non debeat pars admitti ad probandum de dominio, ut traditur in c. j. s. de reſtit. ſpol. ſi tamen admittitur parte nõ opponente, ualet probatio. ¶ Sed iſtis non obſtantibus contrarium tenet hîc do. meus: & quòd receptio teſtium iſto caſu ſit nulla, probat principaliter per text. in authen. de teſtibus. §. ſi uerò. in uer. omnino. quod importat: ipſo iure non ualet actus, ubi in illo actu competit officium iudicis: & hoc dicit probari in l. j. §. accuſationẽ. ff. ad Turpil. Ad idem allegat, quod habetur per Bart. in l. ij. ff. de app. recip. & Bald. in l. ij. C. de epiſc. audi. & in l. ſi ea. C. qui accuſ. ubi teſtis receptus poſt terminum nulliter recipitur. Ergo fortiùs in caſu iſto: quia lapſus termini non ita præciſè excludit, ſicut publicatio. Ad idem in terminis allegat Bald. in l. peremptorias. in xj. col. C. ſententiam reſcindi non poſſe. & in l. eos. §. ſi quid autem. C. de appella. Ad idem allegat, quod not. Bald. in l. non dubium. in fin. C. de legi. & in diſputatione ſua, Statuto cauetur, quòd ſenator. & Pet. de Anch. in regula, ea, quæ. in iij. char. de reg. iur. in vj. ubi dicunt ſecundum ipſum, quòd quando pars non opponit, & tamen notoriè conſtat iudici de defenſione partis, proceſſus eſt nullus etiam parte non opponente. Ad cõtraria reſpondet, quòd præſentia partis in hoc nihil operatur, quãdo actus eſt ipſo iure nullus. Præterea ſicut ille, qui non appellat à ſententia, non uidetur uerè conſentire, ſed fictè, ſecundum Bald. in l. Labeo. C. quomodo & quando iudex. & eſt caſus in c. quo ad conſultationem. j. de re iud. ita & ille, qui non contradicit receptioni teſtium. Nec poteſt dici, quòd ſaltem ualeat receptio propter fictum conſenſum: quia nõ procedit in actu illo ipſo iure, in quo nihil eſt, quod imputetur parti, quæ ſciebat ius ſuum ſaluum durare. Non obſtat, quòd propter probationẽ admiſſam parte non reclamante ſententia retractatur: quia ceſſat cauſa, propter quam aliàs non deberet fieri probatio, ſcilicet præſumptio ſententiæ, quæ tollitur ex illis probationibus. Sed ratio ſubornationis non ceſſat hîc ad dictum Bar. in d. l. ſi duo patroni. ubi dicit, quòd facultas agendi de dominio non eſt adempta ipſo iure, prout hîc: & ita reſidet do. meus extendens iſta per quatuor folia: & pro ipſo eſt deciſio Ang. quam nõ allegat, in d. authen. at qui ſemel. C. de proba. quia hoc eſt fauoris publici, ne falſitas committatur: ideo renunciari non poteſt, l. ius publicum. ff. de pact. Sed re uera pro prima opi. plurima adduci poſsẽt, ſed una ratiò ſufficiat, quæ me multùm inclinat: nã ponunt omnes pro indubitato, quòd ut de expreſſo partiũ conſenſu ualeret talis productio, & ſic non obſtaret tunc uerbum, Omnino. poſitum in d. §. ſi uerò modo. ſic in iudicialibus ita uidetur quis præiudicare ſibi per tacitum conſenſum, ſicut per expreſſum. Sed expreſſus hîc ſufficit. Ergo, &c. Minor & cõſequentia patent: maiorem probo per text. ubi etiam ad incurrendum delictum ęquiparatur actus tacitus & expreſſus in iudicio. Ad idem text. in l. cùm oſtẽdimus. §. fin. ff. de fideiuſ. tu. ibi, patientia in iudicio habet uim ſtipu. & illum text. ad hoc facit ſing. Bart. in l. j. in princ. ff. de uerb. ob. & in l. fi. ff. de præt. ſtip. & in l. fin. §. j. ff. qui. ap. non licet. & in l. cùm quis decedens. in prin. ff. de leg. iij. & Bald. in repetitione l. tale pactum. §. qui prouocauit. in vij. & xj. col. ff. de pact. Ad idem, qd̃ no. Inn. in c. ex parte decani. poſt medium gl. ij. s. de reſcr. ubi dicit, q̃ ſi dominus uidet cauſam ſuã agi p̃ falſum, p̃curatorẽ, & nõ cõtradicit, tenẽt geſta ab illo, p̃curatore, etiam ad ſui præiudicium: & ſequit̃ Old. conſ. ccix. incipiẽte, Pro fundamẽto. ad fi. & Ang. in l. mutus. §. is, q̃ p̃curatorẽ. p illũ tex. ff. de p̃cu. & do. Car. & Imo. in c. cùm olim. s. de offi. deleg. & do. Ant. Imo. & do. Abb. in c. quãuis. j. de re iud. & Archi. Io. And. & Do. in c. q̃ ad agendũ. de procu. in vj. & Ro. in l. quæ dotis. ff. ſol. matri. cũ multis ſimi. Et poſito, q̃ de hoc dicto Inn. fiat dubiũ, tamẽ ſaluat̃ in uno caſu, per quẽ procedit in p̃poſito, uidelicet ubi nõ ſolùm ſciẽte & patiẽte, ſed etiã præſente domino aliquo cõparẽret. Ita dicit Bal. in l. j. ff. de neg. geſt. & Guido de Suz. in l. licet. C. de procu. Ad idẽ uide do. Abb. in c. cùm contingat. in v. col. s. de offi. deleg. ubi ex dictis gl. in uer. nihilo minùs. & aliorũ, ibi notat theoricam, de qua exclamat, q̃ ſi cõtra præſumptionem iuris & de iure de facto admittit̃ probatio patiẽte eo, cuius interest, ualet, p̃batio. Ex quo infert in terminis noſtris, q̃ ualebit, p̃batio admiſſa poſt publicatas atteſtationes ſuper eiſdem, uel directò cõtrarijs. Et pro illa theorica dedi cõcordantes in d. c. quoniã cõtra. ſuper gl. fi. uerſ. fallit quartò. Et hãc opinionẽ in terminis no. etiã Ang. in l. p̃ hãc. in viij. col. C. de temp. ap. & Bal. in authen. at qui ſemel. in j. col. C. de proba. & Imo. in cle. ij. de teſti. ſatis de mente gl. ibi in uerbo, p̃ducere. & do. Ant. in c. ultra tertiã. in v. col. j. eo. Et facit, quod notaui poſt Inno. in c. in cauſis, ad fi. s. eo. Non obſtat, quòd dolus futurus remitti non poteſt, l. ſi unus. §. illud. ff. de pac. Et ſic dolus ex ſubornatione nõ uidetur remiſsibilis: quia illud eſt uerum in dolo uero, non in dolo præſumpto, ſecundũ do. Ant. hîc. Quam reſponſionem nota ad multa. Non obſt. no. per Cy. in d. l. ſi ea. quia reſponde ex ijs, quæ dixi in c. licet. s. tit. j. ubi de hoc fuit longum examen. Non obſt. quod no. Bald. in d. l. non dubium, quia ibi perſona erat omnino inhabilis,

c. fraternitatis.

bilis, ut pleniùs habetur in locis, quæ allegaui in d. c. in causis. in fi. Nihilo minùs propter authoritatē do. mei poteris consulere peritiores. ¶ Tertiò, in quantū Doc. limitāt hanc materiam, nisi ecclesiæ, uel minori per uiā restitutione in integ. subueniretur: & allegant Innoc. in c. auditis. §. de restit. in integ. & Bart. in l. j. §. nunciatio. ff. de ope. nō. nun. Adde Bald. & Sali. idem tenentes in d. authen. at qui semel. & Ang. in l. ubi exigitur. ff. de eden. & Spec. plenissimè in tit. de resti. in integ. §. uidendum. uer. quid si in causa minoris. & do. Ant. do. Abb. & pleniùs Imo. in d. c. auditis. & Bald. post Innoc. in c. pastoralis. in prin. §. de causa poss. & propri. & ibi do. Ant. in xx. col. & eundem in c. cùm uenissent. j. eo. & Rōtam decisione cliiij. incipiente, item nota, qualiter. in antiquis: & Bal. in l. eos. §. si quid aūt. C. de ap. & Ro. in rub. ff. de arbi. in iij. col. & ibi dat exemplum, si produco ignorāter testes inhabiles: quia restituí debeo ad eosdē reproducendos cessante inhabilitate: putà, excōmunicatione, uel alia. ¶ Fallit tamē primò, nisi prædicti fuissent sufficienter diligētes in perquirēdis testibus: quia non restituuntur, ex quo nō possunt dicere sui facilitate, uel alterius dolo lædi, secundū Spec. ubi suprà, & in l. fi. C. de in integ. resti. min. ¶ Fallit secundò, nisi petereť restitutio super aliqua exceptiōe dilatoria, uel declinatoria, quæ nō cōcerneret merita causæ: quia illa dicit modici præiudicij, dato q̄ non probaret: arg. l. fideiussor. §. quædā. ff. mandati. Et pro modica læsione nō cōceditur restitutio, l. Seio. ff. de in inte. resti. Ita sentit Inn. in c. corā. post prin. gl. quæ incipit, iustū fuit. §. de resti. in integ. Bald. in d. l. Seio. & in l. peremptorias. in iiij. col. uersi. quæro, utrùm sicut minor. C. sen. rescin. non pos. ¶ Fallit tertiò, nisi petereť restitutio ad finē opponendi crimina cōtra aduersariū: quia ecclesia & minor ad hoc nō restituuntť, ut dicit Cōpost. in c. qđ sicut. §. de elec. & est gl. pe. in cle. nō potest. de procur. & no. do. Ant. post gl. j. in c. licet. j. de accus. & Bal. in l. fi. C. in qui. caus. in inte. resti. non est necess. Spec. in tit. de resti. in integ. §. tj. uersi. sed pone, ecclesia & do. Ant. in c. auditis. in vij. col. & ibi do. Abb. §. de resti. in integ. & Bal. in l. auxilū. & ibi bonus tex. ff. de mino. ¶ Super hoc etiā no. duo. Primò, q̄ restitutio cōcessa in casu isto, nō prodest aduersario, ut etiam possit cōtra ecclesiā producere, secundū Bar. in d. §. nunciatio. & Imo. qui ipsum refert in d. c. auditis. in ult. col. per id, quod habetur in l. etiā. §. ex causa. ff. de mino. Non obstat l. petendæ. C. de temp. in integ. rest. pet. quia hîc non datur noua dilatio, sed auditur, perinde ac si esset intra primam dilationē ante publicationem. Istud aūt intellige, secundū prædictos, nisi omissio probationis ipsius personæ priuilegiatæ fuisset in causa, quare aduersarius non priuilegiatus omisisset etiā testes producere, ut per ipsos: quorū dictū procedit, nisi omissio fuisset ex dolo ipsius aduersarij, p̄ id quod no. Ang. in l. qui res. in princ. ff. de sol. ubi dicit, quòd nunquā prodest restitutio aduersario, quando læsio minoris fuit eius dolo, per tex. ibi, quem reputat sing. in uersi. huic applicatur. cum sua gl. & ibi Bart. ¶ Fallit etiam istud notandum, ut per Io. An. in Spec. de dila. §. uidendum. uersi. in summa. cui adde Bal. in d. l. per hanc. prope fi. & in l. iij. §. sed utrùm. ff. de mino. ¶ Item secundò circa hoc nota, quòd mulieri & rustico non succurritur propter iuris ignorantiam in casu isto, secundum Bart. in d. §. nunciatio. per l. fi. C. de iur. & fac. ign. Et quoniam in talibus non succurritur in ijs, quæ sunt inducta ad rigorem iuris conseruandum, ut in iudicialibus & similibus, ut not. xxxviij. dist. in summa, & j. q. iiij. §. ult. & Bal. in l. fi. in iij. q. C. de iudeli. & Bal. Pau. & Ro. in l. iuris. C. qui admit. & Sal. in l. pen. eod. tit. cum si. Vnde si per errorem iuris rusticus fecit testamentum non seruata debita solennitate, erit nullum, l. fi. C. de testa. Et idem, si ductus errore aduocati nō produxit instrumentum, uel testes in instrumēto, in termino, ut in dictis locis nota. Et hoc intellige, nisi probaretur rusticum non potuisse consulere peritiores, secundum Bald. & expressiùs Sali. in l. j. C. de iur. & fac. igno. Et ista extende etiam ad restitutionem, quæ datur maioribus ex clausula generali, secundum Innoc. & Hostien. in c. proxi. & ibi dicetur. ¶ Reliquas limitationes Doc. non refero, & unam ex suis uidebimus in c. constitutus. j. eo. & unam in c. ueniens. j. eo. & unam in c. cùm clamor. & unā in c. de testib.
7 & unā in c. causa. j. eod. ¶ Sed † ultra ipsos limita etiam, quod dictum est in regula, & quod erit sufficere. si sunt didicita, hoc est, didicita testificata: quia limitatur, nisi testes examinati in causa principali, dixissent, super articulis se nihil scire: quia tunc possunt nouí testes produci in causa appellationis super eisdem, secundum Bal. sing. in c. j. §. si enim. quid sit inuestit. super quo instat hîc do. meus non bene exprimens quid uelit, sed uidetur cōcludere, quòd istud sit uerum, dum modò non potuerit in principali alios producere cognita publicatione. Et dicit eleganter Io. An. in Spec. eo. tit. §. nunc uidendum. ad finē in additione, quæ incipit, disputauit. q̄ si de delicto & de fama fuerūt facta capitula, & testes solùm interrogati de delicto, dixerūt in fi. se nihil plus scire, poterūt postea de nouo produci super summa: quia intelligiť, nihil plus, scilicet super interrogato. ¶ Item [a] limita, nisi † fuissent
8 producti testes de peritia artis, secundum Bal. Imo. do Abb. in c. causam. §. tit. proxi. & ibi retuli: quia sicut nō obstat sentētia, multo minùs publicatio. Facit, qđ habeť in c. ppo fuisti. eo. tit. & in specie no. etiā Io. de Ana. in c. significasti. el ij. j. de homi. & Bal. in d. c. ppo fuisti. in fi. quia nō sunt propriè testes, ut per ipsum. Idē est, qñ pbatio habet fieri per inspectionem alicuius rei, sm Bal. in l. si quis testibus. in ult. col. C. de test. Quod intellige, ubi illa inspectio est super peritia artis: aliàs secus, putà si super damno dato. ¶ Itē limita generaliter in testibus deponētibus, nō in figura iudicij, nec de ueritate, sed de cōscientia, ut probāt, pximè dicta. Et ita signanter notat Bal. in authen. sed cùm testator. in pen. col. C. ad l. Fal. & do. Ant. in c. cùm olim. el j. in j. col. per illū tex. j. de priuileg. ¶ Item limita in casu c. series. j. eo. qñ, pducuntť testes & instrumēta simul, sm do. Ant. & Imol. ibi. ¶ Itē limita, nisi materia antiqui capituli repetať in nouo, nō tñ ad finē

a Item] Adde, quòd quæritur, nunquid indistinctè publicatio attestationum impediat testium productionem super eisdem capitulis? unde dubitatur, utrùm peremptà instantia per ipsum temporis limitata de iure cōmuni, iuxta l. properandum. C. de iudic. uel limitata ex forma statuti: quo casu est eadē instantia iuris cōmunis restricta p statutum loci, ut not. Bald. in l. in contractibus. §. illo. C. de non nu. pec. & quod not. Pau. de Cast. l. cū potest. ff. quando actio de pec. est anna. Sali. et Doc. in d. l. properandum. in princ. si instantia renouatur, an poßint p̄duci alij testes, nō obstante, quòd in prima instātia esset publicatus p̄cessus, & didicita essent testificata: & certè sic. Ita dicit Pet. de Anch. in cle. ij. de testi. in iij. fallentia. Ioan. And. in isto tex. in fin. Idem tenet do. Ab. hîc in iij. col. in uer. iiij. ubi perit instantia. Idem tenet do. Card. in d. clem. ij. in iiij. q. Et ista est communis opi. à quà in iudicando non est recedendum. Adde tamē, quòd do. Alex. in cons. suo lxj. in iiij. uol. uidetur tenere cōtrarium: tamē nō multùm clarè, neque allegat prædictos Doctores. Ideo tene primam opi. quia communis. Et in quantū dico, q̄ do. Card. in d. cle. ij. tenet, quòd in secunda instantia admittuntur testes, hic nō est uerum: sed bene dicit, quòd communiter Scribentes ita tenent. in c. fraternitatis. de testi. et sic probat, quòd sit communis opi. tamen ipse tenet contrariū. Vnde in practica credo, quòd uix poteris obtinere, quòd in secūda instātia admittantur testes post publicationem testium. Tamen probabis: quæ si cōsuetudo erit, obtinebis.

pro

pbandi aliq̄d sup̄ antiquo, secundū Imol. in c. cùm causam. el ij. in ultimo notab. j. eo. ¶ Itē limita, nisi à iudice fuisset qs iniustè repulsus approbādo ante publicationē, secundū Bal. in c. ex parte Adæ. uer. not. §. eo. per illū tex. Et est notabilis limitatio totius materiæ, secundū eum, & do. Ant. in c. tā literis. in prin. j. eo. ¶ Itē † limita,
9 nisi in diuersa instātia, secūdū Ang. in l. si qs in seruitute. ff. de fur. de quo j. eod. c. cùm uenissent. Item, nisi repetanť ut declarēt, nō ad instantiā partis, sed officio iudicis, secundū Ang. ibidē dicentē esse gl. sing. in §. qa uerò, in authen. de testi. de quo dicetur in c. cùm clamor. j. eo. post Bart. in l. repeti. ff. de quæst. ¶ Itē limita, nisi testes partis aduersæ deposuissent sup̄ eo, quod nō cōtinetur in capitulis, nec de quo potuissent cogitare, secundum do. Ant. do. Abb. & Imo. in c. iurauit. §. tit. j. & Ioan. An. in Spec. eo. tit. §. iam de interrogatorijs. circa fin. uer. ílud autem. & do. Abb. post Inno. in c. ex tenore. in iij. lectura. j. eo. Facit, quod no. do. Car. post gl. in d. cle. ij. ubi dicit, quòd si testes deposuerunt super articulo non incluso in articulis, possūt super eo reproduci: quia nihil potest imputari parti, cur super eosdē eos uel alios non produxit. ¶ Item limita, nisi super capitulis non productis aliquid dixerint, secūdum Bal. hîc post Inn. Qđ est notabile, secundū eum, & uidetur esse idem, quod in præcedenti limitatione. ¶ Item limita non procedere in causa matrimoniali, secundū Bal. in authen. nunc si hæres. in j. col. C. de litig. & do. Abb. in c. sicut ex literis. per illum tex. de spon. Facit c. ex tenore. & c. series. per illum tex. j. eo. ¶ Item nec in causa monachatus, ut probat gl. relata ad tex. in c. presens. in uerbo, patrem. xx. q. iij. ¶ Item limita, ut per Bal. in l. ampliorem. quasi in fi. C. de appella. ubi dicit, quòd pro absente potest iudex post didicita testificata nouos testes recipere, per illam l, iuncto c. cùm loānes. j. de fide instru. quia in iudice cessat timor subornationis. Allegat Inn. in c. cùm clamor. j. eodem, inferēs unam cautelam mirabilem, sed ipsam reprobat Ro. in l. iiij. §. hoc autem iudiciū. in ij. col. ff. de damno infect. quia iudex debet supplere intra tempus, quod potuisset pars, secundum glos. in l. filius fa. §. uetera. ni. ff. de procurato. ¶ Item limita in casu mirabili, de quo per Inno. in c. cùm clamor. j. eod. & sequitur do.
10 Abb. hîc, & Bal. ibi: & ibi dicetur. ¶ Item † limita, nisi esset tertius uolens producere testes super eisdēmet capitulis: quia potest, secundum Spec. in tit. de teste. §. satis utiliter. in j. col. uersi. quid si à sententia. ubi tamē cōcludit, hoc esse uerum, si ignorauit causam ad se spectātem agi: secº dicit, si præsens fuit in iudicio, & tacuit, nec sibi fuit negata licentia docendi de iure suo, ut ibi per ipsum: cum quo cōcordat Bart. in l. si perlusorio. §. j. uersic. secundò est uidendū. ff. de appel. Et sic intellige, quæ super hoc latè habentur per do. Anto. in c. quamuis. in xxiiij. col. uersi. quæro sextò. j. de re iudi. ¶ Item limita, nisi ille, qui dicitur ante publicationem didicisse attestationes, probaret se non perfectè legisse, secundum Domi. in c. cùm personæ. in fin. princip. ff. de priuile. in vj. ubi dicit propter glo. in uerbo, integraliter. quòd ex uisione attestationum non præsumitur quis plenè perunctasse: quod expressè tenent Inn. Hostien. do. Ant. & Bal. latè in c. ultra tertiam. j. eod. & ibi dicetur de hoc: & etiam de illo, qui auscultauit post parietem, quādo fiebat examinatio, & de illo q̄ non legit attestationes, uscq̄ in fi uel non legit originale. ¶ Item limita v. modis, ut per Rom. in rub. ff. de arbi. in xiij. col. ¶ Item limita materiam ex dictis Imol. in l. admonendi. in xxxiij. col. uersi. tu autem aduerte. ff. de iureiuran. ubi ponit, quòd post publicatos testes licitè potest deferri iuramētum: de quo ibi, & in c. fi. j. de iureiuran. qa cessat timor subornationis. ¶ Item limita ex ijs, quæ dixi in c. licet causam. super glo. in uerb. opponi. in prima cōclusione super tit. j. & ibi dicit do. Ant. in xiiij. col. q̄ possunt produci testes super articulo partim antiquo, partim nouo: quod nota propter istum tex. in uerbo, duntaxat. ¶ Item limita, ut per Bal. in l. si quis testibus. in fi. C. de testi. ubi dicit, quòd post didicita testificata potest per rei euidentiam probari contrarium. Allegat Spec. in tit. de proba. §. uidendum. uersicu. hoc quoq̄. & exemplificat, quando testes dixerunt quem gladio interfectum, & ostenditur corpus nō esse alicubi uulneratum, ut ibi per eum. Pro quo uide, quod notat Bart. in l. j. §. fin. ff. quēad. test. ape. & Cy. in l. ij. C. quæ sit longa cōsue. & Bal. in l. j. C. de testa. & latè in l. de quibus. in penul. charta. ff. de legi. & facit, quod not. do. Ant. in c. causam. in fin. §. tit. j. ubi dicit, quòd publicatis attestationibus admittitur probatio per inspectionem confinium, uel instrumentorum. ¶ Item limita, ut per Ang. in l. fi. C. de testi. nisi testes inducātur ad solam præsumptionem. Allegat Innoc. qui hoc dicit eleganter in c. cùm dilecti. in fi. glos. quæ incipit, hodie. j. de accus. Idem tenet Bart. dicens, q̄ faciunt indicium, in l. ij. §. fin. ad fi. ff. de appell. recipi. Et hoc nota. ¶ Item limita, nisi in contrarium esset consuetudo, secūdum Io. And. in addi. Spec. in tit. de excep. §. dicto. uersic. sed nunquid publicatis. quem sequitur do. Ant. in c. series. in j. col. j. eod. Tamen contrariū sensit gloss. fi. in fi. in c. per tuas. j. eodem: & fortè melitùs, qa consuetudo caret ratione. ¶ Item limita ex eo, quod no. do. Flor. in l. cūm de indebito. prope fi. ff. de proba. ubi dixit, quòd ille, qui produxit testes ad probādam præscriptionem, potest post publicatas attestationes eos reproducere, ut interrogentur de titulo, uel de cōtinuata bona fide: quia spectabat ad iudicem interrogare eos priùs de hoc. Allegat Inn. in c. per tuas. j. eo. Sed hoc non credo simpliciter uerum, per id quod dicetur paulò j. uersi. item necessarium. ¶ Item limita, ut per Bal. in c. j. §. si uasallus. in j. col. uersic. extra ordinem. de controuersi. inuesti. Cuius tamen dictum non uidetur limitatio, sed probatio super capitulis indirectis. ¶ Itē limita in causa hæresis, secundū Ang. in d. l. per hanc. in viij. col. Allegat c. fin. de hære. in vj. Idē Do. in c. ut officium. §. uero. eodem tit. & lib. & Bal. in l. eos. §. si quid. in fine, C. de ap. ¶ Item limita, ut per do. Ant. in c. attestationes. in iij. col. uersi. quintò obuiat. j. de despon. impub. ubi dicit post Host. per illū tex. q̄ ubi nō uariať articulus in substātia, uariať tamen modus facti. Ad idē cōcludendū possunt produci testes super eisdē articulis. Et dicit, nota: quia nō audiuisti tale uerbū, in tit. de testibus. ubi tantùm clamať de ista publicatione, tñ posteareuocat, q̄a est idē timor. ¶ Itē limita, nisi agať de periculo animarū: qa ista rigorosa subtilitas tūc nō attendiť, secundū. do. Ant. expressè, ubi suprà, p̄ximè, uer. quintò obuiat. ¶ Itē † limita
11 trib. modis, ut p̄ do. Ant. in c. at si clerici. in prin. in viij. col. §. de iudic. ¶ Modò quæriť [a], utrùm sola publicatio sufficiat ad effectū, de quo in regula prædicta, etiāsi pars nō didicit p̄ ipsum testificata? & in hoc uideť, q̄ non: qa ita tenet gl. iij. in c. cōstitutis. lo ultimo, j. eodē: & do. Ant. hîc, & Spe. in d. §. satis utiliter. uer. qd si publicatæ. eodē tit. §. fin. uersic. qd si renunciās. Bal. in c. iurauit. in iij. col. §. tit. p̄ximo, dicēs, Bar. ita cōsuluisse. Mouenť isti, qa cessat timor subornationis. ¶ Contrarium tenet Host. in summa huius tituli, §. utrùm. uersicul. dicas igitur. & Io. And. & do. Ant. in d. c. cōstitutis. & Bal. in d. l. p̄ hanc. in antepenul. col. uer. sed statim quæro. & Imo. & do. Ab. hîc, & do. Card. in cle. ij. in v. q. eodem tit. & Pet.

c. fraternitatis.

a Modò quæritur] Adde tu, an sola publicatio testiū facta de cōmuni cōsensu partiū impediat nouā productionē, quādo ipsa dicta testiū nō sunt uisa, uel didicita: in hoc licet prima cōsideratione uideatur dicendū, quòd sic, eo quia publicatio attestationū uidetur esse terminus exclusiuus productionis testium, c. cùm uenissent. j. eo. cle. men. ij. eo. ti. Imo. in isto text. & hic etiam do. Abb. in v. col. in uersi. sed circa prædicta. ubi dicit, q̄ per solā publicationem testiū intelligitur præclusa uia prodducendē

6 quòd † licet de stylo curiæ Romanę oporteat exprimere ualorẽ beneficij in impetratione,ut per do. Cardi.in cle.j.de præben.& do.Abb.in c.fin.j̃.de præsump. & do. Cardi. consi.xxxiiij. cum concord. tamẽ fallit in gratijs cõcessis motu proprio,secundũ Pet. de Anch.latè consi. cxxxij.qd incipit.De natura & efficacia clausulæ,Motu proprio.ubi uide. Et est hodie regula cãcellariæ sub rubrica de beneficijs uacantibus.quãuis olim esset regula in contrariũ,ut per Pe.de Anch.in addi.consi.ccxc.ubi singulariter ipsam limitabat non ,pcedere in concessionibus factis do. Cardi. ¶ Tertiò not. ꝙ † licet Papa
7 in dubio nõ præsumitur uti plenitudine potestatis , secundum Inn.in c.innotuit.ad fi.s̃. de elec. quẽ sequitur Ang.in l.benè à Zenone.in j.col.C.de quadri.prescri.& Bal.in l.testamentũ.C.de testa. & in proœmio feudorũ, & do.Abb.in c.ad hæc.s̃.de rescrip.cum cõcor.tamẽ fallit,ubi est clausula,Motu proprio.secundũ do. Anto.in c.constitutus.s̃.de rescrip. ¶ Quartò nota,ꝙ proprius motus principis nõ solùm tollit uitiũ obreptionis , sed etiam firmat gratiã : & hoc uerũ in his, in quibus princeps habet plenã notitiã, ut l. idẽ Vlpianus. ff. de excu. tuto.Sed in his,quorũ princeps nõ habet plenã notitiam,proprius motus tollit obreptionẽ: nõ tñ firmat gratiam cõtra obstantia incognita principi. Ita scribit Bal. in l.fi.C. de crimi.sacrilegij. ¶ Quintò no,secũdũ Ang. in l.imperialis.§.similes. C.de nup. ꝙ per clausulã,motu proprio. censetur dispentatũ super omni macula & defectu:& sequitur Ana in c. fraternitatis.j̃. de schisma. Sed hoc non procedit:quia non tollit,nisi uitium surreptionis,ut s̃.dictũ est:& §.similes.intelligitur,quãdo intercessit certa scientia principis , ut etiam intellexit ibi Bal.Et sic apparet plus operari clausulam,ex certa scientia.quàm clausulam,motu proprio.licet ambas æquiparet Bal.s̃.in rubr.de offi.dele. ¶ Sextò nota,quòd licet aliàs quis debeat recipere pro se, quod accipit contra se,c.si Romanorũ.xix.disti.cum similibus:tamen fallit in cõcessis motu proprio,l.iij. in princ. & ibi omnes, ff.quod quisq; iuris.& est gl.ordina. in c.ij. s̃. de mu.pe. quam do.Abb.facit singularem in c.j.s̃.de rest. in integ. de quo tamen per eundem in d.c.ij. ¶ Septimò nota,
8 quòd † secundæ literæ concessæ motu proprio,non facta mentione de primis,ualent,secundum do.Ant.in c. exposuit.s̃.de dila. quia tollitur surreptio, d. clemen. si Rom.licet aliàs secus,per c.cæterùm.s̃.de rescrip. ¶ Octauò nota,ꝙ † licet secundæ literæ reuocantes primas
9 non irritent processum factum uigore primarum ante earum notitiam,ut in c.audita.s̃.de restit.spo.tamen fallit,si secundæ sint concessæ motu proprio, secundum Imo.plenè in c.cæterùm.s̃.de rescrip. Allegat Inno.in c.j. s̃.de concess.præben.in vj.& in c.cùm contingat.s̃.de rescri.& est ualde notandum. ¶ Nonò nota,quòd prohibitus sub pœna exercere, uel impetrare certum officium,nõ incurrit pœnam, si illud consequit motu proprio principis. Ita decidit Io.de Ana. in c. cùm sit.de iudi.Quod intellige,dum modò superior sciat de eius cõditione,ut per eundem in c. quàm perniciosum.j̃.de usur. ¶ Decimò no.quòd illud, quod dicitur in d. c. si motu proprio. in fi. ꝙ non dicitur factũ motu proprio, nisi quando exprimitur in literis.Fallit,ubi notoriè cõstaret de motu proprio : quia forte persona, cui prouidetur,est in loco adeo distanti,ꝙ nullo modo potuisset petere gratiã : uel per alios modos hoc cõstaret. Ita no. latè Rota decisione ccxxvj. quæ incipit,item licet.quòd Romana curia.ubi uide.Sed contrariũ tenet do. Domi. in d.c.si motu ,pprio.in penul.col.dicens se fateri,ꝙ per istas consecturas probat Papam à se motũ fuisse, ut cõferret:sed ꝙ talis cõcessio dicatur habere effectũ, quem habet gratia exprimens motum propriũ , hoc negatur per illum tex. qui sic limitauit illum effectũ . Posset etiã assignari alia ratio,secundũ eũ, quare expressio requiritur:qa possibile est,ꝙ Papa moueatur ad gratiã cõcedendã,etiamsi sit petita ex motu proprio,nõ habito respectu ad instantiam petitoris.Vnde cùm istud dependeat ab animo Papæ, an hoc faciat instinctu alterius, an suo:ideo uoluit hoc in literis caueri,secundũ Domi. ibi:& sunt uerba bene notãda,ex quibus dubito de eo, qd scribit Bal.sing.in l.nec damnosa. in prin. C. de preci.impe.offe.& exclamat Ro. dicẽs esse nouũ, & se nõ legisse alibi,in l.si uerò.§. de uiro. in xxxj. fallentia, ff. sol. ma.uidelicet ꝙ geminatæ literæ principis in eodẽ facto habẽt uim clausulæ,motu ,pprio.Et facit,qd no. Io.An. in c.porrecta.j̃.de confir.util. uel inutili.ubi dicit, ꝙ talis geminatio habet uim clausulæ, ex certa scientia. qd secundũ admitti potest: sed de motu proprio nõ est tutum,nisi dicat,uel ꝙ ista sit magna limitatio ad c.si motu.ut qd loquat solùm in beneficialibus, ut in sequẽti notabili. ¶ Vndecimò not.& considera:qa multi sunt casus,in qbus fit differẽtia,an cõcessio fiat parte petente,an ,pprio motu.Et ideo,ꝙ semper presumat parte petente,nisi literæ dicãt de motu ,pprio,nõ uidet bene expeditũ,nisi fortè in casu d.c. si motu.istud probat: quia priuilegiũ clausum in corpore iuris cõmunis,uel statutorũ,non præsumit concessum ad postulationem:ideo in talibus nõ habet locũ retorquutio, de qua in l. iij. in prin.ff.qd quisq; iuris.Ita uoluit gl.notabilis in authẽ. quas actiones.& ibi clariùs Bart.C. de sacrosan.eccle. & Bart.in l.j.in fi.C.de bo.uac.li.x. de quo in d.c.ij.de mut.

p:ti.

c.personas.

peti.& in d.l.iij.Ad idẽ,qd notat Bal.in d. authen. quas actiones.in j.col.ubi dicit, ꝙ si omnibus ecclesijs concedatur priuilegiũ,censetur concessum motu proprio: qa impossibile,uel difficile esset,ꝙ supplicassent omnes ecclesiæ mundi.Ad idem,qd no.Gul.de Cug.in d.l.iij. §.j. ff.qd quisq; iuris.ubi dicit,ꝙ quãdo procedunt merita illius,cui facta est cõcessio, præsumit in dubio cõcedentem cõcessisse occasione meritorũ, & nõ ad postulationem eius,cui cõcessit:arg.l.si uerò nõ remunerandi.§.idem Papinianus.ff.mandati. ¶ Duodecimò no.quòd
11 cõcessio facta ꝑ principẽ de nouo pedagio in loco grauato pedagijs,non ualet, si hoc taceret per impetrantẽ. Si tñ princeps hoc cõcederet motu ,pprio, nõ posset impingi surreptio,& esset parendũ.Ita dicit Io. An. in Spe. de causa pos.& proprie.§.qa uerò.uer.qd de colligentibus.in uerb.adde.Vide tñ eundẽ in c.tj.j̃.de immu.eccl. & ibi do.Abb.in pe.col.ubi dicit,ꝙ quando motu proprio princeps cõcedit talia , si ex hoc subditi grauãtur, possunt à principe implorare remediũ : & idem no. do. Abb.in c.accedentes.j̃.de præscri.prope fi. Sed re uera istud dictũ Io. An. de pedagijs ui destruí per doctrinam Doc. hîc,attento ꝙ princeps per motũ propriũ non indulget ultra præsumptã intentionẽ. ¶ Decimotertiò no.ꝙ licet rescripta cõtra ius in dubio præsumant concessa per importunitatẽ,ut per gl.in c.j. in uerb. noscat. de consti.in vj.tñ secus in concessis motu ,pprio.Ita no. Bal.in l.qd fauore.C.de legi.& do.Abb.in d.c.accedentes. ¶ Vltimò cõsidera ponderãdo bene illud, qd sæpe dictũ est, ꝙ gratia nõ operat ultra intentionẽ scribẽtis etiã motu ,pprio:qa ex hoc apparet, ꝙ quoties in ea est expressum aliqd,quo existẽte uero,uel falso princeps nõ concessisset gratiam, gratia nõ tenet.Et est mirabile: quia licet in beneficialib satis possit operari d.c.si motu proprio. tñ in alijs uidet solùm operari duo : primò, ꝙ sustentabit gratia,ubi aliqd est tacitũ: qd si fuisset cognitũ,obtentũ fuisset,sed difficiliùs: quæ qualitas aliàs annullaret,c.postulasti.s̃.de rescri.sed nunc nõ. ¶ Secundò operabit, ꝙ gratia , quæ aliàs esset odiosa & restringenda,efficitur fauorabilis. Qd amplia, ut dixi in j.notabili.Et pro hac uice sufficiant ista de hac notabili clausula. ¶ In ea.gl.in prin.ibi,cõmissa.no.iuncto tex.
10 ꝙ † quantũ ad nullitatẽ priuilegij dicit lis pendere à tẽpore cõmissionis:qa intelligit causa delegata secundũ terminos iuris cõpetentis tempore cõmissionis,c.fin.s̃. de rescri. Sed quo ad alios effectus,nõ diceretur ex hoc lis pẽdere. Vnde quo ad perpetuandã iurisdictionẽ,nõ requirit citatio,c.gratũ.& c.licet undiq;.s̃.de offi.dele.& quo ad reuocãda attentata lite pendente reqritur, ꝙ emanauerit citatio in forma cle.ij.ut lit.pẽden.Ita declarat Imo.hîc,& do.Car.latè in d.cle.ij.in iiij.oppositione. Videret tamẽ,ꝙ etiã isto casu requirat citatio : qa d.cle. ij. emanauit ad declarationẽ tituli,s̃.ut lit. pen. Ergo fit mentio in c.fi.de priui. obtẽto lit. pen.Ergo d.cle.debet intelligi de illo , ad hoc ut cõstitutio declarãs intelligat secundũ declarata iuxta gl.in cle.statutũ.in uerbo,consuetudine.de elec.& ita tenẽt hîc Host.do.Ant.do. Abb. & do.meus in d.c.fi.ad fi.&Ang.consi.cxc.qd incipit,In Dei nomine,&c.ordinamentũ factũ.& gl.iij. in d. cle.ij. Sed fortè uerior est prima opinio : qa ex quo p istũ tex. cum gl.est declaratũ,qñ lis dicat pendere,quo ad hunc casum,nõ uidet lex noua istã corrigere alio nõ apparẽte:potissimè,qa hîc ponderat furreptio,cùm Papa non cõcessisset priuilegiũ,si sciuisset de cõmissione aliarũ literarũ.Et hoc sufficit per c.sup literis.s̃.de rescri.Bene facit d.c.si.eo.ti. ¶ Sed istã gl.cum tex.intelligẽ,qñ nõ apparet,ꝙ Papa uelit per suum priuilegiũ nõ faciẽs mentionẽ de cõmissione,tollere ius illius,cũ quo lis est mota:qa si hoc appareret,teneret priuilegiũ:si em tollit totum ius suũ,fortiùs auferet ius concessum ad illius iuris executionẽ, seu declarationẽ : ut hîc latè & pulchrè per do. Abb. An aũt in alia instãtia ualeret hoc priuilegiũ,

uide do.Abb.in d.c.fi. ut lit. pen. & est ordinaria materia ibi, ,ppter qd istud omitto,prout faciũt alij, licet sõlus do.meus hîc latè reassumat, ut uidere possis. Et scias,ꝙ ille,qui impugnauit pendentiã litis, nõ potest opponere de surreptione rescripti, quasi de illa pendentia nõ fecerit mentionẽ.Ita cõsuluit Pet.de Anch.consi.xiij. in ci.Viso ,pcessu.Qd limita,ut per eũ.Et de materia per do.Car.consi.lxvij.ad fi.& consi.xciij.& Bal.in l.ex placito.C.de rer.permu. ¶ In gl.fin.ibi,rationabili cursui.
nota † iuncto text. ꝙ priuilegiũ obuium, seu contrariũ rationi,& cõtra solitũ cursum priuilegiorũ, est suspectũ de falsitate.Et istã gl.facit singularẽ do.Abb.in c.ex parte el j.in fi.s̃.de offi. deleg. & uidet tex. melior de iure in c.ex parte.j̃. de capellis mona. & bonus tex. in c. porrecta.j̃.de confir.utili,uel inutili.ubi utens literis carentibus stylo cancellariæ punit de falso.Et cõtra ista deuiãtia à cõmuni stylo,uide c.ex literis.& c.cùm M.s̃.de consti.& c.ij.C.de rescri.& c.ij. de temp.or.& c.in causis.de reiud.& c.ad nostrã.de confir.utili,uel inutili. & c. ꝙ graue.de cri.falsi.& c.cõtra morẽ.& Cald.in ti.de rescrip.cõsi. viij. & Lap. allegatione xxxiij. quæ incipit , An frater minor.Idem dic in sententia lata contra cõmunem stylũ:qa est nulla,secundũ gl.in l.de quibus.ff.de legi.quã facit sing. Ang.in l.j.ff.de offi.assef.Idẽ dic in instrumentis. Vnde nõ solùm nõ fit cõparatio literarũ, ubi dubitat de falsitate,sed etiã styli, secundũ Bald.in rub. C. de emẽda.Iustini.eo.in fi.Idẽ dic in citatione.Vnde si de stylo pal.tij est,ꝙ iudex citet aliquem,ꝙ cõpareat cotã eo, sub pœna x. lib. & emanat citatio sub pœna corporali, excusat non cõparens propter alteratũ stylum.Ita sing. dixit Angel.in l. fi. quæ incipit,præcipimus. C.de cano. larg.tit.lib.x.Idem dic de clausula insolita:quia inducit præsumptionẽ fraudis,ut est gl.in l.ij. ff. de condi. insti. quã ita allegat Bal.in c.tertio loco.in ulti.col.s̃.de proba.& in l.cùm de consuetudine.ff.de legibus.

SVMMARIVM.

1 ¶ *Testis laborans simili morbo,repellitur à testimonio.*
2 *Testes deponentes sibi extortas esse usuras, non probant quem esse usurarium.*

CAPITVLVM XX.

1 PErsonas. ¶ A † testimonio repellitur cõsimili morbo laborans. H.D.Et p istũ tex. in uerb.aut legitimè.inferũt Io.An.do.Ant.& alij,ꝙ non omne probabile est certũ, cùm hæc ponũtur, ut diuersa: & exponit Io.An. Certũ, id est,notoriũ, qd nõ indigeat probatione,per c.quoniã. de fil. presby. ꝑbabile uerò, qd probari potest difficulter. Quod dicit do. Abb. esse notandũ pro statutis,subdẽs omne probabile esse certum natura,licet nobis sit incertum,per l. si pater.ff.sol. ma. ¶ In glo.unica.in fi.Potest intelligi iste tex.in habente consimilem causam,i.habente uitiũ,de quo contra alium producitur: quia censetur crimen aut negaturus,aut leuiaturus. Hinc est, quòd socius etiam criminis repellitur,l.quoniam liberi. C. de testi. & c.uenientes. s̃.eo.Potest etiam intelligi de habente consimilem causam,id est,litem.& sentit hîc gloss.allegando c. causam. s̃.de iudi.& hoc plenè ponit Spe.in tit.de teste. §.j. ad fi. uer.item quòd habet consimilem. Vnde si decisio causæ pro ipso alibi pendentis repellit,ut suspectus,secundum Io.An.do.Abb.& Imol.hîc.Et licet Host.&do.Ant. hîc contrarium teneant : quia, secundum eos, dicta testium non habent uim decisionis iuridicæ, sed simplicis narrationis facti, quod non est in iudice iudicaturo de iure:tamen prædicti eos reprehendunt,& bene:quia nec etiam ad dictum iudicis alius iudicabit, cùm non exemplis,sed legibus iudicetur,l.nemo.C.de sen.& per

gloſſ.in c.de quibus.xx.diſt. Vide ſi habens cauſam ſuper probationem certę cõſuetudinis habeat de ipſa teſtificari:pro alio efficitur ſuſpectus, ne ex ſententia lata ſuper illo poſſet poſtea ſe fundare in facto ſuo,tãquàm conſuetudo fuerit obtenta in cõtradictorio iudicio, ſecundum Imo. hîc. Ex quo infert do. Abb. ꝙ ſi agens ut probet quem uſurarium publicũ, ꝓducatur in teſtem in alio iudicio,ubi de eodem ille uexetur,nõ eſt idoneus teſtis:& allegat Fed.conſi.lxij.Vnde intelligitur ſimilitudo cauſæ omnis illa,quæ arguit affectionem,ſecundum ipſos.Quibus adde Bal.in l.dictantibus. C. de te-
2 ſta.ubi dicit, ꝙ † ad probandũ uſurarium nõ ſunt idonei teſtes illi,qui dicunt ab ipſo fuiſſe ſibi extortas uſuras: quia ſentiunt cõmodum, cùm ueriſimile ſit eos repetituros uſuras in alio iudicio:&, quia haberit cõſimilem cauſam cum illo, pro quo producunt, ſecundum ipſum: quem ſequitur Roma.dicens, eſſe caſum hîc, in ſing.cclxiiij.inci. Volo probare.& ita dicit ſe cõſulturũ. Eſt uerum,ꝙ Cald.in iſto ti.conſi.ult.tenuit in hoc contrarium,habẽs reſpectũ ad aliud,quod obſtabat,uidelicet ꝙ tales teſtes allegarent turpitudinẽ ſuam,ſ.dediſſe cauſam fœnori.Sed iſtud ceſſat,ſecundũ eum,in recipiente ab alias fœneraturo. Tamen per dictã rationem Bal.eius deciſio non ꝓcederet, niſi teſtes fortè iuraſſent ſe non prætendere commodum cõſequi ex teſtificatu, quo ſunt idonei,ſecundum Bal.ubi ſ. Et ſic procederet opinio Cal.Cætera dic,ut per do. Abb.& ſeruiunt, quæ diximus in c.inſuper.ſ.eo.in ultimis quæſtionibus.

SVMMARIVM.

1 ✠ *Iudæus contra Chriſtianum teſtificari non poteſt, ſed bene econuerſo.*
Fallit quibuſdam caſibus,ut nu.2.3.4.5.6.
7 *Iudæus an poſſit opponere Chriſtiano aliquod crimen, ſi producatur contra eum in teſtm.*
8 *Præſumere.uerbum hoc quid ſignificet.*

CAPITVLVM XXI.

Vdæi. ¶ Chriſtianus contra Iudæum admittitur in teſtimonium:nec debet ſibi in teſtificando infidelis præferri. H.D.Et nõ poſſunt Iudæi in contrariũ priuilegiari,cle.j.eo.ti.Et nõ poſſunt ipſi teſtificari cõtra Chriſtianos,licet hîc aliud de facto fuerit,ſecundum gl.& omnes hîc. Nec obſtat, ꝙ in iudicijs debet ſeruari parilitas omiſſa acceptione perſonarum,c.j.& ij. ſ.de mu.peti.quia illud eſt in actore & reo, nõ in teſtibus, ſecundũ gloſ. ſing.in d.cle.j.in uerb.iuri.& ſequitur Imol.hîc:cui adde text.in c.j.ſ.eo.& in c.licet.el j.j.eod.& in c. placuit. iiij.q.iij.& Spec.in tit.de teſte.§.j.uerſi. item quòd eſt Iu-
1 deus.ubi hoc dicitur,ſ.Iudæum † repelli à teſtificando. quod uidetur habere locum etiã in Iudęo nouiter conuerſo,per id,quod dicitur in ſimili,§.j.xlviij.diſt. & ſatis probatur in c.non poteſt.ibi,annunciet.ij.q.vij.Item uidetur habere locum in Iudęo cõuerſo,qui neglexit filios Iudæos ad fidẽ trahere, ut probatur in c.qui crimen.
2 iuncta gloſſ. fin.vj.q.j. ¶ Hoc autem,quòd † Iudæus non poſsit eſſe teſtis, fallit primò,niſi ageretur de cõuincẽdo Chriſtiano olim Iudæo, qui diceretur reuerſus ad Iudaiſmum:quia poterit conuinci etiam per Iudęos teſtes,ut eſt caſus,quem ad hoc ibi not.Domi.in c.contra Chriſtianos.de hære.in vj. ¶ Fallit ſecundò,quando Iudæus producitur in teſtem contra Iudæũ,per c.ſi hæreticus.ij.q.vij.& notat Spec.in d.uer.item,quòd eſt Iudæus.& gloſſ.in l.j.C.de ſum.trini.& in c.multiplex.uer. ſed ſi.in uerſi.fidelium. de pœni. diſtin.j. & ſic Chriſtianus poteſt eum producere contra Iudæum & etiam in-
3 ter ſe teſtificari,l.quoniam.C.de hære. ¶ Fallit tertiò † in teſtamento : quia in eo poteſt Iudæus eſſe teſtis; d.l. quoniam.& ibi Bart.C.de hæreti.& idem in alijs cõtractibus inter uiuos,ut dicitur ibi,& per Bal. in l. cunctos
4 populos.in §.oppoſitionem.C.de ſum.trin. ¶ Fallit † quartò in probanda interruptione præſcriptionis, ſecundum Rom.in l.pactum dotali. C.de colla. Et de hoc dicit eſſe caſum ſing.in d.l.quoniam.circa quam conſideta:quia dum etiam loquitur de hæretico,nõ uidetur habere locum de iure Canonico, ſed quòd ſunt excommunicati omnes,c.excommunicamus.j.de hæreti.& ſic eſt prohibita cum eis communio. Vnde quod dicit d.l. eos poſſe adhiberi teſtes in teſtamento,non uideẽ procedere:quia oportet eos eſſe rogatos,l.hæredes palàm. ff.de teſta.Et ſic ratione peccati non procedit illa l. iuxta notata per gloſſ.in regula,poſſeſſor. de reg. iur. in vj.
5 dixi ſ.in c.in cauſis. ¶ Fallit † quintò,quando Chriſtianus renunciaret huic fauori,ſecundum gloſ. pen.in d.l.quando.& Spe.in d.uer.item quòd eſt Iudæus.per l. ſi quis teſtibus. C.de teſti. Idem tenet do. meus nullum allegans in c.præſentiũ.in ij.char.j.eo.Mouetur per tex. in c.ſi hæretici. ij. q. vij. ubi hæreticus,uel infidelis, licet non poſsit produci contra Chriſtianum, poteſt tamen produci à Chriſtiano contra infidelem. Ex quo dat intelligi,quòd iſta prohibitio eſt facta in fauorẽ eius, contra quem producuntur teſtes. Ergo huic fauori poterit renunciari,c.ad Apoſtolicam.j.de reg.Sed contrarium ſentit Io.An.in Spe.in tit.de teſte.in j.addi.& do. Ant.in c.bonæ.el j.ſ. de elec.& in c.cùm dilectus.ſuprà, de conſuetu. dum ponũt iſtam inhabilitatem inter alias, quæ tacito, uel expreſſo conſenſu partium nõ remittuntur. Et expreſſè firmat Io.An.cõtra Spe.in d.uer. item quòd eſt Iudæus. quia eſſet dare fauorem Iudæo, uel hæretico,contra d.c.excommunicamus.& c. ſi aduerſus. eod. tit.Idem tenet Ioan.de Ana.c. cùm ſit.j.de Iudæ.quia ſiue dicamus, conſtitutionem factam in odium Iudæorum,ut hîc & in cle.j.eo.tit.tunc tali priuilegio Chriſtianus renunciare non poteſt, per id, quod in ſimili dicitur in Macedoniano in l.tametſi.ff. ad Macedoni. Siue dicamus hoc inductum fauore Chriſtianæ fidei: & adhuc idem,per c.ſi diligẽti.cum materia, ſ. de fo. compe.
6 Et hoc uerius puto. ¶ Fallit † ſextò in criminalibus exceptis,ut probatur in d.c. ſi hæreticus. & in c. in fidei fauorẽ.de hęreti.in vj.Nec obſt. quòd illa iura loquantur de hæretico : quia maior prohibitio eſt in hæretico, quàm in Iudæo,ſecundum gl.j.in c.pagani.ij.q.vij. Et licet pro his faciat c.j.de teſti.in vj. tamen contrarium tenet do.Ant.in d.c.j.ſ.eo.pro quo facit gloſſ.in d.c.pagani.æquiparando accuſationem & teſtimonium. ¶ Septimò fallit, niſi Iudæus examinaretur cum cõiunctis,
7 ſecundum Bald.ſing.hîc. ¶ Penultimò † ſcias,quòd Iudæus conuentus à Chriſtiano poteſt opponere contra Chriſtianum in teſtem productum, quòd eſt criminoſus,ſi tale ſit crimen,quod ſit inductum ſecũdum legem ueteris & nouí Teſtamẽti, uel etiam nouí tantùm, cùm hęc faciat ſe defendẽdo,c.cùm inter.in fi.de excep. ſecus,ſi eſſet crimen ſolùm ſecundum legem ueteris Teſtamenti,& non nouí,ut hîc pleniùs per Hoſt. Io.An. &
8 do.Ab. ¶ Vltimò † no.iſtum tex.quòd uerbum Præſumere, denotat aliquid fieri de facto,& non de iure,ut in gloſſ.Ad idem c.precariæ.x.q.ij.& c.ij.ſ.de iudi.& c.ij. cùm laici.j.de iure patrona.& c.j.ix.q.ij.& c.cùm ſingula. de præben.in vj.& c.ſanè.j.de priuileg.& c.licet.j. de reg.& c.ij. iuncto c. xix. quæſtione ij. not. do. Abb. in c. cùm neuiſſent. ſ. de reſti. in integ. do. Card. in cle. j. in xxxix.q.de priuileg. In quibus locis ꝓbatur,quòd ubi quis facit ex ſe, quod debet facere requiſito ſuperiore, dicitur præſumere.Quod not.ad ſtatuta dicentia. Nullus præſumat.

SVMMARIVM.

1 ✠ *Vxor fulget radijs mariti.*
Vxoris dignitas durat etiam mortuo marito.

2 *Filia nupta an dicatur de familia patris.*
Quibus caſibus filia nupta retinet domicilium patris.
3 *Donatio facta ſponſæ, uel ſponſo, ſpe futuri matrimonij, uel collata in tempus matrimonij,an & quando ualeat.*
4 *Maior altero dicitur quis propter quatuor qualitates: & quæ nam iſtæ qualitates ſint.*
Diuitias bonas & iuſtas appetere poſſumus. Poſt nu. 4.
5 *Nobilitas quibus laudibus effertur.*
6 *Canonici maiores non intelliguntur antiquiores, uel potẽtiores, ſed priùs recepti:uel de Doctoribus.*
7 *Officium iudicis plurimùm uerſari in caſu huius decretal. & quare.*
8 *Filius an poſſit conficere inſtrumentum in fauorem patris.*
9 *Pater pro filio an idem poſſit.*

CAPITVLVM XXII.

Vper eo. ¶ Teſtimonium matris eſt ſuſpectũ, ubi filia petit in uirum aliquem maiorem ſe. H.D. Ad dictum ſolius matris de impedimento deponentis impeditur matrimonium cõtrahendum, ſed non diſſoluit contractum. Et materia primæ partis eſt quotidiana, & ſæpe practicatur, ſecundum Imo. hîc.
¶ No.primò inter cætera ibi, incremẽtum & honorem,
1 quòd † per dignitatẽ mariti uxor illuſtratur. Facit lex, ſi Auguſtæ.& quod ibi Bar.ff.de leg.ij.ubi Auguſta coruſcat ex radijs imperatoris,& l.bene à Zenone.in fi.C. de quadri.præſcri.Fortior tamen eſt dignitas mulieris, ſi quam habet ab origine,quàm iſta,ſecundũ gl. & Bal. in l.fœminæ.ff. de ſena. & non reflectitur coruſcatio uxoris mediante marito in ipſum maritũ. Vnde doctor, uel miles non tenetur uxorem appellare dominam,ſecundum Bar.in l.pe.C.de dona. inter uir. & uxor. & per eundẽ in l.ſi poſt.ff.de contra tab.& do.Abb.in c.ex parte.in fi.ſ.de fo.compe.per tex.ubi etiam de hoc per Bar. in l.ſi iudex circumuẽto.in fi.ff.de míno.ubi priuilegio, quo quis gaudeat propter alium, nõ poteſt uti contra illum. Et durat dignitas quæſita uxori etiam defuncto marito,per c.is,qui.in fi.de ſepul.in vj.ſecũdũ do. Abb. hîc,etiamſi ſit priuilegium exorbitans, ſecundũ Bar. in l.quoties.C.de priui.ſcho.lib.xij.& Bal.in l.cùm te.C.de nup.Et retinet domicilium uiri defuncti,l.filij.§. uidua. ff.de manu. dum modò inferiori nõ nubat, ut per Bal. in d.l.cùm te.per illum tex.optimum, C. de reuo. do. & Ange.in l.cùm quædam.ff.de iuriſd.om. iud. & gl.in authen.ſacramentum. in uerb. mulier. C. quando mulier tute.offi.fungi poſsit. Item dum modò retentio huiuſmodi priuilegij nõ ſit ei damnoſa. Vnde ſtatutũ loquẽs de affinibus,ut debeant cõpromittere, non extenditur ad talem,ſecundũ Bal.in l.affinitas.prope fi.C.communia de ſucceſ.& l.ſi.in prin.C.de uer.ſign.Vnde in materia pœnali appellatione uxoris non uenit uidua, ſecũdũ Bar.in l.Titia.§.uſuras.de leg.ij. & Bal. in l.cùm acutiſsimi.C.de fideicom.An aũt filia nupta dicitur de domo patris? Videtur,ꝙ non,ꝙ id quod no.Bar.in l.quoties.C.de priui. ſcho. lib. xij. ubi dicit per illum tex.quẽ
2 multùm notat,ꝙ † priuilegium conceſſum patri pro ſe & filijs maſculis & fœminis,nõ extenditur ad filias nuptas:& ſequitur ibi Ang. & Io. de Pla. & Ro. in d.l. cùm quædam.& in l.j.ff.ad Syl.& eſt mirabile dictũ, ſi eſt uerum, ad inueſtituras feudorum & ſimilia:tum non uidetur illa deciſio uera : quia ille tex. non probat, quòd non comprehendat filiam nuptam, nec de tali loquitur illa lex. Imò ſi in caſu illo tex. hoc dixiſſet, nõ deberet extendi contra regulas iuris uolentes quòd appellatione deſcendentium, uel filiorum ueniunt ſine dubio ita nuptæ,ſicut non nuptæ.Et dicũtur eſſe de agnatione patris, licet nõ illi, qui naſcuntur ex eis,ut inquit tex.in l.j.ff.de iure immu.& in l.j.in fi.ff.de iniu. Et ibi dicitur,quòd pro iniuria illata filiæ nuptæ,quæ adhuc dicitur eſſe in poteſtate patris, ita competit actio iniuriarum patri,ſicut ſi non eſſet nupta.Et pro hoc bene facit: quia filia nupta retinet domicilium patris,ſeu originis in his,per quæ non ſubtrahit à ſeruitio uiri, ut per Bar. in l.ſi.§.pe.ff.ad municip.Et eſt in poteſtate patris,niſi emancipetur,ſecundum gloſ.& Doc.in l.ſi uxorem. C.de condi.inſer. Et eſt habilis ad ſuccedendum patri ad excluſionem remotiorum,ut latè per do. Car. conſi. xciij. quod incipit,A.uſurarius.Vnde ſtatutum prohibẽs forenſem acquirere bona in loco,non comprehendit mulierem nuptam extra locum originis:.quia non deſinit eſſe ciuis,ſecundum Bar.in l. ſi. §. idem reſcripſerunt.ff. ad municip.& Bar.in rub.ff.ſol. mat. & Pau. de Caſ.in l. rei iudicatæ.§.ſi.ff.de re iud.& do.Anton.conſil.xl. incipiente,Viſa forma.ad ſi. niſi ſtatutum loqueretur de ciue non ſimpliciter,ſed utendo uerbis denotantibus actualitatem facti : putà de ciue,qui faciat factiones, &c. quia tunc nõ procedit dictum Bart.ſecundum do.Car. ſingulariſsimẽ conſi.cxxxv. incip. Titius ciuis Feltrenſis. Et de his ſatis pro iure. ¶ Et per iſtum tex. in præ-
3 dictis uerbis infert hîc eleganter do. Abb.quòd † ualet donatio facta ſponſæ,uel ſpõſo, ſpe futuri matrimonij, uel collata in tempus matrimonij,quando ille, qui donat,eſſet inferior alio coniuge:quia nõ uidetur donaſſe in tuitu libidinis,ſeu cõiugalis affectus, ſed ut acquireret illum honorem & parentelam alterius:putà,ſi plebeius diues acceptiſſet nobiliſsimam non diuitem, uel ſenex adoleſcentulam: quia tunc nõ eſt ſimplex donatio,quæ eſt prohibita inter coniuges,ſed etiam remuneratoria:& ideo ualet:quod allegat Bart. in l.ſi ita ſtipulatus,§.ſi tibi nupſero.& in l.ſi diuortio.ff.de uerb.ob.& in l.j. C. de dona. ante nup. Et ad idẽ uide omnino do. Abb. in c. de illis. j. de condi. appo. & in c. gemma.j.de ſpõſ.& in c.cùm in eccleſia.ubi pulchrè loquitur,j.de ſymo.& Bal.in c.accedens. ſ. de procur. & Angel. conſi.v. & in l.j.ff.ſol.matri.& in d.§. ſi tibi. & Imol.in rub. ff. ſol. mat.& dicit eſſe gl.ſing.in l.ſi uoluntate.C. de dotis prõmiſ.& ibi etiam not. Bart.& dic,ut in dictis locis. ¶ Sed aduerte ſolùm ad unum : quia iſtud eſt clarum, quando alter ex coniugibus facit confeſsionẽ de tanta dote animo donandi,& ad id expreſſè ſe obligat : ſed utrùm in dubio ex tali ſimplici cõfeſsione uideatur ſolùm inferre,quòd non curat de dote,ſed de honore,an uideatur etiam conſtituere dotẽ de ſuo,& ſe obligare donando Bart.in d.§.ſi diuortio. & in d.l. ſi uoluntate. & Bal. in l.j.C.de dona.ante nup.dicunt,quòd uidetur conſtituere de ſuo motu,per gloſſ.in l.ſi uoluntate.Sed cõtrarium tenet Sal.in l.ij.C.de dote cauta non nume. & Cy. & Bal.in l.ſi uoluntate.& Roma.in d.l.ſi diuortio. & do. meus hîc,& meliùs:quia nunquam præſumitur donatio,ubi poteſt eſſe aliqua coniectura, l. ſi quod aurum. ff.de ſolu. Hîc autem eſt alia cõiectura, quàm donationis, id eſt, ne uideatur ſibi ducere uxorem indotatam. Poſſet itaque dici,quòd iſtud ceſſat,ubi eſt ipſe ignobilis : uel,ubi uxor puella eſſet,maritus autem ſenex.Sed ſunt aliæ rationes: quia præſumitur hoc facere : quia ſi maritus non confiteretur ſe habuiſſe dotem, & eſſet ignobilis, non inueniret aliàs nobilem, ſecundum Sal. Item,quia ubi aliquid fit ad euitandum uerecundiam, eſt iniuſta cauſa excuſandi ab eo,quod apparenter cõprehenditur:ſicut ſi fuiſſet error,ſecundum Bart.in l.pecuniæ.in fi.per illum tex.ff.de ali.& cib.le. & idem l. ſi ut certo.§. interdum. & quod ibi Bar. ff. cõmoda. & quod no.Bar.in l.in his.§.j.ff.ſol.ma.Eſt autẽ alia ratio,quam do. meus hîc dicit eſſe naturalem & fortiſsimam : quia ſi ex confeſsione mariti inducereẽ donatio,id eſt,quòd uellet conſtituere dotem uxori, tunc reſultaret ex uno actu duplex donatio.Primò illa, de qua per gloſſ. in d. l. ſi uoluntate. quòd maritus obligaret ſe ad alendam uxorem ſine dote. Secundò,quòd obligaret ſe ad reſti-

c. ſuper eo.

tuendam dotem non habitam. Sed hoc non est uerisimile, quòd duplici præstatione uoluerit se grauare, l. Titia. §. qui inuita. & ibi no. ff. de leg. ij. Et ista
4 bene no. quia plerunque occurrent. ¶ No. † secundò ibi, superior diuitijs, & cætera. quatuor qualitates, quibus aliquis dicitur maior altero, uidelicet diuitias, nobilitatem, potentiam, & honorem: & pondera bene, secundum domi. Anton. & Imo. ibi, uel honore: quia illa alternatiua intelligitur repetita in alijs: arg. c. secundò requiris. infrà de appel. Vnde sufficit, quòd in altero uir præponderet uxori. Ita expressè notat Specul. per istum tex. in titul. de teste. §. j. in prin. uersic. sed nunquid sufficit. Et quantum ad primam qualitatem diuitiarum, not. secundum domi. Abb. quòd diuitiæ exaltant hominem, & sic non sunt reprobatæ: & allegat bonum tex. in c. hæc scribimus. in fi. xxx. distinct. & gloss. in c. habebat dominus loculos. & in c. clericus. xij. q. j. Adde Bal. in c. nam concupiscentiam. uersi. quæro, nunquid suprà. de constitut. ubi dicit, quòd licitum est appetere diuitias bono ordine, & bona conscientia, cessante omni fallacia: sicut faciunt boni Doctores salariati, & boni & laudabiles mercatores. ¶ Fallit, nisi quis sit prohibitus hanc negociationem exercere, per l. sed si adficitur. ff. pro socio. secundum ipsum: pro quo uide text. & Barto. in l. si quis stipulatus fuerit. §. fi. ff. de uerb. ob. ubi diuitiæ sine moribus faciunt uideri aliquem non esse idoneum ad saluandum. Et secundum ista intellige illud, Facilius est camelum, &c. & illud, Diuitiæ dimisit inanes: cum similibus. & dicitur Ecclesiastici xlj. Melius esse habere nomen bonum,
5 quàm mille thesauros. ¶ Secunda † qualitas est nobilitas: ex quo colligit domi. Abb. quòd etiam à canonibus fit distinctio inter nobiles & ignobiles: & cæteris paribus nobiles præhonorantur. Allegat c. de multa. in fi. & c. pe. de præben. & gloss. in c. qui contra pacem. xxiiij. q. j. ubi propter nobilitatem alleuiatur pœna. Et de materia nobilitatis tractat solenniter Barto. in repetitione l. j. C. de dignita. lib. xij. Dicit tamen tex. in c. nunquam. lvj. distinctione, quòd ex natalibus nemo unquam fit nobilior, uel deterior. Facit historia, de qua per glossam in uerbo, inuidia. in c. quoniam uetus. xxiiij. qu. j. & ultra ea, quæ ponit Bartol. in d. l. j. Et adde, quòd nullus potest dici nobilis, qui facit artes mechanicas. Tex. est, & ibi Bald. in l. nobiliores. C. de commer. & merca. Et adde, quòd filij nati ex nobili nupta plebeio non sunt nobiles, secundum Bald. in l. fin. in fi. C. de seruis fugit. & in l. ij. C. de iure emphyteu. & est casus in l. exemplo. C. de decurionibus. per quem dicit ibi Bartol. probari singulariter, quòd nobilitas non trahitur à genere materno, etiamsi statutum, uel consuetudo id disponat. Et adde, quòd illegitimus natus ex nobilibus, non potest dici nobilis, secundum Bald. in l. cùm legitimè. ff. de statu hominum. & Imo. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebell. & Bartol. in d. l. j. Et dicit Bald. hîc per istum textum, quòd nobilitas compensatur cum pecunia: & satis est nobilis, qui est diues, secundum ipsum: pro quo facit illud Hieron. ad Cromatium, In patria mea ille sanctior est, qui ditior est. Et subdit Barto. hîc, quòd multo fortiùs est nobilis ille, qui habet famam illustrem. Allegat l. fi. C. de condit. in publi. hort. libro x. ¶ Et scias, quòd nobilis dicitur tribus modis: Primò propter stirpem: & ita uulgaris accipit. Secundò propter uirtutem: & ita philosophus. Tertio propter utrunque: & illa est perfecta nobilitas, scilicet generositas quasi magnitudine decorata. Ita scribit Bal. in d. l. nobiliores. Et quòd boni mores & uirtutes sint species nobilitatis, notat Bartol. in d. l. fi. C. de condit. & cætera. Et no. quòd nobilis uirtuosus præfertur uirtuoso ignobili: sed nobilis non uirtuosus non præfertur ignobili excellenti uirtutibus, secundum omnes, maximè domi. Abb. in c. uenerabilis. infrà de præben. Et per illum tex. dicit ibi domi. Abb. non ualere statuta, quæ uolunt canonicos debere esse nobiles: quia non nocent uirtuosis ignobilibus. Quod no. Rom. singu. ccccc j. qui dicit, episcopum non posse dispensare contra tale statutum, allegando Inno. qui hoc non posse dicitur in c. fin. infrà. de cleri. non resi. Imò dicit idem Rom. in singul. dclvij. quòd nobilitas scientiæ præfertur nobilitati generis. Et dicit Hiero. ad Calantiam: Vera est nobilitas, clarum esse uirtutibus. & Cassiodorus in epistolis: Hæc est indubitata nobilitas, quæ moribus probatur ornata. & Iuuenalis: *Nobilitas sola est atque unica uirtus*: & Aristo. iiij. Politicorum: Ingenuitas est uirtus, atque diuitiæ antiquæ: & Seneca ad Lucillum: Animus nobilem facit, cui ex quacunque causa licet supra fortunam surgere. & in libro de Moribus: Nobilitas est generosus animus. & Claudianus, *Exaltat uirtus nobilitate parens*. & Tullius contra Salustium: Ego maioribus meis uirtute mea præluxi, ut si priùs noti non fuerant, à me nomen accipiant. Tamen dicas, quòd ubi fit mentio de nobilibus in statutis, intelligitur de illis, quos communis usus loquendi appellat nobiles, ut per Barto. in d. l. j. C. de digni. libro xij. Et sic puto intelligendas regulas cancellariæ præferentes nobiles ignobilibus. Et adde, quòd si duo sunt æquales in scientia, tamen ille est magis honorandus, qui est de meliori sanguine, secundum Bal. in l. nemini. in fin. C. de aduo. diuer. iud. Et adde, quòd scientia non facit nobilem superbum, sed rusticum bene inflat. Ita sentit Bal. in l. mercalem. C. de condi. ob turpem caus. ¶ Alias maioritates, de quibus in litera, declara, ut hîc per Scribentes. Et potentiam exponit domi. Abb. s. amicorum. Allegat tex. cum gloss. fin. in c. constitutis. el ij. j. de appel. † honorem exemplificant in consiliarijs principum, uel magnis uiris, uel doctoribus: quia doctoratus est dignitas, ut per Barto. in l. fi. C. de Iudæis. & in l. j. C. de nouo Codi. comp. & aliàs dixi in c. quanto. infrà de magistris. Et aduerte bene: quia secundum subiectas materias consideratur iste terminus, Maioritas. Vnde dicit Petr. de Ancho. in repe. c. j. in xlvij. char. uersi. ego habui in facto. suprà de consti. se consuluisse, quòd si testator iussit post mortem quorundam hæredum bona deuolui ad maiorem de domo, non intelligitur de maiori modis prædictis, sed de maiore ratione ætatis: quia uerba tunc debent intelligi naturaliter, & non ciuiliter, l. fin. C. de ijs, qui uení. æta. im-
6 pe. & ita dicit Bal. consuluisse in simili. ¶ Item † si fit mentio de maioribus Canonicis, non intelligitur de antiquioribus, uel potentioribus, sed de priùs receptis, uel doctoribus, secundum domi. Abb. in c. quæsuit. in princ. infrà de his, quæ fi. à præla. Et de diuersis generibus maioritatum, uide omnino per do. Abb. in c. statuimus. in princ. suprà de maio. & obedi. & Arch. in c. quanquam. ij. q. vij. & Ana. in c. ad liberandum. j. de Iudæis. & gloss. in c. si pluribus. in uersi. maioris. de præben. in vj. & gloss. & Domi. in c. lex est. xxj. dist. Et modos cognoscendi quis dicatur maior in una ecclesia, uide semper per Rom. in nouis. conclu. cclxj. incip. Fuit dubitatum & repetitum. in nouis. decis. ccccxxij. & eleganter per Domi. in c. fi. de offi. deleg. Et cognoscitur maioritas ex dignitate superiorum, secundum domi. Abb. in c. solitæ. in vij. notabili, per illum tex. §. de maiori. & ob. Et quando dicitur quem sepeliendum in sepulchro maiorum, iuxta c. is, qui. de sepul. in vj. si pater & auus essent in uno loco, & proauus & tritauus, in alio: de quibus intelligetur, disputat plenè Old. consil. xxv.

quod

quod incipit, Tale est thema. & Domi. in d. c. is, qui. Item cui non apparent signa prædicta, est in arbitrio iudicis, quis dicatur maior, secundum gloss. in c. sedes. in uerb. dignioores. §. de rescri. & istis adde Archi. in c. corripiantur. xxiiij. distinct. j. de symo. & in c. nam & rex. j. de uer. signif. ¶ In gloss. j. ibi, sed quod hîc dicitur. Not. gloss. quam sequuntur hîc Doct. quòd siue agatur de probanda consanguinitate, siue de probando fœdere matrimonij, procedit distinctio istius text. Sed contrarium latissimè tenet hîc do. meus, motus in effectu duplici ratione. Primò: quia in probanda consanguinitate consideratur, quòd melius est notabilibus personis, c. uidet. allegato in gloss. Et iste respectus facit, quòd aliàs suspectus non repellitur ut suspectus, c. ueniens. in fin. j. eod. l. consensu. C. de repudijs. Vnde frustra ponderatur disparitas. Secundò, quia c. uidetur. dicit illud inductum fauore matrimonij: & sic denotat specialitatem. Sed si fieret distinctio ista, nulla esset specialitas: quia per istã distinctionem tollitur suspicio, & postea nos habemus, quòd etiam in alijs causis cõsanguinei & parentes admittuntur, ubi cessat suspicio, ut per gloss. iij. q. v. c. consanguinei. & l. eos. ff. fini. reg. Ergo nihil esset speciale in probanda cõsanguinitate, secundum ipsum: cui addo Innocent. idem formaliter tenentem in rub. j. qui ma. acc. pos. in fin. & sentit Specul. eod. tit. §. j. uer. item quòd est pax. ibi, quartò fallit. & gloss. xxxv. q. vj. in sum.

¶ Sed cum prima oppositione concordant etiam Hostien. & do. Ant. & do. Abb. in c. uidetur. & est op. tutior: quia si ita est, quòd disparitas causat suspicionem, non dabitur differentia inter utrunq; casum: nam, ut ibi dicunt, etiam in genealogia possent falsum dicere ponendo primum gradum pro secundo. Non obs. quòd ibi propter meliorem notitiam nõ attendat suspicio: quia illud est uerum de illa suspicione, per quam semper cõsanguineus est suspectus pro consanguineo: de qua in §. testis idoneus. iiij. q. iij. & in l. parentes. C. de test:. & latè in Spe. eo. tit. §. j. in prin. uer. item quòd est pater. quia illa tollitur, ut ueritas cognoscatur. Sed ubi ultra generalem suspicionem ratione sanguinis adhuc concurrit alia suspicio propter affectionem honoris & incrementi: ista geminata qualitas præponderat probationi cõsanguinitatis, sicut dicimus, quòd duo uincula fortiùs stringunt, c. j. cum si. §. de treu. & pa. Et sic tollitur prima ratio do. mei. Sic etiam tollitur secũda: quòd nihil esset speciale fauore matrimonij: quia re uera est certa ista specialitas, eo ipso quòd mater, uel consanguineus admittitur pro filio, uel consanguineo contra dictas regulas: quod totum est fauore matrimonij. Si autem disparitas eos utroq; casu inhabilitat, nõ restat dicta specialitas fauore matrimonij, quæ postea rationabiliter cessat concurrente disparitate, ut euitetur duplex specialitas, iuxta l. j. C. de dotis promis. Et ista est plena ac pura ueritas, quam bene no. ¶ In ea. gl. in fi. Dic secundum
7 Host. quem oẽs sequuntur, quòd † in casu huius decre. plurimùm uersatur officium iudicis: quia possibile est, quòd sit disparitas: de qua hîc: & adhuc ex coniecturis testimonium matris careat suspicione, putà si apparêret nobilem ualde duxisse puellã plebeiam, quam aliter non petiturus desponsasset: quod exemplum bene not. sic etiam data paritate, potest elici suspicio, si apparet de maxima affectione matris, secundum do. Abb. in d. c. uidetur. in fin. quod est accuratè signandum, ut sis cautus in practica, dicendo quòd mater ostendat magna signa affectionis ad causam, quam ipse repelles etiam cessante disparitate confirmando arbitrium iudicis ex prædictis. Si tamen iudex sine causa moueretur ad repellendum, poterit appellari, secundum domi. Abb. hîc: pro quo facit gloss. in c. super his. in uerbo, arbitrio. j. de accus. & quod ibi scripsi. Et de alijs consanguineis præter matrem non esset tanta suspicio, sed arbitrabitur prudentia iudicis affectionem, secundum do. Abb. hîc: qui etiam post alios subdit, quòd si sponsus & sponsa haberẽt se ut excedentia & excessa, qa respectu diuersæ maioritatis uterque excedit & exceditur, erit locus arbitrio iudicis: & idẽ Spec. ubi s. ¶ Vltimò, in † quantum do. Abb. quærit,
8 utrùm filius [a] conficere possit instrumentum in facto patris, & remittit ad
9 Spe. de instru. edi. §. instrumentum. in ult. col. uer. itẽ quid si filius. addit do. meus Bart. in l. si pater. ff. ad l. Corn. de fals. & in l. qui testamẽto. §. j. ff. de testa. & ubicq; dicit, quòd potest, per notata in l. impuberem. §. fi. ff. de falsis. Adde etiã Flor. in l. testis idoneus. ff. de testi. & Dy. & Bart. in l. quod dicimus. in fi. ff. de autho. tu. & quod not. Bald. in l.
10 instrumẽta. in fi. C. de proba. ¶ Et † an
b econtrà pater pro filio [b], uide Bart. in d. consil. incip. Filiusfamiliãs, d. l. si pater. Et de utroq; Ioan. de Ana. plenè in c. accedens. j. de crimi. falsi. & Bart. in consil. incip. filiusfamiliãs notarius. Et de materia per Imol. in l. sciendum. in princ. ff. de uer. ob. Et quando pater posit esse testis pro filio, dixi in c. uidetur. j. qui mat. accus. pos. Item dum gloss. hîc dicit, quòd pater & filius dicuntur eadem caro, uide quę pulchrè dixi in c. j. j. de magistris. Item dixit hîc Pet. de Anch. quòd ideo mater testificari potest pro filia in casu paritatis, quia mixtum est inseparabiliter commodum cum incommodo: ex quo infert ad unum, de quo dicetur in c. in literis. j. eo.

a *Vtrùm filius*] *Adde tu, quòd uerum est, quod dicit hîc Fel. sed intellige sano modo: dum modò filius sit emancipatus, ut per Dyn. et Bar. in locis præallegatis. Adde, an filius possit cõficere instrumentum pro matre? & uidetur, quòd non: quia pro ea testificari non potest, l. parentes. C. de testi.*

b *Pater pro filio*] *Adde et dic, quòd pater pro filio potest scribere instrumentum, si filius est emancipatus. Item pater potest conficere instrumentum pro filio in potestate existẽte in aduentitijs & castrensibus, Bar. in l. si pater. ff. de falsis. Limita tamen istud, dum modò in istis aduẽtitijs usufructus patri nõ quæratur. ita gloss. in l. impuberem. §. j. ff. de Falc. & ibi Bart. in uer. quæro, utrùm hodie.*

SVMMARIVM.

1 ✠ *Testes debent esse fidelis conuersationis, & probatæ uitæ.*

CAPITVLVM XXIII.

c. licet uniuersis.

Licet uniuersis. ¶ Sicut Christianus non fundat probationes ad decisionem causæ in uno teste, ita nec Iudæus: quia licet aliquando in iure requirantur plures duobus, nunquam tamẽ sufficit unus. H. D. ¶ In tex. ibi, & multo minùs. No. argu. maiori prohibito: quia si nõ licet maiori, multo minus minori. Facit illud, *Quid domini facient, audent cum talia fures*: in Bucolicis. ¶ In text. ibi, probatæ uitæ. No.
1 quòd † testes debent esse probatæ uitæ & fidelis cõuersationis. Facit c. sequens. & ibi do. Abb. in ult. not. unde sumit: quia Bald. hîc, quòd uasallus condemnatus de infidelitate non potest esse testis: & idem dicit de proditore: & subdit, quòd istud, Masculus trium uirorum. de quo in text. non excludit mulieres, licet uideatur uocabulum præcisè masculinæ significationis, l. qui testamẽto. §. mulier. ff. de testa. Sed hoc nõ haberet locum in statutis: ubi fit stricta interpretatio, ut per Dy. & Bart. in l. j. ff. de uerb. signif. secundum ipsum. Cui adde. quòd ista sua dicta de directo destruũt, quod ipse not. in l. scripturas. C. qui po. in pig. ha. per illum text. in uer. trium uirorum, ut etiã retuli ipsum mordendo in c. quoniam. in iij. fallentia, §. eo. ubi hoc etiam adde. Ex eisdem uerbis collige fm d. meũ, q̃ qñ testes nõ sunt oi exceptione maiores, etiãsi sint tres, nõ faciũt plenã ꝓbationem.

Dicit enim text. quòd debent esse duo, uel tres probatę uitę. Et sic patet, quòd etiamsi sint tres, dum modò non sint probatæ uitæ omni exceptione maiores, non perficietur probatio: quod multum facit ad notata in c. fi. ī. de iureiur. Hoc tamē est arbitrarium inspecta qualitate & quantitate defectus, secundū ipsum. Quis autem dicatur testis omni exceptione maior, uide gl. in uerb. maiores. c. j. ī. de consang. & affini. & Bald. & Ang. in l. optimam. per illum text. C. de contrah. & commit. stip. & gl. in §. item uerborū. in uerb. idoneos. Insti. de inutil. stipu. Et ubi requiritur testis integræ opinionis, repellitur infamis infamia facti, secundum Bal. in c. j. quot testes sint necessarij. Et idem, ubi requiruntur testes omni exceptione maiores, secundum Bal. in d. l. optimā. licet aliàs infamia facti non semper repellat, ut per Bart. in l. cunctos. uer. habes ergo. C. de sum. trini. & Bald. in l. pen. C. de sent. quæ sine cert. quant. & Imol. in l. cùm lege. ff. de testa. & Bald. in l. sed & milites. §. ignominiæ. ff. de excus. tut. & aliâs dicetur. ¶ In text. ibi, quædam sint causæ. iuncta gloss. Not. secundum Bald. hîc, quòd censent approbatæ à cano. leges, in quibus disponitur, quòd aliquando requiratur maior numerus testium, quàm duorum, uel trium. Ex quo etiā infert Imol. hîc, non esse correctas leges loquentes de viij. testibus in testamento adhibendis, per c. cùm esses. & c. relatum. ī. de testa. licet aliud dixerit do. Ant. in d. c. cùm esses. & malè, secundū Imol. hîc, & in c. ij. s̄. de probat. ubi etiā tetigi. Et per hoc dicit do. meus istos non referens, quòd contra præcepta moralia affirmatiua, uel saltem iudicialia principes cōdendo legem statuere possunt ex aliqua magna causa: de quo per omnes in c. fi. s̄. de consue. & in c. quæ in ecclesiarum. s̄. de constit. & omnes in l. fin. C. si contra ius, uel util. publ. ¶ Vltimò, dum text. dicit, nulla est causa. limita in casibus, quos posui in c. ueniens. s̄. eod. in quibus creditur uni soli. Et ibi dictis adde Bald. in l. directas. C. de test. manu. & quod no. gloss. in l. Titio fundus. ff. de cond. & demon. cum concor. Et adde Bal. hîc dicentem, quòd clericatus potest probari per unum testem: quia talis actus de se & sui natura, inspecta qualitate, præiudicat arg. huius gloss. hîc: cui dedi concordantes in d. c. ueniens. ad fin. uer. item, in quantū dicūt.

SVMMARIVM.

1 ¶ Domesticus quis dicatur.
2 Domestici familiares & personæ hîc enumeratæ repelluntur à testimonio regulariter.
3 Subditi principis, uel regis, possunt pro ipso testificari ratione iurisdictionis.
4 Familiares si sunt honestæ personæ, sicut familiares episcoporum, possunt pro dominis suis testificari.
5 Integritas, uel sanctimonia personæ tollit omnem suspicionem, quando ex coniecturis dubitatur de mendacio, uel iudicio corrupto.
6 Familiares possunt testificari pro domino super his, quæ melius sciuntur per seipsos, quàm per alios.
7 Vxor an testificatur pro marito.
8 Famulus quem dominus emisit, an testificetur pro domino. & num. 9. 10.
11 Frater regulariter testificatur pro fratre. Fallit in certis casibus.
12 Dominus qualiter possit testificari pro subdito.

CAPITVLVM XXIIII.

IN literis. ¶ Non sunt idonei testes, quos actor de sua familia producit. H. D. ¶ Et per istum text. limitatur lex, consensu. §. sin autem. C. de repudijs. ubi adulterium, & similia, quæ domi aguntur, possunt in defectum probationis probari per seruos & ancillas: quia illud est speciale, cùm agitur inter maritum & uxorem, & de his quæ domi acta dicuntur: & est notabilis casus; secundum do. Abb. hîc: secus, ubi agitur de dirimendo, uel probādo matrimonio. Sic etiam per istum text. cui non est similis, quo ad hoc, probatur, qd̄ not. do. Anto. & Imol. in c. tertio loco. s̄. tit. j. & dixi ibi in iiij. notabili, & in c. de cætero. in j. limitatione, s̄. eod. ad limitationem c. ueniens. in fin. ī. eo. cum gloss. & ibi extensiùs dicetur. Vlteriùs comprehendendo gloss. & omnia dicta Scribentium collige in hac materia breues
1 conclusiones. ¶ Prima conclusio. Ille † dicitur domesticus propriè, qui non solùm subest ratione patriæ, uel dominicę potestatis, sed etiam qui cohabitat, & aliquo modo est inferior, uel subiectus capiti familiæ, ut liberti, mercenarius, & similes. Ita habetur per Bald. in l. ij. C. eod. & Specul. in tit. de teste. §. j. uer. item quòd est domesticus. & Domi. post Ioan. An. in c. fin. de uerb. signif. in vj. & Archid. & Domi. in c. regulæ. xxix. distin. & probatur in l. præsenti. §. sanè. allegata in gloss. & in l. respiciendum. §. delinquunt. ff. de pœn. Et ideo dicit Bald. hîc, quòd loquendo grosso modo dicuntur domestici omnes, qui uiuunt ad unum panem & ad unum uinum. Allegat §. cogitandum. in authen. de monachis. Potest etiam consanguineus dici domesticus, quamuis non cohabitet; & secundum Specul. ubi s̄. in pluribus uer. allegat multa iura: sed est bonus text. in l. j. C. de emen. ser. & in l. sed & si quis. §. fin. ff. si quis cau. & facit; quia, ut dicit Domi. in d. c. sicut. nomen familiæ considerat multipliciter, l. pronunciatio. §. familiæ. ff. de uer. signif. nam uel significat gentem, uel cognationem, uel seruos, & filios: uel plures, qui degunt sub uno conuictu & una domo, ut l. iustissimæ. §. familiæ. ff. de ædil. edict. Vnde cùm familiares dicantur â. familia, quilibet, cui aliqua istarum qualitatum competere potest, dicetur familiaris. Sed quicunque est familiaris, dicitur domesticus. Patet in l. ij. ff. de in ius uocan. iuncta d. l. sed & si quis. §. præterea. Ergo non mirum, si isti dici possint domestici. Et per hoc patet, secundum do. meum hîc, quòd familiaris & domesticus uidentur synonyma. Et hoc sentit do. Anton. hîc, & patet ex legibus, quæ dicunt, quòd consanguineus est domesticus: quod non potest esse alia ratione, nisi quia dicitur de familia: licet gloss. & do. Abb. hîc aliud sentiant, secundum ipsum. ¶ Super istis tamen nota tria. Primò, quòd si plures cohabitarent in eadem domo æqualiter, non dicerentur in hac materia adeò domestici, quòd repellerentur. Ita sentiunt prædicti, dum ponderant subiectionem. Pro quibus allegat solenniter do. meus text. in c. j. circa princip. qual. iurare deb. uasalli fidel. & ibi gloss. & Bald. Vbi text. uult, quòd domesticus debet iurare fidelitatem domino, sicut subditus. Et sic datur intelligi, quòd domesticitas simpliciter sumpta, importat quandam subiectionem largo modo. Ad idem allegat c. pen. iij. quæst. v. ubi ista ponuntur, ut diuersa, familiares, uel de domo prodeuntes. Ex quo datur intelligi, quòd non omnes cohabitantes in eadem domo, dicuntur domestici. ¶ Secundò nota, quòd etiamsi aliquis cohabitat in domo alicuius expensis domini domus, dato quòd sit liber homo, & in aliquo non obligatus, dicitur eius domesticus, secundum Ioan. And. in Specul. ubi s̄. per text. optimum in d. c. fin. de uerb. signif. in sexto. Vnde infertur contra Specul. ibi dicentem, quòd famulus seruiens gratis non dicitur propriè domesticus: contra quod etiam facit l. si libertus. ff. de furt. dum clientem appellat domesticum. ¶ Tertiò nota, secundum Bald. hîc, quòd largè dicuntur familiares omnes existentes sub alicuius imperio de iure, uel de facto. Allegat l. j. C. si rector prouinciæ. & l. j. C. si quacunq; prædi. potes. Dicit tamen, quòd strictiùs accipitur in d. l. pronunciatio. §. familiæ.

familiæ. & adhuc magis strictè in l. si familia. ff. de iurisdi. om. iud. in l. j. §. familiæ. ff. de publica. ut hîc per ipsum. In quo tamen prædicti differant in testificando, dicetur in sequentibus. ¶ Secunda conclusio. Perso-
2 næ † prædictæ repelluntur à testificando regulariter, ut hîc, & iiij. q. iij. §. item idonei. & l. etiam. C. de testib. & iij. q. v. quasi per totum, & plenè in Spec. d. uer. item quòd est domesticus. quia, secundum Bald. hîc, familiares cōsueuerunt seruire domino per fas & nefas. Allegat c. cùm ad seden. suprà, de restitut. spo. & l. j. C. de raptu uir ginum. Facit optimè ratio c. uisis. ibi, humani moris,
3 &c. xvj. q. ij. ¶ Fallit † primò ista conclusio in subditis principis, uel regis, ratione iurisdictionis: quia possunt pro ipso testificari, secundum Ioan. An. & Imo. hîc: quia in istis non habet superiorius patriæ, uel dominicæ potestatis, uel saltem aliquid simile, ut etiam dixit Spec. licet ipsi nō allegent, in tit. de statu mona. §. j. uer. xij. Aliàs sequeretur, secundum eos, quòd princeps, uel prælatus, maximè habens magnum regimen, non inueniret testes in proprijs causis. Et idem sentit Bald. in l. idonei. ff. de testi. Sed contra istam fallentiam est gloss. in d. l. idonei. pro qua facit l. libertus. ff. de furt. ubi non solùm ille dicitur domesticus, cui potest imperari modis prædictis, sed etiam ille, qui frequenter conuersatur in domo alicuius sub prætextu alicuius protectionis, & uocatur cliens. Vnde si ratio solius protectionis facit quē domesticum, fortiùs ratio principatus & iurisdictionis. Ad idem c. j. qualiter iurare deb. uasal. fidel. ubi subditus domini & domesticus cognoscuntur, uel coguntur præstare idem iuramentum. Ergo sunt similis qualitatis respectu domini. Sed pro concordantia distingui potest, secundum do. meum hîc, quòd aut persona principis est talis, quæ præsumitur inferre uiolentiam testi, nisi suo modo testificaretur: & tunc non admittatur subditus pro domino: arg. c. fin. ī. de app. & l. de pupillo. §. si quis ipsis. ff. de ope. noui nun. Si uerò non sit talis, & tunc, quamuis subditus, in causa domini sui possit ut suspectus recusari à iudicando, c. accedens. el j. ut lit. non contest. non tamen repelletur ut testis. Et colligitur hæc distinctio ex his, quæ de uasallo, quo ad dominum, scribit Bald. in l. eos. C. de testib. & do. Abb. in c. insuper. in fin. s̄. eod. Et pro hac differentia inter dominum terribilem, & non terribilem, uide Inn. in c. insinuante. ī. qui cle. uel uouen. & Bald. & Imo. in l. fin. ff. de hære. instit. & do. Abb. in c. j. in princip. s̄. de off. deleg. & in c. Abb. cum si. s̄. quod metus causa. Non obs. d. c. qualitas. quia licet æquiparentur domesticus & subditus, quo ad illud iuramentum, nō tamen quo ad omnia, neque quo ad hoc: quia est eadem ratio.
4 ¶ Fallit † secundò d. conclusio, nisi persona familiaris, uel domestica sit persona ualde honesta, ut sunt familiares episcoporum, uel principum, qui admittuntur in testes pro dominis, secundum Innocen. hîc ualde solenniter, quem sequuntur Bald. & Sal. in l. ij. C. eo. & do. Anton. & Imol. hîc. ¶ Sed contrarium tenet hîc solus do. meus, primò per l. j. circa medium, C. si rector prouincię. ubi sicut rector est suspectus, si procurat nuptias pro se, ita si pro domestico: & tamē ratio dignitatis deberet facere, quòd sola qualitas domesticitatis non faceret præsumi in eo aliquid illicitum. Ita dicit ipse, cuius inductio nullum, ut uidetur, habet saporem, ut uides. Præterea dicit ipse, quòd honestas personæ non facit cessare præsumptionem reuerentiæ: quam præsumitur habere ad dominum. Et allegat iura facientia mentionem de metu reuerentiali, de quibus per omnes in c. causam matrimonij. s̄. de offi. dele. Item, quia text. iiij. q. iij. §. idonei. & in l. etiam. C. de testi. loquuntur absolutè. Vnde dicit se credere prædictos fuisse in errore. Sed pu-
5 to eos bene dixisse, quia † reperio in iure plerunq; q̄ ubi ex coniecturis dubitatur de mendacio, uel de iudicio corrupto, integritas, uel sanctimonia personæ tollit omnem suspicionem. Et ad hoc uide Spec. in tit. de leg. §. superest. & do. Abb. in c. nisi essent. in princ. per illum text. ī. de præben. & glo. in c. ad hæc. in uerbo, Archidiaconi. s̄. de offic. archi. & Spec. in tit. de teste. §. j. uer. not. & Bart. in l. quicunq; C. de fundis patrimonial. lib. x. & Bald. in l. sciendum. C. quorum app. non recipi. & gloss. in l. j. §. is autem. ff. de ripa munienda. & do. Abb. in c. j. in uit. col. s̄. de iudi. & Bald. in c. decreuimus. eod. tit. & text. in §. his omnibus. lxj. dist. & do. Anton. in c. postremò. ī. de appel. & Innocent. in c. fin. s̄. de dolo & cont. & gloss. in c. præsentium. xv. q. j. & Spec. tit. de requisitione consilij. uer. item fac eos iurare. & do. Card. in cle. j. in xxxix. q. de priuil. & Innocent. & do. Anton. in c. j. de cleri. peregri. & Innocent. do. Anton. & Anan. in c. super his. ī. de accus. & ibi extensè posui dicta istorum in ultim. col. Ex quibus infero, quòd dato, quòd honestas non faciat cessare rationem reuerentiæ, tamen facit cessare rationes, de quibus in text. notabili in c. accusatores. el iij. iij. q. v. & quas dixi in ista conclusione: & ad hoc est tex. hîc in fine, secundum Imol. hîc, licet re uera posset cauillari. Sed optimè facit pro intellectu suo, quod dicetur
6 in fin. sequentis fallentiæ. ¶ Fallit † tertiò in his, quæ uerisimiliter meliùs sciuntur per domesticos & familiares, quàm per alios: quia admittuntur, secundum Ioan. An. in d. uer. item quòd est domesticus. & Bartol. in l. si quando. in ult. col. C. unde ui. Est casus in l. consensu. C. de repud. & in c. ueniens. in fin. ī. eod. & text. optimus in l. quoties. C. de naufr. lib. x. Plus dicit ibi Bart. quòd nō solùm admittuntur, sed etiam præferuntur alijs. Et est text. optimus in c. super prudentia. xiij. q. ij. Imò etiam serui & ancillæ cum tormentis hoc casu admittuntur, d. l. consensu. Et non intelligitur text. ibi in uerbo, si alia documenta defecerint, quòd ad illos, s. domesticos, nō recurratur, nisi in subsidium: quod esset contra Bar. ubi suprà: quia illud dicitur respectu aliorum domesticorum, qui non sunt serui, qui præferuntur ipsis: putà, liberi homines, mercenarij, clientes, & similes. Et ista fallentia confirmabitur uberiùs in d. c. ueniens. Et quamuis plus credatur domesticis, non tamen prohibetur pars alios producere, per c. super prudentia. in uerbo, potissimè. nisi ageretur de probanda consanguinitate, in qua nō admittuntur extranei, nisi in subsidium, per text. solennem in c. quoties. s̄. eo. & ibi dixi in primo notabili. ¶ Sed hîc aduerte diligēter ad duo. Primò, quia iste text. uidetur repugnare huic fallentiæ, cùm habeat cōformitatem cum casu d. l. consensu. & respondet do. Abb. ut retuli s̄. post summarium: sed illa responsio nimis restringit d. l. consensu, quia, ut dicit subtiliter hîc dominus meus, secundum eum sequeretur, quòd per personas prædictas probari nō posset aliquis actus ad præiudicium penitus extranei: quod est cōtra dicta iura: & ideo dicit ipse, in effectu oportere dici, quòd iste text. loquatur in casu speciali, uidelicet reuocationis, uel retractationis matrimonij: in quo propter leges Canonicas dicitur agi de re importātissima, per c. licet. in fin. ī. eod. Vnde sicut ista fallentia nō procedit in criminali, ut ī. dicetur, ita nec in ista materia ciuili, iuxta istud dictū Bal. in rub. ff. de re. diuis. qd̄ retuli ī c. insuper. quasi in fi. s̄. eo. q̄ sicut in criminali quis de uniuersitate nō testificatur, ita nec in ciuili maximi præiudicij: & si diceres, q̄ imo in separatione ista admittunt cōsanguinei, c. pidet. ī. q matri. accus. poss. istud est, qa in pbanda consanguinitate nō agit de impedimēto causato ex culpa, uel facto petentis dissolutionē matrimonij, sicut in casu nostro. Vnde attenta magnitudine præiudicij, in quo se fundat, non admittent domestici isto casu, fm ipsum. Et nota bene: quia sicut respectu superioritatis causat suspicionē in talibus in probando adulterio: ita in pbanda consanguinitate, in qua intuitu pducentis mentiri possunt, ut notant do. Ant. & do. Abb. in c. uidetur. ī. qui matri. accus. pos. & dixi in c. super eod. s̄. eod. Et ideo

c. in literis.

ideo dico primò ad illud de consanguinitate, quòd aliud est loqui in consanguineis ipsam probantibus, qui etiam in alia materia non semper repelluntur, ut j. in ult. fallentia: & aliud est loqui de famulis, in quibus est longè maior suspicio: & ideo dicas, quòd non admittebantur hîc, quia non erant honesti, eo quòd dicebant se interfuisse facto inhoneste perpetrato per dominum secundum Bald. hîc per l. hæc uerba. ff. de adult. & sic, ut participes repellebantur, secundum eum. Vnde meritò dicit Innocent. hîc, quòd si fuissent honestæ partes, non processisset hæc decret. Et ita intellige d. l. consensu. Et pro hoc considera fortiter: quia mater & similes testificantur in talibus etiam in præiudicium matrimonij cõsummati, d. c. uidetur. & c. super eod. Vnde non est diuersa ratio in familiaribus honestis. Et hunc intellectum sensit gloss. xiiij. q. ij. in summa, in fin. ¶ Secundò aduerte: quia ista fallentia non procedit in causa criminali, secundum do. meum hîc, qui conatur pro hoc inducere tex. in c. super prudentia. xiiij. q. ij. & adduci possunt, quæ dixi in c. insuper. in iij. fallentia, suprà eodem: ut hîc latiùs per eum contra Spec. in tit. de teste. §. j. uer. sed nunquid in causa. Sed pro Spec. multùm facit text. in c. cùm pastoris. ij. q. vij. per quem dicit Spec. in tit. de inquisitione. §. j. uer. sed nunquid eos. & exclamat Floria. in l. testis idoneus. ff. de testi. quòd innocentia accusati potest probari per testes cubicularios: quia extraneis non sunt noti secreti mores, ut dicitur ibi, & bene. Facit gloss. ij. in c. in decima. xix. q. ij. quam allegaui s. eod. de cætero. Et dicit Angel. in l. iiij. ff. de confes. quòd ad excusandum quem, ut non commiserit homicidium, admittuntur parentes & consanguinei fortè probantes illum uiuum. Nec obstaret inductio d. c. super prudẽtia. quia illud argumentum à contrario repugnat d. c. cùm pastoris. ¶ Tertiò responde: necq; negat ille text. quòd etiam in criminali meliùs noti posint examinari. Et quæ dixi in d. c. literis. procedunt, ex eo quia pœna extenderetur ad testes: & ideo, quid uerius putem, dicam

7 aliàs: quia tactum non reperio aliquo loco. ¶ Fallit † quartò in uxore pro marito, secundum Spec. in tit. de teste. §. j. uer. sed nunquid de uxore. quia aliqua lege nõ prohibetur, secundum ipsum: & do. Abb. hîc: quia non est simpliciter uerũ, quòd sit in potestate mariti, ut not. in l. si uxorem. C. de condi. inser. & quia est quodammodo domina rerum uiri in matrimonio. Allegat l. j. ff. rerum amotarum. & l. aduersus. C. de crimi. expil. hære. Hoc intelligunt isti, dum modò sit uxor, quæ nõ timeat maritum, & bonæ famæ: aliàs secus. Sed non declarant quid in dubio, & uidentur sentire, quòd etiam procedat fallentia. Sed contrarium uolunt Bald. & Sali. in l. ij. C. eod. & do. meus hîc: quia negari non possunt, quia cohabitat uiro, & nutritur expensis suis, & uir habet potentiam castigandi eam moderatè, ut per gloss. in c. sicut alterius. vj. q. j. cum si. detur aliqualis superioritas inficians dictum mulieris. Facit c. hæc imago. in uerbo, pœnæ famulam. xxxv. q. ult. secundum prædictos: quibus adde gloss. in l. j. §. uir autem. ff. ad Syl. & in l. sed & si quis. §. præterea. in uerbo, domestica. ff. si quis cau. & in l. præsenti. §. sanè. C. de ijs, qui ad eccles. confug. & Imol. in l. si cùm dotem. §. si maritus. ff. solu. matri. Et quod dictum est de uxore, adapta ad maritũ pro uxore, secun-

8 dum prædictos. ¶ Fallit † quintò in famulo, qui tempore testificatus non est amplius famulus, secundum Spec. tit. de teste. §. j. uer. quid si olim. & do. Abb. hîc, & Bart. in l. j. §. si seruos. per illum text. ff. de quæst. & Cy. & Bald. in l. ij. C. de testi. & Bartol. in l. qui testamento. ff. de testa. & Ioan. de Fantus. in c. consanguinei. iiij. q. v. Et dicit Bald. hîc, quòd postquam famulus est expulsus, nõ seruat amorem, sicut de affinitate sopita sol. mat. dicit gloss. singul. secundum eum in l. sed hoc ita. ff. de re iud. & quia conditio testis inspicitur tempore testificatus, l. iij. §. lege Iulia. ff. de testi. & l. iij. §. duæ causæ. ff. de Carb.

9 edict. ¶ Illud † autem intellige primò uerum, nisi expulsus fuisset famulus post litem motam, uel præparatam, secundum Spec. ibi s. pro quo bene facit text. in l. j. §. si seruus. in uerbo, susceptæ cognitionis. ff. de quæst. & quod ibi Bart. ubi si post accusationem inchoatam aliquis emit seruum alienum, ne torqueretur contra se, ista fraus sibi non prodest. Sed in hoc contrarium teneas secundum Cy. in d. l. ij. & Ioan. An. in addi. Spec. s. uidelicet quòd dum modò famulus non sit dimissus simulatè, id est, ad tempus, etiamsi appareret eum dimissum ut testificetur, ista non dicitur fraus: quia non dicitur esse in dolo, qui parat sibi probationem per aliquid factum, sine qua aliàs succumberet, l. at qui natura. §. cùm autem. in text. & gloss. ff. de neg. gest. Non obs. §. si seruus. quia subtrahere probationem aduersario bene est dolus, qui prodesse non debet hoc procuranti, ut dicetur post Ioan. An. in c. fin. j. eod. Sed parare si-

10 bi probationem, hoc non est illicitum. ¶ Secundò † intellige, ut dixi, dum modò licentia fuerit realis, & nõ simulata, secundum prædictos, dicentes: cognosci simulationem, si incontinenti rediret ad dictum: secus, si ex interuallo, per l. si uentri. §. fi. ff. de priuileg. cred. Et hinc est, quod dicit Bart. in l. fin. ff. de dona. inter uir. & uxor. quòd duo faciunt isto casu cessare suspicionem simulationis, uidelicet interuallum longum, uel quòd antequàm famulus redeat ad dominum, posuerit se cum alio, uel quæsierit se ponere. Oportet tamen, ut iudex in hoc arbitretur: quia de facili fieret fraus. Et oportet intelligere longum interuallum, s. post testificatũ: si enim antè decurrisset interuallum, & facto testificatu reuerteretur ad dominum, non sufficeret: quia actus sequens declarat animum præteriti temporis, l. sed & Iulianus. §. mutui. ff. ad Maced. Et dicit Bart. in d. §. si seruus. quòd qui nunc est famulus, non est idoneus testis de his, quę pro domino uidit ante famulatum. Facit l. ad testium. §. j. cum materia, ff. de testa. & d. §. lege Iulia. Et subdit eleganter Bald. hîc, interrogandum esse diligenter famulum, quare fuit expulsus: & an sit reuersurus, nec ne: & si non est uilis persona & suspecta, potest testificari, arg. l. quicunq;. in fin. & l. mancipia. C. de ser. fugiti. Prędicta extende ad quemlibet domesticum, qui desijt esse domesticus, & diffusè per Sal. in l. seruus. C. de quæst. Et de famulo, quẽ episcopus expulit propter scelera, an possit testificari contra episcopum, uide Ioan. And. dicentem, quòd non, probatis sceleribus: in addi. Spe. super rub. de teste. uer. quartò quærebat. Et ad prædicta uide in simili Rotam in nouis. cõclusione lxv. incipiente, Papa reseruauit. ubi habet de beneficijs familiaris. Et uide dicta in simili in c. j. in viij. fallentia. s. tit. proxi. ¶ Fal-

11 lit † sextò in fratre, qui potest regulariter testificari pro fratre, secundum Bart. in l. qui testamento. in princ. ff. de testa. & gloss. iij. q. v. in summa, & gloss. j. & ibi Imol. & alios in c. insinuante. s. de offic. deleg. & do. Anton. Ioan. de Ana. & do. Maria. in c. cùm oporteat. j. de accus. Non obs. iste text. quia sumitur domesticus pro subiecto alteri, ut dixi in prima conclusione. Et frater non est talis erga fratrem. Ergo, &c. Et istud pro regulari ponunt Bart. & Sali. in l. parentes. C. de testi. ubi uide. ¶ Fallit, nisi sint in eiusdem potestate, secundum gloss. ibi, & Bald. in l. j. uer. quintò operatur. C. de episc. & cleri. Idem si simul habitent, secundum gloss. in c. consanguinei. iij. q. v. & Do. iij. q. j. in summa. Idem in causa iniuriarum, secundum Angel. & Salic. in l. j. C. de raptu uirg. & Bartol. in l. lex Cornelia. in princ. ff. de iniur. Idem in causa criminali, secundum Bald. in l. fin. C. de probat. & do. Abb. in c. literas. ubi uide j. de præsumpt. Idem, si agatur ciuiliter in causa graui & ualde tertio præiudiciali, secundum Bald. in d. l. parentes. post princip. Et super hoc alia dici possent: sed transeo, quia sufficienter dixi in d. c. cùm oporteat. & est materia d. c. literas. Et not. quòd in istis

istis locis idem dicitur de consanguineis, cùm eis imperari non posit, ut per text. in d. c. consanguinei. iuncta gloss. & in d. c. literas. & Instit. de testa. §. testes. ut hîc per do. Abb. & latè Domi. post Archi. iiij. q. v. in summa. Ex quibus multùm sustentatur opi. illorum, qui dicunt, solam amicitiã non repellere testem: quos retuli in c. quo-

12 niam. in ult. not. s. eod. ¶ Vltimò † pro complemento nota primò, quòd dominus potest testificari pro subdito, uel familiari, secundũ Sal. in d. l. ij. C. eod. Pro quo est gloss. j. rectè intuenti in c. insinuante. s. de offi. deleg. nisi esset adeò uilis cõditionis, quòd fortè timeret subditum: sicut de marito pro uxore dicit Spec. quem allegaui in iiij. fallentia: tamen non dicitur esse testis omni exceptione maior, ut sentit Bart. in l. idonei. ff. de testi. allegando c. causam, quæ. s. de offi. dele. ¶ Secundò nota, quòd testis [a], qui repellit à testimonio, quia domesticus, si examinetur, non facit indicium, secundum Bald. in l. in testimonium. in apostillis, ff. de testi. Allegat Spec. in d. uer. quid si testis domesticus. & probatur in §. testes. iiij. q. iij. ibi, interrogari non placuit. per quem ita tenet do. Abb. hîc, quod puto procedere, quando pars contradixit: sed si tacitè consensit, uidetur nedum facere indiciũ, sed probare, secundũ Bald. in l. si quis testibus. in ult. col. C. de testi. & Angel. cons. cxcij. incipiente, porrecta fuit petitio. ¶ Tertiò nota, quòd si est mixtũ commodũ cum incõmodo ipsius domestici, pro quo debet ferri testimoniũ, potest testificari domesticus pro domestico, secundum Pet. de Anch. in c. super eo. s. eo. Et ibi dicit hanc esse rationem, quare ibi mater testificatur pro filia in casu paritatis. ¶ Quartò ultra prædicta de hac materia, in qua quęri posset de compatre, & de socero, & nuru, & de multis alijs, uide latè in Spec. loco sæpe allegato, & Ang. consil. j. & latè do. Flo. in l. testis idoneus. ff. de testi. & Ioan. And. in summula huius tituli, in princ. uer. item domestici prohibẽtur. & Archi. in c. regulæ. xxix. dist. & Bald. de famulo, Insti. de testa. §. pen. & do. Ant. & Imol. in d. c. insinuante. super gloss. j. s. de offic. deleg. & Bald. in l. j. C. de episc. & cler.

a *Testis] Adde tu, & dic, quòd hoc est uerum in teste, qui non debet examinari, propter reuerentiam personarum. Casus est in l. maritus. ff. de quæst. et ibi Bart. in j. col. in uers. ulteriùs op. Et hoc modo intelligas Bald. in l. in testimonium. ff. de testi. & do. Abb. in c. in literis. de testi. secus est in alijs casib⁹: quia si testis non debet examinari, et examinaretur, facit indiciũ. Bar. in d. l. maritus. in uer. ulteriùs opp.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex debet in iudicando credere dictis testium, nisi alia causa extrinseca appareat.*
2 *Actus confirmatus an & quando denominetur à confirmante.*
3 *Renunciat quis appellationi per actum contrarium: quod fallit, certis casibus, ut hîc.*
Renunciatio testium non ualet facta per accusatorem. Post num. 3. uer. prima conclusio.
4 *Accusatus non potest renunciare testibus, qui ad suam defensionem produci possunt.*
5 *Renunciatio facta testibus in causa principali non extenditur ad causam appellationis, quo minùs posint alij testes produci:*
6 *Nisi obstaret timor subornationis.*

CAPITVLVM XXV.

CVm uenisset. ¶ Publicatis testibus, uel facta renunciatione productioni testium, super eisdem articulis non possunt noui testes produci: super alijs uerò possunt. H. D. ¶ In text. ibi, canonicè promulgatam. Nota secundum unum intellectum, quòd quando petitur confirmatio sententiæ, quæ transiuit in rem iudicatam, petens confirmationẽ non habet docere de iustitia sententiæ: nec in isto iudicio de iustitia quæritur, sed solùm, utrùm sententia fuerit ritè lata. Hoc enim importat uerbum Canonicè, idẽ significans, quod legitimè, c. lator. iuncto principio cum fine, j. de re iudi. uerbum autem Legitimè, respicit ordinem & solennitatem, c. consanguinei. in text. & gl. eo. tit. Et ita de confirmatione dixit Innoc. in c. j. de confir. utili, uel inutili. subdens singul. quòd quamuis pręsumatur pro solennitate sententiæ, quæ trãsiuit in rem iudicatam, hoc tamen fallit, quando petitur confirmatio ipsius sententię coram superiore. Et ad hæc uide omnino do. Abb. in c. ea, quæ. in ult. col. j. de re iud. ubi etiã dicit, quòd ideo petens confirmationem nõ habet docere de iusticia sententiæ, quia si fuisset iniusta, id est, cõtra ius litigatoris, ex quo non fuit appellatum, fecit ius inter partes, c. cùm inter. eod. tit. Et de istis pulchrè per Innoc. in d. c. j. & do. Card. consil. lxxiij. incipiente, Omnis à me, &c. & dixi quædã utilia in c. qualiter. el j. uersi. fallit quintò. j. de accus. ¶ In textu ibi, secundum te-

1 norem. No. quòd † iudex in dubio debet credere dictis testium, nisi alia causa extrinseca appareat, cur eis non credat: & ideo si ferat sententiam contra dicta testium, alio non apparente, cassabitur eius sententia in causa appellationis, & postea condemnabitur in syndicatu, secundum Bart. in l. Lucius. ff. de his, qui not. infa. Et si diceretur, quòd præsumitur pro iudice, c. in præsentia. de renun. cum similibus: quia non semper applicat animum ad unam speciem probationis, c. causam. j. de re iudi. responde, ut eleganter per do. Abb. in d. c. causam. in penult. col. quòd non creditur tantùm sibi, ut testes dicantur defecisse in uacillando, uel aliter, adeo quòd illud, quod est scriptum, careat fide. Vnde dixit Innoc. in c. quoniam. s. tit. j. & ibi habuimus in uersic. quintò quæro. quòd si iudex uidet testem uacillantem, debet hoc facere scribi in actis. Et ideo dicit Bartol. in d. l. Lucius. & Bald. in l. cùm magistratus. in fin. C. quando prouo. non est necesse. quòd per istam practicam excusabitur iudex in syndicatu: aliàs autem attenditur tenor scripturæ, & non aliud, per text. hîc, & in c. j. de duo. fratri. de nõ. benefi. inuestit. Vbi Bald. dicit, esse tex. egregium, quòd tenor inuestituræ derogat omnium feudorum naturæ & idem dicit Bald. in l. j. in fi. C. de Lati. lib. tol. Vnde dicit Bald. in l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iure. quòd qualè sit regnum Apulię, ostenditur ex tenore Papalis inuestituræ. Allegat l. ad probationẽ. C. de proba. ibi, quem tenor scripturæ designat. & faciunt omnia iura utentia hoc uerbo Tenore, ut c. recipimus. j. de priui. cum si. ¶ Vltimò per illum text. dicit Bald. hîc, quòd ubi sunt diuersæ controuersiæ, quæ hîc uocantur capitula: putà, una super proprietate domus, alia super feudo, alia super emphyteusi aliarum rerum: potest iudex diuidere processum per singula capitula, & in uno pronunciare, & in alio testes publicare, & in alio differre. Ad idem dicit esse text. in l. si quis homicidij. C. de accus. ubi dicit probari, quòd iudex, coram quo intentantur diuersa maleficia, potest uno suspenso pronunciare super alio. Ex quibus limitantur notata per Bartol. in l. fin. ff. de ferijs. & in l. j. ff. de re iudi. uidelicet, quòd licet iudex posit assignare unum terminum ad probandum, quando plures articuli sunt simul compasibiles, hoc tamen non tenetur facere de necesitate: sed potest examinare priùs unum, postea alium, per istum notabilem text. quem ualde not. do. meus, licet Bald. non referat. Sed aduerte: quia subdit postea Bald. quòd ista diuisio processus causæ habet locum in capitulis omnino diuersis, aliàs non, per l. in hoc iudicio. C. fa. herc. nisi de certis capitulis esset facta confessio, uel oblatio: quia de illis iudicari poterit, secundum ipsum, per l. quidã examinauerũt. ff. si cert. pet. & in l. quod solidum.

dum. in princ. ff. de leg. ij. & l. si quidem. C. de transact. & l. post decisionem. C. de furtis. ¶ In gl. j. in fi. No. bene, quòd † actus confirmatus à Papa ex certa scientia, dicitur actus sedis Apostolicæ: quod etiam meliùs probat in c. si cum. & c. si Apostolicæ. de præben. in vj. & allegat do. meus, quod no. do. Ant. in c. nouit. s̄. de iudi. ubi dicit, quòd si delegatus datus ab inferiore confirmatur à sede Apostolica, nō potest reuocari per eum, à quo fuit datus, iuxta l. iudiciū solui. ff. de iudi. & de materia per Bal. in l. ex placito. uersi. & hæc faciunt. C. de re. permu. ubi dicit, nisi Papa confirmaret in genere omnia statuta Spoletana, non dicerentur Papalia: secùs, si particulariter unum confirmaret: quia dicetur Papale, adeò ꝙ populus ipsum reuocare nequibit. Quod bene no. Sed ista pendent à quæstione longiori, an cōfirmare sit denuò dare de quo per gloss. & Doct. in l. ex his uerbis. in uerbo, cui. C. de dona. inter ui. & uxo. & Bart. & Imol. in l. si constat. ff. de appel. & Bald. in l. si donatio. per illum text. C. de dona. & in l. j. C. de testa. manu. & in l. constitutiones. in ulti. col. C. de legi. & in l. si aduersus. in fin. C. si aduersus rem iudi. & in l. legitima. ff. de pac. & text. sing. in l. si donante. §. j. ff. de dona. inter uir. & uxor. & Bal. in l. nominationes. C. de appel. & in c. ex parte. s̄. de constitu. & Angel. in l. à diuo Pio. ij. ff. de appel. & Albert. in prima parte statutorum, q. xx. incip. item quæro. & per omnes in c. examinata. j̄. de confir. util. uel inutili. do. Abb. pulchrè in c. inter dilectos. de fide instru. & omnino Innocent. in c. dudum. in fin. j̄. de deci. Et ex ibi notatis per eum probatur, quòd quando non apparet principem confirmantem uoluisse de nouo inducere, præsumitur in dubio potiùs uoluisse confirmare actum in casu, in quo actus posset ualere, quàm de nouo dare. Et dicit ibi do. Ant. quòd illud dictum de facili non inuenitur alibi, & de illo dicto meminit Bald. in l. bonorum. in j. col. C. qui admit. & in c. j. in j. col. per quos fiat inuest. & uide eundem in c. j. §. item sacramēta. in pen. col. de pa. iur. fir. & Pau. de Cast. consil. cclxxx. incip. In facto præ-
3 senti non intendo. ¶ In gl. ij. in princ. De † hoc, quando per actum contrarium appellationis uidetur quis appellationi renunciare, uide do. Ant. do. Abb. & Imol. in c. gratum. s̄. de offi. dele. Et pro nunc scias certè sex casus, quibus istud fallit: putà, si ille actus fuisset à parte aduersa impugnatus, secundum gloss. singul. in c. cùm uenissent. in uerbo, coram eo. s̄. de eo, qui mit. in posquam sæpe allegant Doct. Idem, si actus tenderet ad exclusionem iurisdictionis iudicis: putà producendo testes super grauamine, ut per gloss. in simili in c. si à iudice. de appell. in vj. Idem, si obediret iudici, ubi appellatio non suspendit, licet deuoluat, putà in excommunicatione, secundum Innocent. in c. olim. el iij. s̄. de restit. spo. ¶ Idem, si appellatio adhuc non esset interposita, sed interponenda. Vnde litigans pendente termino ad appellandum, non renunciat appellationi futuræ, secundum Innocent. in c. significauerunt. j̄. eod. & per Innocent. in c. ad consultationem. j̄. de re iud. & Bald. quem omnino uide in l. ad solutionem. C. de re iud. Et de his aliâs. ¶ In ea. gloss. ibi, contradico personam. Videtur tenere Innocent. hîc, & in c. licet. s̄. de offi. dele. in vj. sed cum ista gloss. concor. Hostien. Ioan. An. Bald. do. Ant. Imol. & do. Abb. hîc, & Imol. in c. cæterùm. & in c. literis. in fin. s̄. de rescript. & Ioan. An. Pau. Io. de Lig. & Domi. in c. à subdelegato. uidelicet, quòd per mortem delegantis ipso iure absq; exceptione expirat ius delegati re existente integra, per c. gratum. s̄. de offic. dele. & in c. fin. §. officium. de offi. deleg. in vj. & per c. cui nulla. in fin. de præben. eod. lib. in uerbo, omnino. quod importat ipso iure, secundum gloss. in l. si pecuniam. ff. de condi. in de. Et ad cōtraria responde, ut sufficienter dodo. Abb. & do. meum hîc, qui tamen sunt contrarij in responsione ad istum text. Sed tandem sol. gloss. uidetur magis placere do. meo, quòd hîc ualuit processus, quando præcesserat citatio. Et si diceretur: ergo appellatio interposita erat frustratoria ex falsa causa non iustificabili, & sic etiam, si non uideretur ipsi renunciatū, pendentia appellationis non redderet processum nullum. Quare ergo ponderat, quòd fuit renunciatum, si etiam ipsa pendente idem esset. Ad hoc respondet ipse, quòd quamuis appellatio esset interposita ex causa falsa; ita quòd processus iudicis & sententia interim lata uerè ualeret, tamen confirmatio sententiæ super appellatione, si appellationi non erat renunciatum, saltem nō poterat fieri tunc, quouisq; non erit pronunciatum super appellatione, ne fieret præiudicium appellationi. Et isto respectu ponderatur renunciatio. ¶ In gloss. fin. Circa materiam renunciationis testiū, quæ est propria huius capituli, not. pulchras conclusiones. ¶ Prima conclusio. Renunciatio facta testibus per accusatorem, non ualet, secundum Bart. sub dubio fortè in authen. at qui semel. C. de proba. per l. iurisgentium. §. si paciscar. ff. de pact. ubi accusatio pacto non tollitur: quia derogaretur iuri publico, ut ibi, & l. si maritus. §. si negauerit. ff. de adult. Facit, quod not. Bart. in l. si maritus. ff. de quæstio. & in l. iij. §. j. ff. de iureiur. ubi accusator non potest deferendo iuramentum præiu-
4 dicare fisco[a], cui ex causa criminali præiudicaretur, per not. in l. agraria. ff. de termino moto. Ergo minus præiudicabit renunciando testibus. Istud intellige sanè in renunciatione facta ante reliquos testes productos: quia arguit manifestè calumniam, uel collusionē: secùs, si post testes productos elapsum tempus futuris renunciat: quia ualent, secūdum illam opi. quæ habet, quòd in criminalibus possit concludi in causa, l. quamuis in dubitati. secundum unum intellectum, C. de adult. Quę conclusio non est aliud, quàm renunciatio obligationum facti, uel iuris, secundum gloss. in c. cùm dilectus. j̄. de fide instru. Posset etiam isto casu iudex ex officio recipere testes in criminali, secundum Bart. in l. j. §. fin. in ij. no. ff. de quæst. & plenè Ioan. de Ana. in c. crimina. j̄. de collu. post Bar. in disputatione incip. Iudex maleficiorum. Quod autem dicitur de collusione in causa, fortè procedere posset respectu accusatoris: sed secus respectu rei, ut statim dicetur. ¶ Secunda conclusio. Renun-
4 ciatio † facta testibus per accusatum, non ualet, secundum Bald. hîc propter gloss. magnam in fi. in l. pactum inter hæredem. ff. de pact. quæ uult, quòd reus in criminalibus non potest renunciare defensioni: & ibi Bart. in ult. col. Et ideo dicit Bart. in l. custodias. ff. de publ. iudi. quòd malè uidentur facere assessores, qui faciunt, quòd reus renunciat termino & defensionibus suis, contra l. non tantùm. ff. de appell. recip. & l. additos. C. de episc. aud. & ratio potissima est: quia nemo est dominus membrorum suorum, l. liber homo. ff. ad l. Aquil. Vnde nemo potest fideiubere pro alio, ubi agitur de pœna corporali, secundum gloss. singul. in c. cùm homo. xxiij. q. v. quam sequitur Bald. in l. necq;. C. ne filius pro patre. & in c. breui. s̄. de iureiur. in l. ij. C. de constit. pecu. & Pet. de Anch. & Imol. in rub. de fideiuss. & Roma. consilio xv. & in l. si filiofamiliâs. la ij. ff. sol. mat. & Sali. in l. ad commentariensem. ff. de cust. reo. & adduci posset, quod not. Ioan. And. in reg. semel malus. de reg. iur. in vj. quem allegat do. Abb. in c. cùm ecclesijs. s̄. de mario. & obed. & gloss. ij. q. vj. in summa, & Ioan. An. in c. cùm laicus. de foro comp. in sexto, & Bald. & Sali. in l. fin. C. de neg. gest. & gloss. singul. secundum Dy. in summa, & gloss. in c. ipsa pietas. xxiij. q. iiij. & Angel. in l. quicunq;. C. de ser. fugi. & gloss. fin. in authe. imo. C. de act. & obl. Quorum dicta aliâs retuli in c. contingit. el j. j̄. de sent. excom. ¶ Fallit ista conclusio, nisi reus

a *Præiudicare fisco* Adde, quòd si accusator deferat iuramentum reo, & iudex approbauerit, prodest ipsi reo: arg. l. si cui. §. eisdem. ff. de accusat.

reus sit confessus maleficiū sponte: quia renunciando termino postea dato præiudicat sibi, secundum Bal. in l. accusatoribus. in j. col. C. de accusa. Idem, si renunciaret defensionibus, quæ sunt de apicibus iuris statutorum, & non de iure gentium, secundum Bald. in l. j. uersic. super v. C. qui accus. Et hoc idem, si renunciaret tacitè, putà, permittendo labi terminum, secundum Bald. ibidem. Et quòd possit omittendo defensiones, sibi præiudicare, est gloss. quam sic intellige, in l. j. ff. de furibus balnearijs. Idem, si est latro famosus, secundū Rom. in rub. ff. de arbit. Allegat Bald. in l. prouinciarum. C. de ferijs. Idem, si notorium est, nullam defensionem competere, secundum Ang. plenè in d. l. pactum. Idem, si est captus in fragranti crimine, secundum Bal. in l. ut uim. ff. de iusti. & iur. in prin. Idem, si renunciaret exceptionibus declinatorijs fori, secundum Bald. in l. pe. ad fi. C. de pac. & in c. j. in j. col. s̄. de iudi. Idem, si renunciaret per conclusionem in causa, sm Angel. in d. l. pactum. quem tñ reprobat hîc do. meus: tum, quia est eadē ratio: tū, quia non recluditur in criminali, sm Bal. in l. j. uer. quartò quęritur. C. de condi. in de. nisi statutū imponat conclusionem, secundum Bald. quem uide in d. l. si accusatore. quasi in fin. Idem, ubi pœna non esset corporalis, secundum do. meum: quia cessat ratio dictę conclusionis, nisi fortè, secundū eum, ageretur de infamia: quia dicitur esse mutatio status, per no. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæst. Extra istos nouem casus stat firma conclusio, quæ procedit, etiam si reus in renunciatione iuraret, secundum Bart. in l. j. C. de confes. Et procedit etiam, si renunciaretur exceptionibus dilatorijs: putà, quòd procedat tempore feriato, secundum Bart. in d. l. custodias. per illum text. quod fortè non est indubitatum, per id quod dixit Bal. in d.
5 l. pen. C. de pact. ¶ Tertia conclusio. Renunciatio † facta testibus in causa principali, non extenditur ad causam appellationis, quo minùs possint alij testes produci, siue sit renunciatum in specie quibusdam articulis, siue in genere, secundū do. Ab. & do. meum hîc, contra Inno. Bald. do. Ant. & Imo. hîc, facientes differentiam inter renunciationē specialem, uel generalem. Et cum opi. do. Abb. concordat Spec. in tit. de renunc. & conclus. §. j. uer. hoc etiam scias. & Bart. in authen. at qui semel. uer. quæro, utrùm renunciatio. C. de proba. & do. Ant. in c. pastoralis. de causa posses. & proprie. & in c. cùm dilectus. in fin. j̄. de de fide instru. & Bald. in l. per hanc. in j. col. C. de temp. app. & in c. fraternitatis. in ult. col. s̄. eo. & do. Ant. in c. cùm olim. j̄. de censi. & per Ang. in §. quia uerò. in authen. de testibus. ¶ Et in quantum do. Abb. reprobat prædictos, dicentes: secus esse in renunciatiōe facta certis capitulis, quia in causa appellationis, tanquam diuersæ instantiæ, rescindūtur acta in prima, l. ita demum. C. de proba. maximè, quia conclusio in causa non tollit probationes in causa appellationis, c. cùm Ioannes. j̄. de fi. instru. Et ita hîc, cùm ista renunciatio sit similis conclusiōis. Addit do. meus, quòd ista ratio non est generalis: quia sicut publicatio processus portat effectum in causa appellationis, cle. ij. eo. tit. ita hîc, secundum eum: cui responde, quòd in publicatione durat ratio subornationis: quod non est in renunciatione, sicut nec in conclusione. Pro hoc etiā facit, secundum ipsum: quia sicut fideiussio præstita coram iudice primæ instantiæ, etiam non expresso nomine proprio, finitur in causa appellationis, l. ij. C. de proc. latè Bart. in l. cùm apud. ff. iudi. solui. & tamen ille est actus particularis, qui fit super uno articulo iudicij: ita hîc. Præterea licet renunciatio generalis minus possit, quàm specialis, tamen specialis tantùm potest, quantū generalis indiuidua, l. j. cùm materia, ff. si quis in ius uoc. Facit l. si duo. ff. ad municip. Et renunciatio facta simpliciter testibus, non est omnino generalis, sed super indiuiduo speciali: & tamen illa non extenditur ad causam appellationis, secundum Innocen. & sequaces. Ergo nec ista ad c. constitutus. el ij. j̄. eod. Responde, quòd ibi nō est illud uerbum, In principali. Vnde sumitur arg. à contrario, quòd ubi est renunciatum testibus, non possunt testes produci. Sed non negat de alia instantia. Et hæc applaudet illi literæ: quia in causa principali non potest pars ad iudicē accedere.
6 ¶ Et ita intellige sanè secundum do. Abb. nisi † obstaret timor subornationis: putà, quia super illis capitulis alios testes produxisset in prima causa: quia tunc procedere posset consideratio Innocē. & aliorum hîc: cum quibus concordat do. Card. in cle. ij. in vj. q. eo. tit. & Bald. in l. ij. in apostil. ff. de testi. & Bald. & Ang. in authē. iubemus. C. de iudic. & ibi allegant c. fraternitatis. suprà, eo. qui tex. ut considero, multùm uidetur obstare prędictis, dum probat, quòd in causa appellationis nocet renunciatio facta in principali, ut super eisdē capitulis testes produci non possint, nisi dicat, ut dixi, quòd loquitur, quando testes aliqui producti fuerint super illis capitulis, in quibus durat timor subornationis. Et ista sunt de mente gloss. in c. causam. el ij. in uerbo, capitulis. suprà, eo. Et unum casum, in quo renunciatio non obstat etiam in principali, posui post Imo. in c. in causis. circa medium, suprà eo. ¶ Vltimò, an ualeat renunciatio testium facta extra iudicium: uide omnes in c. ij. suprà, tit. j. & ibi dixi in ultima intelligentia iij. conclusionis: & scias, quòd qui renunciat allegationibus simpliciter, non uidetur renunciare allegationibus facti: & ideo non impeditur producere testes, nisi consuetudo aliter interpretetur, secundū Io. And. sing. in Spec. tit. de renunciat. & conclus. §. j. circa princip. & sequitur do. meus hîc. Sed intellige, quando una pars tantùm renunciat: secus, si ambæ, ut per Spe. ibi, & Bart. in l. consentaneum. in ult. col. per illum tex. C. quomodo & quando iudex.

c. series.

SVMMARIVM.

1 *Libellus ex uerbis improprijs non uitiatur.*
2 *Instrumentum an possit confici super consanguinitate.*
3 *Notarius an debeat esse rogatus de contingentibus à natura.*
4 *Instrumentum quando enunciatiuè probet consanguinitatem.*
5 *Publicatio testium quare non obstat in causa matrimoniali.*

CAPITVLVM XXVI.

Eries. ¶ In causa matrimoniali, ubi agitur de probando impedimentum non subesse, possunt recipi testes publicatis testibus. H. D. Vel sic: & quo minùs publicatis testibus possunt testes produci super eisdem articulis, ubi pars aduersa ante publicationem instrui non potuit. H. D. ¶ Not. ibi, matrimoniū
1 accusabat. secundum do. Abb. quòd † non uitiatur libellus, licet ponant uerba impropria. Hîc enim agebatur ad dissolutionem coniugij, propter consanguinitatem, ubi non cadit propriè accusatio, quæ fit, cùm agitur criminaliter, c. qualiter. el ij. in frà, de accus. & c. per tuas. el j. in frà, de symo. & l. j. in fin. cum l. sequen. in text. & gloss. ff. ad Turpil. Ad idem c. constitutus. j̄. de relig. domi. Et adpositum fuit uerbum Accusatio, quia uersatur crimen incestus stante consanguinitate: & ita accusatio criminalis uel ciuilis non discernitur ex uerbis, sed ex conclusione libelli: in quo pōt uideri Bar. in l. j. C. de usufruct. & in l. scire debemus. in fi. prin. ff. de uerb. obli. & in l. sed & si possessori. §. item si iurauerò. ff. de iureiur. & in l. si merces. §. uis maior. ff. locati. & in l. j. ff. de act. & obl. & in l. si mater. §. eadem. ff. de except. rei iudi. & in l. insulam. ff. de præscript. uerbis & Imol. in l. pro hærede. §. qui tamen. ff. de acqui. hære. & do. Ant. in d. c. constitutus. & in c. examinata. suprà. de iud. & Ioan. And. in Spec. super rubri. de officio omnium iudi. & Bald. in Spec. in tit. de appell. & Paul. de Cast.

in l. monumenta. C. de legat. & do. Anto. post Inn. in c. cùm uenerabilis. j. de relig. domib. & do. Anto. & do. Abb. in c. ad dissoluendum. infrà, de despon. impub. In quibus locis inuenies, quòd quando ex narratis in libello elicitur conclusio & intentio libellantis, licet aliqua uerba repugnent, tamẽ saluatur libellus etiam illis impropriatis. Quod intellige, nisi uerba libelli essent ualde disproportionata ab intentione agentis: ut quia in libello petitur ex locato, & probatur de commodato, ut per Bart. in d. §. eandem. & do. Ant. in c. examinata. & Pet. de Ancha. consil. xxviij. inci. Statutũ. ¶ In gloss. ij. ibi, non potest instrumentum fieri. not. ex
2 gloss. quòd † super consanguinitate non potest confici instrumentum: & ipsam sequuntur omnes hîc: & assignat hîc Bald. rationem: quia notarius hoc non potest scire pro uero. Alleg. l. j. ff. de uent. inspi. Sed dicit hîc no. Hostien. quòd super natalibus potest confici instrumentum: quod est uerum, quo ad matrem: quia de patre sciri non potest pro certo, nisi fortè describendo præsumptiones, quas habuimus in c. per tuas. s. tit. j. secundum do. Abb. hîc. In confectione illius instrumenti non expedit notarium rogatum esse de uisu propter honestatem, sed de coniecturis usitatis, secundum do. Ant. & Imo. hîc, per hoc sentientes, quòd sicut in difficilè probabilibus admittitur probatio coniecturalis facta per testes, ut infrà, c. j. ita per eadem signa potest notarius esse rogatus: quod dicit do. meus semper notandum & non legisse alibi. Sed tamen contra ista ipse prolixè instat per elegantem theoricam Ioan. And. in Spec. de instru. edi. §. postquam. uersic. item, nunquid. quem sequuntur Bald. & Salic. in l. neq; natales. C. de proba. & plenè per do. Ant. & do. Abb. in c. j. j. de fid. instru. & Bald. in rubri. C. de fid. instru. Vbi
3 tractando, de † quibus notarius possit esse rogatus, dicunt inter alia, quòd de actibus contingentibus à natura, uel casu, ut natiuitate, morte, aut ruina, non potest à partibus notarius rogari, quia partium est uti notario in dependentibus à suo uelle, & ab ipsis effectum sumentibus, in authen. de tabel. §. j. & ideo authoritas notarij, quæ est extraordinaria, secundum Innoc. in c. cùm P. infrà, de fide instrumẽ. non debet extendi: sunt enim talia æstimanda per iudicem, l. septimo mense. cum ibi notatis, ff. de statu homi. Et æstimanda per iudicem non competunt notario, l. iij. C. de iure fisci. lib. x. Et per istam doctrinam ueram impugnat prædicta, & bene. Sed tamen dicas, quòd secundum notata in d. locis etiam de istis dependentibus à natura possunt partes notarium rogare: tamen hoc fit non in his, quæ earum consensu non possunt induci, uel tolli per suam rogationem, prout successio ex ultima uoluntate, uel quid simile: sed in alijs, putà quo ad effectum alendi liberos, propter quem ualeret instrumentum natiuitatis, & in casu mortis, putà de morte animalis, ut agatur ad æstimationem: quia tales effectus sunt in potestate partium sine iudicis ministerio. Item instrumentum ualeret etiam extra istos casus, quo ad faciendũ indicium, propter quod quandoq; defertur iuramentũ in supplementum, secundum Bald. in rubric. C. de fide instrumen. Dat exemplum, quando stipendiarij perdunt equum in bello, uel oratores in itinere, & reportant instrumentum de morte equi, sicut quotidie fit: arg. l. hac lege. ff. de pac. cõuen. & l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re mil. Bene facit, quod not. gloss. ista paulo infrà, dicens, instrumentum etiam de consanguinitate facere presumptionem. Per quam dicit Bald. hîc, quòd instrumentum ob aliud confectum, in quo dicitur, tales tanquam consanguineos, etc. probatur enunciatiuè consanguinitas, non ad plenum, per l. ex his. C. de testa. mili. sed per uiam adminiculi, per l. non ignorat, C. qui accus. & l. uxorem. ff. de manu. testa. maximè, quando illa uerba conferuntur ad principale contentum in instrumento, per tex. quem dicit sing. in l. epistolam. in princip. ff. de pact. Et operatur satis illud adminiculum, secundum do. Ant. & Imol. hîc: quia tollit suspicionem resultantem aliàs ex iterata productione testium, per istum tex. Et subdit signanter do. Ant. quòd instrumentum super facto excedente memoriam hominum enunciatiuè continens consanguinitatem, ipsam plenè probat: quod est ualde pulchrè ad materiam c. cùm causam. s.
4 tit. j. ut † talia instrumenta antiqua probent etiam id, super quo directè instrumentum confici non potest. ¶ Quomodo autem constabit, quòd habens instrumentum de natiuitate sua, sit ille, de quo instrumentum loquitur, latè instat Bald. & Salic. in d. l. neq; natales. & do. meus hîc: sed dic in effectu, quòd tribus modis. Primo, si post natiuitatem decursum esset exiguũ tempus: quia per testes descriptos in instrumento probabit identitatẽ, cum modico tempore non præsumatur mutata indoles, secundum Nicol. de Mata. in d. l. neq;. Secundo, si factus maior probat filiationẽ his modis, quos diximus in c. per tuas. Tertio, si etiam cessantibus illis modis probaret identitatem suam propter singularitatem nominis, propter quam tolleretur dubium æquiuocationis altero ex istis modis non concurrente, non obtinebit, secundum prædictos. Quibus in simili accedere posset quæstio Bal. in l. si qua per calumniam. C. de epis. & cle. quam alleg. do. Abb. in c. coram. in pe.
5 col. suprà, de offic. deleg. ¶ In † gloss. fin. in fin. Inter x. lecturas, quæ ex gloss. & Doct. dantur ad illum text. illa ultra gloss. est de magis approbatis, quòd speciale sit in causa matrimoniali, ut testes produci possunt etiam testificatis didicitis: & probat in c. sicut. & c. ex tenore. j. eod. siue pars stet pro matrimonio, ut hîc: siue contra, per rationem c. licet. in fin. infrà. eod. & latè fuit dictum post Abb. in c. iurauit. s. tit. j. Et si diceretur, quare non attenditur timor subornationis, & sic falsitas hîc, ubi agitur de maximo præiudicio, prout tenebat Goff. in c. sicut infrà, de spons. Et in summa huius tituli ad fin. respondet Bald. & clariùs do. Abb. hîc, q in alijs causis nõ solùm attenditur prædictus timor, sed etiam tacita conclusio resultans ex publicatione, & ut sit litium finis, qui respectus cessat in causa matrimoniali, per c. lator. & c. consanguinei. allegata in gloss. infrà, eod. Per quæ apparet, quòd plus ponderatur ratio peccati, quàm timor subornationis, cui iudex cautè prouidere potest: & idem Bald. in c. iurauit. suprà, tit. j. de proba. dum modò priùs præstetur iuramentum purgationis à dicta suspicione. Et quamuis do. Abb. dicat, quòd ista lectura uera in se non probatur hîc, ubi non fit mentio de publicatione, tamen contrarium est uerũ, per istum tex. in uerbo, falsum esse dicebat. quod dici non poterat, nisi didicitis testificatis. Et istud sufficit, sicut publicatio, ut dicetur infrà, eod. c. ultra tertiam. Vbi etiam fiet mentio de una lectura Vincentij hîc, per quam uoluit, quòd qui audiuit testium examen, non dicatur didicisse. Est alia lectura do. Ant. & Imol. hîc, quòd hoc fuit: quia non producebantur testes, & etiam instrumentum, quo ad adiuuandam assertionem testium: ex quo uerisimiliter cessabat timor subornationis. Et de hac lectura facit festum Ro. in rubri. ff. de arbitris. ¶ Et si opponeretur d. c. iurauit. suprà, eod. ubi quamuis præsumatur pro testibus, quos aduersarius nixus est subtrahere, tamen publicatio impedit eos produci: responde, quòd præsumptio resultans ex instrumento est fortior: quia immediatè respicit negotium, de quo agitur: quod non est in alia præsumptione. Patet ex notatis per Bart. in l. fin. ff. de quæstio. secundum do. meum, qui per hanc lecturam intrat longam quæstio. utrùm prohibitus probare per

testes ex forma statuti possit probare per testes cum instrumento: de quo solùm remitto ad Bart. Bald. & Pau. de Cast. & Ro. in l. certi condictio. §. quoniam. ff. si cer. pet. & ad alios, quos allegaui in c. ij. in vij. intelligentia tertiæ conclusionis, suprà, tit. j. Est alia lectura Io. And. communiter approbata, quòd pars non potuit ante publicationem instrui super directa, uel indirecta probatione contraria: quia proposita fuit in capitulis consanguinitatis, non distinctis gradibus. Et sic succedit doctrina Innocen. in c. ex tenore. infrà, eo. De alijs lect. dic, ut hîc per Doct.

SVMMARIVM.

1 *Testimonium quando ualeat de auditu, & quando quis dicatur scire.*
2 *Copula carnalis qualiter probatur.*
3 *Copula carnalis per auditum an probari possit.*
4 *Testis qui audiuit tenui pariete intermedio, an probet, uel non?*
5 *Cæcus an & quando possit testificari.*

CAPITVLVM XXVII.

c. præterea.

PRæterea. ¶ Carnalis copia probatur per conueniens testimonium de uisu, uel per testimonium auditus: quod per famam & adminicula coadiuuatur. ¶ In text. ibi, consocios. no. secundũ do.
1 Ant. & Imo. & tene menti, quòd † non uitiatur dictum testis, si dicat, se scire id, quod deponit, non per certam scientiam, sed per auditum & famam. Ad id uide Bal. in l. filium. ff. de his, qui sunt sui, uel alie. iur. de eo, qui dicit, Scio pro certo talem esse filiũ Titij: quem retuli, in c. per tuas. s. tit. j. & uide Do. in c. de capitulis. x. dist. ubi dicit, q quis dicit pro certo scire, quando est certificatus ab uno fide digno: & de hoc etiam per do. Anto. in c. unico. circa prin. s. de rescrip. & in c. quoties. in ult. col. s. eo. & in c. per inquisitionẽ. s. de elect. & latè in c. si. s. de iura cal. Et dicitur quis scire id, quod uehementer præsumit, sm gloss. & Imo. in l. repudianda. ff. de acqui. hær. & no. Paul. de Cast. in l. si posthumus. §. si. ff. de lib. & posthu. per tex. ibi, in uerb. quẽ scio. & in l. si quis ita. §. pen. ibi, & si quasi certus. ff. de testa. tut. Et dicit quis scire, quòd ab alijs audiuit, sm gl. in c. uidetur. xxij. q. v. & in c. tua nos. in uerbo, constiterit. j. de spons. Et dicit Archi. in c. beati. circa prin. ij. q. vij. q dicitur sciri, & indubitatũ esse, quod cõmuni auditu percipitur de antiquis: & dicit, q de hoc potest assertiuè responderi per iuramentum. Alleg. Inn. & Hostien. in c. cùm causam. s. de iur. cal. Et dicit Innoc. in c. ex literis. j. de iureiur. q quis potest iurare de ueritate etiam in his, quæ non uidit, sed indubitanter nouit, putà Christum crucifixum: & sequit ibi do. Ant. & Archi. & Io. de Fantus. in c. testes. iij. q. ix. & mirabiliter consuluit Petr. de Ancha. consil. cclxxxv. incip. Visis diligenter. q substitutus in testamento cum conditione, si ex uidua prægnante non nascatur masculus, potest adire hæreditatem ante uerificatam conditionem, si ex prægnantis & aliarũ mulierum assertione uerisimiliter opinari poterat fœminam nascituram: & allegat multa, maximè Inn. in d. c. si. de iur. cal. Et de his satis pro nunc. ¶ In gl. magna in si. Io. And. & omnes alij intelligunt generaliter istũ tex.
2 quòd † probatio, de qua in text. sit sufficiens ad dissoluendum matrimonium, & in quocunq; alio casu, in quo agitur de probanda copula: quia litera loquitur indiffinitè: aliàs, secundum ipsos, essent superflua iura loquentia de affinitate: quia de facili pbari non potest copula, nisi modis prædictis. Vnde sufficit probatio possibilis, sicut de filiatione dicitur in d. c. per tuas. Et hinc est, quòd tex. hîc, quo ad uisum, requirit testimonium conueniens: quia non est uerum dicere, q uiderint precisè copulam, etiam uidendo unum suprà alium in actibus Venereis. Forte enim erat uir impotens, uel mulier arcta. Ideo successiuè per unum foramen uidissent aliquos fornicari: quia cum sit actus successiuus, non uidentur deponere super diuersis fornicationibus, sed super una tantũ, sm gl. in c. nihilominus. iij. q. ix. quam sequitur do. Abb. hîc in c. cùm non ab homine. s. de iudi. & Ioan. de Ana. in c. cùm oporteat. j. de accus. & Bald. in l. testium. circa fin. C. de testi. & Ioan. And. in Spe. tit. de teste. §. iam de interrogatorijs. in antepen. col. uersic. quid si unus. in addi. incip. Idem in quouis actu. Et dicit do. Ab. hîc se adhuc plus dicere, quòd sufficit, si testes uidissent solũ uirum & mulierem in latebris se osculantes & amplexantes: quia isti sunt actus propinqui ad coitum: & alleg. qd' no. Bar. in l. ij. ff. de fur. ubi dixit, quòd si aliquis inuenitur occultatus in domo, in qua est pulchra mulier, ex hoc est probatum adulteriũ præsumptiuè. Et pro isto dicto do. Abb. uide tex. optimum in c. literis. j. de præsumpt. per quẽ probatur, q etiamsi testes non uiderint unum supra alium, tamen sufficit attestari de actibus Venereis: putà uidisse solum cum sola, uel nudũ cum nuda in locis secretis. Et nihil dicitur de fama. Ad idẽ gloss. in l. Caij Cassij. ff. de fideicõ. lib. ubi sufficit, quòd mulier fuerit uisa iacens. Bonus text. in l. quod ait lex. ff. de adul. & sentit Spec. in tit. de præsumpt. §. species. non longè post prin. Secus, si testes ista non uidissent, sed ea audiuissent fieri: quia tunc alia requiruntur, de quibus in uer. seq. Sed in quantum do. Abb. sequitur Bart. in d. l. ij. de reperto in domo potest intelligi, q illud sit uerũ de adulterio, id est, de animo adulterãdi: sed quòd probetur delictum consummatum, uel consumptum ex parte mulieris, est absurdum: quia posset esse, q se ingessisset non uocatus. Et ita per hoc contra Bar. tenet do. Abb. in c. tertio loco. j. de præsump. & in c. tertio loco. in pen. col. s. tit. j. allegando Bart. meliùs loquentem in l. capite quinto. ff. de adul. ¶ Et dicas,
3 quòd † ubi agitur de dissoluendo matrimonio, nisi habeantur testes de uisu conuenienti modis prędictis, oportet q probetur per testes de auditu, scilicet, copulæ, uel mixtionis, non de auditu auditus & famã & alia adminicula, quæ sunt, sm Host. per amorẽ, risum, iocũ, nuncium & similia: & altero istorum deficiente nõ esset probata copula. Et pondera istum tex. ut dixi in c. ueniens. in ij. conclusione, s. eo. Vbi autem non ageretur de tanto præiudicio, putà in casibus positis hîc in glo. uel similibus, indicia latiora sufficerent: & ideo coram episcopo peti potest separatio thori, probando solùm quòd uxor permisit ab aliquo teneri manus ad suum pectus, secundũ Bal. in c. tuæ. s. de procu. per tex. optimum cum gl. in c. j. quib. mod. feu. amit. ubi gl. exponit illum tex. punientem uasallum, qui turpiter ludit cum uxore domini, id est, qui posuit manus ad pectus. Et idem, si probaret uxorem fuisse in balneo cum alio, sm gl. in c. non oportet. lxxxj. dist. & est tex. in l. fi. ibi, cõe lauacrum. ibi, libidinis. C. de repud. Et idem, si pernoctaret extra domum sine causa, sm Ang. in §. minores. in authen. de nuptijs. per d. l. fin. Et idem, si maritus infirmus diu, & impotens, uel absens diu, reuersus inueniat se habere ex uxore natum, & non à se genitum. Et iste est unus casus, in quo ultra Doc. copula probatur sine testibus, per tex. in l. filium. ff. de his, qui sunt sui, uel alie. iur. Et istis adde tex. optimum in c. dixit. xxxij. q. j. ubi quantum ad dimittendam mulierem à thoro, non solùm sufficit fornicatio, sed uiolenta suspicio fornicationis. Et quòd colloquiũ & oscula sint præludia Veneris, uide gl. iij. quam Ang. facit sing. in l. j. ff. de ua. & extraor. cri. & glo. in d. l. quod ait. & in c. nec aliqua. xxvij. q. j. Et dicit Bald. in l. neq; natales. C. de proba. q coniecturæ probant aliquam esse meretricem: putà, si passim intrant & exeunt scholares de die & de nocte: & dicit, quòd scholaris loquens cum puella non præsumitur dicere, Pater noster. & sequitur Pet. de Anch. in

nota,

regula, semel malus. de reg. iur. in vj. Vnde imprudenter locuta fuit gl. in c. absit. xj q. iij. de clerico amplexãte mulierem: & licet eam sequatur Spec. in d. §. species. in princ. tamen eam do. Abb. reprobat in c. j. de cleri. non resi. Et ideo reprehendi debent isti spirituales, qui sub specie boni sæpe uisitant mulieres, fm Ang. in authen. quomodo oportet episcopos. in prin. & bene facit c. iij. xxviij. q. ij. Et magis creditur testibus dicentibus, puellam esse corruptam, quia uiderunt eam in lecto cum iuuene, cũ hoc negantib, fm Bal. in l. testium. in ult. col. C. de testi. Facit illud, A' iuuene & cupido credat, etc. Oportet tñ, ut testes deponentes super adulterio, reddant causam dicti sui, fm Bal. in l. solã. C. de testi. Et qui uult, pbare adulteriũ, debet priùs, pbare matrimoniũ: aliàs nihil agit, fm Bal. in l. ita demũ. in fi. C. de procu.

4 ¶ Vltimò † pondera, fm Imo. hîc istam glo. in princ. in uerbo, tenui pariete. quia de facili non reperit alibi, fm ipsum, q ubi agit de matrimonio separando testimoniũ de auditu mediante tenui pariete, uel cortina, non ualet per se solum. Idem esset de testibus descriptis in testamento: quia oportet, q uiderint testatorẽ, fm Cy. in l. si non speciali. per illum tex. in uerbo, conspectu. C. de testa. etiali testes consueuerint habere notã uocem testatoris. Et no. Bart. in l. in summa. §. Idem Labeo. ff. de aqua plu. arc. idem in causa criminali, fm Imo. ibi, Extra istos casus cõiter tenetur, q ualet testimonium dicentis se audiuisse per mediũ parietẽ, uel cortinã, fm gl. in d. §. Idem Labeo. quam ita laudat Imo. hîc dicens, esse unicam apud Legistas. Ita etiam declarat Imo. post do. Anto. in c. ij. §. de consue. Et per hoc datur practica, fm ipsum hîc, in agendo cautè, qñ quis uult inducere ad confitendũ aliquem id, quod nunquã uult dicere coram testibus, ut conducat testes post aliquã cortinã, & illi habeant notam uocem confitentis. Sed Ang. in d. l. si non speciali. dicit, q licet testis possit deponere, quamuis non uiderit contrahentes, sed habeat notas uoces contrahentium, non tñ facit plenã, pbationem: quia de facili potuisset decipi in mutatione uocis. Et hoc etiã sequit do. Abb. in c. cùm causam. j. eo. quia, fm ipsum, qua ratione in testamento lex uoluit testes esse in conspectu testatoris, s. ob dubiũ mutatæ uocis, eadẽ erit idem in alijs cõtractibus. Hoc limitat, nisi priùs uidisset contrahentes, & audisset, & modico facto interuallo contraxissent: quia produci poterunt. Gl. in d. l.

5 in summa. cum sequacibus. Et idem puto dicendũ in † cæco, ut extra istũ casum etiã testificari non possit, licet gl. simpliciter dixerit, q sic: c. testes. iij. q. ix. quã tñ ipse secutus fuit hîc, & pcedere posset in his, quæ uidit ante cæcitatẽ, ut per Spec. in tit. de teste. §. j. in xj. col. uer. sed nunquid cæcus. & Ang. in §. si uerò absunt. in authen. de hær. & Fal. & Bar. in peculio. Inno. in uerbo, testes. in xlviij. col. & Ro. in rub. de arbi. in vij. col. & Bart. in l. ad testium. §. conditionem. ff. de testa. & Cy. & Bald. in l. testium. C. de testi. Et de cortina uide Bald. in l. si quaper calumniam. in pen. col. C. de epis. & cle. & Ful. in l. si unus. C. de testa.

SVMMARIVM.

1 ¶ Dicto Papæ utrùm credatur, sicut illius literis fieri solet. & nu. 2. 3. 4.

5 Iudex & arbiter non possunt deponere de ijs, quæ gesta sunt coram ipsis.

Fallit, ut num. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.

13 Aduocatus non potest esse testis in causa sui clientis.

14 Procurator an possit esse testis in causa, in qua fuit procurator.

15 Solicitator an possit esse testis in causa à se solicitata.

16 Proxeneta an possit esse testis in actu, pro quo fuit proxeneta.

CAPITVLVM XXVIII.

Cùm à nobis. ¶ Vnius iudicis uerbo non creditur, scripturæ uerò eius per testes reprobari possunt: fallit in Papa. H.D. Et est materia ualde solẽnis: pro cuius expeditione, omissis notabilibus, quæ clara sunt, & ordine glo. assumo totam

1 materiam per conclusiones. ¶ Prima conclusio. Ita † statur uerbo Papæ, sicut literis suis. Ita per istũ tex. dicit hîc Host. & sequunt Io. And. Bal. & do. Ant. hîc. Et hoc procedit non solùm super agitatis coram eo in causis spiritualibus, in quibus habet amplam potestatẽ, c. ij. de præben. in vj. cle. j. ut lit. pen. sed etiã in causis prophanis laicorum, ut hîc in uerbo, testamentis & alijs contractibus. nam talia sunt de iure gentiũ: & per hæc facit, quia clausula in fine posita non referet ad primũ dictum testium, si solùm intelligeret de spiritualibus. Ad idem ratio: quia si princeps habens supremã potestatem potest concedere alteri, ut credatur sibi soli in quocunq negotio: patet in c. quicunq. xj. q. iij. ergo fortiùs hoc priuilegiũ habet in se, quia secundũ philosophum, propter quod unumquodq tale, & illud magis: facit c. Daibertí. j. q. vij. Ad idem gl. quæ loquit de contractu in c. ad Apostolicæ. in uerb. permisissent. de re iud. lib. vj. de qua paulo j. uersic. secundò nota. ¶ Est uerum, q do. Abb. hîc dicit se credere, q iste tex. procedat in his, in quibus Papa habet plenam potestatem, ut in spiritualibus: sed in alijs dubitat, q non crederet nudo uerbo suo in præiudicium aliorum: & adducit quædã, quibus nõ obstantibus procedit dicta cõclusio. ¶ Et in quantũ allegat, quod habet ij. q. v. §. j. & in c. in omni. s. eo. ubi Christus uoluit uti iure cõmuni, allegando testimoniũ aliorũ: ergo & Papa deberet ipsum imitari, arg. c. significasti. §. de elect. responde, fm do. meũ, q ludęi non recipiebant eum pro summo pontifice: unde erat iudicandum fm regulas aliorum. Non obst. etiam c. Deus omnipotens. ij. q. j. ubi Deus iudicando usus fuit iure cõmuni: ergo idem deberet facere Papa in testificando: quia respondetur, quòd ille text. magis probat, q sententia debet ferri ante sententiam: & hoc nõ negatur etiam in Papa, per c. j. in causis. de re iudic. sed non probat, quòd non stetur sententiæ Dei. Non obstat, quòd ista sit lex diuina, quæ non reperitur limitata in Papa: quia propter excellentiam personæ inducitur iusta causa credendi sibi soli, sicut est in casu cle. j. de proba. & sicut in casu c. quicunq. xj. q. j. qui tamen text. secundum Imo. hîc, intelligitur de episcopo summo, id est, Papa: & hoc modo probat optimè istam conclusionem. Sed intelligendo de episcopo, est correctus per istum text. in uerbo, quantæcunq, secundum omnes hîc. ¶ Et ut in intelligas, omissis his, quæ dicũt

2 Doct. in d. cle. j. no. primò, q † ista conclusio procedit absq dubio, ubi Papa attestatur de gestis à se, uel coram se. Si autem attestatur de alijs alibi gestis, & tunc st materia non est multùm præiudicialis, idem erit: putà, si per uerba assertiua dicat, cùm constet nobis talem diffamatam, etc. quia hæc uerba probant famam præcessisse, secundum Io. And. in Spec. in tit. de inquisitione. §. nunc tractemus. uersic. hoc autem tractandum. & in c. cùm oporteat. infrà, de accus. & ibi do. Abb. Si uerò esset materia præiudicialis, & adhuc uideretur idem, propter gloss. in uerbo, fecisse. in d. clem. j. dum exemplificat de Papa asserente aliquem esse mortuum. Nec est credibile, quòd intelligatur de mortuo coram Papa. Et hoc uidetur tenere do. Antoni. in c. cùm dilectus. ad fin. infrà, de success. ab intesta. Sed contrariũ tenet Cal. & do. Anto. in c. post cessionem. suprà, tit. j. & do. meus hîc per rationem, quam dicit ualde subtilem: quia si staretur assertioni Papæ de non gestis coram se, non posset esse, nisi quia Papa de actu non gesto coram se recipit

recipit fidem ab alio: & ista fides non uidetur esse sufficiens ad probandum aliquid gestum in præiudiciũ partis: quia probatio ad præiudicium partis non potest recipi contra partem: nec Papa tollere potest hanc exceptionem. Allegat cle. Pastoralis. de re iud. & facit ultra ipsum, c. indicas. iij. q. ix. Nec ostat tex. in c. ad audientiam. j. de præscrip. quia responde, ut ibi per do. Abb. uersic. ex prædictis. in iij. responsione. ¶ Sed aduerte: quia ista ratio do. mei operabitur, quòd non credatur talibus narratis tantum, quantum, si essent gesta corã Papa: nam contra illa non admittetur probatio in contrarium, si meliùs fundat intentionem suam: d. cle. j. iuncta gloss. antepe. sed hîc, licet non sit iste effectus, resultat tamen probatio præsumptiua, per quam onus probandi contrarium transfertur in aduersarium, ut eleganter per Lap. allegatione vij. quæ incipit, disputat, an literæ. ubi consuluit, an per literas Papæ, quibus cõmendat iudici plebanum talis plebis propter occupationem bonorũ ecclesiæ, &c. probatur ipsum esse plebanum, quo ad illum effectum, nisi contrarium probetur: & idem sentit Cal. in tit. de rescript. consil. vj. Quòd autem Papæ credatur plenè de gestis coram se, uide etiam Fed. consil. cxvij. incip. Casus talis est, Ioannes impetrauit. ubi dicit, quòd si Papa narrat in rescripto, q Titius aliquid sibi significauit, & dat sibi iudicem, & negatur Titium fuisse in curia, non admittitur uolens hoc probare: quia licet sit factum alienũ, tamẽ est factum coram Papa: & in eo fundant se literæ, ut in d. cle. j. ¶ Secundò not. quòd creditur Papæ de his, quæ gessit, & concernunt factum suum, etiamsi fuit factum ante Papatum, & de illo attestetur factus Papa, ut est gloss. in c. ad Apostolicæ. in uerbo, permisissent. de re iudic. in vj. Quod est ualde notandum, secundũ Domi. ibi, ad extensionem. d. cle. j. Et ita dicit se cum Imo. pridie consuluisse: & est gloss. similis in c. j. in uerb. statuit. de renunc. in vj. & istas allegat Rota, dicens ex eis ampliari istũ tex. in sing. cxxviij. inci. Sanctissimus. facit c. cùm olim. el ij. infrà, de priuileg. & cle. j. ad fin. uer. intellexímus. de reliq. & ueneran. sanct. & cle. j. in prin. de senten. excom. & c. querelam. in prin. suprà, de elect. & c. cùm ex literis. suprà, de restit. in integ. ¶ Tertiò

3 no. quòd † dispositio huius text. & d. cle. j. non habet locum in inferiore à Papa, ut no. gloss. ij. ibi, & latiùs do. Card. suo eleganti consilio cliiij. quod incipit. redemptoris, etc. in quæstione, quæ uertitur inter Andream. ubi consuluit, quòd literæ communitatis uirtutum, quamuis potentissimi non probabant ullo modo quem cõmisisse crimen læsæ maiestatis. Postea subdit, quòd arg. d. cle. j. posset dici idẽ in imperatore, quod ibi dicitur in Papa. Et idem in alio habente iura imperialia, & non recognoscente superiorem: arg. c. per uenerabilem. infrà, qui fil. sint legit. & eius, quod not. Inno. in c. cùm P. infrà, de fi. instru. Quod dictum reputo inauditum in hac materia: & facit pro excelso duce nostro, qui Dei Apostolicę sedis & imperij gratią non recognoscit amplius superiorem in terris. Et pro hoc facit: quia imperator hoc potest alteri concedere, d. c. quicunq. xj. q. j. Per quem text. dicit Ro. in sing. cclxv. q communitas non recognoscens superiorem, ut Florentia, potest statuere, ut testimonio unius episcopi, uel marchionis quælibet causa decidi possit: & quamuis ille text. intelligatur de Papa, aliàs est correctus per istum text. secundum Innocen. hîc & Spec. in tit. de teste. §. restat de numero. uersic. xxij. per c. si tantum. & c. placuit. vj. q. j. tamen non apparet, quòd sit correctum ex eo, quia imperator non potuerit concedere: & sic istud fortiùs est in eo, uel in habente iura imperij. Sed nihilo minùs poteris cogitare: quia affirmare istud dictum do. Card. non reputo securum: quia d. cle. j. & iste text. habent in se aliquid speciale contra ius diuinum: quod nõ uidetur extendendum. Et licet ad hoc dici posset, quòd etiam imperator disponit in hoc iure diuino alterando numerum testiũ, c. licet. §. eo. tamen non reperit disponere diminuendo. Et multũ facit iste tex. contra prædicta in uerbo, quantumcunq posea. in fi. excipiendo propter quod extra causam exceptionis adhuc magis firmat regula l. nam quod liquidẽ. §. fi. ff. de pen. leg. Et q in talibus Papa legem ponat imperio, satis probatur in cle. pastoralis. ad fi. de re iud. Et ista notat, tanq de alijs nõ declarata. ¶ Quartò not. q si Papa dicat sibi constitisse de certo crimine alicuius, unde mandat eius beneficium, tanq ipso facto uacans Titio; conferri, & ille, contra quem scribitur, uelit probare, & bene, q illud crimen non inducit ipso facto uacationẽ, cũ non sit in iure expeditũ, non audit: quia Papa uidet fundare intentionẽ suam in facto suo, id est, in iure: & ita declarat, q illud uitium inducat priuationẽ. Ita bellissimè cõsuluit Pe. de Anc. cons. ccxxxviij. inci. Vltra alia solẽniter, etc. permulta: sed maximè, quia non potest argui error in Papa isto casu: quia cũ habeat notitiã iurium, c. j. de consti. in vj. scribendo tollit in casu iuris dubio, uidet uelle ipsum decidere, ut in casu illius consilij. Sed non aperit Pe. de Anch. quid, si casus nõ esset in iure dubius, sed decisus in cotrariũ: & tunc putarẽ secus, per id qd scribit Bald. in l. iurisiurandi. C. de testi. & do. Abb. hîc, dicentes: q ubi Papa errat in iure tanquã homo, potest sei dici, uos fallit obliuio, per c. præterea. cum gl. xxiij. dist. Vnde cũ in dubio non presumat iura corrigere, c. ecclesia uestra. §. de elec. tale rescriptũ præsumet obtentũ. per importunitates, iuxta gl. in uerbo, noscat. in d. c. j. sed in casu iuris dubio, pcederet dictũ do. Petri: qd diligenter not.

4 ¶ Cætera † dic, ut per Doc. in d. cle. j. & ibi do. Ab. repetentem eadẽ, quæ dicit hîc, & per Bal. in l. iurisiurandi. C. de testi. & Rota in antiquis, decisione ccij. incip. item no. q ubi, & in nouissimis, conclusione ccccliij. & Domi. in c. si Papa, de priuil. in vj. & Ro. in l. sciendũ. ff. de uerb. obl. & omnino consi. suo ccclj. incipiẽte. In casu propositæ consultationis. in antepe. col. Et illud semper scias, q contra assertionẽ Papæ nunq censet exclusa probatio, per quam stante narratiõe Papæ ostendit indirectè oppositũ, ut exemplificat gl. solennis in d. cle. j. in uerb. fecisse. Vnde Pe. de Anc. cõs. cclxv. inci. In primo dubio. q stante statuto Florentiæ, q bona adiudicata creditoribus mercatorũ qui deficiunt, sint pleno iure sua, nec audiantur ipsa repetentes post certum tempus: tamen audietur ille, qui dicit, q bona adiudicata non erant ipsius deficientis: & uide Do. in c. filij. de hære. in vj. & illam gl. no. do. Ant. & do. Abb. in c. his, qui fidem. j. de spons. do. Anto. in c. ujdua. in fi. j. de reg. & in c. fi. in pe. col. j. de confes. & Domi. in c. fratrũ. circa fi. l. dist. & do. Ant. & Imo. in c. cùm Io. j. de fi. instrũ. & facit, quod not. Bal. & Ang. in l. optimã. C. de cont. & cõmit. stip. Et ista sunt, quantũ ad Papã. De Cardinalibus, qñ eis credat, dicet in c. quod super his. j. de fi. instru. ubi do. Ab. post do. Ant. latè instruit. De episcopis dictũ fuit in c. post cessionem. s. tit. j. ¶ Sequitur uidere de iudicibus, uel arbitris, quando eis credat de gestis à se, uel coram se: in quo resecatis multis altercationibus facias conclu-

5 sionem: & erit regula. ¶ Prima cõclusio. Nec † iudici, nec arbitro in forma testis producto creditur de petitionibus ad causam, in qua iudicauerũt. Istud, tanq regulare, ponũt hîc Inn. Host. & alij, & Cy. Ia. Bu. & Bar. in l. ne in arbitris. C. de arbi. & do. Abb. in c. j. j. ut eccle. benefi. & Bal. in l. iubemus. la ij. §. sanè. C. de sac. sanc. ec. in fi. & do. Ant. & ualde clarè & copiosè consi. xxix. inci. Quęstio hæc dubia habet uulgaria. in pe. col. & probatur in c. statuendũ. ij. q. vj. & in §. quęritur. ea. q. & causa. & alleg. But. in l. ob carmen. §. j. ff. de testib. & multos alios antiquos: quia præsumptio est, q tales uelint factum suũ comprobare, sicut de, pcuratore, aduocato & proxeneta dicit: quia propter affectionẽ ad id, quod fecerunt,

c. cum à nobis.

fecerunt, repelluntur, in authen. de testi. §. si uerò. & §. qm̄. & Bar. in l. deferre. §. idem decreuerunt. ff. de iure fis. Et est una doctrina Io. An. quam do. Anto. in d. consil. appellat optimam & regularem in tit. de teste. §. opponitur. uer. quid si administrator. uidelicet, nunquam adhibendã fidem testi deponenti de facto suo, quando ex eo laus, aut uituperium potest attestanti ascribi. Et ideo consuluit Pet. de Anch. cons. clxxiiij. quod incipit, Visis & diligenter, etc. ꝙ ubi iudex habet authorizare, ut iudex, non potest facere se describi in testem, ut testificetur. ¶ Et procedit conclusio non solùm, quando produceretur super negotio principali, in quo iudicauit, ut d. c. statuendum, sed etiam, ubi ageretur ad iustificationem sententiæ suæ, secundum do. Ant. hîc: quia est eadem ratio: nam data iniquitate sententiæ tenetur ad interesse parti, l. si filius. cum materia. ff. de iudi. & latè Bart. in disput. quæ incipit, Iudex, qui per imperitiam. & Bal. in c. j. §. iudex. de pa. iur. fir. & in l. obseruare. §. proficisci. in xxviij. q. ff. de offi. procons. & leg. ¶ Item procedit conclusio, etiamsi sententia dicat̃ nulla ex aliqua solennitate processus omissa, putà litis contestat. quia arguitur in iudice dolus, uel lata culpa: & quia tenet̃ parti, ut l. si iudex. cum materia. ff. de ua. & extra. cri. & ita tenet hîc do. Ant. licet aliud dixerit Spec. in tit. de sen. §. iuxta. uer. sed pone. & Bal. in d. l. ne in arbitris. circa prin. de quo latiùs per do. meũ hîc tenentẽ id, qđ
6 do. Ant. ¶ Item procedit indubitanter, qñ † in eadem causa, in qua est iudex, uellet testificari lite pen. ne duplici officio fungatur, ſm omnes hîc, & latè Bal. in d. l. ne in arbitris. qui in hoc dicit, ꝙ etiamsi essent tres arbitri, unus in eadem causa non posset testificari coram duobus: quia ex ea testificatione non posset pronunciari cum collegijs: & sic esset præclusa uia ꝯtra formã compromissi. In quo tñ dicit cogitandum. ¶ Item procedit conclusio, etiamsi sint duo iudices, per rationes prædictas, ſm Bal. in c. qm̄ ꝯtra uer. restant aliqua. s̃. tit. j.
7 ¶ Fallit † tñ primò ista cõclusio, nisi assumptus iudex in prima causa non deuenisset ad sententiã, quia fortè recusatus fuit, uel perijt instantia, uel compromissum expirauit: quia potest testificari, sicut alius, ſm do. Ant. Abb. & Imo. hîc, & Bald. in d. l. ne in arbitris. per c. dilecto. j̃. eo. non tamen creditur sibi plus ꝗ̃ uni testi, c. licet ex quadam. j̃. eo. Et sic intellige l. ob carmen. §. j. ff.
8 de testib. ¶ Fallit † secundò, nisi tales examinarentur, non ut probarent plenè, sed ut aliũ iudicẽ instruerent, ſm gl. fi. & ibi Archi. & domi. in c. de consilijs. xviij. dist. & Ro. in l. j. §. fi. ff. de uer. obl. & pulchrè no. Inn. in c. cùm dilecti. in uerbo, responsionẽ. j̃. de accus. & sequitur ibi Ana. post Car. per illum tex. in uerbo, intimare. idem Imo. post do. Ant. in c. non fine. in antepe. col. s̃. de arbi. & do. Ant. & Imo. in c. olim. s̃. de rescrip. Et per illũ tex. dicunt, quòd ex tali instructione fit qualisqualis præsumptio: non autem probatio, etiam si essent plures numero, per illum tex. licet in hoc ultimo aliter teneat do. Ant. hîc: & no. bene. ¶ Fallit tertiò, nisi producant̃ prædicti, non ut testificentur uiua uoce, sed ad solennizandum instrumentum de gestis coram eis, ſm Imol. post do. Ant. in d. c. non fine. in antepe. col. per ea, quæ ipsi eleganter notant post Inn. in c. ex literis. suprà, de transact. ubi ponunt, quòd licet aduocatus non possit esse testis, ut testificetur ad commodum clientuli: tamẽ etiam tempore aduocationis potest describi testis in his, quæ geruntur in causa, & postea de his testificari in futurum, tempore, quo non erat aduocatus, per illũ tex. cum gloss. ut ibi etiam latiùs per Imo. Et hanc fallentiam intellige, nisi ad illud, in quo iudex fuit descriptus ut testis, statutum requireret certum numerum testium ultra authoritates iudicis: quia in illo numero non possit iudex computari, secundum Pet. de Anch.
9 plenè d. cons. clxij. ¶ Fallit † quartò, nisi ambæ partes consentirent, ꝙ tales testificarentur, ſm do. Ant. & Imo. in d. c. non fine, per tex. in c. dilectorum. j̃. tit. j. & facit, quod habetur in l. Theopompus. ff. de dote præleg. & in l. j. §. fi. ff. de uerb. oblig. ubi etiam de consensu par-
10 tium potest credi dicto unius. ¶ Fallit † quintò, nisi producantur ad declarandum id, quod obscurè dixerunt in sententia, uel laudo, dando sanum & conuenientem intellectum uerbis suis. Ita dicit notanter Bart. hîc, & in d. l. ne in arbitris. Idem do. Ant. hîc allegando Inn. in d. c. non fine. & subdit, ꝙ in declarando dictum suum debent interrogati assignare bonã causam suæ declarationis: & pro hoc facit, quia talem declarationem non potest alius facere, cùm sit quid consistens in animo: ut in simili per Ang. in l. ex facto. in princip. ff. de uul. & pup. Dixi in simili in c. causam. el j. uersic. fallit tertiò. s̃. eod. ¶ Sed istam fallentiam intelligo ueram, uel quando à iudice ex officio isti repetũtur, uel ambæ partes eos producunt: sed si una pars tantùm produceret, non uidetur, ſm do. meum hîc, ꝙ istud procedat, per c. per tuas. & per no. in c. cùm clamor. j̃. eo. ubi testis qui semel deposuit, & locutus est aliquid obscurè, qđ tamen ex iuris præsumptione accipitur in uno sensu, non potest repeti post publicatos testes ad petitionem partis, ut illud declaret propter dubium subornatiõis, propter quod uidet̃ hîc, qñ sententia transiuit in notitiam partis. Facit quod habet̃ in l. si quis decurio. C. de falsis. Et hoc modo procedere posset opi. Spe. in tit. de arbit. §. fin. uer. sed nunquid uerbũ dicentis simpliciter arbitrum nõ posse declarare uerbum ambiguũ laudi. Et ista procedunt, quando isti, qui tulerũt sententiam, producunt̃ ad declarandum dictũ suũ, tanquã testes. Quando aũt tanquam iudices, uel arbitri, nõ ut testes, possunt interpretari suam sententiam, non est materia nostra: sed plenè ponunt Bar. & Imo. in l. ab executiõe: ff. de app. reci. & Bal. in l. ea, quæ. C. cõmi. uel epistolas. & Innoc. & alij in c. j. s̃. de postu. præla. cum si. ¶ Fallit sextò, nisi per eorum testimoniũ nemini fieret præiudicium, ſm Arch. & Do. in c. de concilijs. xviij. dist. Ita procedere potest, quod notat Rota decisione lxxxvj.
11 in antiquis. ¶ Fallit septimò, nisi † deponerent ꝯtra se, ſm Cald. do. Ant. Imo. & do. Abb. hîc, & do. Ant. Imo. & do. Ab. in d. c. non fine. per illũ tex. per quem inferunt, ꝙ aduocato procuratori in similibus creditur in tali casu. Facit gl. ij. in c. attestationes. j̃. de despon. impub. & ibi Abb. Istud autem intellige uerum, ſm do. Abb. hîc, & in d. c. non fine. ubi deponunt cõtra sententiam, allegando probabilem errorem: sed ubi allegaret turpitudinem suam, & quæ redderet eos criminosos tali crimine, ꝙ aliàs testificari non possent, istud non procederet, per c. nemini. xv. q. iij. & c. pen. s̃. de confes. & c. ueniens. s̃. eod. Et dicit do. Ant. in d. c. non fine. ad fin. quòd si detegitur turpitudo, quæ prima facie sonat in delictum, sed aliquo casu potest esse delictum, tunc non dicetur allegare turpitudinem. Dat exemplum in d. c. non fine, ubi erat data pecunia pro iure spirituali, quod prima facie præsumitur illicitum, c. cùm pridem. s̃. de pac. & c. fin. suprà, de transact. Sed tamen aliquo casu hoc permittit̃, ut in c. nisi essent. j̃. de præb. ſm ipsum. Ex quo dicto habetur una conclusio noua, ſm do. meum hîc, ꝙ quando testis confitetur crimen, quòd prima facie præsumitur esse crimen, aliquo tamẽ casu potest fieri licitè, tunc tale crimen non repellit penitus testem de iure Canonico, sed diminuit eius fidem: quod multùm no. ad materiã c. testimoniũ. j̃. eo. ¶ Sed aduerte ad id, quod dictum est, secundum do. Abb. de eo, qui fatetur crimen, quòd aliàs repelleret testem: quia contra ipsum tenet hîc do. meus, quia socius & particeps criminis admittitur ad testimonium, quo ad plenam probationem in crimine, quod uerisimiliter ex natura sui non potest per alium probari, per tex. quem no. ibi do. Abb. in c. fin. infrà, tit. proxi. Vnde dicit text. in c. peruenit. eod. tit. quòd testis, qui

iurauit

iurauit ad instantiã partis non testificari, põt probare se ita iurasse in præiudiciũ partis, licet sit particeps delicti: quia pro alio, s. sciri non possent talia iuramenta, quæ cõiter præstantur in secreto: & maximè istud est, qñ quis producit̃ contra autorẽ criminis, per c. intimauit. s̃. eo. ut hîc latiùs per ipsum: cuius motiuũ nõ bene capio, quia non probant ista iura de crimine, qđ aliàs repelleret testẽ, sed detegit̃ iuramentũ temerariũ: quod an repellat, dixi in d. c. intimauit. Et si dicta sua essent uera, admitteret̃ semper socius criminis in testem: qm̄ in criminibus, maximè occultè tractatis, uix alij testes inueniunt̃. Et hoc esset ꝯtra notata in c. ueniens. s̃. eo. & plenè per Sal. in l. fi. C. de quæst. & facit, quod dictũ fuit
12 in c. sicut. s̃. eo. Ideo cogita. ¶ Fallit † octauò, ubi ex eo, sup quo prędicti attestant̃, non imminet laus, uel uituperium ex aliquo gesto, uel omisso, ſm do. Ant. hîc per doctrinam Io. And. in d. uer. item ꝙ est administrator. relatum suprà in conclusione: & per ipsam etiã sequit̃ do. Ant. in c. Quintauallis. uersi. sextus casus. j̃. de iureiur. & in c. cùm dilecti. s̃. de elect. Sed in proposito non dat exemplum: & re uera malè potest dari: quia ubi iudex attestat̃ aliquid gestũ corã se præiudiciale, nõ est dare casum, in quo omissio actus non arguat in ipso dolũ, uel latã culpã: cùm omnia acta debeant probari per scripturã, ut dicit Bart. in d. l. ne in arbitris. aliàs tenet̃ parti ipse iudex, c. qm̄. in fi. s̃. tit. j. Et licet do. meus hîc respondeat, ꝙ acta pñt probari per testes, allegãdo Bal. in l. gesta. C. de re iud. tñ per hoc non soluit̃ contrariũ: quia, ut dixi, in d. c. qm̄. in ult. q. cõis opi. est contra Bal. ¶ Fallit nonò, nisi admittant̃ in subsidiũ, i. super his, quæ alijs non pñt esse nota, ſm do. Ant. & alios hîc: & est tex. cũ gl. in uerbo, tres. in fi. in c. cùm dilecti. s̃. de elect. & ibi pulchrẽ do. Ant. Non tñ erũt isto casu testes integri, sed eorũ fides erit in arbitrio iudicis, ſm istos. Et ista fallentia habet pulchrum in se: quia negari non potest, quin parti imputet̃, cur acta, quæ cõiter solent fieri, multis astantibus non probent̃ per testes: unde, ut uides, talis culpa non attenditur, aut dicitur, ꝙ in c. cùm dilecti. loquit̃ propriè de actibus, qui sui natura probari non possunt, nisi per eos, qui producuntur. Et ideo extensio istorũ, quo ad hunc casum, est bene notanda, ſm do. meum hîc. ¶ Reliqua dic, ut hîc per Scribentes: quibus etiã adde latè do. Car. cons. cxliiij. quod incipit, In Christi, etc. factũ tale est, magister Bartholomeus. in ij. char. ubi consuluit, ꝙ in causa reductionis arbitrator potest esse testis: & ponit quædã contra do. Ant. in d. cons. xxviij. qui in eodẽ facto fuit ab alia requisitus. Sed inter cætera dicit do. Card. ꝙ licet arbiter aliàs arbitrator his casibus, quibus potest testificari, non probet plus ꝗ̃ unus testis: tñ pars, pro qua latum est laudum, poterit iurare in supplementũ ꝓbationis, iuxta l. admonendi. ff. de iureiur. & dicit, ꝙ licet hoc uideat̃ dictũ nouũ, tñ tutũ est ipsum tenere, sicut in simili dicit Inn. in c. ueniens. j̃. de præscri. Sufficit eñ, qđ iure probatur: quia arbitrator deponit testimoniũ coram alio, & sic potest deferri parti dictum sacramentũ: quia licet in causa reductionis nõ procedat̃ in forma iudicij ut traditur in d. c. Quintauallis. tamen respectu probationis non uidetur facienda differentia: imò fortiùs succurrendum arbitramento, cùm ei stari debeat nisi sit iniquum, ut ibi per eum. Et in materia uide etiam per Bart. in l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. ¶ Ex prædictis infert hîc do. Anto. ad plura: & primò,
13 in quantum tractat de aduocato, dic † breuiter ex dictis suis, & Imol. hîc, & eorundem in c. ex literis. suprà, de transact. & Bald. in l. omnibus. C. de testi. & Domi. & Petr. de Anch. in c. Romana. de testi. in vj. quòd non potest esse testis propter affectionem, l. fin. ff. de testi. & d. c. Romana. ¶ Fallit in casu, quem dixi suprà. uer. fallit tertiò. Idem tenet Ioan. And. in regula, cùm quid una uia, de reg. iur. in vj. in Mercur. Idem, si fuisset electus in aduocatum, tñ non præstitisset patrocinium: quia istud ponderat̃ in d. l. fi. Idem, si de consensu partium, ſm do. Ant. & Imo. hîc. Sic de proxeneta traditur in c. j. eo. tit. in vj. Idem, si produceretur contra eum, pro quo fuit aduocatus, ſm gl. pen. in d. c. Romana. Idem in subsidium, si fortè alij nõ fuissent in debito numero in actu gesto coram aduocato, ſm do. Ant. hîc per c. ueniens. in fi. j̃. eo. & l. consensu. C. de repud. Quæ iura nõ faciunt: quia non sumus in casu, qui de sui natura non possit esse notus alijs, iuxta id, quod dixi in c. in literis. in j. notabili, s̃. & ideo imputandũ est partibus, cur nõ adhibuerint idoneos, ſm Imo. hîc: pro qua facit, quod not. do. Abb. in c. insuper. in fin. j. col. s̃. eo. & istud re uera multùm facit, contra quod dixi s̃. uer. fallit. cùm possit tamen produci tunc ad præsumptionẽ, ſm Imo. hîc, arg. gloss. in c. de consilijs. xviij. dist. Idem, etiamsi aduocatus, secundum prædictos hîc, per id quod no.
14 Inn. s̃. eo. insuper. ¶ De † procuratore autem uide gl. pe. & Domi. in d. c. Romana. & do. Ant. & Imo. hîc, & do. Ant. in c. insuper. suprà, eo. & ibi latè do. meum in ult. q. & do. Ant. in c. ex literis. & ibi Imo. & latè do. Flo. in l. fin. ff. de testi. & Bald. in c. inter pares. in pen. col. in tit. de lege Corra. & Bart. in l. deferre. §. idem decreuerunt. ff. de iure fisci, & Ioan. Andr. pulchrè in regula, cùm quid una uia. & Bald. in authen. sed nouo iure. C. si cer. pet. & do. Abb. in c. fraternitatis. in fin. de cler. non resi. Et in effectu de ipso uidetur dicendum, prout dictum est de aduocatis. Imò fortiùs repelluntur, cùm sit pars in iudicio, & habet illud locum etiam in procuratore reuocato lite pen. quia præsumitur in fraudem, secundum Rotam decisione cxxij. incip. Item si procurator. in nouissimis. Et dicit hîc domi. Anto. quòd procurator in causa possessionis potest esse testis in causa proprietatis: quod tene menti, secundum Imol. hîc: pro quo facit, quod not. gloss. do. Anto. & Imol. in c. prox. dicentes, quòd si testis iuratus super possessione producatur super proprietate, non probat. Et in quantum Imol. hîc post Bart. in d. c. idem decreuerunt. ponit de procuratore dato ad soluendum pecuniam: adde in simili Rotam decisione ccxxv. quæ in-
15 cipit, Quidam agebat. in nouissi. ¶ De † solicitatore autem uide Rotam decis. cxlix. quæ incipit, Item quòd solicitator. in nouissi. ubi dicunt, eum repellendum à testimonio: & sequuntur do. Anto. & Imol. hîc: quibus adde Angel. idem tenentem consil. ccxxxj. Istud autem intellige primò in constituto ab ipso principali ad solicitandum: secus, si esset familiaris procura. qui etiam imposuit solicitationem secundum Rotam, ubi suprà: quia socij mei socius, meus socius non est, l. socius. ff. de reg. iur. Ex quo puto idem de consanguineo procuratoris. Secundò intellige, nisi talis solicitator non haberet salarium à principali, secundũ Ro. plenè consil. xlv. Et ita uidentur loqui do. de Rota. Si autem aduersarius dicat eum salariatum, incumbit ei onus probandi, ut per Ro. in d. consil. cuius rationes facilè tolleret̃: & contra ipsum facit, quia non habens salarium uidetur magis affici causæ cùm sola affectio
16 ipsum moueat: salariatum uerò merces. ¶ De † proxeneta autem uide do. Anton. in c. dilectorum. infrà, tit. j. & in c. insuper. suprà, eod. & ibi do. meum, & Spec. & Ioã. And. in tit. de teste. §. j. uersic. quid de proxeneta. & domi. Anto. in c. cùm dilecti. suprà, de ele. & gloss. & omnes in c. j. de testib. in vj. & do. Abb. in d. c. fraternitatis. in fin. & c. ex literis. in princip. suprà, de translat. de quo in effectu dicitur, quòd non est idoneus, maximè ubi percipit salarium, nisi in crimine symoniæ, d. c. j. uel nisi de consensu partium, secundum gloss. ibi, & in c. Romana. eo. tit. uel nisi producatur ab extraneo, secundum glo. in d. c. Romana. Reliqua ad intellectum glo. seq. dic, ut hîc per Scribentes, quibus non est addendũ.

c. cùm à nobis.

SVMMARIVM.

1 ¶ *Testis quando producitur super dilatoria ante litem contestatã, non potest cogi iurare & deponere super principali: secus, si super peremptoria. Rationem differentiæ subnectit.*
2 *Testis depositio ultra articulata non ualet. num. 3. 4.*
5 *Testis debet iurare se ueritatem dicturum, prius quàm deponat: alias depositio non ualet. & num. 6.*
7 *Testis ãn posit deponere per scripturam suam? et concludit, q̃ non. Quæ regula fallit quinq; modis, ut numero 8. 9. 10. 11. & 12.*
13 *Testis simpliciter iurans, intelligitur iurasse super tota causa.*
14 *Testis rei post exclusionem non debet interrogari super intentione actoris.*

CAPIT. VLVM XXIX.

DE testibus. ¶ Testi super dilatoria inducto non creditur super principali, nec cogitur deponere: secus, si super peremptoria: tunc etiã potest cogi, ut iuret super toto. H. D. ¶ Not. primò, ibi,
1 nec cogi. q̃ † quando testis producitur super dilatoria ante litem contest. non potest cogi iurare & deponere super principali: secus, si super peremptoria. Et ratio differentiæ potest esse duplex, secundũ do. Ab. Primò, quia ante litem contest. super principali non examinant testes, ut tangit hîc gl. ij. quia recipere testes simul & semel super negotio principali & super dilatoria implicat contradictionem: nam dilatoria dicit non esse procedendum in principali negotio: & recipere testes super principali, est in ipso procedere: ergo hoc non est admittendum, c. exhibita. s̃. de iudi. ¶ Not. etiam ex fin. & tene menti, fm do. meum, quòd sicut ille, qui renunciauit testibus, uel fecit productionem, uel fecit publicari processum, non potest altero ex his casibus testes producere: ita non potest uti probatione facta ab aduersario super alio articulo, quàm super quo aduersarius testem produxit. Facit ad notata per Bal. in l. petendæ. C. de temp. in integ. resti. pe. & Spe. in tit. de dila. §. uidendum. uersi. in summa. ubi dicit, quòd quando est exclusus aliquis à facultate probandi, non potest uti dilatione rei, tanquam cõmuni, de quo tamẽ per Bar. in l. j. §. nunciatio. in ult. q. ff. de oper. no. nun. & Bald. in c. præterea. s̃. de dila. & in authen. iubemus. C. de iudi. ubi dixit per illum text. quòd licet dilatio statuta uni ex litigatoribus, intelligatur esse cõmunis utriq;, tñ fallit, nisi ille, qui allegare uellet dilationem esse cõmunẽ, renunciasset priùs oibus probationibus & allegationibus. ¶ Glo. j. ibi, non iurauerunt. Super
2 hoc no. bene iuncto tex. quòd † testis deponens extra articulum, super quo producitur, nulliter deponit: quia non iuratus. Et sequuntur Scribentes hîc, & Bar. post gloss. in l. si quis libertatem, ff. de petit. hær. Facit optimè ad id, quod not. Bart. in authen. at qui semel, in pen. col. uersic. ex prædictis apparet. C. de probat. & do. Ant. in c. fraternitatis. suprà, eod. ubi dicunt, quòd si testis productus super uno articulo, deposuit etiam in alio, quod non continebatur in primo ad necessitatem probationis, non impeditur pars publicatis testibus producere testes super illo, super quo non iuratus deposuit. Ad quod etiã uide Bal. in l. quoniã liberi. in prin. C. de testi. Adde etiã, quod no. do. Maria. in repe. c. qualiter, el ij. q. ix. ar. j. j. de accus. ubi ponit, q̃ ad dictũ testis producti super fama, qui deposuit super ueritate criminis, non potest sequi condemnatio. Alleg. tex. cũ gl. fm unũ intellectũ in c. inquisitionis. §. tertiæ. in uerb. super illis. eo. tit. Et ideo subdit eleganter gl. hîc, q̃ testis inductus super possessione, si deponat super proprietate, non probat: & sequuntur Scribentes hîc: quibus adde omnino Bald. in l. momentaneæ. post gl. fi. C. qui legi. perso. ubi dicit, q̃ etiã ubi proprietas adminiculat possessioni, prout in casu c. licet. suprà, tit. j. testis, qui iurauit super mero articulo possessorij, non potest interrogari de proprietate: quia deponeret non iuratus, nisi iurasset super tota causa, ut ibi per ipsum. Et adde Inn. in c. j. in gl. ar. q̃ licet. s̃. de postu. præla. ubi dicit, q̃ testes non sunt examinãdi super alijs capitulis, quàm
3 super ostensis in quisito, uel accusato. ¶ Sed † prędicta declara primò ex his, quæ eleganter scribit Inn. in c. cũ super. in fi. gl. magnæ, s̃. de confes. & in c. inquisitionis. in glo. ex hoc loco. in fin. j̃. de accus. ubi dicit, quòd licet testis non teneatur de rigore respondere, an sit criminosus, uel non, ut diceturin c. cùm causam. j̃. eo. tamen si respondet, ualet testimonium, tanquã de accessorijs ad testificandum: uel si non ualet dictum eius in hoc tanquam non iurati, ualet tamen, quia in hoc magis ei credendum est, qui de se nouit meliùs ueritatem: & sequitur do. Anto. in c. cùm causa. uer. tertiò est dubium. j̃. eo. dicens, quòd etiã ualere potest ut confessio, quæ nõ exigit formã iuramenti. ¶ Secundò declara ex his, quæ scribit Imo. in c. super hoc. uer. ex hac etiã lectura. s̃. de renun. & ibi do. Anto. ubi dicunt, q̃ licet testis non debeat deponere extra articulum, ut hîc, & l. si duo patroni. §. idem Iulianus. ff. de iureiur. tamen istud uidet fallere, si interrogetur de causa facti deducti in articulo quando ipsum factum non est uerisimile, licet causa ipsius facti non sit expressa in articulo. Patet ex illo tex. cum gl. ubi testes producti super articulo renunciationis spontaneæ habent deponere de causa ipsius: quia non est uerisimilis: & ratio esse potest, quia in effectu nõ dicitur deponere extra articulũ deponendo super dicta causa, cùm illa tendat ad certificandũ deductum in articulo. Et illud, quod hîc dicit, procedit, quando id, quod deponit, non concernit id, quod in articulo continet. ¶ Tertiò declara ex his, quæ scribit eleganter Ang. in l. ij. ff. de iurisdi. om. iudi. ubi dicit, q̃ aut dictũ testis non ualeret super principali, super quo deponit, sine accessorio super quo deponit: & tunc ualidè in eo deponit: aut id, quod est probatum super articulo principali, potest habere effectum de se etiam sine accessorio, super quo testis deponeret, licet fortè esset magis iustificatum, uel magis uerisimile: & tunc uidetur, quòd tale dictum non ualeat. Allegat nota. ibi. Et possunt dici dependentia & connexa necessaria, sine quibus iuramentum non operaretur, ut sunt circunstantiæ, de quibus in c. cùm causam. & ibi in gl. magna, j̃. eo. scilicet, quando testis interrogat de causa scientiæ, uel an sit inimicus eius, contra quẽ testificatur. Et hoc modo intellige notabile dictũ do. Iac. But. in l. Lucius. in prin. ff. de infa. ubi dicit, q̃ licet testis interrogetur de his, quæ non congruunt ad effectum, super quo deponit: putà, an attineat producenti: & dixit, q̃ non, ualet eius dictum. Et dicit Bald. in l. testium. C. de testi. quòd illud, quod est de appenditijs, dicitur ad propositum & pertinens ad articulũ: & idem Ang. in l. iam dubitati. ff. de hæredi. insti. & uide notabile dictum do. Innocen. in c. pastoralis. ante medium ibi, omnes antè fatentur. in frà, de excep. ubi dicit, quòd si actor producit testes ad probandum debitum, & illi etiam deponunt, quòd debitum est iudicatum, hoc prodest reo: quia licet ad hoc non fuerint testes inducti, tamen contingit negotium principale: & hoc dictum rememorat pulchrè Bald. in l. peremptorias. circa fin. uersic. quæro, actor. C. sen. rescin. non pos. quia productus super præsente obligatione deponit de eo, de quo est interrogatus, saltẽ tacitè. Bene facit, quod no. do. Ant. in c. cùm olim. in vj. & xvj. col. j̃. de censibus. Ad idem, quod no. Inn. in c. ex parte. post prin. s̃. de arbi. ubi dicit, quòd licet arbiter non possit pronunciare super non deductis, ut ibi, tñ potest super cõtiguis ad deducta: & pulchrè no. do. Ant. in c. Quintauallis. in xxiij. differẽtia, j̃. de iureiur, sic etiam dispensatio extenditur ad contigua, fm gloss.

gloss. in c. quia in tantum. de præbend. & mandatum procur. secundum gloss. in c. licet. viij. q. j. & sententia, l. si cùm tibi. C. de iudic. & ibi Bart. & iuramentum, l. si duo patroni. §. si quis iurauit. ff. de iureiur. & potestas delegati, secundum Inn. o c. & Bald. in c. causam, quæ. in frà, de re iud. Et quamuis Ang. in d. l. ij. sentiat, quòd q̃ñ id, quod principaliter inducitur in articulo, potest habere effectum de se, non ualet dictũ testis in accessorio, licet aliquo modo pertineat ad iustificationem, uel impugnationẽ eius, quod continet in articulo: tamen dicit hîc do. meus, sibi placere, quòd qualitereunq; id, super quo testis deponit, dependeat ab articulo. Probatur per dictũ testis: quia probationũ facultas nõ est angustanda, c. ij. s̃. tit. j. Vnde sicut in materia fauorabili concesso uno uenit omne antecedens, uel accessorium, sine quo principale esse posset, sed non æquè cõmodè, ut latè per Bald. in d. l. ij. ita in proposito, præsertim quia in dispositione hominis commisso uno censetur commissum aliud, sine quo licet actus expediri posset, tamen meliùs expeditur cum ipso, l. cuicunq;. §. sed & si peccuniã. ff. de insti. & no. gl. in l. j. §. quæ deposi. ff. depositi. ¶ Quartò declara, nisi testis diceret aliqua conferentia ad declarationem eorum, quæ super arti. deponit: quia dicuntur esse ex articulo, non extra articulum. Ita dicit Bar. in d. l. si duo patroni. §. idem Iulianus. ff. de iureiur. & dicit se dixisse in l. j. ff. si cer. pet. ubi etiam uide Paul. de Cast. facit l. hæredes palàm. §. j. ff. de testa. & quod dixi in c. licet causam. uersi. limita de-
4 cimò. suprà, tit. j. ¶ Vltimò † declara, nisi testis iurasset dicere ueritatem super tota causa: quia si illud, quod dicit esse extra articulum, facit ad causam, ualet eius dictum: quia deponit super eo, super quo iurauit, secũdum Spec. plenè in tit. de teste. §. j. uersi. item quòd deponit. & Bartol. in d. §. idem Iulianus. & Bald. in d. l. momentaneæ. Debet autem iurare super tota causa, quando non producit ad certum articulũ, ut hîc, & do. Abb. Et ratio huius declarationis est: quia pars producendo certos articulos, non uidet propterea renunciasse productioni factæ super tota causa, ut hîc plenè per do. Ant. Et fm prædicta intellige, quod no. etiam Bal. in l. testium. uer. circa tertias. C. de testib. & do. Ant. in c. cùm causam. j̃. eod. ubi dicit post Io. An. quòd licet testis non possit deponere efficaciter super non contentis in libello, potest tamẽ deponere super circũstantijs petitorum in libello. Et uide Bart. in l. si quis legatum. in fin. ff. de falsis. ubi dicit, q̃ licet testis deponat extra articulum, tamen nõ peccat testimoniũ super articulo. Et uide Bal. in l. non nudis. in fi. C. de proba. ubi dicit, quòd iuramentũ testis includit in se ea, per quæ peruenitur ad ipsum directè, uel indirectè: & ideo dicit, quòd si testis productus super articulo de substantia filiationis, putà q̃ sum filius, non dicat hoc, sed quædã accidentia, putà famam & tractatũ parentum, probat: nec est uerum, quòd super eo non sit iuratus. Et ibi etiã ponit id, ad quod allegaui do. Maria. s̃. ante istas declarationes. ¶ Et in quantum Innoc. & alij hîc tangunt,
Significauerunt. ¶Si quarta productio petita cum solēnitate legali denegatur, licitè potest appellari. H.D. Et est gl. c. pastoralis. s̄. de caus. posses. & propri. secundū Bal. hîc: & facit ad ampliationē cle. j. de cau. posses. & ꝓprie. ut habeat locum, nedū in ordinario, sed etiā in delegato: cuius iurisdictio licet sit stricta, c. P. & G. s̄. de offic. deleg. & habeat in mandatis ꝓcedere sup petitorio & possessorio, tamē potest restringi, ut ꝓcedat super possessorio suspēso petitorio: quia rescripta interpretantur secundū ius cōmune, c. causam. s̄. de rescrip. Item facit ille tex. ad notata in c. quia. s̄. de iudi. ut sicut ibi dicitur, successorē in titulo beneficij dicti uniuersalem, quo ad effectū illius decr. s. ꝙ rescriptū transeat cōtra eum, ita etiā est de successore in ꝓprietate & iure reali. Moniales. n. hîc non habebant hunc prioratū in titulū, sed in ꝓprietatē, iuxta notata in c. de monachis. j̄. de præb. Et hoc reputat do. meus esse dictū solenne. Itē facit singulariter, secūdum eū, ad materiā c. sicut. j̄. de re iud. & l. sciendū. ff. de uerb. obl. ꝙ pro solennitate extrinseca actus gesti in iudicio nō præsumātur, nisi probet̄: qa monachi debent ꝓbare, ꝙ quarta ꝓductio fuit petita, & cum solennitate: ad quod uide in simili gl. in c. ut circa. de elect. in vj. & Bal. in l. gesta. C. de re iud. in illa q. episcopi, dicitur in actis testē iurasse, an præsumat̄ tetigisse scripturā: de quo dicetur j̄. eod. tit. Itē facit ad notata ꝑ Bal. in authē. hodie. in princ. C. de appel. & Spec. in tit. de instr. edi. §. nūc dicamus. uer. sed pone. ubi dicunt, ꝙ licet qs dicat & probet se appellasse, tamen non præsumit̄ appellasse intra decē dies, nisi ꝓbet. Et in hoc bene nota istū tex. in c. Romana. §. si uerò. de ap. in vj. Adde tamē, si orietur dubiū iuris ex facto, an appellatio esset interposita intra tempus, an nō: fortè: quia de scientia sentētiæ refricat̄ quæstio: & inde dubiū iuris debet iudex in dubio præsumere appellationem intra tēpus fuisse interpositā, ut probatur ex eo, quod no. Ioā. And. in c. ut debitus. j̄. de ap. & Spec. in tit. de ap. §. nūc dicamus, qd sit. uer. j. & uer. circa hæc. & Arch. in c. j. in uerbo, delatū. & in c. si à iudice. de app. in vj. & do. Car. in cle. j. de dolo & contu. ubi di-
1 cunt, ꝙ † quando est dubiū, an appellatio debuerit admitti, uel nō, debet in dubio iudex causæ admittere & ei deferre. Facit tex. in l. j. ff. si quis cau. ubi iudex in dubijs debet eligere illam uiā, ꝑ quam utriq; parti consulitur. Et per illum text. dicit ibi Paul. de Cast. se dixisse in facto, cū esset dubiū, an ap. esset deserta, an nō: & essent ratiōes prò & cōtrà, ꝙ iudex ꝓnunciare debet, ꝙ nō sit deserta: qa per hanc uiā ius alicuius nō perit: qđ not. & bene facit, quod no. Bar. in l. j. uer. quæro, qd in ap. ff. nil nouari appel. pen. & quod no. Host. in c. per tuas. j̄. eod. ¶Vltimò facit iste tex. ad limitationē c. interposita. j̄. de app. ubi dicit̄, ꝙ appellās ab interlocutoria tenet̄ ꝓbare causam appellationis esse uerā: qa fallit, nisi causa illa sit approbata à iure, & nō consistat in facto intrinsecè: putà, cùm aliquid est petitū, quod de iure debet concedi: qa tunc nō est opus alia ꝓbatione, sed sufficit ꝓbare illud esse petitū. Ius. n. tunc sine facto hominis ꝓbat
2 iustitiā causæ. ¶In † gl. in uerb. x. dies. ibi, aliàs trāsit. intellige, quo ad partē: qa, quo ad iudicē non transit in rē iudicatā: c. cùm cessante. j̄. de ap. l. qđ iussit. ff. de re iu. & dicunt hîc Host. & Ioā. And. ꝙ licet ꝑ actū [a] factū corā iudice à quo, uideat̄ qs appellationi renunciare, c. cùm uenisset. cū ibi allegatis, s̄. eo. tamē fallit, nisi pen. tēpore ad appellandū ab interlocutoria pars faciat actū nō tēdentē in executionē interlocutoriæ. Vnde licet dicto tēpore assignet mihi dilationē ad aliquē articulū expediendū ꝑ acceptationē, nō uideor acquiescere interlocutorię, cū inuitus uidear facere ex quo sum adhuc sub eius iurisdictiōe ante ap. & sic habeo illi parêre, l. inter stipulantē. §. j. ff. de uerb. ob. qđ dicit hîc Imo. diligēter notandū ꝓ limitatione d. c. cùm uenisset. Adde Inno. idē tenentē in c. solicitudinē. in gl. quæ incipit, cōtra episcopū. j̄. de app. & omnino Dom. in c. fi. de app. in vj. & Inno. in c. qđ ad consultationē. in gl. quasi ꝑ hoc. j̄. de re iud. & ibi elegāter do. Abb. & Ro. in rub. ff. de arb. uer. subsequēter quæro. & do. Ant. in c. gratū. s̄. de offi. deleg. & do. Flor. in l. ad solutionē. C. de re iudi. & Imo. in l. iiij. §. si quis condemnatū. ff. de re iudic. & Rota in antiquis, decis. xxxv. & est aurea limitatio ad d. l. ad solutionē. Esset tamē bona cautela, secundum Imo. hîc, ut pars dicat, recipio terminū saluo iure ap. ab interlocutoria: super quo an mihi expediat, uolo deliberare: & ualebit talis ꝓtestatio, arg. c. presentiū.
3 s̄. eo. secundū ipsum. ¶In † glo. super uer. liquere. ibi, & cōclusum. no. gl. quā Bal. & omnes hîc approbant tanquam singularē, ꝙ non dicitur iudici liquere de causa ante conclusionē in causa, & ita ꝓbationes inductæ in iudicio faciūt notoriū solùm post cōclusionē in causa: & ita etiā per istam gl. & authoritatē Inn. hîc firmat Ro. in l. is, cui bonis. ff. de uerb. obl. & in l. admonendi. in fi. ff. de iureiur. & Ang. & Imo. in l. Pōponius. aliàs incipit, si uim uni. ff. de re iudi. & Rota conclusione xxxvj. & ccclxxxviij. & Ang. in authen. qui semel. in fi. C. quo. & quando iudex. & do. Ant. & do. Abb. in c. laudabile. s̄. ut lit. pen. & do. Ant. in c. prout. in ult. col. s̄. de dolo & contu. Mouentur tenentes cum ista gl. quia ante cōclusionē in causa possunt adhuc produci instrumēta. Item noui articuli & testes super eis, c. fraternitatis. s̄. eo. & c. cùm dilectus. j̄. de fide instr. Vnde dato, ꝙ cessauerit disputatio super testibus, uel reprobationibus, tamen ex quo adhuc pendet tempus disputandi, non dicitur iudici liquere de causa. ¶Sed in contrariū, ꝙ ante conclusionē posit liquere de causa, uide do. Ant. in c. fi. in pri. ꝑ illū tex. s̄. de tēp. ord. & Imo. in c. ex tenore. in fi. s̄. de rescrip. & Inno. in c. ex ratione. j̄. de appel. & in c. pastoralis. in uno loco, s̄. de causa pos. & Ang. in l. fi. C. de temp. ap. & Bart. in l. fi. ff. de publ. iud. & do. Ant. in c. ab excōmunicato. s̄. de rescrip. & in repetitione c. uestra. j̄. de cohabit. cler. in uer. nemo ad exempla. ubi multa allegat in d. c. pastoralis. & Imol. in c. in præsentia. suprà, de renun. & Ioan. de Anan. in c. si constiterit. infrà, de accusat. & do. Ant. in cap. in literis. suprà, de rest. spol. & adducitur tex. in c. cùm olim. infrà, de uerb. sig. ubi æquiparantur confessio, rei euidentia & probatio facta per testes.

a Per actū] Adde, ꝙ fallit hoc, quādo pars cōparet corā iudice, à quo appellauit, ut recipiat terminū ad probandū grauamē: quia non dicitur renunciasse appellationi, glo. in c. si à iudice. de app. in vj. in uerbo, teneris.

testes. Ergo sicut aliquid dicitur notorium ex sola confessione etiam ante cōclusionem in causa, & omnes fatentur, & tamē confessio potest aliquādo reuocari ante sententiam & impugnari, c. fi. s̄. de confes. ita etiam in probatione testium uel instrumentorū. Pro hoc etiam tex hîc, ubi fuit suspensum petitoriū, ut dicitur in prin. literæ. nec apparet, ꝙ in eo postea fuerit processum. Vnde dicere, ꝙ hîc fuit cōclusum in causa, est diuinare. Et tamen tex. præsupponit, ꝙ potuit liquere. Ergo, etc. Ad idem, quod no. Ioā. And. in Spec. de excep. §. dico: uers. sed an reus. ubi dicit, ꝙ si reus ante lit. cōt. producit instrumentū, contra quod pars nihil saltem coloratè opponit exceptio peremptoria, quæ ꝓbatur ꝑ tale instrumentū, repellit actorē à limine iudicij, & dicitur esse in euidenti calumnia: & sic uult, ꝙ sola ꝓductio instrumēti facit notoriū: & sequitur do. Ant. in c. fi. s̄. de libel. obl. & in c. super literis. s̄. de rescrip. & in c. pastoralis. de excep. facit c. licet causam. tit. ꝓxi. in uerbo, euidētissimè. cum his, quæ ibi dixi: ubi illud, quod cōstat ꝑ instrumētum, dicitur cōstare euidentissimè. Facit, quod not. Cy. & alij cōtra gl. in l. ij. C. quando fiscus, uel priuatus. ubi dicunt, paria esse debitorē confiteri debitū, uel esse conuictū ꝑ publicū instrumentū. Et ideo Bar. in l. j. in prin. ff. de ope. no. nun. æquiparat aliquid esse euidens ꝑ instrumentum, uel sententiā: & ideo do. meus hîc dicit se tenere simpliciter, ꝙ illa dicit̄ ꝓbatio liquida, quæ constat ex actis, & nulla suspicione potest impugnari. Et dicit esse tex. notabilē in l. diuus. ff. de offi. præsi. Vnde si iudex inspecto statu præsenti uel instrumentorum, uel testium ꝓductorum in iudicio nihil suspicetur cōtra testes, uel instrumēta, ut pars nihil coloratè opponat, uidetur liquere de causa. Nec est bona ratio tenentiū primam opi. s. ꝙ possunt ꝓduci alia de nouo: quia nō restat, quin ꝓbatio sit liquida, aliàs cōfessio non induceret notoriū: quia pōt reuocari & impugnari: quod esset contra eos. Præterea illa qualitas dicitur notoria, quæ prima facie de iure cōmuni est talis, licet posit subesse causa, propter quā redderetur falsa, l. quoties. & ibi per Bar. ff. si quis cautio. l. ij. & qđ ibi no. ff. si qs in ius uoc. nō ie. & ꝓbatur in c. ad decimas. de resti. spo. in vj. secundum ipsum: ꝓ quo etiā uide, quod no. Bal. in l. ꝓperandū. §. & si quidē. in iiij. op. C. de iudi. ubi dicit, ꝙ eo ipso, ꝙ actor nō ꝓbauit post terminū debet reus absolui: ut ibi, & l. q accusare. C. de eden. qa tunc ius rei dicit̄ liquidum. Adde etiā gl. fi. in l. si rem. §. fi. ff. de euic. quæ ponit tanquā paria, esse renunciatū allegatis, uel testes esse apertos, quantū ad hoc, ut dicatur lapsum tēpus denūciandi uenditori iudiciū: & sic intelligit istū text. in uer. ꝓpriè ipsam cōdemnationē. Sed ꝓ meliori concordia prædictorū uide do. Abb. in d. c. cū olim. ubi uidet̄ tenere idē ꝑ illud, quod est adductū de confessione. Sed dicit, ꝙ ista gl. debet intelligi hoc modo, ꝙ eò ipso, ꝙ probatio est facta, reddit rem notoriā præsumptione iuris. Sed ista notorietas est cōmutabilis usq; ad conclusionem in causa: quod nō est post conclusionē in causa: & ideo dicitur tunc uerius liquere de causa. Et ita transeo omissa alia doctrina do. Ab. ibi, quæ nihil importat. Et
4 istis adde, ꝙ † ꝓbatio in iudicio summario nō inducit notoriū, ut per do. Ant. d. c. uestra. Et no. ꝙ si iudici non liquet de causa, & eū oportet ferre sententiā ex forma statuti, & sic circa finē instantiæ poterit iurare de causa sibi nō liquere & absoluere ab obseruatione iudicij. Ita docet Ang. ꝓpter gl. ibi in l. si uni. ff. de re iudi. & sequit̄ ibi Paul. de Cas. subdens, ꝙ etiā isto casu ꝑ talem ꝓnunciationē euitabit dictus iudex pœnā impositā à statuto iudici non ꝓnunciāti intra tēpus. Et ita dicit sentire Ang. ibi: & idem uoluit Bald. in c. j. §. sancimus. in ij. col. quo tēpore miles. & in l. si de meis. §. fi. ff. de arbit. ¶In
5 gl. † fi. in fi. No. primò ex dictis gl. ꝙ licet de iure ciuili in tentato petitorio nō debeat agi possessorio, ut in l. cùm fundus. §. fi. ff. de ui & ui arma. tamen debet illud intelligi, quo ad hoc, ut renuncietur iudicio, i. instantiæ proprietatis: sed bene poterit in alia instantia noua finito possessorio agi. Quod est menti tenendū, secūdū Imo. hîc, quia solent multi dicere, ꝙ ratione cōtrarietatis est necesse, ꝙ ex toto renunciet nō solùm instantiæ, sed etiam iudicio & iuri proprietatis: & per gl. & Bar. in l. naturaliter. §. nihil cōmune. ff. de acquir. poss. Sed in hoc habes etiā ex ista gl. ꝙ de iure Canonico nō renunciatur etiā instantiæ. Et ideo ad illam potest rediri. Verūtamen obtinēs in possessorio, in quo prius erat actor, cēsebitur in iudicio ꝓprietatis suspenso & renūciato esse reus: de quo in c. pastoralis. s̄. de cau. pos. ¶No. secūdò ex ea gl. ibi, sed fortè inspicit̄: qa sentit clarè, ꝙ si expirat instantia ꝓpter expressam renūciationē partis ex perēptione instantiæ perimitur effectus inductus ex instantia in præteritū: qa nō respicit instantiā, sed ipsam causam: quia tollitur effectus malæ fidei, q fuit inductus ꝑ lit. cont. Et potest esse ratio: qa actor renunciādo instantiæ uidetur quodāmodo pœnituisse interpellationis iam factæ: & fortè dubitaret de iure suo. Et ideo non est mirum, si purgatur mala fides rei cōuenti. Ex quo limitantur notata per Bar. in l. ij. ff. iudi. sol. cū concor. quas dixi in c. causam. el j. in j. fallentia quartæ regulæ, s̄. eo. dum dicūt, ꝙ acta ordinatoria, quæ iam operata sunt effectū, prout est causare malā fidem, nō pereunt perēpta instantia. Fallit. n. nisi instātia pereat ob renunciationē: ut in ista gl. quā ibi etiam cōfirmaui. ¶No. tertiò
6 ex ea glo. ꝙ † quāuis sententia lata in petitorio absorbeat ius possessoris, & illi debeatur possessio, cui est adiudicata ꝓprietas, c. cùm dilectus. cū ibi allegatis, s̄. de causa pos. tamē si prius ꝓ actore fuit iudicatū in possessorio, debet illa sentētia habere executionē respectu fructuū perceptorū per spoliantē à die deiectionis citrà. Et idem no. gl. ij. & in c. cùm super. de causa pos. & gl. pe. in c. pastoralis. eo. tit. quas approbat do. Abb. utrobiq;: & in c. cùm eccl. eo. tit. Et ibi ex hoc ꝓbat non esse inanem sententiā, per quam iudex iudicat ꝓ actore in possessorio: & in eadē sententia cōdemnat eum in petitorio: qa operatur ꝓ eo, quo ad dictos fructus: & hoc est propter dolum & uiolentiā spoliātis, q non debet impunè frau-
7 dasse possessorē fructib. ex uitio suo. ¶No. † quartò ex ea. gl. & tene menti ibi, imputēt sibi. ꝙ si aliquis cōtestetur litem suā super dominio, tanquā actor, & postea pēdente illa lite possessio perueniat ad eū, & efficiatur de actore reus, durat uirtus lit. cōt. quo ad faciēdum eum malæ fidei possessorē, si ꝓceditur ex eadē instantia: qđ est dictum nouū: & sequūtur Bal. do. Ant. & do. Abb. Et ita, sicut lit. cōtest. constituit in mala fide possessorē respectu petentis: ita etiā operatur cōtra petentē respectu possessoris. Contrariū tamen tenet hîc Imo. per l. nō solet. ff. de reg. iur. ubi dicitur, ꝙ lit. contest. nō solet facere deteriorē conditionē litem contestantis, & ideo ab illa regula nō uidetur recedendū, secundū ipsum. Sed tamen ꝓ cōfirmatione huius gl. uide omnino do. de Rota decisione ccclxxxviij. quæ inci. Itē si quis in causa. in nouissimis, ubi dicūt, ꝙ q egit petitorio & possessorio, & petitorio suspenso obtinuit his in possessorio cū restitutione fructuū, & postea succūbit in petitorio, tenetur ad fructus perceptos ab eo tēpore, quo fuit sibi adiudicata possessio, propter istam glo. quia ex quo nullum titulū habuit in beneficio mala fide percipit eos, & salua conscientia retinere nō potest, etiamsi in eis nō fuit condemnatus: quia malæ fidei possessor non facit fructus suos, secundum Inno. in c. in literis. de resti. spo. & in c. consuluit. de iure patro. Et istam decisionē allegant hîc do. Ant. do. Abb. & Imol. qui ex ipsa colligit plus, ꝙ etiā fructus percepti à tempore deiectionis extantes debebunt in casu huius glos. spectare ad monachos: quia licet, quo ad cōsumptos, fiat differētia inter malę & bonę fidei possessorem. c. grauis. de resti. spo. & an fuerint ꝑcepti ante lit. contest. uel post: quia quilibet cense-

cenſetur malæ fidei poſt conteſt. tamen quò ad fructus ſtantes omnes poſſeſſores ſunt pares: qa illi debent reſtitui uincenti in proprietate etiã in cauſa beneficiali, ſecundum ipſum. Item pro iſta gl. facit, ſecundum domeum: quia cui nocet ſententia, nocent acta, ſecũdum Inno. in c. cauſam. & ibi dixi ſ. eo. Sed ſententia lata cõtra actorem, in qua reus fuiſſet declaratus dñs, nocuiſſet ipſi actori, ſi poſſeſsio rei pueniſſet ad ipſum, ut tradit in l. exceptio. ff. de excep. rei iudi. & per Bar. in l. Põponius. §. ſi iuſſu. ff. de acq. poſ. Ergo etiã litis conteſtatio nocebit. Et iſtum modum arguẽdi ſentit Bar. in l. ij. uerſus fi. C. de fruct. & lit. exp. dum dicit, ꝓ ideo lit. conteſt. in una cauſa, uel cõtra unam perſonã, non inducit malam fidem in alia, uel quo ad aliam perſonam: quia ſententia in dictis caſib. non præiudicat: & ſic ſentit, ꝓ effectus litis cõteſtationis, quo ad hoc, regulatur à ſententia. Et per hæc inferri poteſt, ſecundum ipſum in caſu noſtro ampliando hanc gl. ꝓ ſi inſtãtia in petitorio fuiſſet peremptа, ita ꝓ monachi haberent agere de nouo ſuper petitorio, adhuc eſſet uerum, quod dicit gl. noſtra, uidelicet, ꝓ moniales reſtituerent fructus à die litis conteſt. in prima inſtantia. Pro hoc etiam allegat notabile dictum Ioã. And. in Spec. de emp. & uend. §. nunc dicendum. circa princ. ubi refert Frãciſc. Accurſij diſputando tenuiſſe, ꝓ ſi emptor conuentus ad pretiũ à uenditore opponit exceptionẽ, ꝓ res ſibi uendita eſt uitioſa: unde eſt locus redhibitoriæ, & in hoc fuit lis conteſt. ꝓ quãuis ius ſuum deduxerit ꝑ uiam exceptionis, nihilo minùs hoc taliter deductũ perpetuatur per lit. cõt. adeo ꝓ ſi poſtea deducatur per uiam actionis, in iudicio non poterit opponi exceptio præſcriptionis, cùm ſit interrupta: & ita apparet, ꝓ effectus litis cõteſtationis ortus fauore rei non perijt finito iudicio: quod dictum probatur optimè per iſtam glo. quæ ex hoc dicto ampliatur. Non obſt. ꝓ hoc uideatur inductũ in fauorem actoris: quia minus uidetur in ductum in fauorem rei reſpectu iuris ipſius rei, ut econtrà actor uideat conſtitutus in mala fide ad effectũ, qui ſequi poteſt: cũ in fauorem ipſius actoris, cùm ęqualitas ſit ſeruanda in iudicijs, ut eſt dictũ ſecundum do. meum, ꝓ nõ uidit motiuum Imo. hîc ꝑ d. l. non ſolet. cui reſponderi poteſt, ꝓ illa regula limitatur per prædicta: & hoc propter cõnexitatem iuris rei, quod incontinenti reſultat ex facto actoris: & ſic de reconuentione dicitur in c. j. cùm ſi. ſ. de
8 mu. pe. ¶ Et † iſtis adde do. de Rota deciſio. cccvij. inci. Licet iſta ſpoliatio. in nouiſsimis, ubi dicunt elegãter, ꝓ quamuis uincenti in poſſeſſorio debeant adiudicari fructus præteriti, & ſatisfieri debeat de expreſsis, aliàs non auditur aduerſarius in petitorio: ut hîc gl. non tamen ita erit econtrà, quia ſentẽtia abſolutoria fertur in poſſeſſorio ꝑ poſsidente, & aſſerto ſpoliatore cõtra ſpoliatum in expẽſsis condemnatũ: quia ſi uult reaſſumere petitorium, non tenetur ante hanc reaſſumptionem ſatisfacere de expẽſis poſsidenti: quia uigore executoriæ petat illos: quia hoc eſt priuilegium ſpoliati, ꝓ ante ingreſſum petitorij debet plenè & integraliter reſtitui in odium ſpoliationis. Sed hoc in alio caſu nõ reperitur iure cautum, & ceſſat odium: & hoc ſequuntur hîc do. Ant. Abb. & Imo. & eſt deciſio ſolennis, ſi eſt uera. Sed in contrariũ facit elegans dictum Bal. in l. generaliter. §. his de præſentib. C. de reb. cre. ubi dicit, ꝓ qui uincit in uno articulo, poteſt ſtatim petere expenſas factas non expectata diffinitiua. Ad idem, quod no. Spe. in tit. de libel. concep. §. nunc oſtendamus. uer. ſed & ſi. & in tit. de expenſis. §. ſi añ. uer. xxx. ubi dicit, ꝓ ſi oppoſui generalitati libelli, propter quod in caſu pmiſſo declaraſti partim, poſſum poſt declarationẽ ante omnia petere expenſas priùs factas. Ad idem, quod no. Bar. in l. rura. C. de agro deſerto. lib. xj. ubi dicit, ꝓ uolens reuocare confeſsionẽ tanquam erroneam, debet priùs reficere expenſas factas propter hoc. Ad idem, quod ſingulariter tractat Bal. in l. edita. uerſ. poſtremo, de refectione expenſarũ. C. de eden. in repe. Paduana. Ex quibus uidetur in propoſito, ꝓ dato, ꝓ ceſſet ex parte ſpoliantis odium, propter quod aliàs ſpoliator ſibi cõdemnatur ad fructus, tamen nõ ceſſat temeritas ſpoliãtis, quæ apparet eo ipſo, ꝓ eſt condemnatus in expenſis. ¶ Ex
9 tra † gl. dicit hîc Inn. ꝓ ſi pars petit quartã dilationem cum ſolennitate legali à iudice, & ſubiungit, ꝓ ſi iudex denegauerit illam, ex nunc appellat, non ualet ap. tanquam facta à futuro grauamine: & ideo debet expectare, an iudex cõcedat illam, an deneget, ſecundũ ipſum per c. dilecto. & c. cùm ceſſante. infrà, de app. & ſequunt hîc do. Ant. Imo. & alij cõmuniter: quib. adde gl. in cle. ſicut. in uerſ. à futuro. de appel. & do. Ab. in d. c. cùm ceſſante. in j. col. & gl. iij. in c. concertationi. de ap. in vj. & Imo. in c. capitulum. ſ. de reſcr. & Inno. in c. ſacro. ad fi. j. de ſenten. excõ. Fallit tamẽ, niſi præcedat aliquis actus, per quem deſignetur futurum grauamẽ: quia ualebit ap. ut eleganter not. do. Ant. & do. Abb. in c. j. per illum tex. ſ. de dila. & Spec. in tit. de appel. §. in quibus. uer. xxxvij. & §. qualiter. uerſ. eſſe: ſunt primò. & do. Ant. & do. Abb. in d. c. cùm ceſſante. & Imo. in d. cle. ſicut. Facit, quod not. in c. interpoſita. j. de app. quem ſequitur do. Ant. in c. dilecto. eo. tit. ubi dicit, ꝓ ſi iudex oppoſita exceptione eam non reijciat, neq; procedat ad ulteriora, ſed ter monitus & cõgruo tempore expectatus taceat, poteſt appellari: quia arguitur malitia futura: & facit c. ab eo. in fi. de ap. in vj. & tali caſu debet exprimi illa cauſa de præſenti arguens grauamen futurũ, ſecundũ do. Abb. in d. c. j. ſecundum quẽ non eſt neceſſe, ꝓ petat reuocari grauamẽ, ſed ſufficit, ꝓ appellet. Nec obſtat præ
10 dictis c. conſuluit. el ij. j. de app. ubi uidetur appellari à grauamine futuro: qa† reſpondet, ut ibi per do. Ant. Et non procedunt iſta in extraiudicialibus, in quibus ualet ap. à futuro grauamine: cle. ſicut. de ap. & c. cùm nobis olim. cũ ſi. ſ. de elect. quia lex in iudicialib. multum præſumit ꝑ iudice: ideo nõ ita de facili admittit ap. ab eo, ſicut in extraiudicialibus: & facit l. ab ea parte. ff. de proba. Dicunt tamen Inno. Hoſt. & alij hîc, ꝓ ſi poſt denegatam dilationẽ pars appellaret hoc modo, Peto reuocari grauamẽ: & ſi ipſum nõ reuocaueritis, appello. ꝓ ualet appellatio, tanquã facta à grauamine præterito, non futuro. Et hoc dictũ ſolet allegari ab omnib. ꝑ notabili, ſecundum do. Abb. quẽ uide. Solus do. Abb. tenet contra Inno. ¶ Aduerte tamẽ: quia & alios in primo dicto: ꝓ ideo ualeat dicta appellatio, ſi non reuocaueritis, appello: quia non eſt ſimpliciter à futuro grauamine, ſed potius à præterito: quia uidetur referre appellationem ad tempus conditionis impletæ. Vnde ſi denegaueritis, arg. c. ſi pro te. iuncta gl. de reſcrip. in vj. Vnde uidetur magis appellare tunc, cũ nunc, etiamſi diceret, ex nunc appello, neq; trahitur iſta cõditio in ſententia iudicis, per no. in c. præterea requiſiſti. j. de app. & in cle. j. de conceſ. præb. Ergo nec in actu app. ſecundum ipſum. Pro quo facit: quia ille, ꝓ nõ poteſt facere actum ipſo iure de præſenti, facit illum actum ualidè, ſi cõferat in tempus promiſſum. Probatur in l. ſi eum. §. fi. cum l. ſeq. ff. de donat. inter uirum & uxo. & in l. quod ſponſę. C. de donat. ante nup. & in l. in tempus. ff. de hæred. inſti. & in c. de uxore. j. de ſepul. & do. Abb. ibi, & in c. bo-
11 næ. ſ. de elect. ¶ Sed † cõtra iſta dicta do. Abb. tenet hîc do. meus per tex. ubi dicit, eſſe quaſi caſum in c. Romana. §. j. ff. de offic. ord. in vj. ubi archiepiſcopus in diœce ſi ſui ſuffraganei nõ poteſt committere cauſam appel. uel aliquem actum ipſius ſub conditione, ſi contigerit ad eum appellari. Sicut ergo ne aliquo modo lædatur iuriſdictio ſuffraganei, non poteſt cõmitti cauſa appel. ſub cõditione: ita eadem ratione, ne lædatur honor iudicis, de cuius perſona appellãs uidetur diffidere, non admittetur app. conditionalis: & in iurib. allegatis per do. Abb. fit prohibitio ab habẽte poteſtatem faciendi actum.

c. ſignificauerunt.

Vnde non eſt mirum, ſi non annullat ipſo iure. Sed hîc appellans ipſo iure non habet poteſtatẽ appellandi à grauamine futuro. Et pro ſimili differentia uide gl. in cle. j. in uerbo, inhibentes. de iure pat. Nõ obſt. d. l. ſi eum. cum cõcor. quia diſpoſitio facta tempore ꝑhibito collata in tempus permiſſum, tunc ualet, quando ex hac collatione purgatur cauſa ꝓhibitionis: ſed ſi non purgatur, nõ ualet, l. ſi minor. in fi. ff. de ſer. export. & talis eſt caſus noſter: quia ſi ego appellẽ, ſi grauerís: & ſic cõferat app. in caſu permiſſo, tamen nõ ceſſat cauſa prohibitionis, ſ. honor debitus iudicibus. Et adhuc ſubeſt alia ratio: quia poſſet eſſe, ꝓ iudex ante cũ interlocueretur, adeò iuſtificaret interlocutoriã, ꝓ retraheret partem ab appellãdo: putà, ſi ꝓbetur, id quod pars ignorat, uel non credit poſſe probari: quia tunc mutaret propoſitũ. Vnde, ne pars utatur fruſtratoria app. ſãtis ſubeſt cauſa, cur non poſsit hoc modo appellari. Et hæc ratio multum placet do. meo: cum quo tranſeo. Vlteriùs, in quantum dicit hîc Inno. quẽ retuli ſuprà, uer. extra glo. in fi. ꝓ ſi dicitur, & niſi reuocaueris, appello: non eſt appellare à futuro grauamine: quia hoc uerbũ ponitur ſuperfluò ad cautelam, licet aliàs uerbum ſub iunctiui modi, quale iſtud ſit, nõ reuocaueritis. extẽdatur & importet tempus futurũ, l. filij mater. ff. ad Tertullia. Adde do. Card. hîc, qui pro hoc, quod dicit Inno. de ſubiunctiuo, decidit notabiliter, ſi ſtatutũ dicit, ꝓ maritus habens filios ex prima uxore nõ poſsit conſtituere dotem ſecundæ, niſi de his, quæ euidenter receperit: ꝓ ſi conſtituit, & poſtea recepit ex interuallo, iuſtificatur inſtrumentum. Non obſt. ſtatuto propter futurum ſubiunctiui, quod eſt extenſiuũ ad futurum tempus: & allegat ad idem illam doctrinam gl. & Bar. in l. uniuerſas. C. de preci. imp. offe. quam retuli in c. ij. uer. tertiò reſtringe. ſ. eo. & quod not. Ioã. And. in c. quanquã. de uſu. in vj. & Bar. in l. filio. ff. de iniuſ. irrito ꝓ teſta. ubi dicunt, ꝓ non annullatur teſtamentũ uſurarij, ſi ex pòſt præſtat cautionẽ. Vnde dicit do. Card. pridie fuiſſe determinatũ in ciuitate, ꝓ ſi uſurarius condito teſtamento deceſsit nõ præſtita cautione, ſed dimiſſo procuratore ad præſtandum poſt mortem, ꝓ ſi præſtabitur, teſtamentum iuſtificabitur: ꝓ eſt dictũ do. Ant. & ſuſtinetur ex præcedentibus, ſecũdum ipſum, cuius lecturã priùs non habui originaliter. Et hoc ultimũ adde ad plenius not. in d. c. quanquã. ¶ Vltimò circa tex. in uerbo, ꝑ eo, ꝓ uoluerint. Dicit hîc Hoſt. ꝓ ſi iudex denegat quartã productionẽ ꝑ pter refrænandã multitudinẽ teſtium: & coram iudice appellationis poſtea liqueat, ꝓ multitudo teſtiũ non erat refrænata, poteſt interlocutoria re
12 uocare: quia † iſtud uerbum, Voluerint. intelligitur de uoluntate rationabili & iuſta. Vnde ſi malè arbitretur, poterit corrigi per iudicem appellatiõis, iuxta not. per glo. in c. ſuper his. j. de accuſ. Sed in hoc dicit Imol. hîc eſſe diligenter attendendum: quia expreſſè infert, ꝓ ſi aliquid cõmittitur uoluntati alicuius, intelligitur non de mera, ſed de uoluntate ratificabili: quod ipſe putat intelligendum in caſu, in quo loquitur Hoſt. uidelicet quãdo fit cõmiſsio habẽti iuſtitiam miniſtrare: aliàs tale uerbum importat uoluntatem ratione iuris poſitiui nõ regulatam, dum modò ceſſet dolus, l. creditor. §. Lucius. ff. mandati. Ita dicit tenere Bart. in l. ſi ſic. ff. de leg. j. & in extrauag. ad reprimẽdam. in uerbo, uidebit. & idem dicit do. meus hîc, de Imo. mentione non facta: & allegat ad idem Bal. in l. ſi cum ea. C. de do. promiſ. & in l. & ſi poſt tres. ff. ſi quis caut. & glo. quam dicit ſingulariter, in l. pen. ff. de arbit. & do. Ant. latè in c. j. ſ. de cõſt. Nec in caſu decre. noſtræ uidetur hoc cõmitti uoluntati iudicis, ſecundum ipſum: ſed fit mentio de uoluntate iudicis, ſecundũ ipſum, ad reſpondendum, ꝓ iudex uoluerit: ex qua cauſa ſit motus ad ferẽdam ſententiã. Vnde ad alium finẽ ponuntur hîc iſta uerba, cũ ad ponendum hoc in uoluntate iudicis. Nec eſt conueniens, ꝓ arbitrium appelletur uoluntas, ut per Bart. in d. uerbo, uidebitur. ſecundum ipſum. Et pro opi. Imol. & ſua adde do. Ant. in c. ij. ſ. de corpore uiti. & Imol. in cle. ſæpe. in ult. col. de uerb. ſign. & Ang. & Imo. in d. l. ſi ſic. & Imol. & Ro. in l. ſi filius familiàs. ff. de dona. & do. Abb. in cle. j. de exceſ. præla. & in c. abbate. j. de uerb. ſign. & in c. ij. circa princ. ſ. de ſeq. poſſ. & fru. & do. Ant. in c. ex parte. in pen. notabili, ſ. de cõſuet. in c. nimis. el ij. per illum tex. j. de exceſ. præla. & in l. cùm antea. C. de arbit. & Bar. in l. centeſimus. §. fi. ff. de uerb. oblig. & Bald. in l. fi. circa princ. C. de contrah. empt. & in l. j. ff. de leg. ij. & in l. ij. §. uoluntati. ff. ſol mat. & ſæpe notat Dom. ſuper diſt. maximè in c. quod interrogaſti. xxvij. diſt. & in c. uicinia. in ult. notabili, xxxj. diſt. & ibi dicet idem eſſe, ſi dicitur, Facias, ut uis: & facit illud, *Sit pro ratione uoluntas*, iuxta gl. in l. j. in uerbo, prætor reus. ff. de poſtulat. Et iſta ꝓcedere poſſunt, quo ad partes, cum quib. aliquis habet procedere ſecundum uoluntatẽ ſuam: ſed quo ad tertium non procedet ſuo ſenſu, ſed uoluntate regulata iure, ſecundum Imol. in d. c. j. ſ. de conſtit. cui adde Lapum allegatione vj. Item non procedunt iſta, ubi ſubiecta materia aliud ſuadet. Patet in c. j. in uerbo, multis. prima diſt. & in c. cùm nemo. in uerbo, uoluntas eſt mihi. xxiij. q. viij. & in paſsione & oratione Dominica, Fiat uoluntas tua. cum ſi. quibus prædicta darent extraneũ intellectum, ſi ſimpliciter caperentur, prout à multis.

SVMMARIVM.

1 ✠ *Teſtis ſi interrogatus fuerit de fama, & reſponderit famam exitare, ad quid refertur iſta reſponſio?*
2 *Teſtis non tenetur regulariter reddere cauſam dicti ſui.*
3 *Fallit primò, niſi teſtis fuerit interrogatus à iudice.*
Teſtis deponens de udore, qualiter deponere debeat. Poſt nu. 3. uer. Et per hanc fallentiam.
Teſtis qualiter deponat ſuper fama. Ibidem.
4 *Teſtis deponens ſuper reprobando tabellione non probat ſine reddditione cauſæ.*
5 *Teſtis qui tenetur reddere cauſam dicti, debet eã reddere ex illo ſenſu corporis, ex quo percipit ipſum dictum: hoc eſt, ex altero deſquinq; ſenſibus corporis adaptato materiæ, de qua agitur. Et eſt hæc concluſio ualde notabilis, quam proſequitur uſq; ibi, ultimò in materia, etc.*
Teſtis deponens de morte alicuius, qualiter deponere debeat. Vide poſt nu. 5. uer. ultimò in hac materia.
6 *Teſtis dictum ſufficit, quòd concludat præſumptiuè præſumptione iuris tali, quæ ſufficiat.*
7 *Teſtis ſi deponat, quòd Titius occidit Seiũ, niſi declaret ſe per rationem uiſus, non probat.*
8 *Teſtis non interrogatus de cauſa ſcientiæ poteſt repeti ad inſtãtiam partis ſuper cauſa ſcientiæ, & alijs interrogatorijs, dum modò pars priùs dederit interrogatoria.*
9 *Teſtis cæcus deponens medio pariete, qualiter & quando probet.*
Notarius de quib. ſenſibus poſſit rogari. Poſt nu. 9. uerſ. poſtremo.
10 *Teſtis non tenetur dicere ſe eſſe criminoſum, propter quod ſua depoſitio deſtruatur.*
11 *Teſtes an teneantur cognoſcere perſonas partium, uel illorum, contra quos, uel pro quibus deponunt.*
12 *Teſtis debet medium ſeruare, ut non loquatur nimis repentè, nec nimis lentè.*
13 *Teſtis an de tempore deponere teneatur. nu. 14.*
15 *Teſtis ſi depoſuit dictum deponendo de loco & tempore, & interrogatus de ratione, reddat eam ſine loco & tempore, an ultietur eius dictum.*
16 *Teſtis impeditus habetur pro producto. nu. 17.*
18 *Factũ ab amico, uel propinquo, quãdo præſumatur factũ à principali.*
19 *Atteſtationes quando ſunt publicatæ, bene probant in tali inſtãtia; ſecus, ſi non ſunt publicatæ, niſi ex conſenſu partium.*

Et sic attestationes nullæ possunt approbari de consensu partium.
Hoc tamen fallit dupliciter, ut hic videas. & nu. 20.

21 *Iudex non potest committere examinationem testium alteri in causa criminali.*

22 *Ista conclusio fallit quinque modis, ut per ordinẽ videre licebit. Vide hoc, 23 & 24. addito 25.*

26 *Iudex an possit committere examinationem testium in causa ciuili? Et concludit, quòd non.*

27 *Fallit, ubi testis non potest examinari per iudicem.*

28 *Vel, nisi iudex committeret examinationem testium notario: & adde nu. 29. ubi videntur tenere contrarium: item adde nu. 30.*

31 *Iudex potest committere examinationem testium, quando testes distant multùm à loco iudicij.*

32 *Testis si dicat se aliter dixisse, quàm notarius scripserit, cui magis est credendum, notario, an testi?*

CAPITVLVM XXXVII.

Vm causam.

¶ Diligẽter sunt examinandi testes de singulis circunstantijs: & qui eos impediunt, puniendi sunt: & multitudo testiũ per iudicem refrænanda est. H.D. Et notabilia patebũt ex dicendis in glo. ¶ Sed priùs super text. in uerbo, fama. tene menti, secundum do. meũ. do. Ant. & Abb. hîc elegans dictum Spec. in tit. de noto. crimine. §. fama. in
1 fi. ubi dixit, ꝙ si † testis deponens super certis articulis, dixit se nihil scire, exceptis paucis: & interrogatus super articulo generali de fama, quod cõmuniter solet fieri in fine articulorũ, respondet uerũ esse, ꝙ est fama, ista responsio non est referenda solùm ad ea, super quibus respondit, sed ad omnia in articulis cõtenta, ut responsio cõformetur interrogationi, §. præterea. Insti. de inut. stip. Nec per illud uidetur sibi esse contrarius: quia potest esse, ꝙ aliquid nescit in ueritate: & cũ de illo sit uox & fama. Et ita dixit Spec. fuisse obtentũ coram se: & sequuntur prædicti: quibus adde Bar. idem tenentem in l. de minore. §. tormenta. in pen. col. uer. quæro, quid si testis. ff. de quæstion. & Salic. in l. ea quidem. in pen. col. uer. quæro. C. de accus. Sed uide do. Mar. in rep. c. qualiter. el ij. q. ix. art. xliiij. j. de accus. ubi dicit, ꝙ cõmuniter notarij scribunt, ꝙ de testificatis est publica uox & fama: de nõ testificatis nõ est: sed dicit ipse, se semper præticasse, quod post quẽlibet articulũ, maximè de quo timetur, ꝙ testis nihil sciat, nisi per famã, fiat immediatè articulus, ꝙ de contentis in d. arti. est publica uox & fama: quod sic post singu. articulos multiplicetur articulus famæ, uel fiat interrogatorium: ꝙ si dicat se nescire de contẽtis in tali articulo, interrogetur super singulis separatè: & practicatur, an saltẽ aliquid sciat per famã: & ita dicit se consuluisse plerumq; : ex quo poteris non paruũ honorem reportare, secundum ipsum. Et si diceretur, ꝙ dictũ Spec. non potest procedere ex eo: qa unꝰ testis non reducitur ad concordiã de seipso, ut probet, secundum Bar. in l. eos. ff. de falsis. & iste uidetur sibi cõtrarius: nam, secundũ Bart. subtiliter in l. admonẽdi. ff. de iureiur. ille, qui dicit aliquid se nescire, per illam nescientiã excludit non solùm scientiã, sed fidẽ & opinionem: ergo eadem ratione uideretur excludere famam, quæ est incerta, & quã homines opinantur. Respondet hîc do. meus, ꝙ ideo ad fi. ꝓbandi testis de seipso ad seipsum potest reduci ad concordiã, ut per Bar. in repetitione l. de ætate. ff. de mino. & dixi §. eo. c. & dicit, ꝙ doctrina Bar. in d. l. admonendi. nõ uidetur uera: quia uerbum, Nescio, uel Nihil scio, de sua proprietate nõ excludunt, nisi scientiã: & sic non sequitur, ꝙ excluditur opinio, uel fides: quæ aliud est à scientia, c. quoties. §. eo. Et istis addit do. Ant. hîc, quod no. Ioã. And. in Spec. de teste. §. nunc uidendum. in ult. addi. ubi dicit, ꝙ si simul & semel fuit articulatum de facto principali, & postea in ultimo articulo de fama, sed solùm super articulo principali, poterit ipse idẽ, uel alius testis recipi sup articulo famæ: quia modus probãdi per famã non uidetur deductus sup articulo facti principalis: & de hoc dicto meminit etiam do. Ant. in c. fraternitatis. §. eod. pro quo uide Cy. & Salic. in l. fi. C. de quæstionib. ubi dicũt, ꝙ si testis est examinatus super uno indicio ipsius maleficij: putà, de fuga: quia de illo indicio capitulatũ fuit duntaxat, & non de alio, tunc nõ obstante publicatione poterit idem testis, uel alius super nouo indicio recipi. ¶ In gl. in uerbo, de causis. in prin. Not. istam gl. semper, an & quando ualeat dictum testis, qui non reddit causam dicti sui: in quo multùm solẽniter insistunt hîc omnes Scribentes: sed præcipuè Bal. subtilissimè, & ponunt isti, qualiter & quando debeat assignare causam dicti sui: & est materia utilis, licet uulgata: de qua etiam tangit plenè Bal. in l. solã. & in l. testiũ. C. de testi. & Spec. magistraliter in tit. de teste. §. nunc tractandũ. uersi. debet quoq; iudex. usq; in fi. ubi extendit practicã huius decretalis. In primo respõso habetur etiam de materia per do. Ant. in c. super his. & ibi latè per Inno. & Pau. de Cast. in l. qui testamento. §. fin. ff. de testa. per gl. in l. cùm hi. §. causa. in uerbo, audiat. ff. de trãsa. & per glo. j. in l. j. in prin. ff. de no. opere nun. & Bal. qui refert Inn. hîc in l. iij. in prin. ff. de testibus. in apostil. & Ro. in l. mortis causa. §. qui hominẽ. ff. de donatione causa mortis. & do. Flor. in l. si seruum meum. ff. ad l. Aquil. & Bal. in l. is qui. ff. de tu. & cu. da. ab his. & in l. pen. ad fi. ff. de prob. & in l. j. circa medium. ff. si cert. pet. & in l. j. in penultima col. ff. de testibus. in apostillis, & gloss. & Arch. in c. si habes. in uerbo, idonea. xxxiiij. q. ij. & in alijs locis, in quibus j. Et pro clariori doctrina dic magis ordinatè ꝙ per Doct. faciendo ex omnibus certas conclusiones. ¶ Prima con
a clusio. Testis [a] regulariter † non tene-
2 tur reddere causam dicti sui, secundũ glo. hîc. & in l. solam. C. eo. & glos. ij. in c. sicut. ubi boni tex. j. de re iudi. & glo. in §. item solam. iiij. q. iij. & Inno. & omnes hîc: quia testis non debet esse uerbosus, i. non debet respondere ad ea, de quibus non requiritur, secundum ipsos. Operatur tamen non parum, si ipse eam reddit, quoniam cæteris partibus præponderabit eius dictum, secundum Bal. in l. presbyteri. ante fin. C. de episco. & cler. & ita dicit tenuisse
3 hoc dictum alibi. ¶ Fallit † primò ista conclusio, nisi testis fuisset à iudice interrogatus de causa, ut hîc in glo. Et ita intellige glo. in c. si quando. §. de rescrip. in uerb. rationabilem. secũdum Imo. ibi & hîc. Et adde, secundum Bal. hîc, ꝙ iudex interrogatus hoc modo dicendo, quid scis? uidetur interrogatus etiam de causa: quia indefinita æquipollet uniuersali: ac si iudex diceret, dic omnia, quæ scis: & tunc nõ ualeret dictum eius, si non redderet causam: quia implicitè interrogatur de ipsa: & ita dicit signãter Bal. se putare, si testis iurauit dicere ueritatem, siue fuerit interrogatus de causa, siue nõ: & ita dicit probari eleganter in c. fraternitatis. in ult. glo. §. eod. Et talis testis interrogatus de causa, nõ respondens, non facit præsumptionẽ, secun-

a *Testis] Adde tu, & dic, ꝙ licet testis non teneatur assignare rationem dicti sui, si non est interrogatus, ut hic per Fel. Fallit tamen hoc in causis criminalibus, in quib. non ualet dictũ testis, si non assignat rationem dicti sui etiam non interrogatus: Salic. in l. sciant cuncti. C. de probat. do. Alex. in consi. suo xv. incip. Viso processu in forma per potestatẽ Parme. Est uerũ, ꝙ Lud. Ro. in l. ait prætor. ff. de iureiur. limitat istam communem opin. ut procedat in causis criminalibus, in quibus uenit imponẽda pœna corporalis: secus, si esset causa criminalis, pro qua imponeretur pœna pecuniaria. Et idem tenuit ante eũ Ant. de But. in c. fi. de iureiur. Sed contra Lud. Rom. & Ant. de But. tenuit Imo. in d. c. fin. & do. Alex. in l. ait prætor. per generalitatem d. l. sciant cuncti. Et ideo teneas primam opi. indistinctè: quia communis.*

dum

dum Spec. in tit. de teste. §. j. uer. item ꝙ interrogatus. & Bal. in l. testimonium. ff. de test. in apost. ꝙ tamen uidetur esse arbitrarium, secũdum do. Abb. hîc: quibus adde, ꝙ si pars dedisset interrogatoria, & omitteretur petitio super eis, nõ ualerent attestationes: & hoc, si interrogatoria nõ fuerint reiecta à iudice. Præterea utile est, secundum do. Card. & do. Abb. hîc, ut scribantur in actis, ut post publicationẽ possis opponere attestationibus, si sint interrogatoria omissa: & allegãt Spec. in tit. de teste. §. iam de interrogatorijs. uer. itẽ cautè. ¶ Et istis addẽ loã. And. in d. uer. item, ꝙ interrogatus. ubi dixit, ꝙ si per dolum, uel negligentiã iudex nõ quærit de causa, tenetur tamen in foro pœnitẽtiali parti, cõtra quam depõsuit testis, nõ expressa causa: qua expressa dictum eius non nocuisset sibi. Dicit tamen, ꝙ in foro iudiciali petitio ad interesse nõ haberet locũ, nisi fortè ipse reus cõfiteretur: & sequitur do. Ant. hîc, & etiã in effectu do. Abb. dum modò secundum ipsum, cõstet, ꝙ iudex per malitiam non interrogauit, quia sciebat testẽ non rediturum sufficientem causam: uel testis hoc confitetur: quibus casibus credit ẽum teneri, nedum in foro pœnitentiali ratione culpæ, ut probatur ex dicto Inno. c. in c. licũt dignum. cum concor. j. de hom. sed etiam in foro iudiciali, per l. si quando. C. de testi. & in l. si filius familias. ff. de iudi. ut hîc per ipsum: pro quo uide, quæ latè dixi post do. Ant. & Anan. in c. tua nos. j. de homi. & qd̃ not. Rayn. in summa, de teste. prope fin. ubi dicit, ꝙ si testis per suum falsum testimoniũ intulit damnũ parti, tenetur in foro conscientiæ. Quod autẽ dictum est de iudice, intellige sanè, dum modò iudex fuerit requisitus, ut interroget, aliàs non: quia lex, uel statutũ astringens iudicem, & sub pœna, ut aliquid faciat, quod est ad utilitatem priuatam, intelligitur, si est petitus: ut notãt do. Ant. Imo. & do. Abb. in c. uenerabilis. §. de iudi. & Bal. in l. j. §. magistratibus. ff. de magist. cõuen. & do. Abb. in c. auditis. in fin. §. de procura. cum cõcor. quas credo dixisse in c. excommunicamus. in prin. j. de hæret. ¶ Sed hanc fallentiam intellige secundum Inno. Bal. do. Ant. & Imo. hîc, nisi dictũ testis probaret causam annexam: putà, quia dixit se uidisse Titium mutuare Seio x. nam de causa scientiæ nõ est aliter interrogandus: & si interrogatus eam non reddat: non uitiatur dictũ suum: qa iam in dicto est expressa ratio: sed iussus potest tamẽ interrogari, quando uidit, quis erat secum, secũdum Inno. c. quod est nota. dignũ, secundum Bal. hîc: qui addit ꝙ si diceret, Titium fuisse secũ: & Titius dicat, se non interfuisse, remanet dictum testis suspectũ & inualidum. Allegat l. j. in fi. ff. quemad. testa. aper. & addit, ꝙ si interrogatus, quis erat secũ: dicat, non recordor: & ut suspectus non creditur ei: quia istæ interrogationes nõ fiunt frustrà, sed causa intercipiendi testem. Ista tamen suspicio pertinet ad actum, & in dubio non præsumitur, secundũ ipsum: & addit, ꝙ si fuit interrogatus de causa his, & semel reddit bonam rationẽ: putà, de usu: & postea malã, putà de credulitate, uidet, ꝙ talis testis in tricauerit seipsum, & nõ probet. Allegat l. qui falsa, uel uaria. ff. de testibus. ¶ Fallit secũdò dicta conclusio, quando testis non deponit in his, quæ sunt perceptibilia sensu corporeo: in quibus procedunt prædicta: sed in perceptibilibus solùm iudicio intellectus: quia in talibus necesse est, ꝙ reddat causam, etiamsi non fuit interrogatus, secundum Inno. & omnes hîc: quia deponere de his non spectat propriè ad officium testis: exemplum secundum Inno. hîc, si dicit talem esse dominum unius rei: nam dominium solùm non percipitur sensu corporeo: ideo oportet, ꝙ reddat causam, per quam infertur ad uerba iuris per eum prolata: ut quia adiungat, ꝙ emit talem rem, siue lanam, & fecit illud uestimentũ, uel quid simile: nam, secundum Bal. hîc, de dominio non potest reddi directa & immediata ratio per sensum corporis: quia apprehẽditur dictamine alterius rationis; tanquam quoddam abstractum non concretum sensibus: & dicit, ꝙ omnis intellectus Doctorũ est cum isto dicto Inno. quia causa dominij consistit in facto, id est, in contractu & traditione facta à domino: Instit. de re. diuis. §. si quis à non domino: & facta non præsumitur ad supplenda dicta testium, ut no. in l. j. C. de usur. Quare meritò, quod à teste non deponitur, nõ probat, quia iuramentum & depositio testis sunt stricti iuris: & ideo si interrogatus super capitulo, ꝙ res pertinet ad Titiũ, dicit uerum esse: & interrogatus de causa scientię, dicit: quia Titius est dominus: ista ratio non probat, nisi adijciatur ratio rationis, quę cõsistit in causis facti ordinati ad ius: quia dictum testis debet esse ita clarũ, ꝙ non oporteat super eo disputari: & ideo ignotum non probatur per ignotius: ut no. in l. Publia. in fin. ff. depositi. ut hîc latiùs per Bal. qui subdit, ꝙ sufficit testem reddere bonam rationem: & ꝙ bona ratio, quæ exigitur à peritò, uel iurista, per l. si quis uenditor. in princ. ff. de ædi. edic. qui tex. est not. ad multa secũdum ipsum, & bene. ¶ Et per hãc fallentiam habetur una potissima doctrina in hac materia, quam confirma ex his, quæ pulchrè no. Bart. in tractatu de teste, uer. testis dixit fundum. & do. Card. & do. Abb. in c. cùm causam. j. eo. ibi, dicetur. ubi dicunt, ꝙ testis deponens super ualore nõ probat, nisi assignet causam etiam non interrogatus: quia cõsistit in intellectu. Ad idem, quod no. Bal. in l. pen. quasi in fi. C. de sent. quæ sine cer. quan. ubi dicit, ꝙ ualet sententia lata propter testes, etiã qui non reddiderunt causam sui dicti, nisi redditio causæ esset de substantia, ut si testes deponerent de dominio, territorio, districtu iuris decimandi, uel iurisdictionalis, quæ potius ratione intellectus, ꝙ sensu corporis percipiuntur. Ita dicit notare Inno. hîc, & esse dictum notabile, tamẽ multùm uulgare. Ad idẽ, quod no. Bal. in l. solam. in j. col. C. eo. ubi multùm egregiè deducit dicta Inno. hîc, cõcludens, ꝙ in consistentibus in intellectu testis excedit notissimos terminos officij testis, & efficitur altioris inquisitionis, id est, transcendentis rationẽ intellectus: quæ ratio potiùs dicitur iudicium, ꝙ testimoniũ: & ideo opus est, ꝙ in obiectis, in quibus non est aliquid uisibile, nec sensibile, nec tangibile, sed solùm intelligibile, assignentur causæ facti, ex quib. cõstet testem scire. Et postea subdit Bal. ibidem, ꝙ si testis dicit se uidisse præscribi non expresso de possessione, nihil probat: quia deponit de iure, non de facto, iuxta gl. in l. stipulatio. §. hîc quoq;. ff. de uerb. obl. Vnde oportet, ꝙ dicat se uidisse talem longo tempore possidere. Et alia pulchra ponit ibi Bal. in l. conuenticulam. in ult. col. C. de episc. & cler. ubi inter alia dicit, ꝙ ratio testis uult per ordinẽ fundare dictũ, ut quando deponit de dominio, uel præscriptione: ꝓbat, si ex his, quæ requiritur ad esse præscriptionis, uel dominij. format suum argumentũ, inferendo ex causis facti in suo sensu cadentib. conclusionem iuris: qa tunc intellectus adminiculatur sensui, & supplet, quod deficit in sensu: & allegat Inno. hîc. Ad idem uide do. Card. consi. lxxvij. incip. In Dei, etc. in causa & quæstione excellentissimi legum doctoris. ubi dicit, ꝙ testis dicens simpliciter, ꝙ Titius porrexit supplicationem in tenore & forma, de qua in capitulo fit mẽtio, nec dicit se legisse, nec aliquam causam dicti sui reddit, nihil probat: qa regula est, ꝙ quãdo testes deponũt super his, quæ non percipiuntur sine intellectu, tenenẽ reddere causam sui dicti, aliàs non probãt: & allegat Inno. hîc. Et per hanc doctrinam Inno. determinat etiam unã quæstionẽ Romanus in l. sciendum. ff. de uerb. obl. & unã Bal. in l. unica. uers. septimò, qualiter. C. de sentẽ. quæ pro eo, quod interest. & aliã in l. si arbiter. C. de probat. & multas decidit Bal. hîc ual de utiliter: & præsertim, dum infert, ꝙ si testis dicat: uidi, ꝙ talis erat clericus, nõ probat clericatum, sed oportet reddere rationem: & si dicit, quia uidit eũ ordinari, probat plenè: si autẽ dicit, ꝙ uidit eum incede-

c. cùm causam.

incedere publicè cum tonſura & habitu, probat præſumptiuè. Allegat Iac. But. in l. ſi qua per calumniã. C. de epiſc. & cler. ſecùs, ſi non adijcit publicè: qa portare habitũ in domo non facit aliquem præſumi clericum, niſi ꝓbet, ꝙ ſuperior ei impoſuit habitũ, per c. ſi iudex. de ſent. excõ. in vj. ſecundum ipſum. Et allegatur quotidie iſta doctrina Inno. ꝙ teſtis nõ habet deponere per uerba iuris, ſed de ipſo facto, ex quo reſultat præſumptio iuris. & ad idẽ uide Spec. in tit. de ſyndico. §. j. uerſi. ſed huic obſtat. & Ioã. And. in Spe. de teſte. §. nunc uidẽdum. in prima additione. uer. in quantũ tamen de articulo iuris. & do. Ant. in c. cùm ad ſedem. in v. char. s̃. de reſt. ſpol. & in c. licet cauſam. in pen. char. s̃. tit. j. & in c. ſi cut. j̃. de re iud. & Bar. in l. j. ff. ſi cert. pet. & in l. mutuũ. ff. de acquir. hær. & Bal. in c. quanto. in fi. s̃. de iudic. & in l. j. in ult. char. C. de cõfeſ. ¶ Et iſtam fallentiã ampliat hîc eleganter Innoc. etiãſi teſtis inducitur ad probandũ: in quo plurimùm laborat ratio intellectus, quantũcunq; conſiſtat in facto: putà, ſi uolo, ꝓbare aliquem ebrium, uel furioſum: nã ad iſta ſcienda requiritur perſpicax inquiſitio, & nõ offerunt ſe animo, niſi ꝑ multa & diuerſa media. Vnde teſtis poteſt de facili errare: & ideo nõ creditur ſibi, niſi aſsignaſset cauſam: & ſequuntur hîc do. Ant. Bal. & do. Car. & do. Abb. & Spec. in d. §. nunc tractandum. uer. idẽ ſentias. & uer. idem quoq; eſt. Et idem circa illud de furore tenet Bald. in l. furioſum. circa medium, C. q teſt. face. poſſ. Et idem de utroq; dicit Bart. in trac. de teſte. Et idem Bal. in l. ſolam. inferẽs generaliter, ꝙ ubi requiritur prædominiũ intellectus ſupra ſenſum, nõ creditur teſti, niſi applicet rationẽ concludentem ex ſenſu: quod eſt in omnib⁹, quæ ſunt difficilis probationis: putà, qa directè uideri, uel ſentiri nequeunt: unde putat idem eſſe, ſi teſtis, ꝓduceretur ad probandũ adultetium: nã & hoc nõ poteſt uideri plenè, & cõcludenter ſciri per rationes intrinſecas, ſed ꝑ extrinſecas, quæ nõ præſumũtur, niſi exprimantur. ut in c. præterea. s̃. eo. Et idem dicit, quoties, ꝓducitur teſtis ad probandã inuiſibilem qualitatẽ animi: putà, dementiã, fatuitatẽ, uel ꝑfundam amicitiã, uel inimicitiam: qa oportet aſsignare rationes illatiuas, uel motiuas animi ſapientũ, cùm hæc ſint inuiſibilia & intangibilia. Et idem ꝑ alia uerba extẽdit Bal. probãs, ꝙ accidentia animi nõ percipiũtur momento temporis, ſed ex quodã diſcurſu & multitudine actuũ: & dicit, ꝙ furor & dementia ſunt paſsiones cerebri, quas uix cognoſcit uiſus. ¶ Modò hanc fallentiam temperat trib. modis: primo, niſi talia cõſiſtentia in intellectu eſſent talia, quæ poſſent ꝑcipi facili diſcurſu intellectus: qa deponẽs de ipſis ſine redditione cauſæ nõ petita, nõ deponit nulliter. Ita elegãter dicit Bart. in tractatu de teſte, circa iij. col. uer. quædam enim. Dat exemplũ in deponente de numeratione pecuniæ: nam teſtis nõ uidit, niſi colorẽ, ſed mente, corde & ratione ꝑcipit, an fuerit argẽtea, uel aurea de facili: & ideo ualet teſtimoniũ cauſa nõ reddita, ſecundũ ipſum, quem ſequuntur hîc do. Car. & do. Abb. ex quo infert do. Abb. ꝙ teſtis inductus ad ꝓbandum famã, uel notorium, ſi non reddit cauſam dicti ſui, nõ minùs ꝓbat: & ita dicit ſe nunc tenere, quãuis longo tempore tenuerit contrariũ, quaſi iſta eſſent perceptibilia ſolo intellectu: ſed tamen, qa modico diſcurſu percipiunt̃, ualet dictũ teſtis, ſecundũ ipſum: cum quo cõcordat do. Ant. hîc, & in c. ſuper hoc. in vij. col. s̃. de renun. Sed contrarium tenet hîc do. Abb. & in effectu do. meus: qa cognoſcere qualitatẽ famæ, uel notarij, nõ eſt tale, quod capiatur ex cõmuni hominũ intelligẽtia abſq; diſcurſu modico, cùm & apud peritos difficilè cognoſcatur in debitis terminis, iuxta gl. in §. quãdoq; ij. q. j. & allegãt Bar. in l. de minore. §. tormenta. uer. quero, ſtatutũ. & uer. ult. ff. de queſtionib. Adde, quo ad famã, do. Flor. idem tenentẽ in l. ob carmẽ. in prin. ff. de teſti. & Bar. in l. qd ergo. §. ex cõpromiſſo. ff. de his, q notantur infamia. & Imo. poſt. do. Ant. in d. c. ſuper hoc. in xv. col. & Sal. in l. ea quidem. in ij. col. cum duab. ſequẽtib. uer. quæro, an teſtis. C. de acculſ. & do. Flor. in l. ſi arbiter. ff. de, pba. Dom. poſt Archi. in c. ij. in ult. col. de accuſ. in vj. & do. Maria. in repeti. c. qualiter. el ij. q. ix. art. xxix. cũ duob. ſequentib. j̃. de accuſ. & ibi inuenies ad ſaturitatẽ: ubi etiã extendit, qualiter debeat teſtis deponẽs de fama aſsignare cauſam. Item quantũ ad notorium, dicidem, ut etiam ꝑ do. Abb. in c. cùm dilect⁹. in ij. col. j̃. de purga. Cano. & plenè do. Ant. in repe. c. uestra. in pen. char. uer. ad ſecundũ, qualiter. j̃. de cohab. cle. & Bal. in c. ſi. ante fi. s̃. de iur. calum. ¶ Per hoc etiã dicit hîc do. Card. quem do. Abb. nõ refert, ꝙ ſi teſtis deponit ſuper amicitia, uel inimicitia, & non interrogatus non aſsignat cauſam, ualet eius teſtimoniũ: qa percipit modico diſcurſu ꝑ actus extrinſecos, licet Bal. dicat contrariũ tenere in l. data opera. C. q accuſ. ſed eſſet difficile ad ſubſtinendũ propter dictam regulã, ſecundum ipſum: cui adde, ꝙ etiam cõtrarium tenuit Bald. in d. l. ſolam. in ij. col. ut dixi in præcedenti uer. ampliãdo fallentiã: & fortè meliùs ꝑ illas rationes. Opi. tamen do. Car. uidetur poſſe, ꝓcedere, quando teſtes deponerent de inimicitia, ꝓria in alium, ꝑ tex. notabilẽ. in c. inquiſitionis. uer. & an fides. ibi, nullas inimiciciarum cauſas. j̃. de accuſ. ¶ Secũdò tempera hanc fallentiã ex alia ſubtili theorica Inn. hîc: dicit emũ, ꝙ ubi teſtis deponit ſuper his, quæ poſſunt trahi ad iudiciũ rationis, & ad teſtimoniũ ſenſu corporis, debemus intelligere dictũ teſtis, quatenus in ſenſu corporis: & ſi nõ reddit cauſam, ſuſtẽtabitur: exẽplum, ſi teſtis deponit, ꝙ Titius poſsidebat: debet eũ exponi, i. de facto tenebat: nã poſſeſsio põt eſſe iuris, quæ nõ cadit in ſenſum corporis, ſed percipit iudicio intellectus, & poteſt eſſe quid facti: & idem ſentit gl. & Bar. in l. ſtipulatio iſta. §. hoc quoq;. ff. de uerb. obl. quẽ allegant hîc Doct. quib⁹ adde Bar. idem tenentẽ in trac. de teſte, uer. teſtis deponit aliquẽ poſſediſſe. & do. Abb. in c. licet cauſam. in iij. char. s̃. tit. j. & do. Ant. in proœm. Decret. & Bald. in l. de quib. in antepe. col. ff. de legi. & Bal. in l. j. in prin. C. communia de uſucap. & do. Abb. in c. quoties. ante ſi. s̃. eo. & plenè Roma. in d. §. hoc quoq;. Et ꝙ in materia æquiuoca ad ſenſum corporis, & ad intellectũ ſuſtentetur dictum teſtis, uide etiam do. Ant. in d. c. ueſtra. in pe. char. ¶ Sed nihilo minùs ꝑ talem teſtẽ dicitur, ꝓbari ſufficiẽter poſſeſsio, etiã intelligendo uerbum Poſſeſsio, ab eo prolatũ de poſſeſsione facti: qa ex tali detẽtatione ſeu poſſeſsione, prout eſt facti, probatũ eſt de poſſeſsione, ꝓut eſt iuris: & ſic de poſſeſsione naturali & ciuili: quoriam ꝓbata detentatione præſumitur poſſeſsio iuris, ſecundum glo. fi. & Arch. in c. pontifices. vij. q. j. & Inno. in c. cùm olim. el ij. in fi. glo. quæ incipit, & malè. j̃. de priuileg. & Oldr. conſi. cxcix. incipiente, pro fundamento. & Imo. in c. cùm tu. quaſi in fi. s̃. eo. & ibi retuli in uerbo, dant alium modũ. & no. Pauf. de Leaza. in c. in literis. s̃. de reſtit. ſpol. & Bal. hîc, & in l. j. in ult. col. C. de ſer. fug. & in l. pen. C. de exec. rei iud. & in c. j. in uerbo, recuperauerit. de pa. Conſtan. & in l. unica, in ult. char. C. de confeſ. cum concor. ¶ Tertiò tempera hanc fallentiã, niſi teſtis deponeret in dependentib. à peritia artis, iuxta c. cauſam. s̃. tit. j. qa ſi principalis depoſitio eſt de re ſenſu apprehenſibili, licet in quãtitate apprehenſionis adhibeatur iudiciũ intellectus, ualet dictũ ſine ratione expreſſa, ſecundum do. Ant. hîc. Vnde infert, ꝙ ſi obſtetrix interrogatur, utrùm talis mulier ſit arcta, uel prægnans, uel peritus in arte cantandi interrogatur, an aliquis ſit bonus, uel malus cantator, uterq; iſtorũ bene reſpondet, dicendo, qa audiui, & qa uidi: nec eſt neceſſe, ꝙ aliter ꝑ mediũ peritiæ declarent, quæ ſint ſigna prægnantis, uel bene cantantis: ut hîc ꝑ ipſum. Pro quo facit, quod no. Bar. in l. de ætate. in ij. char. ff. de mino. q uidetur ſentire, ꝙ quando teſtis, q deponit, eſt peritus, ſufficiat deponere ſine cauſa: unde ſufficit, ſi dicat, ſe uidiſſe

uulnus

uulnus abſq; eo, ꝙ dicat, quare credat ipſum mortale, uel nõ. ¶ Sed cõtra iſta dicta uidet̃ facere deciſio Ioan. And. in Spec. tit. de teſte. §. nunc tractandũ. in pen. additione, quæ incipit, hoc ergo intendit. ubi dicit, ꝙ in teſtimonio credulitatis debet addi id, quod eſt cauſa credulitatis: & idẽ ſentit Bal. in l. ſolam. in v. q. C. de teſti. & facit c. quoties. s̃. eo. & c. licet. in fi. j̃. eo. ubi ad perfectionẽ teſtimonij ſuper parentela nõ ſufficit deponere de credulitate, niſi aſsignet̃ cauſa credulitatis. Et ꝑ hoc multùm facit dictũ Inno. hîc: qa cùm iſta cadant in noticiã teſtis primò ex ſenſu, poſtea ex difficili diſcurſu intellectus, uidetur teſtis potiùs uelle iudicare, quã teſtificari: ideo exigi uidet̃ ratio. Sed tamen ex dictis do. mei hîc, & in d. c. quoties. poteſt cõcludi, ꝙ teſtimoniũ periti ualet eo ipſo, ꝙ cõſtat eum peritũ, & aſsignat cauſam ſenſus: qa uidit: quãuis non aſsignet cauſam intellectus, quare ex uiſu ita credat: ſecus, ſi nõ eſſet peritus, ut not. Bar. in d. l. de ætate. Nec obſt. ꝙ etiãſi ſit peritus, requiratur diligẽs examinatio, ſecundũ Bar. in l. ſemel. C. de remil. lib. xij. qa iſtud nõ alterat depoſitionẽ teſtis. Et iſta, quo ad ſecundã fallentiã primæ concluſionis. ¶ Fallit
4 tertiò dicta cõcluſio, niſi † agat̃ de reprobãdo tabellione: qa teſtes cõtra ipſum deponẽtes ſine redditiõe cauſæ non ꝓbant, ſecundũ Bal. in d. l. presbyteri. in ult. col. uer. iuxta prædicta. C. de epiſ. & cler. & allegat Iac. Bu. in diſputatione, quæ incipit, quæſtio talis eſt: quidam petijt. & fatetur, ꝙ aliàs non teneret teſtis nõ interrogatus reddere cauſam dicti in perceptibilib. ſenſu: ſed dicit etiam ualde ſignãter, ꝙ teſtis, q non reddit cauſam non interrogat⁹, nõ ita perfectè ꝓbat; ſicut q reddit: & ideo tabellio præponderat̃ talib. Quod bene not. & uidetur ſequi Ro. in rub. ff. de arbi. ¶ Fallit quartò, niſi conderetur dictũ teſtis, quo ad hoc, ut ꝑ ipſum deferri poſsit iuramentũ in caſu c. fi. j̃. de iureiur. & l. admonẽdi. ff. eo. tit. qa ſi non reddit cauſam, etiam nõ interrogatus, ubi reddere nõ tenebat̃, non ꝓbat ſufficiẽter, quantum ad ad hoc. ſecũdũ Bal. ualde ſolẽniter in c. j. §. ſacramentũ. uer. unũ ſcias. de conſuet. recti ſeu. Vnde dicit̃ idẽ Bal. in l. de quib. ff. de legi. ꝙ teſtis nõ reddens rationẽ dicti ſui nõ debilitat dictũ teſtis reddentis rationẽ: quin ei, qui ꝓduxit illum unicũ teſtem reddentẽ rationẽ poſsit deferri iuramentũ in ſupplementũ probationis: qd̃ not. accuratè ad limitationẽ eorum, quæ dixim⁹ in c. in noſtra. in fi. s̃. eo. ut nõ, ꝓcedant in caſu iſto. ¶ Vltimò nota in hac prima concluſione, ꝙ his caſibus, quibus teſtis debet reddere cauſam, intelligit̃ de cauſa ſcientiæ, quo ſcit: non aũt de cauſa illius actus, quare fuit, licet de illa poſsit interrogari. Ita dixit Ioã. And. in paucis, in addi. Spec. in tit. de teſt. §. j. uer. itẽ ꝙ interrogatus. & idem pulchrè Bal. in d. l. ſolã. in pe. col. dicens, ꝙ teſtis deponens de uenditione, interrogatus, ad quem finẽ fuerit facta, & qd erat uendens de pretio facturus, nõ tenet̃ reſpondere. Idem in deponẽte aliquẽ percuſſum lapide: quia interrogatus, qd eſt lapis, ut ꝑ eum ibi, & in l. data opera. C. q accuſ. nõ poſſunt. Et per hoc infert eleganter do. Maria. in repetitione d. c. qualiter. q. ix. artic. iiij. ꝙ teſtis deponens de fama, & dicẽs, ꝙ populus ita dicit: interrogatus, quare populus hoc dicat, nõ tenet̃ reſpondere. Et ita tenendũ, quicquid in hoc de fama dixerit Sal. in d. l. ea quidẽ. ſecundum ipſum. ¶ Et iſta intelligit do. Ant. hîc, niſi cõtra factũ, ſuper quo quis teſtificatur, ſit præſumptio; ſi non iuſtificetur ex aliqua cauſa: nã tunc ſi interrogetur de cauſa ipſius facti, ſuper quo deponit, ex quo tale factũ non eſt ueriſimile & ſuſpectũ, tenetur allegare cauſam aliquã ipſius facti, per text. in c. ſuper hoc. s̃. de renunc. ubi à teſte uidetur inquirenda ratio, quare quis ſponte renunciauit beneficio, cùm hoc nõ ſit ueriſimile. Sed de iſto dicto dicas, ut ibi per Imo. ubi in iſto exemplo uidet̃ aliter tenere, & ꝙ ſufficiat teſtem dicere, uidi renunciare nõ interueniente aliquo ſigno uiolentiæ: & ad illũ tex. ꝙ licet bonum ſit inquirere cauſam: qa fortè teſtis cauſam ſcit, nõ tamen dicit, ꝙ ſi eam non reddat, non ꝓbat. Item intellige, ut ꝑ Bal. in c. cùm ſuper. s̃. de confeſ. ubi dicit, ꝙ interrogato iũi teſtis debet eſſe de cauſis cauſæ, quãdo cõtractus habet genus & differentias, ut ſtipulatio tanquã genus recipit ſub ſe multas differentiales ſpecies, licet ꝑ cauſa ſit quandoq; ipſa uoluntas, l. ſi diuortio. ff. de uerb. obl. l. Cãpanus. ff. de oper. lib. Si aũt contractus ſit differẽtia, & nõ genus, ut emptio & ſimiles, q ſunt ipſa ſpecificatio, nõ eſt quærendũ de cauſis cauſæ, ſed ſolùm de forma contractus. In maleficijs aũt̃ nõ interrogat̃ teſtis, cur fecerit furtum, uel homicidiũ: ſed bene interrogatur qualitas, an dolo, uel culpa, ſi iudici uidebitur: ut ibi ꝑ eũ. Et iſta ſunt notata ad primã concluſionẽ, uidelicet quãdo teſtis teneatur reddere cauſam. Modò per aliã concluſionem eſt uidendum, qualiter eam debeat reddere.
5 ¶ Secunda cõcluſio. Teſtis † habẽs reddere cauſam dicti ſui, debet eam reddere ex illo ſenſu corporis, ex quo percipit ipſum dictũ: & hoc eſt altero ex quinq; ſenſib. corporis adaptato materiæ, de qua agit: & ſi perceptibile uno ſenſu tantùm, diceret ſe percepiſſe alio, nõ, ꝓbaret̃ tanquã non aſsignans congruã cauſam. Ita dixit hîc ordinatè Innoc. quẽ plenè referunt Bal. do. Ant. do. Car. do. Abb. Imo. & Paul. de Caſt. in l. q teſtamẽto. §. ſi. ff. de teſta. Bal. & Sal. in l. ſolam, C. de teſti. & Bal. ſolenniter in rep. l. de quib. ff. de legib. & Bal. in l. data opera. C. q accuſare. & in repe. l. ij. in pen. char. uer. qualiter autẽ teſtes. C. de reſcind. uend. & Spec. in d. §. nũc tractandũ. uer. de auditu quoq;. & uer. de odoratu. & uer. de tactu. Et quæ ſint obiecta quinq; ſenſuũ, ponit Bal. ſeriatim in l. nõ ignorat. C. q accuſare. & de hoc etiã per Bal. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſt. & in l. Labeo. ff. de ſup. leg. & in tractatu de alluuio, in uerbo, quoquo modo. & Bal. in l. pretia rerũ. ff. ad l. Falci. & gl. & Rom. in l. quod meo. §. fi. ff. de acquir. poſ. & gl. Inſt. de grad. §. fi. & Ioan. And. in c. quorundã. de elec. in vj. & de iſtis ponebat latè Bar. in d. tractatu de teſte, quẽ morte præuẽtus non cõpleuit, ut refert Bal. in d. l. de quib. & in l. iij. C. de teſti. & hîc: ubi pleniſsimè diſcutit, per quẽ ſenſum debeat teſtis deponere, & etiã poſuit ſtupendè in rub. C. ſi ex fal. inſtru. ¶ Et ꝓpter iſtã concluſionẽ refert Bal. in l. Arethuſa. ff. de ſtatu hominum. fuiſſe ratione naturali reprobatũ quendam teſtẽ, q dixit ſe uidiſſe ſtando ad partẽ, ꝙ Titius de nocte occidit Semproniũ: nam interrogatus, ſi ibi erat lumẽ accenſum, propter qd̃ uideret̃, dixit, ꝙ non: & qa ꝓbatum fuit, ꝙ illa nocte luna nõ lucebat, fuit reprobat⁹. Ad quod etiã uide Ang. cõſ. cxcij. & iſtis adde Dom. in c. hinc etenim. in j. col. xlix. diſt. ubi dicit, ꝙ teſtis, q dicit aliquem nõ uidere, reddit ſufficiẽtem cauſam, ſi dicit illum habere pupillã oculi albam: & uide Bal. in d. tractatu de teſte, ubi dicit, ꝙ ſi teſtis deponens de ſapore uini, dicat, fuit dulce; qa bibi; ꝓbat, licet dicat, nõ guſtaui: & uide Dom. in d. c. hinc etenim. in v. notabili, ubi dicit, ꝙ teſtis deponens ſuper odore nõ reddit ſufficientẽ cauſam, niſi reddat ipſam per ſenſum nariũ: & allegat Inno. hîc. ¶ Sed iſtã concluſionem declara primò, ut nõ, ꝓcedat iſta ſtrictè in ſenſu uiſus: qa ille ſeruit generaliter omnib. ſenſib. Vnde quod capitur ſolo auditu, uel alio ſenſu, põt dici uideri: & ideo ſaluabitur teſtis aſsignãs cauſam ex uiſu, ubi fuit auditus, uel alterius ſenſus, ut eſt gl. ordinaria in c. teſtes. in c. quæ uiderint. iij. q. ix. de qua faciũt feſtũ do. Ant. Car. & do. Abb. hîc, & Ro. in l. ſciendũ. ff. de uerb. obl. & in l. admonendi. ff. de iureiur. & do. Flo. in l. ob carmen. §. ſi teſtes. ff. de teſti. & Paul. de Caſt. in d. l. q teſtamento. §. fi. & do. Ant. in c. tam literis. & Ro. & Ang. in authen. de hẽre. & Fal. §. huic nobis. & in l. j. circa princ. ff. de his, quæ in teſta. delen. & ad idem eſt gl. in c. uenſti ad fontẽ. in uerbo, quod uideris. de conſecra. diſt. iiij. Idem Archi. & Ioã. de Fantu. in d. c. teſtes. & Bart. in l. ij. §. Labeo. ultra medium, ff. de aqua plu. arcen. & Spec. in tit. de teſte. §. j. uer.

c. cùm cauſam.

uer. item quod nõ ꝓhibet. & in tit. de teste. §. nũc tractãdum. uers. de auditu quo ꝙ. & Bal. in l. pen. ff. de ꝓba. & Cy. in l. testiũ. C. de testi. & Bal. ibidẽ, uers. secundò quæro. & in l. iij. ff. de testib. in apostillis, & Bar. in d. tractatu de teste, uer. testis dicit, ꝙ uidit. Angel. in l. ij. ff. de bono. poſ. infanti, uel furioſo delata. Et ꝓ hoc facit, ꝙ licet ſenſus uiſus nõ ſit congruus ſuper his, quæ nõ percipiunt̃ ꝑ auditũ: tñ quia ſaluat̃ dictum teſtis, ut, ꝓbet, ut habuimus in c. cùm tu. §. eo. exponit̃ de oculo, uel uiſu mẽtis, non aũt corporis: cùm oculus ſit triplex, ut per gl. ij. in c. quorundã. de elec. in vj. ſicut aliquãdo iuriſconſultus utitur uiſu mẽtali, nõ corporali, l. uidemus. cũ ſi. ff. de in lit. iurãdo. & l. ſi Titio. la ij. ff. de leg. ij. & ibi not. Bar. in ꝓ poſito. Ad idẽ, qd̃ elegãter no. Bar. in l. fi. C. de periculo nominator. li. xj. ubi dicit, ꝙ ſi teſtis deponẽs circa rem perceptibilẽ uiſu, guſtu, uel auditu, dicat: Scio, qa tetigi manibus: licet nõ conueniat tactus, probat: qa reſoluũtur illa uerba in ſenſum cõgruentẽ rei, in qua deponit: & ſequit̃ Bal. in l. nõ oim. ff. de leg. ¶ Sed ꝙ iſta declaratio nõ ſit uera, uide Bal. in terminis in c. præterea. in fi. §. eo. ubi dicit, ꝙ ſi teſtis dicat, Vidi eos cõmiſceri carnaliter, cùm eſſet cortina in medio, nõ ſuſtinet̃ dictum ſuũ, ut ponatur uiſus, ꝑ auditu: qa falſus ſenſus nõ põt poni, ꝑ uero ſenſu: & hîc eſt falſus ſenſus, ꝑpter impedimentũ cortinæ. Idẽ tenet Bal. in rubr. C. ſi ex falſis inſtr. in j. col. dicens, ꝙ ſi teſtis dicit uerũ eſſe, ꝙ uidit illum, ꝑmittere, nõ, ꝓbat ſtipulationem: qa uerbũ eſt quid inuiſibile, & uiſus neſcit, quod faciãt aures: ergo dictũ teſtis incongruũ: & allegat Io. And. in c. fi. j. de ſucceſ. ab inteſta. Idem tenuit Bal. in l. unica. in j. col. C. de confeſ. & Ang. in repe. l. ſciendũ. ff. de uerb. obl. Et ideo dicit Bart. in l. j. C. de nauib. Tyberinis. lib. xj. ꝙ teſtis dicens, talis eſt dñs, quia uidit: non, ꝓbat, tanquã non utens ſenſu congruo. Præterea non uidet̃ conſonũ, ꝙ ubi requirit̃ odoratus, uel guſtus, ſufficiat aſsignare uiſum: & tamẽ Doc. hîc ſimpliciter loquunt̃. ¶ Et ideo ex dictis Bal. in l. ſolam. in vij. q. & in l. teſtium. in ij. q. C. de teſtib. & in d. tub. ſi ex falſis inſtrum. debes cõſiderare, ꝙ aliquando teſtis deponit de uiſu in materia ꝓceptibili uiſu & auditu: putà, ſuper, ꝓtione uerborũ in ſtipulatiõe, in quo actu Titiũ & Semproniũ fuiſſe illos, ꝙ contraxerũt, probatur uiſu, & uerba adaptata ad cõtractũ probant̃ auditu: & ideo deponens de uiſu, includit auditũ: qa non potuit uidere illos cõtrahentes, quin interfuerit cõtractui: prẽſentia aũt arguit intelligentiã, ut dicet̃ in ſequẽti declaratiõe: & ideo ſubtiliter intuẽdo, hæc depoſitio per uiſum includit auditũ, præſertim qa ſufficit teſtem deponere per ſenſum uirtualiter & implicitè, iuxta elegans dictũ Bal. in l. ij. circa mediũ, de temp. app. dum dicit, ꝙ ſi teſtis dicit ſe recordari, quando Titius natus eſt ad, ꝓbandum, cuius ætatis nunc ſit, & hoc aſsignet, ꝙ cauſa ſcientiæ, ꝓbat: qa implicitè aſsignat cauſam concludẽtem. Et facit etiã ratio dicta ſuprà de uiſu intellectuali: propter quã do. meus hîc tenet primã partem, licet fuerit ratio rationis, quã ipſe non allegat, in d. l. ſciẽdum. Aliquãdo uerò teſtis deponit de uiſu in materia, quæ percipit̃ aliter, q̃ꝑ auditu, & tũc tutiùs eſt tenere, ꝙ non, ꝓbat: nã dicit Bal. in d. l. teſtiũ. ꝙ ꝑ uerbum Viſus, nõ reddit̃ ratio guſtus: qa ſunt omnino differentia adinuicẽ ſe non cõplectentia: & ideo dicit Bal. in d. l. ſolã. ꝙ oportet, ꝙ ſenſus, in quo dicit̃ de uiſu, ſit multùm affinis cũ ſenſu ipſius uiſus. ¶ Secundò declara iſtã cõcluſionem ex eo, qd̃ notat hîc do. Card. ultra alios, niſi teſtis diceret ſe ſcire: qa fuit præſens: qa quantũcunq; notitia eius, de quo atteſtat̃, exigit ſenſum corporis: tamẽ ſi interrogatus dicit ſe ſcire, quia fuit præſens, ſaluatur eius dictũ, intelligendo ꝙ percepit ꝑ modum debitum mediãte præſentia, ut habetur in l. teſtiũ. C. eo. ſecundũ ipſum. Pro quo in terminis uide Domi. in c. ut circa. §. j. in pen. col. de elec. in vj. ubi dicit, ꝙ ſi teſtis in reddenda cauſa dicat, Scio, quia corã me actus fuit factus: reddit ſufficientẽ cauſam: qa uerbum, Coram, includit ſcientiam & intelligentiã, ut ibi in gl. Ad idem uide Rom. in l. j. in princ. ff. de uerb. obl. ubi dicit, ꝙ Bar. ibi ſuperfluò ſupplet ad tex. præſente & intelligente: qa illud ſubintelligitur, quia nõ dicitur præſens, q̃ non intelligit. Allegat l. corã. ff. de uerb. ſig. & in l. diem ꝓferre. §. corã. ff. de arb. Sic etiã declarat glo. in l. j. in uerbo, præſentib. C. de erro. aduo. & in c. præſentiũ, in eodem uerbo, de teſti. in vj. Ad idem uide Dom. in c. in primis. in prin. iij. q. j. ubi ſuper gl. in uerbo, præſente. quæ incipit, etiã intelligente. notat, ꝙ nõ dicitur actus fact̃ in præſentia alicuius, niſi ille intellexerit. Ad idem uide Paul. de Caſt. conſil. cxiij. incip. Ad primũ quæſitum uidetur dicendum. ubi dicit, ꝙ quãdo notarius ſcribit actũ præſentibus teſtibus, intelligitur de intelligẽtibus, ob naturã illius uerbi, etiam ſi nõ dicatur. Allegat tex. in d. l. corã. & gl. repugnatam ſing. in l. ſeruus. ff. de bo. poſſ. tit. generali: quam ad hoc allegat do. Card. idem tenẽs in c. fi. §. de maio. & obe. Adde ad Bal. in l. teſtiũ. C. eo. ubi dicit idem, quod do. Card. hîc. ¶ Et ſi diceretur, ꝙ fuit præſens, & non audiuit, reſpondet Bal. ꝙ hoc nõ poteſt eſſe: qa teſtis contrariũ aſſeuerat eo ipſo, ꝙ dicit ſe fuiſſe præſentẽ: quia præſentia arguit intelligentiã, d. l. coram. & cũ iſtis concordant pulchrè Bal. in l. j. ff. de author. tu. & in d. l. corã. & Bal. in l. hæredes. patãm. ff. de teſta. & Bart. Bal. & Sali. in d. l. j. C. de erro. aduo. & Bal. in l. ſi nõ ſpeciali. poſt pri. C. de teſta. ¶ Iſta tamẽ limitãtur primò, niſi quis deponeret nõ de præſentia, ꝓpria, ſed de præſentia alterius: qa tũc dicere, Talis fuit præſens, nõ arguit, ꝙ hoc dicẽs ſciuerit eũ intelligere, ſecundũ Bald. pulchrè in d. l. j. de author. tu. ꝑ illum tex. & in d. tractatu de teſte. quẽ ſequitur do. Flor. in l. ob carmẽ. §. fi. ff. de teſti. & Bal. in l. j. quæ ſi in fi. C. de bon. poſ. ſecundũ ta. niſi in inſtrumento diceretur aliquem fuiſſe præſentẽ. ut in dictis locis, & per Paul. de Caſt. in d. conſ. uel niſi in caſu, de quo ꝑ Bal. in c. unico, in fi. de cõtrou. inter do. & uaſal. & in rubr. C. ſi ex fal. inſtr. uer. ego uidi, ꝙ Titius uidit. ¶ Secũdò limitatur, niſi q̃s uellet, ꝓbare aliquẽ conſenſiſſe: qa nõ ſufficit dicere, ꝙ præſens fuit, ſecundũ Bal in l. ij. §. uoluntate. ff. ſol. mat. & in l. ſi fue. in ij. q. C. ad Velle. & in l. fi. §. neceſsitatẽ. C. de bo. quæ libe. ¶ Tertiò limita, iſta non, ꝓcedere in ſtatutis, ſecundũ Dom. in c. in primis. præallegato: ubi dicit, ꝙ ſi ſtatutũ uult, ꝙ actus fiat in præſentia alicuius, nõ ſufficit, ꝓbare, ꝙ fuit factus eo præſente, niſi, ꝓbetur intellexiſſe: qd̃ non credo uerũ, tum propter prædicta, tum qa uerba ſtatutorũ interpretant̃ ſecundum ius cõmune, l. ſi ſeruí ueſtri. C. de noxal. & c. cũ dilectus. §. de cõſue. ¶ Quartò limita, dum modò teſtis dicat uera eſſe, qa interfuit: & non dicat uera eſſe, ſecundũ Bal. hîc elegãter: qa non ſequit̃, interfuit, ergo audiuit. Allegat notata in l. j. C. de erro. aduo. & eſt dictum bene notandũ: & dicit Bal. in l. j. quaſi, in fi. C. de bo. poſ. ſecũdum Iac. But. ꝙ ex prædictis nõ infertur, ꝙ ſufficiat dicere, Scio, quia ſenſi: non ſpecificãdo ſenſum: quaſi nomen ſenſus aliquãdo ponitur pro intellectu: & ideo talis nõ eſt incerta, ut per ipſum hîc, & in l. teſtiũ. uerſi. tertiò quæritur. C. de teſti. Et iſta ſunt utilia ad iura puniẽtia præſentiã in actu: qa intelligũtur de præſentia & intelligentia ex propoſito, ut per gl. & Doc. in cle. j. in uerbo, præſentiã. de bap. quæ eſt notabilis gl. ad iura in ea allegata, & ad dictum Innoc. in c. cõtinentia. Contrà de clerico percuſ. de eo, qui aſsiſtit maleficio armatus, ut tetigi in c. ſicut. de homicid. ¶ Tertiò declara iſtã concluſionẽ, niſi teſtis in materia perceptibili per ſenſum adduceret rationem, quæ argueret præſumptiuè ſenſum, ut probatur ex dictis, & ex eo, quod ſolet dici de teſte, qui pro ratione dicti dicit, Scio, quia ſum uicinus, uel conſanguineus: quia probat, & tamen non allegat aliquem ſenſum corporis, & ſolenniter declarat Bartol. limitando propriè Innoc. in l. j. ff. ſi cert. pet. ubi omnino uide, & dicit quòd quamuis in tali ratione non

ne nõ exprimatur ſenſus corporeus: tamen exprimitur id, propter quod ad ſenſum corporeũ in præſumptione deuenitur, ut per eũ & omnes alios ibi, & Bal. in l. cõuenticulã. C. de epiſcop. & cler. & do. Flor. in l. iij. ff. de teſti. & do. Ab. in c. literis. de præſump. per illũ tex. & Ang. in authen. de teſti. in fi. principij. & Spec. in tit. de emp. & uend. §. antepen. in fi. & Bald. in l. j. C. de ſeruis fugit. & Imo. in c. poſtquam. §. de elect. & Bald. in l. data opera. & in l. j. C. de colluſio. detegenda. & Bart. in l. de ætate. ff. de minor. & Bald. in l. teſtium. C. de teſtib. & in l. de tutela. C. de in integ. reſtitut. mino. ¶ Vltimò in hac materia pro aggregatione quorundam utilium, quæ reſtant, not. primò ex dictis Bald. hîc, quòd mors poteſt probari per uiſum, dato quòd mors nihil ſit: & quòd nihil eſt, & uideri non poteſt, & ſeparatio animæ uideri non poſsit: quia poteſt uideri ſeparata eſſe, eò quia corpus non ſentit, nec mouetur, ut hîc per ipſum, & in d. l. conuenticulam. quaſi in fi. Idem dicit Bald. ſi teſtis uidit eum ſepeliri: poſtea dicit ſecus, ſi uidit eũ ſemimortuum: quia nõ probat mortem. Idem dicas: ſecus, ſi diceret, non poterat, ſecundum Bal. in l. quod certatũ. per illum text. C. de poſthu. hære. Idem dicit Bal. hîc, ꝙ ſi teſtis dicat, Vidi talem percuti cum ſigno & cicatrice, ꝓbat percuſsionem ſolam: quia cicatrix non conſiſtit in cognitione momenti, ſed in conſideratione tẽporis futuri, quæ ꝓtinet ad medicũ. Itẽ dicit, ꝙ ſi teſtis dicit, Vidi talẽ percuti inter duo confinia, nõ deſignat locũ certum, ſed cõem: & in hoc fundat iuriſdictionem utriuſq; iudicis: ſecus, ſi illa uerba nõ ſupponerent pro loco, ſed pro intermedio: & allegat glo. in c. licet in regulis. xvj. q. iij. ¶ Idem dicit, ꝙ ſi teſtis dicat, Dico omnia eſſe uera: quia omnes ſic dicunt, non probat: quia cauſa eſt ualde diuerſa à dicto, nec habet conſequentiã unũ ab altero. ¶ Secundò † no. ex eo, quod dixi paulo antè, ꝙ ſufficit, ꝙ dictũ teſtis concludat præſumptiuè præſumptione iuris tali, quę ſufficiat: quãuis dicatur, ꝙ aliter debet concludere, c. in præſentia. §. tit. j. Ita formaliter decidit Bart. in d. l. j. ff. ſi cer. pet. pro quo uide elegans dictum Bal. in c. tertio loco. §. tit. j. ubi dicit, ꝙ ſi teſtes producti ad probandam emologationem laudi dixerunt uerum eſſe, & interrogati de cauſa ſcientiæ, dixerunt partes dixiſſe, quòd erant contentæ, probant: quia dato, quòd non reddant rationem per ſenſum corporis, ſcilicet per uiſum & auditum: tamen benigna interpretatione inſpecta ſatis uidetur hoc aſſertum: nec eſt mirum, quòd propter celeritatem locutionis interdum media propoſitio taceatur, ſecundum ipſum: cui adde Cy. ibi dixi, & quod ipſe no. in l. ij. circa mediũ, C. de tẽpo. app. & in authẽ. quas actiones. in fi. C. de ſa. ſan. eccl. ¶ Tertiò no. ꝙ ſi † teſtis dicit ſe tantũ ſcire, ꝙ Titius occidit Seium, niſi declaret ſe per rationem uiſus, nõ probat: quia loquitur æquiuocè & obſcurè, cùm ſciamus etiam, quæ nõ uidimus, ſecundũ Inn. in c. fi. §. de iur. calum: Sed ſi dicit, uerũ eſſe, ꝙ Titius occidit Seiũ, ꝓbat; ſi nõ eſt interrogatus de cauſa ſcientiæ: quia ueritas nõ eſt aliud, niſi res uiſu percepta & in memoria retenta, ut ſing. not. in l. ij. in prin. ff. de aqua plu. arc. Iſta ſunt uerba Bal. in d. c. fi. in fi. de iura. cal. & dicit no. hoc meũ dictum nouũ. ¶ Quartò not. ꝙ ſi ſtatutũ diceret, ꝙ teſtes deponentes cõtra bannitos, probent, licet nõ reddant cauſam dicti ſui, nõ ualet, ſecundũ Bal. in l. ſi nõ ſpecialiter. ad fi. C. de teſta. quia eſt cõtra ius naturale, niſi exponatur, Malam, id eſt, nõ concludentẽ de neceſsitate, ueriſimilẽ tñ, ut ibi per eum: pro quo faciunt, quæ habuimus in c. j. §. tit. j. & hîc adde Bald. in l. ij. C. qñ fiſcus, uel priuatus. ubi dicit, ꝙ non eſt tutum in teſte, ꝙ ironicè deponat. ¶ Quintò not. quòd ſi teſtis dicit ſe recordari de quodam antiquiſsimo facto, eo quòd ita reperit in ſuo memoriali, quod tunc ſcripſit, ſicut faciunt proxenetæ, talis redditio cauſæ eſt bona: quia per ſcripturam memoria perpetuatur: & maximè eius, qui interfuit. Ita dicit Bald. in l. ſubemus. in ult. col. pet. illũ text. C. de testam. ¶ Sextò † not. quòd teſtis qui non fuit interrogatus de cauſa ſcientiæ, poteſt repeti ad partis inſtantiam ſuper cauſa ſcientiæ, & aliis interrogatoriis, dum modò pars priùs dediſſet interrogatoria. Ita not. Imol. in cap. per tuas. in j. col. j. eodem. ¶ Septimò uide Bald. in l. edita. in xxxiij. col. uerſi. ſæpe accidit. C. de edẽ. ubi dicit, ꝙ tunc homo deponit, ut homo, qñ deponit, ut ipſius ratio, quæ eſt hominis forma intellectiua: qui uerò non deponit per rationẽ, interrogatus de ipſa, deponit ut pecus: & qñ depoſitio eſt idẽ, quod quædã ratio intellectus, ut de dñio, de literatura, de habitib. animæ ipſius poſitio interrogat tacitè teſtem de ipſa rõne: & ideo, niſi reddatur ratio, ubi poſitio eſt de inuiſibilibus & inſenſibilibus, teſtis nõ probat: quia talia neſciuntur per unã uiã, ſed per plures: & iudici eſt incertũ, de rõne motiua teſtis: quia quã põt multipliciter cõiecturari, ẽ incertũ, & rõ incerta nõ, ꝓbat, c. in præſentia. §. ti. j. ſecus, ſi poſitio eſſet de re uiſibili, uel ſenſibili: qa ceſſat dicta incertitudo, ex quo eſt unica uia ſciẽtiæ, ſecũdũ ipſum: cuius uerba bene no. pro doctrina. Et adde, ꝙ ſi eſt eadẽ ratio cũ dicto teſtis, nõ probat, ſecundũ Bar. in l. fi. ff. de offi. proc. Cæſ. ¶ Octauò, in † quantũ tãgit hîc do. Ab. de teſte cęco, uel deponente de auditis medio pariete, adde quę dixi in c. pręterea. in fi. §. eo. Et dicit hîc dom. Car. ꝙ in perceptibilib. auditu teſtis habẽs notas uoces cõtrahentiũ, probat: allegat gl. iij. q. ix. teſtes. Etſi opponeret, ꝙ poteſt decipi, reſponde, & bene, ꝙ etiã uiſus põt decipi, c. nec aliqua. xxviij. q. j. ſed non eſt præſumptio: ſimili rñſione uticulã. in pe. col. ¶ Et ſcias, ꝙ in hoc latiũs inſiſtit hîc do. meus: ſed teneo, quæ dixi, ubi §. Ipſe etiam ponit, qũo deponitur ſuper negatiua: de quo tetigi in d. c. tertio loco. & in c. ex tenore. §. eo. & nõ extendo: quia multa dicta ſunt, & dicent̃ hîc pertinẽtiora. ¶ Poſtremò circa iſta tangũt hîc do. Abb. de quib. ſenſib. poſsit notarius eſſe rogatus: de quo uide ſemp Io. An. à quo ipſi non recedunt, in addi. Spe. in ti. de inſt. edi. §. reſtat. in pe. col. uer. quæro in additione, quæ incipit, no. ꝙ nõ ſufficit. de quo etiã ꝑ Bal. in rub. C. de fi. inſtr. uer. ſed nũquid notari?, & Fed. conſ. clxiij. inc. lex. dicit. & dic, ꝙ notario credit̃ de geſtis corã eo, nõ ab eo: & ideo nõ ſolũ de uiſu & auditu põt eſſe rogatus, ſed de guſtu, odoratu & tactu proprio nõ põt cõficere inſtrumentũ: & eſt gl. in uerbo, abſunt. in authen. de fide inſtru. & caut. §. ſi uerò moriatur. & licet habeatur testis, l. Domitius. ff. de teſta. tamẽ eſſet ſolus in dicto ſuo. Vnde põt dicere in inſtrumẽto, ꝙ tales dixerũt uinũ amarum. De ſuo aũt guſtu nõ habet facere inſtrumẽtũ, licet maior eſſet præſumptio, ſi adderet ſe guſtaſſe, & ſic inuenieſſe: de quo etiã ꝑ Pe. de Anc. in cle. j. de magiſt. & Bar. in l. j. §. fi. circa prin. ff. de uerb. ob. & Bal. Inſt. de uer. obl. circa prin. Et poterit facere inſtrumẽtũ ſuper cõſtitutionib. in iure. An uerò circa cõtinẽtia factũ tñ, uide Spe. i ti. de ſyndico. §. fi. uer. ſed hîc obſtat. & Domi. in c. ſi quis iuſto. in prin. de ele. in vj. ¶ In ea. gl. ibi, nõ tenetur reſpondere. De † hoc, an teſtis teneat dicere ſe eſſe criminoſum: dic, ut hîc per omnes Scribentes, maximè per Imo. & Ab. per gl. & Arch. & Dom. in c. quærendũ. ij. q. vij. per Inn. in c. dudũ. §. de ele. & in c. inquiſitionis. de accuſ. per Spec. & Io. An. in tit. de teſte. §. iam de interrogatorijs. uerſus fi. uer. porro. per gloſſ. in uerbo, cofeſs. in c. j. de excep. per Bart. in l. j. ff. de offi. aſſeſ. per gloſſ. in c. iudicantem. xxx. q. v. & Archi. in cap. in primis. ij. q. j. per illum textum. in uerſic. de perſonis. per Bald. poſt Innoc. in c. cùm ſuper. ſuprà de confeſ. per dom. Flo. in l. iij. circa princip. ff. de teſtib. per Domi. plenè in cap. ex pœnitentibus. l. diſt. per Barto. in leg. ſi duo patroni. §. idem Iulianus. in fi. ff. de iureiu. & in l. ſi. quis libertatem. ff. de peti. hæred. & in l. iiij. §. hoc autem. in fin. iij. q. ff. de dam. infe. & Bald. in leg. ij. §. quod obſeruari. C. de iura. calum. & in leg. comparationes. in vij. notabili. C. de

c. cum cauſam.

fide inſtru. In quibus locis cõmuniter tenetur, ꝙ teſtis non tenetur reſpondere ad aliquid, per quod ſua turpitudo detegatur, ut eſt crimen, infamia, excõmunicatio, & ſimilia: ad alia uerò ipſum inhabilitantia à teſtimonio reſpõdere tenet, ut eſt paupertas, cõſanguinitas, ſeruilis cõditio, & ſimilia: de quib. per Bal. in authẽ. ſi dicatur. C. de teſti. Et procedit iſta concluſio, etiamſi interrogetur de crimine, quod dicatur eſſe publicũ, ſeu manifeſtũ, ſecundũ Inn. in c. ij. ſ. de cõſeſ. Cui nõ obſtat, quod ſcribit Bar. in l. Marcellus. §. j. ff. rerũ amotarũ. ubi facit differentiam, an crimen teſtis ſit manifeſtũ, uel nõ. Et ſi turpitudo eſt detecta, nõ dicitur ſe prodere: quia reſpõdet hîc eleganter Imo. ꝙ Bar. loquitur de interrogatione, quæ fit à parte producente teſtem: quia cogitur reſpondere de crimine teſtis, ut firmat Spec. in d. §. iam de interrogatorijs. uer. antepe. propter iuramentum cal. in quo inter cætera iuratur, quòd non grauabit aduerſarium onere probandi: ſed uerum confitebitur, qui reſpectus non procedit in teſte. Nec ad hoc poteſt reſpondere tamen, cùm hoc ſit extra articulum, quo iurauit: & de hoc non agatur inter partes: ſi tamen confiteretur crimẽ, crederetur ſibi, ſecundũ Inn. in d. c. inquiſitioni. & dixi in c. de teſtib. in prima declaratione, ſ. eo. ubi adde Pau. de Leaza. idẽ tenentem in rep. c. teſtimoniũ. j. eo. & Bar. in d. §. idẽ Iulianus. in fi. & Dom. in d. c. ex pœ-
11 nitentibus. ¶ In † eadem gl. ibi, perſonas litigantium. Not. quando teſtis debeat cognoſcere illos, pro quib. teſtificatur: de quo pleniùs hîc per do. Anto. Imo. & do. Abb. & Bart. in l. fin. ad fin. princ. C. de iure delib. & ibi per Bal. uer. ulteriùs not. de tabellione. & in l. ſolã. & per Archid. in §. teſtium. iiij. q. iij. & Bart. in l. non minorem. in fin. C. de tranſac. & eleganter per Ioan. And. quem omnes ſequuntur in add. Spec. in tit. de teſte. §. j. in x. col. uer. item quod prohibet. Et in effectu dicitur, quòd teſtis debet cognoſcere partes, quando deponit de facto ambarum: putà, ille de emptione & uend. Si autem de facto unius, putà quòd poſſedit, ſufficit, quòd illum cognoſcat. Si autem de facto neutrius, putà quantũ ualuit frumentũ, nec expedit ꝙ aliquem cognoſcat. Idem de teſtibus deſcriptis in inſtrumento, niſi eſſet inuentarium, propter tex. in d. l. fi. uel niſi ſtatutũ aliter prouideret, ut Bononiæ, ſecundũ Io. And. ubi ſ. à quo do. Abb. recedit in uno: quia dũ dicit, ꝙ in inſtrumẽto nõ requiritur, ꝙ cognoſcat partes, intelligit hoc, quo ad notitiã præcedentẽ: ſed tẽpore cõtractus dicit ſe nõ uidere, qũõ poſſit teſtis eſſe rogatus, niſi capiat notitiã contrahentium, cùm ita ſit, ꝙ oporteat teſtẽ eſſe rogatũ, l. hæredes. §. in teſtamentis. ff. de teſta. Et adde, ſecundũ Bal. hîc, ꝙ ſi teſtis deponit de furto aſini, uel bouis, uel interrogatus dicit, ꝙ ipſum aſinũ cognoſceret, ſi uideret, debet ſibi oſtendi forma nõ mutata: & qui non uult oſtendere, haberetur pro confeſſo, ſecundũ ipſum. Et idem de alia re, putà libro, uel ſimili: quod bene no. ¶ Et adde, ꝙ nõ eſt neceſſe, ꝙ teſtes, quos maſſarius contra te producit ad probandũ maleficium, cognoſcant interficientẽ, uel interfectorẽ, ſecundũ Bal. in d. l. ſolam. & Flo. in l. ob carmen. §. fi. ff. de teſti. Allegat gl. ſing. ſecundũ eos in c. libellorum. ij. q. viij. Et utrũm iſta habeant locũ in notario, uide Bal. in rub. C. de fid. inſtrum. Et iſtis adde Archi. in c. canonica. iij. q. v. ubi dicit, ꝙ teſtis incognitus nõ admittitur in criminalibus, niſi approbetur: ſecus dicit in ciuilibus: & allegat Inno. in d. c. inquiſitione. ¶ In ea. gl. in fi. ibi, & in eadem forma. Facit text. & ibi Bart. in l. ſi cùm exhibuiſſet. ff. de publica. Et dicit idem, ſi dubitatur de uaſe, ſecũdum Bar. in l. qui uas. in prin. ff. de fur. Et adde gl. iiij. §. teſtibus. in uerbo, ex tempore. quæ dicit, ꝙ ſi teſtis eſt ſuſpectus, poteſt interrogari de qualitate teſtium. Idem Spec. in d. §. iam de interrogatorijs. uer. item quod de tempore. ubi etiam dicit, ꝙ tunc põt petere iudex de fotmis hominũ & alijs circũſtantijs: & uide gl. in l. j. ff. ſi ex noxa cauſa agatur, quæ dicit, ꝙ pars

poteſt petere, ut res de qua litigat, exhibeatur in iudicio, ut teſtes eam cognoſcãt & iſtis adde tex. & Bal. in l.
12 ad recognoſcẽdos. C. de ingenuis & manumiſsis. ¶ In † gl. in uerbo, tempore. in fi. tenenda eſt prima expoſitio gl. ſ. de tempore actus, uel cõtractus, ſecundũ do. Car. & alios hîc per c. nihilo minùs. iij. q. ix. ubi etiã eſt optima gl. Vera eſt tamẽ ſecunda expoſitio gl. item & tertia, exponendo de tempore, uel mora: quod dic, ut no. v. q. v. §. ulti. ubi dixit gl. notabilis, ꝙ teſtis repentinè loquens uidetur mendax: & etiã, ſi multùm cõſiſtat in mora, uidebitur dubius. Et de illa gl. tanquã ſingulari, facit mẽtionẽ do. Ab. in proœmio Grego. in j. col. & Ro. in ſing. cccclvj. do. Ant. do. Car. & dom. Abb. hîc. Vnde ſeruare debet medium, c. ponderet. l. diſtin. Et not. bene ex iſta glo. ꝙ ubi actus non eſt iterabilis, ſi teſtes diuerſificant in tempore, etiam ubi non tenetur dicere de tẽpore, nõ probant. Exemplum habes per glo. quæ idem tenet, in d. c. nihilo minus. Secus, ſi actus eſt iterabilis: quia concordantur per tex. cùm materia in c. cùm tu. ſuprà eod.
13 ¶ Vtrùm † autem teſtis teneatur deponere de tempore, quo geſta fuerunt ea, de quibus deponit: dic, ut hîc per Doct. & per do. Flo. in l. iij. §. idem. ff. de teſti. per Bal. in l. j. in ult. col. ff. eo. in apoſtil. per Bart. in l. non exigitur. §. diui fratres. ff. de iure fiſci. per Bald. in l. data opera. C. qui accuſ. & in c. ij. in fi. ſuprà de confeſ. per Bart. & Ange. in l. in ſumma. §. idem Labeo. ff. de aqua plu. arc. per Bart. in l. non eſt neceſſe. ff. de proba. per dom. Ant. & dom. Abb. in c. cùm Ioannes. infrà de fi. inſtru. per gl. in l. ob carmen. §. fin. ff. de teſti. & dom. Ant. in c. fi. in ar-
tepenul. col. ſuprà de conſue. Et concluſio omnium eſt, quòd non, per d. c. cùm Ioannes. ubi etiam probabitur, quòd ualet dictum teſtis, etiamſi diceret ſe nõ recordari de menſe, uel de anno. Quod eſt menti tenendum, ſecundum Bal. ibi, quia annus faciliùs menti commendatur, quàm dies. Et ꝙ ualeat teſtimoniũ abſq; tempore actus geſti, tenet Arch. in d. c. nihilo minùs. in fin. & Bart. in l. ſi librarius. ante medium, ff. de reg. iur. allegando glo. in l. teſtium. C. de teſti. Imò dicit Barto. in d. §. idem Labeo. quòd ſi teſtis non eſt ſuſpectus, non eſt interrogandus de tempore. Et cum iſtis concor. Bal. in l. j. C. qui accuſa. non poſ. dicens, quòd de die facilis eſt obliuio, niſi ſit inſignis. Et dicit bea. Tho. ij. ij. quæſt. lxx. artic. ij. ultra medium, quòd probatio non uitiatur, ſi unus teſtis aſſeuerat de determinatis de loco & tempore, alius dicit ſe non recordari. Ad quod etiam uide Bald. in cap. ab excommunicato. in penul. col. ſuprà de reſcrip. Et dicit etiam, quòd ſi unus teſtis diceret de menſe, alter de ſeptimana, uel unus de domo, alter de camera, non minùs probant, ſecundum Archid. in d. cap. nihilo minus. Allegat Innocent. in d. c. qualiter. el ij. ¶ Iſta † limitantur, niſi tempus eſſet de ſubſtan-
14 tia probationis, prout in caſu c. ex tenore. ſuprà eod. ubi ita dicunt etiam Doct. uel in caſu cle. fi. de reſcrip. cum ſi. uel in caſu, de quo per gloſſ. in c. duobus. de reſcri. in vj. & in c. ſi à ſede, de præben. eo. lib. & in l. Titius. §. Lucius. in uer. hora vj. albeſcẽte calo. ff. de lib. & poſthu. quoniã tunc teſtis non exprimens tempus, nõ probaret, ſecundũ omnes hîc: & facit tex. in l. ſi quis liberta tẽ. ff. de peti. hære. & in c. abbate. §. pe. & ibi p Dom. de re iud. lib. vj. Ita etiã no. Bart. in l. nõ ſolũ. §. ſed ut p bari. ff. de ope. no. nun. & Bal. in l. matrẽ. circa mediũ. C. de proba. & in l. teſtium. in ult. col. C. de teſti. & Inno. in d. c. qualiter. in fi. j. col. & Spe. in d. §. iam de interrogatorijs. uer. item de tempore. poſt princ. & Arch. in d. c. nihilo minùs. & Ange. conſi. cliij. Et ibi conſuluit, quòd ſi petens mutuum, & deducit mutuum fuiſſe factum certò menſe, ſi nõ probat de illo menſe, ſuccumbit. Et uide Rotam in nouiſ. deciſ. ccxlvj. incip. item procurator. ubi dicit, ꝙ habens probare tempus, non tenetur probare horam: quod tamẽ fallit in caſu, de quo in d. c. duobus. Et uide Bald. in l. ij. circa fi. uer. moueo tale dubium. C. quibus.

res

res iudi. non nocet. ubi dicit, ꝙ ſi unus teſtis dicit factum de nocte, alius dicit intrà diem & noctẽ, non probant: quia ſunt ſingulares. Et idem dicit, quando locus eſt de ſubſtantia, & unus dicit ſe non recordari, & alius ſic, ſecundũ Bal. in d. l. teſtium. in ult. col. ¶ Secundò limita, niſi teſtes interrogati de tẽpore dicerẽt oẽs nõ re-
19 cordari: quia reddunt ſuſpect, ſecundũ Hoſt. in c. ex tenore. ſ. eo. quẽ ſequit do. Ant. ibi. & hic, & Io. in d. §. iã de interrogatorijs. uer. & nõ uidet habere præmeditatũ ſermonẽ: Propter quod teſtes carẽt fide, l. iij. §. fi. ff. de teſti. & iiij. q. ij. §. ſi teſtes. uer. item in teſtibus. no. Bal. in l. j. in prin. C. de emenda. Iuſtinia. codi. & Spe. in tit. de teſte. §. j. uer. itẽ quod dicunt idẽ in omnib. & in §. nunc tractãdum. uer. ſed pone, quod produxi. & bea. Tho. ij. ij. q. & arti. præal. ubi dicit, ꝙ diſcordia in aliquibus minimis non ſubſtantialibus facit teſtimoniũ credibilius: quia concordia omnimoda in omnibus reddit dubium de præmeditatione. Et hæc intellige, niſi de unitate actus cõſtaret, putà per confeſsionẽ partis: quia ſi teſtes dicerent, ſe nõ recordari, tamen producens non ſuccumbe-
ret, ut probatur in d. c. cùm Ioannes. uer. anni uerò. iun-
15 cto uerſi. reſpõſionẽ iſtam proponebas. ¶ Et † iſtis adde, ꝙ ſi teſtis depoſuit dictum deponendo de loco & tẽpore, & interrogatus de ratione reddat eam ſine loco & tempore, nõ uitiatur dictũ: quia uidetur tacitè ſubiungere de eodẽ loco & tempore, ſecundũ Bar. in l. Labeo. in ult. col. ff. de ſup. leg. Et adde, ꝙ teſtes magis tenentur dicere de loco, quàm de tempore: quia unum melius retinent menti altero, ſecundũ Inn. in d. c. qualiter. quem ſequitur Bal. in l. presbyteri. la. j. in fi. C. de epiſ. & cleri. Et ſuper uno cogitabis, uidelicet quid ſi teſtis interrogatus de tẽpore, uel loco, nõ dicat ſe nõ recordari, ſed dicat ſe neſcire: quia uidetur, ꝙ nõ probat, niſi fortè diceret ſe neſcire tunc: quia etiam tradita obliuioni ignoramus. ¶ In gl. in uer. cõpellas. ibi, habere pro producto.
16 Tene menti perpetuò, ꝙ † teſtis habetur pro producto cõtra eum, qui dolo præſtat cauſam, ne producatur: & idem ſentit gl. fi. & ibi clariùs do. Ant. in c. peruenit. el. j. j. tit. j. Bene facit, quod no. Bal. in l. j. C. de fide inſtru. ubi dicit, ꝙ ſtatur iuramento partis de contentis in ipſius inſtrumento per aduerſarium lacerato: & idem no. Bal. in l. ſi de poſſeſsione. per illum text. C. de prob. & dom. Abb. poſt Hoſt. in c. accepimus. j. de fide inſtru. & Spec. in tit. de teſte. §. ſatis utiliter. in fi. Bene facit c. ſi quis. de cleri. xij. q. ij. & c. cũ olim. ſ. de offi. dele. & c. fi. infrà. de iniur. Et talis impediens punitur extraordinariè, ſecundum do. Abb. hîc, & Io. An. & do. Ab. in d. c. accepimus. ſiue impediat per ſe, ſiue per alium, cui mandauit, uel cuius factum poſſet impedire, per c. ſicut nobis. infrà, de ſymo. & per c. conſtitutus. j. eo. ſecus, ſi ab inimico, uel ab amico ipſo ſine fraude reſiſtentis, per c. quia præſulatus. allegatum in glo. Ita prædicta intelligunt Doct.
17 hîc. ¶ Eſt † tamen una differentia, quando impedimentum præſtatur per alium apparente conſenſu principalis, & quando non apparẽret. Sed præſumitur, quantum ad cauſam criminalem & ciuilem: quia primò propter hoc ſolum non habentur teſtes pro productis, per l. ſciant cuncti. C. de probat. & ſic loquatur c. conſtitu-
18 tus. infrà eod. ¶ Secundo † caſu procedunt prædicta. Quando autem factum ab amico, uel propinquo præſumatur factum de conſenſu principalis: dic, ut hîc per do. Ab. diſtinguentem actum momentaneum à ſucceſſiuo: & ipſum retuli, quibuſdã additis, in c. Petrus. uerſi. ſecundò fallit. j. de homi. & fortè dicetur in d. c. conſtitutus. Et iſta dicit do. Abb. hîc eſſe quotidiana, & non diſcuſſa ab alijs: & no. ꝙ talis ſubtrahens copiam teſtiũ. non perdit cauſam, ut dixi poſt Bal. contra Inno. in c. intimauit. in fi. ſ. eo. Imò fortiùs dixit Ioan. And. in c. peruenit. el j. j. tit. j. quòd talis teſtis ex toto non debet haberi pro producto. Vnde ſi unus de ſuis teſtibus impeditur, & alius producitur, non ſufficit ille ſolus ad

obtinendum, ſed fortè defertur ſibi iuramentum, iuxta c. ult. infrà de iureiur. & ſequitur dom. Abb. hîc. Sed fortè non præſumeretur hoc dictum: quia ſi prædicta ſunt uera indiſtinctè, prout indiſtinctè dicitur, non apparet uiua uoce: uel ratio, quare non debeat obtinere,
19 ex quo ille impeditus habetur pro producto. ¶ In † gl. fi. ibi, ſed illud non credo. Vltra ſolutiones gl. quæ diuinant, dic, ſecundum do. Ant. & Imo. hîc, ꝙ ubi atteſtationes ſunt publicatæ, bene probant in alia inſtantia: ſecus, ubi non ſunt publicatæ: quia tunc non probant, niſi partes conſentiant: & ita hîc, ut no. in c. cauſam. el j. in iij. fallentia ſecundæ regulæ, ſuprà eod. Sed tenendo, quòd atteſtationes eſſent nullæ ex aliquo facto, ut uidetur tenere do. Car. & do. Abb. hîc ſupplendo ad uer. publicatæ. maximè colligit Inno. unum, ꝙ atteſtatio-
a nes nullæ a poſſunt haberi ratæ per cõſenſum partium, & nõ ſolùm expreſſum, ſed etiam tacitum. Et hanc deciſionem Inno. pro ſolenni approbant Bald. dom. Anto. dom. Card. do. Ab. & Imol. hîc, & Rota in antiquis, deci. clxij. incip. item not. & in nouis, deciſ. ccxlix. incip. item ſi auditor. & Bart. & Bald. in l. j. ff. de feriis. & Bald. in l. fi. in princi. C. de teſti. & Bald. pulchrè in l. non ignorat. in fin. C. qui accuſ. & ſentit Bald. in l. ad teſtium. §. conditionẽ. ff. de teſti. & Bart. in authen. at qui ſemel. in ult. col. C. de proba. Et iſtud eſt tenendum: quia bene probatur, infrà. c. proxi. & in c. conſtitutus. el ij. & in c. tuis. infrà eo. quamuis Imo. aliud dicat in c. ſignificauit. infrà eo. quem ſequitur dom. Ant. ibi. & Bald. in authen. ſi quis in aliquo. in j. col. C. de eden. Sed Hoſti. & Imo. in d. c. ſignificauit. dicunt Innoc. meliùs loquutum hîc. ¶ Fallit primò iſtud generale dictum Innoc. de approbatione actus nullius, niſi partes uellent approbare concernentia ordinem iudicij, putà defectum litis conteſtationis, & ſimilium: quod non poſſunt: quia talia non ſunt in earum poteſtate, ſicut atteſtationes, ſecundum Inno. & omnes prædictos hîc, & Bar. in d. l. j. de feriis. per ea, quæ habentur per glo. & Doc. in c. de cauſis. ſuprà. de offi. deleg. & in c. fi. in uerb. illuſtrium. de re iud. in vj. & in c. ſtatutis. ij. q. j. cum concor. Dicas tamen, quòd licet partes nequeant ratificare acta nulla, quæ ſunt de ſubſtantia iudicij, ſi tamẽ dubitatur, an talia acta interuenerint, ſtatur aſſertioni partis, per text. ſing. in c. fin. & ibi dixi ſuprà. tit. j. Ita not. dom. Abb. hîc: & eſt dictum domini Cardina. hîc, licet ipſe non dicat. Et idem dicit dom. Card. de confeſsione ipſius rei, qui poteſt ſibi præiudicare in hoc: nam ſtatur confeſsioni, etiamſi proceſſus non teneat, c. Piſanis. de teſti-
20 ſpol. ſecundum ipſum. ¶ Fallit † ſecundò dictum Innoc. hîc, niſi ſit defectus in recipiente teſtes: ut quia ſit iudex incompetens: quia conſenſus partium non ualidat geſta ab eo. Sed dictum Innocentij procedit poſt receptionem factam à uero iudice. Ita determinant do. de Rot. in nouiſsi. conclu. ccxlix. præallegata: quia ubi deficit fundamentum, &c. j. q. j. cùm Paulum. cum ſimi. Et ideo dicunt, quòd ſi auditor datus in Romana curia commiſerit alteri receptionem

teſtium,

c. cùm cauſam.

a *Atteſtationes nullæ] Adde tu, & dic, ꝙ quando in teſtibus adeſt talis defectus, qui nõ poteſt conſenſu partium conualidari, ut quando teſtes ſunt recepti ante li. conteſt. ut per tnn. in c. ſignificauit. de teſti. quem ſequitur Bal. in authẽ. ſi quis in aliquo. in ult. col. C. de eden. tunc etiam ſi partes conſentiunt, ut atteſtationes iſtæ ſic receptæ ualeant, tamẽ non conualidantur. Ita do. Alex. in l. j. ff. de fer. licet Hoſti. in d. c. ſignificauit, tenet contrariũ, et malè. Adde etiam, ꝙ ſi teſtes ſunt corrupti pecunia, nullitas dicti talium teſtium non poteſt cõmuni cõſenſu utriuſq; partis comprobari. Ita Bar. in authẽ. qui ſemel. C. de proba. in pen. col. in fi. & do. Alex. in d. l. j. ff. de fer. Tamen contra Bar. tenuit do. Iaſ. præceptor meus in d. l. j. in uerſic. ego dubito.*

20 tex. Et hoc bene no. ¶ In † ea glos. ibi, non credo ualere. No. glos. sing. quòd quamuis testes examinati in summario, non faciant fidem in ordinario ad fauorẽ producentis: faciunt tamen fidem ad probãdum dictum suum, si contrariũ dicant in iudicio plenario. Et etiam est ratio, secundum Inno. quia ex primo dicto notoriũ est in isto secundo iudicio ipsos esse periuros, & dixisse falsum: ideo repelluntur à testimonio: & hoc dictũ Inn. semper allegatur, quòd attestationes, quæ aliàs fidem non faciunt in ipso principali, ualent, quo ad reprobãdum personas ipsorũ testium in principali. Circa hoc tamen instat do. Ant. hîc: quia non uidetur, quòd probatio facta in summario inducat notorium in principali. Ideo saluando dictum Inn. dicit, quòd dictum testis contra ipsum recipitur, ut confessio: quia confessio ex summarietate iudicij non lęditur: imò facit fidem in quocunq; iudicio, ut est elegans decis. Inno. in c. ij. s. de ordi. cog. & sequitur etiam Imol. in cle. constitutionem. de elect. & do. Ant. in c. cùm dilectus. & ibi do. Abb. j. de cap. mo. & dixi in c. causam. el j. s. eod. ¶ Sed considera secũdum do Abb. hîc, & pleniùs in lec: antiqua, quòd si testis in utroq; iudicio, tam in summario, quàm plenario, deposuit de facto inter partes, non autem de facto proprio: nihil enim confessus est contra seipsum: ideo non uidetur, quòd dictũ suum debeat recipi, tanquam confessio: sed tamen ipse tenet dictum Inn. quia licet attestationes in summario non probent in plenario, quo ad effectũ consequendi rem, quia fuerunt productæ ad alium finem, tamen respectu eorum, quæ acta sunt in ipso summario, faciũt fidem: quia acta perpetuò ualent, l. fi. C. de re iud. c. quoniam contra. s. tit. j. & c. causam. el j. s. eod. quo ad faciendam fidem, quòd testis sic & sic deposuit: semper probãt, & ex eis elicitur notorium iuris, c. olim. j. de uerb. signi. dixi s. eo. significauerunt super gl. in uerbo, liquere. Vnde si in plenario iudicio testes etiam deponant cõtrarium, illa dicta inducunt notorium: & ideo ex diuersitate dictorũ elicitur manifesta contrarietas testium, & notoriè constat illos esse periuros. Ad hoc est bonus tex. in c. cùm in positionibus. de iureiur. in vj. & facit, quod no. Innoc. in c. qualiter. el ij. ppe fi. j. de accus. ubi dicit, quòd propter sententiam infamantem latam super crimine contra aliquem, repellitur à testimonio in alio iudicio, per c. testimo. j. eod. Ex quo consuluit Fed. consi. xxiij. incip. Titius electus. quòd si conuentus actione depositi negat depositum cum iuramento, uigore actorum probatur periurus in alio iudicio. Sic in proposito, secundum do. Abb. hîc. ¶ Et pro solenni limitatione huius glos. uide notabile dictum Inn. in c. præterea. j. tit. prox. ubi dicit, quòd si testis secundò inductus dicat contrarium eius, quod primò dixit, non solùm non creditur sibi, sed etiam primum dictum debilitatur ex secundo: unde non faciet tantam fidem, quantam fecisset, si non dixisset oppositum. Ex quo infert do. Card. & sequitur do. Abb. in lec. antiqua, eo non nominato, quòd ad dictum illius testis non posset deferri iuramentum: quia non est omni exceptione maior, ut requiritur in c. si uerò. j. de iureiur. & in l. bonæ fidei. C. de iureiur. Et si dicetur, quòd secundum prædicta frustra inducuntur illimet testes in hoc secundo iudicio, si non possunt dicere contrarium eius, quod primò dixerunt, respondet 22
Inn. quòd non inducuntur, ut dicant idem, nec contrà, sed dicant ueritatẽ: & quia ex suo primo testimonio nõ iuuatur pars in hoc iudicio, ut latiùs referunt hîc Scribentes. Generaliter autem de teste, qui unum dixit extra iudicium, & aliud in iudicio, dicetur post do. Anto.
21 in c. cùm in tua. j. eod. ¶ In † gl. fi. in prin. ibi, cùm alij nõ uocẽtur. Ad hoc allegatur semper ista decretalis, quòd ubi ueritas aliter sciri non potest, admittuntur testes aliàs inhabiles, in materia, quæ est nota de sui natura solùm ipsis. Ad idem c. tertio loco. s. de proba. & iura hîc allegata in gl. & text. cum gl. in uerb. tres. in c. cùm dilecti. s. de elec. ubi commissarius in causa electionis testificatur de uocibus eligentium, licet ex eo prætendere possint laudem, uel uituperium: quod aliàs cõsideratur, ut habuimus in c. cùm à nobis. s. eod. Et per illum tex. dicit Bar. in l. quidam relegatus. in fi. prin. ff. de reb. dub. quòd si est electus in potestatem Titius, & plures sunt Titij, possunt electores testificari, de quo senserint: quia hoc nesciunt alij. Et hoc probatur per Fed. consil. cxix. quod incip: nulli dubium. ubi dicit, quòd iura secundum diuersas qualitates negociorũ diuersos modos probandi induxerunt, nec uoluerunt angustare facultates probationum. Alleg. istũ text. & c. licet ex quadam. j. eo. & l. si quando. C. unde ui. cum multis alijs. Ex quibus consuluit, quòd in probando pecuniam acceptam mutuò à prælato fuisse conuersam in utilitatem ecclesiæ, non est opus ad omnes expensas habere testes. Et adde Lap. allegatione xciiij. quæ incipit, Mulier in cõfessione. ubi ponit motiua Fed. in d. c. eo nõ nominato. Ex quib. latè consuluit, q; creditur sacerdoti fide digno, si dicit morientem dedisse sibi licentiã de reuelanda confessione: ex quo aliter hoc probari non potest: tacit, quod not. Cal. consil. xxv. incip. testator habens filios. Et ideo dici solet, quòd ubi materia est de sui natura difficilis probationis, lex est contenta ea, probatione, quæ fieri potest. Ita dicit Bart. quem sequitur Imol. in l. in illa. in fi. ff. de uerb. obl. per tex. in l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milit. & no. Bart. in l. si quis ex argẽtarijs. §. pen. ff. de eden. & Bal. in authẽ. quas actiones. in ult. col. C. de sacrosanc. eccle. & in l. fi. §. licentia. in ij. notab. ubi alleg. istum tex. C. de iure delib. & in l. obseruare. §. proficisci. in viij. col. s. de offi. procon. Faciũt, quæ dixi de probatione filiationis, in c. per tuas. s. tit. j. & quod etiam no. Bart. & Ang. in l. quoties. C. de naufra. lib. xj. & Bart. in l. de pupillo. §. si quis ipsi. in v. q. ff. de ope. no. nun. & Domi. in c. j. super gl. in uerb. authoris. de testi. in vj. ¶ Ista limita omnino, ut dixi in c. tertio loco. uer. in tex. ibi, fratres. s. tit. j. & in c. cætero. in j. limitatione, s. eod. ¶ Secundò limita, ut per do. Abb. in c. insuper. s. eo. ubi dixit, quòd quando damnũ, uel lucrum uenit applicandum ipsis de capitulo, non uidetur rationabile, quòd propter inopiam probationum admittantur ad testificandũ, uel damnum euitãdum, & imputetur eis, quare à principio non uocauerunt testes. Nec obst. iura præallegata, quòd in defectum probationis admittuntur testes non omnino integri, ut in illis iuribus: quia nõ probant, quòd debeant admitti illi, de quorum commodo, uel damno tractatur secundum ipsum: & re uera hoc dictum reputatur nouum & multùm notabile, & procederet absq; dubio, ubi materia esset talis, quæ de iure posset expediri secretè, in c. & non secretè. quia imputaretur eis, ut dictũ est. Sed ubi materia expedienda esset secretè, ut electio, uel aliud simile: & ex ipsa reportarẽt cõmodũ, uel incõmodũ, credo q; admitterẽtur: tũ, quia in talib. lex eos simpliciter habilitat, ut hîc: tum, quia in casu dicti §. à barbaris, & quibusdam alijs præallegatis, lex contentatur de talibus testibus, ex quo per alios materia sciri non potest: & ad prædicta uide etiam multa, quæ allegat Ioã. And. in regula, cùm quid una uia. uersi. si enim. de reg. iur. in Mercur. ¶ In † glos. fin. ibi, aliàs nullus. Dicas uerũ esse, quòd absolutio ad cautelam conceditur solùm duobus casibus, de quibus in c. uenerabilibus. §. ult. de senten. excõ. in vj. & plenè de hac materia p Ioã. An. & Dom. in c. solet. in prin. eod. tit. & lib. Tamen dicit Inn. hîc, & expressiùs

c. tuis questionibus.

presiùs Host. & do. Ant. do. Car. & Imo. q; de consuetudine curiæ absoluuntur illi, qui petuntur in testes, donec tulerint testimonium, sicut etiam absoluuntur ambasiatores, donec sunt in curia. Nec est mirum, secundum do. Ant. & Imo. quòd absoluantur etiam non petentes, contra c. legatur. xxiiij. q. ij. quia potest absolui à uinculo excõmunicationis, c. ab excõmunicato. s. de rescrip. sed non à uinculo peccati, à quo non absoluitur, nisi pœniteat regula peccati, de reg. iur. in vj. secũdum ipsos: quibus adde beatum Tho. in iiij. dist. xvij. q. ult. 28
arti. ulti. & do. Abb. post Cal. in c. significauit. de eo, qui duxit in ma. quam pol. per adult. & ibi aliàs examinaui: & no. do. Abb. in d. c. ab excommunicato. in ulti. col.
23 ¶ Sed † aduerte: quia quando quis absoluitur non pœnitens, ut testificetur, procedere potest, secundum do. Abb. hîc, quando excommunicatio dicitur nulla, & de hoc pendet q. quia non constat de uinculo peccati, uel excõmunicationis: quando autem allegatur iniustitia excõmunicationis, de qua potest probabiliter dubitari, & tunc licet, secundum prædicta, possit absolui, do- 29
nec tulerit testimonium, tamen hoc non uidetur faciendum, nisi in defectum aliorum testiũ, ut in casu, de quo hîc per rationes, quæ statim dicentur. Si autem non allegatur iniustitia, uel de ea cõstet, putat do. Abb. cõtra alios, quòd nõ debet fieri absolutio, quicquid habeat consuetudo: & si fieret, non potest testificari: quia dato quòd tollatur uinculum excõmunicationis in nõ pœnitente, tamen remanet peccatũ non modicum: tum, propter perseuerantiã in excõmunicatione, quæ multùm no. ut in c. fi. j. de pœnis. tum, propter contumaciã & inobedientiam, viij. q. j. sciendũ. quæ in teste arguunt 30
peccatum mortale apparens: ideo repellendus, j. eo. testimonium. Et ad hoc non uidentur alij aduertisse, se-
24 cundum ipsum. ¶ Sed † tu in effectu considera duos casus. Primus est, quando pars uolens producere excommunicatum in testem, petit eum absolui ad cautelam. Secundus est, quando ipse testis petit absolui. Primo casu uidetur, quòd tunc demũ debeant absolui testes, quãdo de nullitate excõmunicationis pẽdet quæstio: aliàs non: quia de hoc est gl. singularis hîc, & in c. decernimus. in gl. pe. de sen. excõ. in vj. quæ expresè uolunt, quòd nõ absoluitur testis ad cautelam, ut testificetur, nisi quando dicit excõmunicationem nullam: & si diceres, quòd actus testificãdi nihil speciale induceret isto casu, quia etiã non testificaturus debet absolui ad cautelam, si dicit excõmunicationem nullam, respõdetur, quòd illud est uerum, si petierit, d. c. solet. in uerbo, pe-
25 tierit. & c. per tuas. j. de sent. excõm. ¶ Sed † tamen pars petit eum absolui, licet non petentem absoluit, dũ modò producatur in subsidium: quia alij testes non inueniuntur: & ita est casus hîc, quem rectè intelligunt glos. prædictæ. ¶ Secũdo casu, quãdo uolens testificari petit se absolui, si nõ exprimit ad quẽ finem, si petit, absoluetur per iura prędicta: sed si dicit, uel apparet, eũ uelle testificari, & in illa materia sint etiã alij testes, est suspectus, & non uidetur absoluendus, secũdum do. meum hîc per text. in c. ex literis. de resti. in integ. per quem dicit ibi do. Anto. quòd offerens se ad testificatum repellitur totaliter à teste: & pleniùs dixi in c. ij. in ij. q. s. eo. dicit tamen, quòd si nõ essent alij testes, posset esse, quòd se offerat bono zelo, ne periret ueritas: & esset absoluẽdus in casibus, quos dicit do. Ab. ut retuli s. Et ista no.
26 tanquam subtilia. ¶ Et † pro complemento huius materiæ no. primò, quòd nunquam est absoluendus testis, ut testificetur, nisi quando aliàs ueritas haberi non potest. Hic casus est notabilis cũ gl. quem ualde not. Bal.
27 & do. meus hîc. ¶ Secundò not. quòd † completo testificatu reincidit in excõmunicationem. Ita dicit hîc Host. & sequuntur omnes, sicut dicitur in c. cùm Apostolicæ. j. de except. quòd canonicus excõmunicatus absoluitur, ut possit eligere: quo facto reuiuiscit excõmunicatio, & nõ est sic in excõmunicatione lata ad tempus: quia illo elapso non expirat saltem quo ad ecclesiam, sed requritur formalis absolutio, sm Inno. & do. Ant. in c. cùm bonæ mẽ. §. j. de æta. & quali. & facit in simili gl. in cle. j. in uerbo, donec. de deci. & c. fi. de immu. eccle. in vj. Et propter hoc dicit do. meus hîc, quòd absolutus ad tẽpus non reincidit statim in excõmunicationem, nisi in eã reducatur, licet sit lapsum tempus: quod nullo modo credo uerum, per tex. in c. eos. in uerbo, ipso iure. de sent. excõ. in vj. ¶ Tertiò † no. quòd delegatus nõ potest absoluere testem in casu isto, sm Io. An. in addi. Spe. super rub. de teste. & Io. An. & Domi. plenè in d. c. solet. in uerbo, deinde. contra Arch. & Io. Mo. ubi dicit signãter Io. And. quòd licet in cõmissione delegati ueniant illa, sine quibus causa expediri non potest, c. præterea. s. de offic. dele. non tamen uenit id, propter quod potest cõmodiùs expediri. Et adde Old. consil. cxlij. quod incipit, Quæritur, si testes. ubi tenet, quod dictum est de delegato, prout hîc fecit: & hoc modo respõdetur ad istũ tex. ¶ Quartò no. quòd † quamuis excõmunicatus nõ possit testificari, ut hîc, & d. c. decernimus. etiam cõtra excõicatũ, sm Io. An. ibi, & Spe. in tit. de teste. §. j. uers. itẽq; excõmunicatus. tamen fallit primò, nisi describeret ut testis in instrumẽto, sm Inn. in c. pia. paulò ante fi. de except. in vj. & do. Car. in repet. in c. perpendimus. ad fi. j. de sent. excõm. & do. Ant. & Im. in c. ex literis. s. de trãsac. non tamen posset ipsum instrumentum uiua uoce coadiuuare, sm Dom. in d. c. decernimus. in fi. ¶ Secundò fallit, nisi fuisset adhibitus ut testis, cùm reputaretur non excõmunicatus, sm Bar. in l. j. uers. quæro, quid de infame. C. de testa. ¶ Tertiò † fallit in excõmunicato excõmunicatione minori tantùm: quia illa non repellit, nisi à perceptione sacramentorum, c. si celebrat. j. de cle. excõm. cele. Et dato, quòd excõmunicatus excõmunicatione minori dicatur esse in peccato mortali, c. sacris. s. quod me. cau. tamen peccatum mortale nõ semper repellit testẽ, ut est text. melior de iure, fm. do. Abb. in c. inquisitionis. §. tertiæ. j. de accus. Et hoc in terminis sentit gl. magna in princ. d. c. decernimus. Et nõ dicitur hîc habilitari ad sacramentum ratione iuramẽti: quia c. si sicut celebrat. loquitur de sacramentis, de quibus per gl. in c. ueniens. s. de transact. nõ de iuramento, qd' erat in usu etiam ante Nouũ testamentum: quia legũlatores de ipso tractauerunt, ut ff. de iureiu. per totum. Et in hoc, tanquã nõ tacto, poteris per te meditari. Opus esset uidere, an mortale semper repellat à testimonio: quia d. c. inquisitionis. loquitur in mortali cõmisso ad euitandum onus testificandi: & ideo uide, quod dicetur in c. testimonium. j. eo. Vbi etiã Inn. ponit circa prædicta, utrùm excõmunicatus possit indistinctè testificari pòst absolutionem.

SVMMARIVM.

1 ¶ *Testis sine iuramento nullam facit fidem.*
2 *Testis qui non iurauit, facit fidem in certo casu.*
3 *Testis potest testificari sine iuramento de consensu partium.*
4 *Et in quo casu possint partes remittere iuramentum testi.*
5 *Testis potest iurare non solùm super scripturis sanctis, sed etiam super cruce, reliquijs sanctorum, & similibus.*
6 *Testis an præsumatur iuratus in dubio.*
7 *Item an præsumatur tetigisse scripturas.*
8 *Notarius causæ an potest deferre iuramentum testi sine iudice.*

CAPITVLVM XXXIX.

Vis quæstiõibus. ¶ Reli- glosus ad testificandum non admittitur sine iuramẽto, nisi à partibus remittatur. H. D. ¶ In tex. ibi, non possunt. No. testem non iuratum recipi nõ posse. Et hinc est, quòd dictũ suum nõ probat, etiamsi iuratus

iuratus esset super quibusdam: quia super illis tãtùm probat, cap. de testibus. & ibi dictum fuit, §. eod. Et hinc est, quod testis, qui nõ uult iurare, tenetur resarcire parti damnum & interesse. secundum Spec. in tit. de teste. §. sequitur. uer. quid ergo si testis. Et hinc est etiam, quòd multis testibus sine iuramento non creditur, secũdum Domi. in c. multis. per illum text. xliiij. dist. Et hinc est, cp habens potestatem procedendi omissa solennitate iuris, non potest pronunciare ad dicta testium non iuratorum, secundum Bal. in l. milites. C. de testa. mili. & in l. presbyter. la ij. in ulti. col. C. de episc. & cle. & Imo. in l. filius familiàs. ff. de dona. licet aliud dixerit Bald. ibi, & in l. j. ff. de mil. test. & Pet. de Anc. in cle. sæpe. de uerb. sig.

1 Et hinc est: quòd † testis deponens sine iuramento, non deponit in forma testis, nec facit aliquam fidem plenã, secundum Bald. in d. l. milites. Et hinc est, quòd etiam si testis iurat, sed de credulitate, non est propriè testis, secundum Bald. in c. proposuisti. §. tit. j. Et hinc est, quòd in causis, quamuis summarijs, testes debent iurare, secundum Imol. in cle. sæpe. de uerb. sig. Et hinc est, quòd etiam Cardinales producti in testes debẽt iurare, aliàs non probant, secundum glos. in uer. quorundam. in c. cùm olim. j. de priui. & ibi multùm not. do. Ab. ¶ In tex. ibi, remittatur. Supple, nõ solùm ab aduersa parte, sed etiam à producente, secundum Ioan. And. do. Card. & do. Abb. hûc: pro quibus facit, quia cùm istud sit inductum fauore producentis, potest producens huic fauori renunciare ex causa, per regulam, quod ob gratiam. de re iudi. in vj. cũ alijs allegatis per Ro. consi. cccxxxj. incip. Visa municipali. ubi consuluit, quòd statutũ annullans contractum pupilli factum sine certa solennitate, non habet locum, si illa annullatio noceret pupillo. Vnde dixit glos. in l. ij. ff. de testi. quòd si aduersarius dicit testes quosdam non esse idoneos contra me, quia sunt sui domestici, possunt huic fauori renunciare. Et ideo consuluit Pet. de Anch. cons. cxxxv. quòd si ex pacto partium contractus est nullus altero contraueniente, potest tamen ille, contra quem est contraueniente, renunciare fauori huius pacti. Et dicit do. Abb. in c. quãdmodum. j. de iureiur. quòd licet maritus possit repellere uxorem notoriè adulteram, tamen, si ipse non uult, non tenetur. Et dicit glos. mag. in fi. in c. fi. j. de conjug. seruo. quòd dato, quòd matrimonium contractũ cum serua non teneat, si liber non uult, quando ignorauit, tamen si uult, non potest alius instare ad dissolutionẽ. Et dicit glo. in c. si quis acceperit. xxxiij. q. j. quòd dato, quòd frigiditas sit iusta causa diuortij, tamen si non frigidus non uult, non fiet diuortium. Et dicit gl. in l. eleganter. ff. de dolo. quòd dato, quòd contractus, ad quẽ fuit dolo inductus, sit nullus, tamen potest me uolẽte ualere. Ita in proposito, licet possit aduersarius testes meos exonerare à iuramento, tamen huic beneficio possum renunciare, fortè dubitans, ne testis, qui habet deponere pro utraq; parte, minus iustè deponat.

a Quòd iuramẽtũ testis] Quòd iuramẽtum testis potsit à parte remitti, habent Iuristæ glos. Ex ista conclusione glos. in d. l. iuristurandi. C. de testi. et in l. ij. C. de iura. cal. & in l. j. ff. de fer. ijs. tu impugna illud, quòd tenet Bald. in tit. de pace Costã. in uersi. secundum. ubi dicit Bald. quòd tabellio sine cõmissione iudicis non pot recipere iuramenta testium de cõmuni cõsensu utriusq; partis. Istud non est uerum: quia si partes possunt remittere iuramentum testibus, ut hic in isto text. & in dictis glos. quanto magis possunt et sentire, ut nõ noceat præstatio iuramenti testium minus solenniter facta à notario, p regulam l. unicæ, C. de rei uxo. act.

¶ Ex eodẽ tex. habes, quòd iuramen-
4 tum testis[a] non est de substantia: quia si esset de substantia, non posset à partibus remitti, iuxta gl. in c. de causis. §. de offi. deleg. cum concor. Dicit tamẽ do Abb. hîc, posse dici contrarium: quia si testimonium sine iuramento non ualet, c. de testibus. §. eo. ergo est de essentia. Vnde putat, quòd sit solẽnitas formalis & substãtialis. Sed qa concernit fauorem partium principaliter, ideo potest à partib. remitti: secus, si concerneret fauorem publicũ, per notata in c. si diligenti. §. de fo. cõpet. secundum ipsum. Sed dici potest, ut dicit Bal. in c. consanguinei. in fi. j. de re iud. quòd iuramentum testis est de ordine, non de substantia: quia si esset de substantia, non posset remitti. Nec obst. c. de testibus. quia non sequitur, actus non ualet sine solennitate: ergo solennitas est de substãtia, ut tradit in c. j. de reb. eccle. nõ alie. in vj. & in l. obligari. §. fin. ff. de autho. tu. & per Bart. in l. uniuersa. C. de preci. impera. offer. Quòd autem iuramẽtum testis possit à parte remitti, habent Iuristæ gl. in l. iureiuran. ff. de testi. & in l. ij. §. sed quia ueremur. C. de iura. calum. & in l. j. ff. de fer. Nota Bart. in l. si quis legatum. in prin. ff. de fal. & in d.
2 l. filius familiàs. in prin. ¶ Ex † eodem tex. habes unum casum, in quo ualet dictum testis nõ iurati. Alius est, quãdo agitur de probanda consuetudine inducta à populo, secundum do. Ant. in repeti. c. fi. in pe. char. §. de consuet. Alius est, si agitur de probanda fama, uel notorio, secundum Inn. do. Anto. & do. Abb. in c. cùm in tua. j. de sponsi. facit tex. cum gl. in c. tua nos. j. de coha. Alius est, quando agitur de informatione famæ promouẽdi, secundum Inn. in c. j. §. de postul. præla. & ibi per do. Ant. & est gl. in c. j. §. si duo. in tit. de pace tenen. per quam dicit ibi generaliter Bal. quòd iudex recipere potest informationes à testibus non iuratis. Alius est, quando sacerdos deponit super pœnitentiam alicuius: de quo per do. Ant. in c. testimonium. in pen. col. j. eo. Alius est in arbitro habente potestatem procedendi de facto, & sententiandi de iure tantùm, secundum Bal. in d. c. consanguinei. De quo tamen posset dubitari, per id quod dixi in prin. post Bar. in d. l. milites. Alius casus est, quãdo statutum uellet, quòd dictum testis non iurati probaret, secundum Roma. consi. cx. quod incip. Viso pũcto. quia si hoc potest pactum, ut hîc: ergo & statutum, iuxta gl. in rubric. C. de decre. decu. lib. x. & in l. non impossibile. ff. de pact. & in l. nec ex prætorio. ff. de re iudi. cum simi. Sed de hoc dubito: quia quando partes faciunt pactum, mouet eos integritas testium, ut cũ causæ cognitione renuncient iuramento. Sed quòd statutum simpliciter disponat, quòd testi non iurato credatur, uidetur contra ius naturale, ut in simili dicit Imol. in d. l. filius familiàs. Faciunt no. in c. ij. §. de prob. & qd ibi dixi in ij. limitatione ij. conclusionis. Et ex hoc apparet manifesta dissimilitudo inter pactum & statutum: quo casu non æquiparantur, secundum doctrinã Domi. in c. ij. de consuet. in vj. ¶ Sed ultra Doct. quæritur, an sufficiat tacita remissio iuramenti? In quo Hosti. & communiter alij dicunt, quòd non, in c. nuper. j. eod. & Ioan. And. allegando istum tex. in ti. de teste. §. sequitur. uer. & not. Non obst. quòd in actibus iudicialibus, qui contrahuntur consensu, tantum ualeat tacitus consensus, quantum expressus, c. gratum. §. de offic. deleg. & c. cùm uenissent. §. eod. Dixi §. eod. fraternitatis. uersi. sed re uera. quia illa procedunt, quando actus ualet ipso iure, si non appelletur: quia tunc patiẽtia inducit consensum fictum post tempus ad appellandum, c. quod ad consultationem. j. de re iudi. no. Bart. in l. Labeo. C. quomodo & quãdo iudex. Sed quia ab actu nullo nõ est necesse appellare, l. j. C. quando prouoc. non est necess. & examinatio testis non iurati est nulla, ut hîc: ergo nihil est, quòd imputetur parti, si non appellat. Et ita cessat causa fingendi consensum, & ita respondet hîc dominus meus, dicens, tenendum menti: quia sæpius
3 iste casus occurrit in practica. ¶ In † glos. ij. ibi, iudicis authoritate. Not. glos. quòd iuramentum testis nõ potest remitti, nisi cum authoritate iudi. facit l. acta. ff. de re iudi. ubi acta destrui non possunt, nisi cum consensu partis

partis & iudicis. Item, quia agitur de interesse iudicis: quia deponens cum iuramento non ita facilè mẽtitur, & non offendet aures iudicis: quod consideratur in l. nullum. C. de testi. & ita etiam tenet Spec. in tit. de teste. §. sequitur. uer. & not. & Bald. in l. j. in princ. ff. de fer. ijs. Sed contrarium tenet in hoc glos. & Bart. in d. l. j. & do. Abb. hîc, & allegat l. si conuenerit. ff. de re iudic. & in l. j. §. unde quæritur. ff. de oper. noui nuncia. In quibus locis dicitur, quòd si partes cõueniunt, ut iudex ferat sententiam certo modo, uel composuerunt inter se litem, debet iudex parẽre conuentioni partium. Item, quia iuramenta non debent præstari, nisi urgente necessitate, c. & si Christus. j. de iureiuran. Vnde frustra iuratur, si pars nõ curat. Ad hoc l. Theopompus. ff. de dote præle. & in l. j. §. fin. ff. de uerb. oblig. ubi partes possunt uelle, quòd stetur dicto unius: & sic renunciant probationi plenæ. Facit authen. l. iubemus. cum materia C. de iudi. & c. de testibus. §. eod. Ad idem l. fin. C. de iudic. & c. de testi. per quam dicit ibi Bald. in princ. quòd dictum testis in ualidum ex pacto partium efficitur ualidum. Ad idem c. cùm causam. §. eodem. ¶ In eadem glos. ibi, ne colluderent. Nota, quòd per istam glos. quæ secũdum Docto. in hoc bene loquitur, infert hîc signãter do. Card. & sequitur do. Abb. eo non allegato, quòd generaliter in nulla causa potest remitti iuramẽtum, in qua iudex potest supplere ex officio: uel quando agitur de præiudicio publico, uel animarum, adeo quòd causa non dependet à libera uoluntate partium: quia non renunciat quis fauori pro se introducto, ut probant istæ
4 rationes glos. ¶ Sed † in quantum glos. dicit, quòd cùm agitur de matrimonio contrahendo, potest à partibus remitti iuramentum: hoc restringit do. Abb. hîc in lectura antiqua, ubi simpliciter quæritur, nunquid sponsalia sint contracta, uel non? secus autem, si ageretur de ualiditate ipsorum sponsaliorum. ut quia opponitur cõsanguinitas, uel affinitas: tunc enim nõ putat, quòd partes possint hoc iuramentum remittere testibus, qa hoc casu contrahere uinculo consanguinitatis, uel affinitatis existente, non dependet à partiũ consensu: ideo cùm imminet peccatum, poterit iudex ex officio iuramentum deferre, per ea, quæ dicta fuerunt in c. iurauit. §. tit. j. Et hoc diligenter nota. ¶ In ea glos. ibi, sed tacitè bene potest. & ista opinio hodie est approbata in c. j. de fura. cal. in vj. uidelicet quòd tacitè potest iuramentum calumniæ omitti, sed non expressè: & unam rationem differentiæ inter iuramentum testis & iuramentum calumniæ ponunt hîc Hostien. & do. Car. & aliam ponit do. Abb. eos impugnans: & aliam ponit Bald. hîc, quia pars de facili committit calumniam, testis non: & assignari potest ratio clarior cæteris: quia remisso iuramento calumniæ inuitatur pars ad calumniandum in facto proprio, cui præsumitur affici: sed quando iuramentum remittitur testi, licet dicatur ad dicendum falsum inuitari, nõ tamen ita præsumitur de fraude, cùm deponat in facto alieno, cui non afficitur, nec ex quo utilitatem consequitur: imo quando ista concurrunt,
5 non est idoneus, l. iij. cum similib. ff. de testi. ¶ Extra † gl. in quantum do. Ant. & Imol. hîc pro-
4 bant per multa, quòd si defertur[a] iuramentum testi, non tactis euãgelijs, sed reliquijs, cruce, uel similibus, uel super animam suam: ualet tale iuramentum, per iura allegata per Inn. in c. & si Christus. j. de iureiuran. & Spe. in ti. de iureiuran. §. j. uer. in summa. & per c. constitutis. el ij. cum glos. ij. j. de appel. & c. fraternitatis. j. de frigi. & c. episcopus in synodo. xxxv. q. vj. Adde tex. in c. presbyter si à plebe. in uer. euangelio coram posito. ij. q. v. iũcto c. quæ de causa. in uerbo, ante corpus sancti Apollinaris. eadem causa & q. ubi probatur, quòd satisfit legi requirenti tactum euangelij, si tanguntur sanctorum reliquiæ. Ad idem text. in l. generaliter. §. penult. C. de reb. cred. in uerb. sacrosanctis scripturis. uel in oratorio, & ibi glos. j. super altari. Per quem text. dicit Bald. ibi, & in c. j. §. sacramenta. de pace tenen. & pleniùs in c. j. circa princ. de noua forma fidelitatis. quòd sufficit iurare super qualibet sacra scriptura, uel reliquijs. Facit c. de parentela. cum se. xxxv. q. vj. Et licet in c. seq. quod loquitur de iuramẽto testis, non repetatur, quod dicitur in c. præcedenti de reliquijs martyrũ, sed uideatur requiri iuramentum uerbale, tamen est supplendus ille text. per c. præcedens, ne strictiùs iuret accusator, quàm testis. Dicas tamen, cp si testes non tangerent scripturam aliquam, non ualeret, secundum Bal. in d. §. sacramenta. & in repet. l. ij. in x. j. chart. ff. de iureiur. quẽ retuli in c. fraternitatis. ad fi. §. eod. Et hoc uidetur uerius per c. hortamur. in uerb. tactis. in q. ix. licet aliud dixerint do. Ant. & Imo. hîc, & maximè hoc est uerũ: quia fortius est iuramentum tactis scripturis, l. fi. C. si minor se maio. dixe. Et pro hoc glo. not. in c. ut circa. in uerbo, corporali. de elect. in vj. quæ dicit, quòd ubi ius pro solennitate iuramenti requirit tactum scripturarum, non ualet iuramentũ ipso omisso. Non obst. d. c. fraternitatis. j. de frigi. ubi matronæ habentes testificari retulerunt in fide sua: quia deponentes de peritia artis, quales erant illæ, non sunt propriè testes, cùm deponant de credulitate, ut dixi post Bal. in c. proposuisti. §. tit. j. ¶ Est uerũ, quòd do. Abb. hîc multùm reprehẽdit do. Ant. in istis, non solùm in eo, quòd non requirit tactum scripturarum: sed etiam, dum dicit sufficere tactum alterius scripturæ, quàm euangeliorum, propter tex. in d. c. hortamur. in uerbo, tactis euangelijs. non cessante consuetudine, dicit se non uidere, quomodo ualeat iuramẽtum aliter præstitum. Fatetur tamen, quòd si iura exigentia iuramentum non exprimunt euãgelia, sufficiet tangere quamlibet scripturam, secundum glo. in uerb. tacta. in cle. j. de hære. de qua dixi in c. fraternitatis. j. eod. ubi etiam retuli, quod no. do. Car. in d. cle. j. cuius dictũ facit pro hac opinione. Sed tamen ista uidentur tolli per iura præallegata, dum probant satisfieri legi exigenti tactum euangelij, si aliqua scriptura tangatur, nisi diceret, ut dicit do. Card. in d. cle. j. quòd iura loquentia de euangelijs non dicuntur correcta à lege, uel à consuetudine, nisi in quãtum appareant correcta: & hoc modo remaneret uerior ista opi. do. Abb. quia c. hortamur. nõ reperitur correctum lege: consuetudine uerò sic: de cu-
6 ius ualiditate dictum fuit in c. fraternitatis. ¶ Item † in quantum do. Ant. & do. Abb. dicunt, cp testis in dubio nõ præsumitur iuratus, nisi appareat, per l. quæcũq; §. fi. ff. de Publicia. etiamsi notarius scripsisset, talis testis iuratus & examinatus deposuit: ut no. Bar. in d. l. Theopõpus. quia licet illa uerba bene probãt præsentiã partis, quæ requiritur, c. ij. §. eo. ut hîc per eos: adde Bar. in l. per hanc. C. de erog. mil. anno. lib. x, ubi in terminis dicit, cp probatur iuramentum fuisse præstitũ, si notarius hoc attestetur: quia est de his, quæ potuerunt interuenire tempore contractus. Adde etiã Bar. in l. ij. C. de statu. & in mag. ubi dicit, per illum tex. cp præsentia iudicis non

a Si defertur, etc. ualet tale iuramẽtum] Adde tu, et dic clarius, quia Feli. hic loquitur ĩ materia ista multùm intricatè & confusè: tamẽ idẽ sentit, quod hic etiã ego sum dictũrus: sed istã apostillam posui pro clariori intelligẽtia studentiũ: quare fac regulam, et dic: quòd ubi solenniter iuratur, putà ex forma iuris, uel statutorũ: nã tunc testis debet præstare iuramentum super sacrosanctis euangelijs ipsis tactis, neq; sufficeret tãgere aliã scripturam: si autem nõ sunt iuramẽta solennia, id est non præstãtur ex forma statuti, uel iuris, cõsuetudo introducit, ut sufficiat tangere aliã scripturã: de quo uide ad plenum per do. Alex. in l. ait prætor. §. fin. ff. de iureiurã. & est glos. de hoc in c. ut circa. de cle. in vj. in uerb. corporali. Et idẽ sentit hic. Feli. & in c. fraternitatis. §. eo. in uer. in glos. fi. quamuis intricatè loquatur.

c. tuis quæstionibus.

non pręſumitur in loco, niſi probetur. Et ſimiliter non præſumitur præſentia partis, niſi quando eſt de ſolennitate intrinſeca, ut declarat Bar. in l. Titia. §. reſpondit. ff. de uerb. obli. Et ideo remanet cõcluſio, quòd atteſtatio ſola iuramenti non eſt ſufficiens. ¶ Item in quãtum ipſi dicunt, quòd ſi notarius ſcripſiſſet de iuramento, & de præſentia notarij partis iudicis inducitur ualiditas teſtimonij: & allegant Bar. in d. l. Theopompus. ad de Bald. in l. geſta. ad fi. C. de re iudi. & plenius in l. iuriſiurandi. in j. col. C. de teſti. ubi dicit, quòd iſtud eſt uerum, quando illa uerba fuerunt ſcripta modo prædicto in loco, uel tempore iuridico: quia atteſtatur tunc notarius de actu geſto tempore confectæ ſcripturæ. Si uerò conſtat ſcripturam fuiſſe factam: & examen die feriata in honorem Dei, in qua etiam de conſenſu partiũ procedi non poteſt, uel in camera & loco non iuridico: & tunc ſecus, quãdo notarius atteſtatur de actu de præterito, non de actu facto tunc: & ſic deficit partis pręſentia: unde non probat, ex quo ad illud non limitat tempus, & ſuccedit aurea doctrina Innoc. in c. quoniam cõtra. §. eo. tit. j. cum concor. & in addi. quas ibi dedi in v. concluſione ſuper gloſ. fin. ¶ Eſt uerùm, quòd Rom. in l. ſciendum. ff. de uerb. oblig. etiam in hoc ſecundo mẽbro ſequitur in diſtinctè Bar. in d. l. Theopompus. quia ſolennitas enunciata in inſtrumento, etiamſi non potuit interuenire tẽpore actus geſti, præſumitur in præiudicium partis præſentis, quando eſt ſolennitas, cui renunciari poteſt, l. optimam. C. de contrah. ſtipul. not. Bart. in d. l. ſciendum. Sed iſta eſt talis, ut hîc. Ergo, &c.

¶ Sed ad hoc reſpõdet hîc do. meus, quòd in inſtrumẽto, in quo enunciatur contractus factus à partibus, & poſitum de uoluntate partium: unde ſtatur inſtrumento, d. l. optimam. & no. Bald. in l. errore. in prin. C. de teſta. Et ideo non eſt mirum, ſi confeſsio partiũ ipſis præiudicat in dependentibus ab eorum uelle: ſed non eſt ſic in caſu noſtro: qa licet notarius dicat teſtes iuratos, iſta non uidentur uerba partium: quia iuramentum & alia redigit notarius ex ſe ratione officij, d. c. quoniam contra. & ideo eſt potiùs aſſertio ſua, quàm partiũ: unde remanet uera conſideratio Bal. ¶ Item in quantum
7 do. Ant. dicit hîc, quòd † ſi perfectè ſcriptum eſt de prædictis omnibus, præſumitur tactura ſcripturarum, allegando ſolennem deciſ. Ioan. And. in ti. de reſte. §. ſequitur. uerſic. & no. ubi requirit præſentiam iudicis notarij & partis. Et ſic limitat gloſ. ſuam in c. ut circa. in uerb. corporali. de elec. in vj. addę, quòd iſtã deciſio. ſequuntur etiam do. Ant. & do. Abb. in c. fraternitatis. ad fin. §. eod. & Bald. in c. j. §. ſi enim. quid ſit in ueſtitu. per l. cùm oſtendimus. §. fi. ff. de fideiuſ. tu. Et ſi diceretur fortiter, quòd iſta eſt ſolennitas extrinſeca, quæ non præſumitur, l. quæcunque. §. fi. ff. de Publicia. reſponderi poteſt, quòd alijs attentis alijs deſcriptis, cùm iſte ſit actus in iudicio factus, præſumitur ſolennitas, ſecũdum no. per Bart. in d. l. ſciendum. & dixi in d. c. quoniam. maximè per l. ab ea parte. ff. de prob. Nec obſtat, quòd ſecundũ hoc etiam in caſibus prædictis ſemper deberet præſumi pro ſolennitate, cùm ſint iudiciales: quia d. l. ab ea parte. cum ſimilibus, intelligitur de actu iudiciali geſto à iudice: & ita hîc propter præſentiã iudicis, de qua notarius atteſtatur. Nihilo minùs de iſta deciſ. probabiliter dubitari poſſet: & non eſt dictũ, prout dicit do. Ant. in d. c. fraternitatis. quòd iſta tactura ſit ſolennitas intrinſeca: quia ſi hoc eſſet uerum, tunc iurans non tactis ſcripturis non obligaretur ex iuramento: quia deficiẽte ſolẽnitate intrinſeca deficit actus omnino, l. j. in prin. ff. de uerb. oblig. & ſequeretur, quòd ſi teſtis deponeret non tactis ſcripturis, non poſſet puniri de periurio: & quòd non ſolùm concurrentibus pręſumeretur tactura, per text. in d. l. ſciendum. ff. de uerb. oblig. Et de prædictis uide etiam aliquid per Bald. in authen. ſi quis in aliquo. C. de eden. per Bart. in l. admonendi. ff. de iure iur. per do. Ab. in c. quid autem. in j. col. j. de iure patro. per Bald. in proœmio ff. uerſic. itẽ no. & in l. iij. in princ. ff. de iureiur. & in l. j. in princ. ff. de ferijs. ¶ Item in quantum do. Ant. & do. Abb. in lectura antiqua dicũt, quòd ſi teſtis obtulit ſe iurare, & pars petijt deferri iuramentum teſti, & iudex non detulit, non ualet dictum teſtis: & allegant Iac. But. & Bart. in l. uideamus. §. deferre. ff. de in lit. iur. adde, quòd licet Bald. loquatur in iuramẽto in litem, tamen dictum Doctorum probari poteſt ratione: quia ſicut quando iudex repellit omnino uolentem probare, probatio propter hoc non habetur pro perfecta, ſed tenetur ad intereſſe parti, l. ſi quãdo. in fin. C. de teſti. & in l. argentarius. §. cùm autem. ff. de eden. ita eſt dicendum, ſi non admittit probantẽ debito modo: quia paria ſunt non facere actum, uel non ſolenniter, c. abbate. de re iud. in vj. l. iiij. §. condemnatum. ff. de re iud. Si enim probatio haberẽt pro perfecta, quando fuit oblata: ergo nihil intereſſet partis: & ſic nõ poſſet agere contra iudicem. Cuius contrarium dicitur in
8 dictis iuribus. ¶ Item in quantum prædicti dicunt, q† notarius ſine iudice non poteſt teſti iuramentum deferre, allegando Bart. in d. §. deferre. adde, quæ dixi poſt do. Abb. in c. cùm cauſam. ad fi. §. eod. & in c. quoniam contra. in j. q. §. tit. j. Sed in quantum do. Anto. hîc expreſsè ſentit, ſufficere iudicem eſſe præſentem, conſidera, ſecundum do. meum hîc, quòd Bart. requirit copulatiuè pręſentiam & mandatum: & non uidetur, quòd præſentia ſola ſufficiat: quia talis interuenit, ut authorit s: præſtatur enim à ſuperiore, ad quẽ nihil intereſt ratione proprij intereſſe, c. cũ conſuetudinis. §. de conſuetu. Sed ille, qui debet authorizare, non debet hoc facere præſens & tacens, l. iij. & ibi Bartol. ff. de autho. tut. Vnde dixit generaliter Bart. in l. quæ dotis. in ult. col. ff. ſol. mat. quòd ſcientia & patiẽtia illius, ad quem actus pertinet cura & ſolicitudine, præiudicium tamen pertinet ad tertium: non inducit conſenſum, per d. l. iij. Sed in quantum Bart. loquendo copulatiuè uidetur ſentire, quòd non ſufficiat mandatum ſine præſentia: adde, quòd illud eſt limitandum non procedere in caſibus, in quibus committi poteſt teſtium receptio: quos dixi in d. c. cùm cauſam. §. eod. ¶ Vltimò dicit do. Abb. in lectura antiqua, quòd ſi contra teſtem præſentem in iudicio, ut deponat opponatur, quòd non fuit citatus, nec ſtimulatus à parte, ualet eius dictum, etiamſi non fuit citatus: & allegat Spec. in tit. de teſte. §. ſequitur. ubi hoc non reperio. Non obſtat, quòd uideatur ſe monere, & ſic eſſe ſuſpectus, per l. quæ omnia. ff. de procu. qa ex quo terminus fuit ſtatutus parti ad producendos teſtes, præſumitur neceſsitatus, uel ſaltem ſtimulatus à parte, & propter hoc ad iudicium ueniſſe. Et hoc eſt cõtra rudes quotidie contrarium aſſerentes, ſecundum ipſum: pro quo uide ſemper Rotam deciſ. cccl vj. incip. item fuit dubitatum. in nouiſsimis, cum ijs, quæ dixi in c. ij. in ij. q. uer. quarto caſu. §. eod.

SVMMARIVM.

1 Collatio beneficiorum an poſsit competere laico ex priuilegio.
2 Appellationis cauſa ſi exprimatur alternatiuè, ſufficit unam ueram eſſe.

CAPITVLVM XL.

Dilecto. ¶ Delegatus neceſſarius in teſtem remouetur à iudicando, & alius ei ſubrogatur. H. D. ¶ Et per iſtũ
1 latione, ſicut in c. ſi. de offi. uica. in vj. habes, q† ius cõferendi prębendas poteſt laico, etiam fœminę, cõpetere: ſed quia hoc eſt cõtra c. ſi quis deinceps. cũ multis ibi poſitis, xvj. q. vij. & c. cũ terra. & c. Meſſana. §. de ele. ideo dicunt hîc Hoſti. Ioã. An. & alij, q habebat hoc iſta commiſſa

mitiſſa ex priuilegio Papę, quod eſſe poteſt, ſecundum eos: quibus adde glo. j. in ſi. in c. imperium. x. diſtin ct. & xv. q. vij. in ſumma, quæ dicit, quòd rex Apuliæ habet ex priuilegio Papæ inueſtituras beneficiorum: quas gloſ. approbat Ioan. And. in Spec. in tit. de delegato. §. nunc tractemus. uer. ſed nunquid legatus. Idem tenet Inno. in c. quod ſicut. in gl. quę incipit, epiſcoporum. §. de elec. & ibi Io. An. do. An. & do. Abb. & Ioan. And. Pet. de Ancha. & Dom. in c. ij. de præben. in vj. & Ioã. And. & do. Ant. in c. nobis. in pen. col. j. de iure patro. & Io. An. in Spec. in rubri. de præben. §. pen. & glo. in c. laicis. xvj. q. vij. & Archi. latè in c. hortamur. lxxj. diſtinct. & Bald. loquens de rege Anglorum in l. reſcripta. in pen. col. C. de preci. impe. offe. & Pet. de Anch. in cle. per literas. de præben. & do. Ant. in c. Meſſana. & in c. in noſtra. §. de reſcrip. & do. Abb. in c. dilectus. §. de offic. lega. & do. Ant. in c. quanto. §. de iudic. & in c. præterea. el j. j. de iure patro. & Imol. in c. quod in dubijs. in j. notabili, & in ulti. col. §. de renuncia. in c. ad ſupplicationem. in iiij. notabili, eo tit. & do. Ant. Imol. & do. Abb. in c. dilectus. el iij. j. de præben. & do. Abb. in rubr. §. de iudi. in iij. col. & eſt tex. in c. Adrianus. el ij. & in c. in ſynodo cõgregatis Romæ. lxiij. diſt. Et iſto caſu non habet locum ille modus arguendi, Tantũ operatur conſuetudo, cuius initij memoria non extat, quantum priuilegiũ: l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & æſti. c. ſuper quibuſdã. j. de uerb. ſignif. Ergo cõſuetudo talis poſſet idem inducere, ſi hoc poteſt priuilegium Papæ: quia illud habet locum data capacitate. Sed ubi non eſt capacitas, non procedit huiuſmodi æquiparatio, ut magiſtraliter determinat Io. An. in proprijs terminis in d. c. ij. de præbẽ. in vj. & ſecundum eius dicta conſuluit do. Car. requiſitus à comite Segniæ, conſil. lviij. incip. Propoſita quæſtio. & ſequitur etiã Domi. in c. catholica. circa fi. xj. diſt. & do. Ant. in repet. c. peruenit. in vj. col. j. de cenſi. & do. Abb. in c. nouit. §. de iudic. & in c. quanto. in j. not. §. de conſue. & c. ad aures. in j. no. & in c. cauſam. j. de pręſcri. ¶ Alij exponunt iſtum tex. donatione, i. præſentatione, prout loquitur c. fi. j. de conceſ. præbend. ubi eſt text. de eodem facto cum iſto. Et tũc ex hoc colligit dom. meus hîc ultra Doc. caſum ſingularem, quòd procurator uniuerſalis etiam cum libera, non uidetur habere mandatum ad præſentandum clericum in beneficio: quia ad donandum requiritur ſpeciale mandatũ, d. c. fi. de offi. uica. in vj. l. ſi contra iuris. §. ſi filius. ff. de pac. quod eſt multùm notand. ſecundum ipſum. ¶ Et per iſtum text. in fi. habes caſum mirabilem, in quo remittitur cauſa ad priores iudices, à quibus fuerat appellatum, etiam probata iuſticia appellationis: quod eſt contra regulã traditam in c. ut debitus. & in c. cùm ſpeciali. §. porro. & in c. interpoſita. §. j. j. de appel. ¶ Sed ſoluit hîc Abb. antiquus, quem ſequitur do. Ant. do. Abb. & Inno. facientes de hoc dicto teſtum, quòd ideo cauſa hîc remittitur ad priores iudices: quia dato, quòd ipſi errauerint, fuit ante deciſionẽ huius decret. iſte error probabilis: unde non poſſunt dici primi iudices ſuſpecti, quaſi doloſè, uel per ignorantiam grauauerint partem antè, cùm ceſſet cauſa, propter quam cognitio deuoluitur ad iudicẽ ad quem, ſcilicet ſuſpicio priorum iudicum, ceſſabit etiam iuris diſpoſitio. Et hoc pulchrè limitant iura prædicta, quicquid dixerit hîc do. Car. Sufficit enim, quòd dicta ratio timoris ceſſat, ex quo caſus erat dubitabilis, maximè quia Bar. in l. eius. ff. de app. recip. declarãs d. c. ut debitus. expreſsè uult, quòd diſpoſitio illius c. ſurgat ab iniuria, quam infert iudex parti grauando ipſam: allegat l. ſine procuratiõe, C. de app. ¶ Et ex iſtis habes unam ſolennem limitationem ad iura dicentia, quòd ſi iudex ad quẽ, pronũciat bene appellatum ab interlocutoria; deuoluitur ad eum cognitio ſuper toto principali, ut p gl. in uerbo, alioquin. in d. c. ut debitus. & habetur in c. accepta. eo. ti. quia illud fallit, niſi iudex à quo, malè pronunciaſſet in caſu ualde dubio per Papam non deciſo: quia licet pronuncietur bene appellatum, non tamen deuoluitur cognitio totius cauſæ ad iudicem ad quem, per iſtum tex. ſecundum hunc intellectum. Et hoc bene nota. Alio modo ſoluit etiam do. Ant. hîc dictum contrarium, uidelicet quòd hîc nouus iudex aditur: unde propter mixturam ad primum fit remiſsio. Per quæ uerba datur alia ſingularis limitatio ad dicta iura, uidelicet quòd ſi iudici appellationũ ad datur alius iudex, non deuoluitur tota cauſa ad iudicẽ ad quem: ſed quamuis pronunciet malè iudicatum, reuertitur ad illos duos: & ſic ratione adiuncti ceſſat dicta ratio, propter quam aliàs cognitio non reuertitur ad malè interlocutum. Facit gl. in ſimili in cle. ij. in uerbo, directo. ibi, niſi falſitas. de teſti. & text. in c. ſeries. ſecũdum unum intellectum, §. eo. & quod no. Bar. in l. ij. in princ. ff. de uerb. obl. & Doc. in c. fi. j. de ſymonia. Sed iſtud non placet do. meo hîc, & bene: quia non ceſſat dicta ratio in illo, qui iudicauit, licet alius ei adiungatur, etiamſi plures adderentur: quia poſſet cęteros in ſuam ſententiam trahere, l. ſi in tres. ff. de arb. ſecundũ ipſum.

¶ Sed tu diligenter conſidera, quòd ex dicto do. Ant. aliud reſultat, uidelicet quòd ſi loco iudicis alius ſubrogaretur de nouo, dum pendet appellatio ab interlocutoria, & pronunciatur malè iudicatum, tamen reuertetur cauſa ad iſtum nouum, poſtquam in eo ceſſat dicta ratio: quod reputo nouum & ualde pulchrum. Et eodẽ modo, ubi inuenires caſum, ĩ quo ceſſaret ratio iniquitatis præſumptæ in primo iudice, ceſſarent iura prædicta: quia ita generaliter probant oẽs ſolutiones Doc. hîc. Et iſtud non tradas obliuioni. ¶ Vltimò per iſtum tex. in uerbo, uel ſuperſederetur. no. hîc do. Ant. & Inno.
2 quòd † ubi cauſa appellandi exprimitur alternatiuè, & in una parte eſt iuſta, in alia nõ, ualet appellatio propter partem iuſtam: quia ſi iudices erant hîc dati ſine clauſula, Quod ſi non omnes, iniuſta erat pars appellatiõis: quod procederet iudice excluſo, per c. cauſam. §. de offic. deleg. ¶ In gl. in uerbo, recuſaſti. ad fi. ibi, ſatis honeſtum. Dic, quòd ſi delegatus proceſsit ad aliquẽ actum, adeò ut præſumatur affectus ad cauſam, nõ poterit eſſe teſtis, ubi fuit iudex; d. c. ſtatuendum. Si autem delegatus cõmiſit alteri in principio, ſecus: quia amplius non poteſt cauſam reaſſumere, nec ad ipſum appellatur: c. ſi delegatus. de offi. deleg. ĩ vj. Si uerò ſubdelegauit non in totum, uel erat ordinarius qui delegauit, tunc uidetur, quòd iſti non poſſunt teſtificari: quia cauſa debet ad eos reuerti: & nõ eſt credendum, quòd contra ſuum teſtimonium ſint iudicaturi. Tamen contrarium determinat hîc do. Abb. per multa: quia cauſa reuertetur ad ipſos, non ut iudicent, ſed ut alteri cõmittant, ut in ſimili per glo. in c. querelam. §. de elec. ut hîc pleniùs per ipſum, ſecundum quam expedias alias gl. quia dictis ſuis non eſt addendum.

SVMMARIVM.

1 Iudex laicus cognoſcit de iure patronatus inter beneficiatum & fundatorem eccleſiæ.
2 Ius patronatus qualiter acquiritur ex ſola fundatione.
Confeſsio ad liberandum etiam facta uerbis enunciatiuis, ualet, ſed non ad obligandum: Poſt nu. 2. uerſi nota tertiò.
3 Teſtes quando producuntur etiam quadam uia extraordinaria, debent citari, quorum intereſt. & nu. 4.
5 Reus poteſt uti remedio, ut teſtes examinentur ad æternam rei memoriam.
6 Actor non poteſt regulariter teſtes producere ante litem conteſtatam. & nu. 7.
8 Reus poteſt agere contra actorem, ut faciat ſibi inſtrumentum ſuper iure ſuo: putà, ſuper pacto de non petendo, &c.
9 Debitor, qui ſoluit, poteſt agere contra creditorem, ut reddat hypothecam.

CAPI-

CAPITVLVM XLI.

Significauit. ¶ Ne probationũ copia depereat, citato aduersario, testes recipiuntur ad æternam rei memoriam. H.D. & habet materiã ualde solennem, quam ultra nostros reassumit Bald. in authen. sed si quis. C. de testi. & ultra alios do. Card. hîc. ¶ No. primò iuncta suprascriptione, secundũ do. Car. quòd † iudex laicus potest cognoscere de causa, quæ est inter beneficiatum & fundatorem beneficij super liberatione à iure patronatus: non enim dicitur in suprascriptiõe, quòd fuerit clericus, nec esse præsumitur, nisi probetur, c. ex literis. cum ibi notatis: s̃. de transac. & tradit in c. cùm adeo. s̃. de rescrip. nec apparet, quòd Papa ex speciali commissione sibi causam delegat, sed tantùm ei scribit, tanquam ordinario excitando eius iurisdictionẽ, iuxta c. licet. s̃. de offic. ordi. ¶ Ex quo no. singulariter, fm ipsum, quòd licet causa iuris patronatus sit annexa spiritualibus, c. quanto. s̃. de iudi. non tamen est sic annexa causa prædicta, quando agitur de excludendo patrono à iure patronatus. Et est ratio: qa de patronatu non habet cognosci, secundum ipsum. Pro quo optimè adduci possunt notata per Bart. in l. Titia. ff. solu. mat. & clariùs in l. omni. C. de sac. san. eccle. & in l. quoties. C. de iud. & in l. ij. ff. de iur. om. iud. & per Fed. consi. cxcij. incipiente. Facta est lex. & consi. ccxlvij. incipiente, Domino Andreæ. & Ioan. And. & do. Ant. in c. tuam. de ordi. cog. & in c. cùm sit. s̃. de fo. compet. ubi dicunt, quòd de quæstione spirituali consistente in iure, putà an matrimonium fuerit legitimum, uel nõ, laicus cognoscere non potest: sed de spirituali consistente in facto potest, putà an talis fuerit desponsata, uel nõ. Et ex eo. tex. notat do Card. hîc, quòd ille iudex debet examinare testes ad æternam rei memoriam, ad quem pertinet causæ cognitio ordinaria. Et hoc est, quod dixit no. Bar. in l. cum ij. §. eam transactionem. ff. de trãsac. & do. Ant. in simili in c. fi. j. de fide instru. ¶ No. ibi, fundationis tempore. secũdum do. Car. & do. Abb. quòd † ex sola fundatione ecclesiæ acquiritur ius patronatus, licet fundator hoc ius expressè non reseruauerit: sufficit enim, quòd tempore fundationis istud ius non remiserit: & transit etiam ad hæredes, licet fundator non dixerit: quia non citarentur hîc hęredes, nisi eorum interesse: & facit c. filijs. xvj. q. vj. Et dicit Bald. ibi, quòd si ecclesia tempore ædificationis nascatur libera, nũquã recipit seruitutem, sed serua bene potest liberari. Et ex hoc dicit Bald. in istis terminis in l. unica, in fi. C. de rei uxo. act. quòd qui non apponit pactum in initio, non potest postea apponere in traditione. Et de istis est glo. in uerbo, constitutum. ad fi. in c. cùm dilectus. s̃. de consuet. quam dicit ibi Imol. esse meliorem de corpore iuris, quòd post ecclesiam ædificatam non possunt patroni nouum onus adijcere etiam consentiente episcopo. Et de materia dic, ut ibi per omnes, & per do. Anto. in c. præterea. el j. j. de iure patro. & Inno. in c. in Lateranensi. in fi. j. de præben. per do. Car. consi. xj. incip. quædam societas. per Do. in c. cùm ecclesia. de præbẽ. in vj. per Fed. consi. ccxlvij. cum similibus. ¶ No. tertiò ibi, nihil iuris. secundum do. Car. quòd confessio ad liberandum, & per uerba merè enunciatiua, etiam sine causa, sufficit. Ad id allegat gl. in l. tale pactum. in princ. ff. de pact. Secus ad obligandum, per c. si cautio. j. de fide instru. Hîc tamen omnino non fuit per uerba enunciatiua, ut probant illa uerba, liberam esse uolentes. sed tamen dictum est uerum, secundum ipsum. Pro quo uide Imo. & alios in c. si cautio. Postea subdit do. Card. q̃ per ista uerba, nihil iuris. intelliguntur perdidisse omnia iura fundi, & commoda iuris patronatus, scilicet alimentandi, præsentandi & honoris: sed quo ad incõmoda, nõ sunt absoluti: quia non potuerunt se in hoc liberare. Vnde tenentur instare, ut reuocentur malè alienata, iuxta c. si quis presbyterorum. j. de reb. eccles. non alie. ¶ No. quartò ibi, timens, quòd futuris dispendijs est pręoccurrendum: & dicit Hostien. quem alij sequuntur, quòd licet per eosdem testes, per quos probatur fundatio, per eosdem possit probari liberatio: & sic stante ordinario, non uideretur utendum extraordinario remedio, l. in causæ. ff. de mino. tamen potest esse, q̃ per alios testes probat, quòd fundauit, quàm per eos, qui interfuerunt liberationi, uel fortè de fundatione aliter, quàm à testibus, docebatur. Et si diceretur, quòd superat aliud remedium ordinarium, per l. sicut datã. C. de lib. causa. uidelicet conditio ex illa l. ad faciendã chartam liberationis: respõdet hîc do. Card. quòd hoc remediũ est pinguius, cùm sufficiat ecclesiæ posse probare liberationem, & expediat se exonerare litibus: sed ex conditione illius l. oporteret litigare usq̃ ad sententiã inclusiuẽ: quia hîc sufficit sola exceptio. Ex quo no. bene, quòd ad extraordinarium remedium recurri potest, si ex eo magis prouidetur. Et si diceretur, quòd etiã hîc erat periculum in instrumento, ne antiquitate deleretur, uel in posterum abnegaretur, tanquam factum à non notario, respondet Hostien. & do. Car. quòd non sic faciliter deletur instrumentum, & potest innouari, c. cùm dilecta. j. de consi. uti. uel inuti. Ad aliud de notario dicit, quòd poterit probari eũ fuisse notarium per alia sua instrumenta & comparationem literarum, uel per matriculam, in qua inuenitur descriptus. De qua per Inn. & alios in c. j. j. de fide instru. Ex quo no. singulariter, secundum do. Abb. modum probandi & impugnandi instrumẽta antiqua: & uide Inno. in c. ueniens. j. de uerb. signif. ubi ponit, qualiter probetur, quòd scriptor instrumenti fuit notarius, uel non. ¶ No. ultimò ibi, denunciando. quòd † etiam, quando testes producuntur indirectè quadam uia extraordinaria, debent citari, quorum interest. Ad idem tex. in authen. sed & si quis. C. eo. quòd amplificat c. ij. s̃. eo. Qualis autem debeat esse ista citatio, & an sufficiat ad domũ, uide Bart. in l. iiij. §. prętor. ff. de dam. infe. & ibi Imo. & Ro. & Ioan. And. in regula, præsumitur. in solutione, de reg. iur. in vj. & Bar. & Bald. in d. authen. sed & si quis. & Inno. & alios hîc, & Imo. in c. fi. de eo, qui mit. in pos. Et communiter dicitur, quòd si est receptio testium suspensiua, ut quando receptis testibus sigillantur propter causam futuram, iuxta c. quoniam. in prin. s̃. ut lit. non contest. non requiritur tanta citatio, sed communis ad domũ. Sed si recipiuntur, ut publicentur: ut in casu isto, tunc requiritur uera contumacia præcedente citatione: de qua in c. ex tuæ. j. de cle. non resi. & in d. c. fi. ratione prejudicij, quia talis receptio fundat probatiões precisè. ¶ In gl. ij. ibi, hîc statim publicantur. Contrarium tenet Spec. in tit. de teste. §. nunc tractemus. uer. aliàs autem. scilicet quòd non publicantur, sed consignantur, seu sigillãtur, sicut in d. c. qm̃. quia si publicarẽtur, tolleretur partib. facultas producendi alios testes: & sic retorqueretur in læsionem: quod est inductum ad fauorem, contra l. quod fauore. C. de legi. & exponit istum text. ibi, publica monumenta, i. publicam scripturam manu publica factam, non autem publicatam. Sed Ioan. And. ibi, & Bart. in d. authen. sed & si quis. & do. Anto. & do Abb. & Imol. hîc tenent contrarium, per istum text. non uiolando. Nec obstat ratio Spec. quia imputet sibi pars, quæ non producit testes ultra illos, qui producuntur, siue sit ipse producens, siue aduersarius: ex quo est ei denunciandum, ut hîc per eos. ¶ In † eadem gl. ibi, sed hoc non est uerum. Et hoc cõmuniter tenent Doc. fm Imo. hîc, q̃ etiã i casu isto potest obijci in personas, cùm non reperiatur in iure oppositũ: & satis est, quòd permittatur receptio testium: ideo pœna nõ debet imponi parti, nisi à lege exprimatur. Facit glos. in c. fi. j. de iurepa. & quod not. gl. in c. ij. de dolo & contu. in vj. dicens, quòd contumax in uno articulo non censetur cõ

tumax

tumax in alio. Et dicit do. Abb. quòd est casus, quasi in terminis, in c. accedens. el j. s̃. ut lite nõ contes. & etiamsi fuisset præsens, & non oppositum, non amisit facultatem opponendi, quã sciebat sibi competere. Dicunt tamen do. Abb. & Imol. hîc, quòd opinio contraria, de qua in glos. posset procedere post publicationem, ut tunc nõ possit opponere cõtra testes, nisi in casibus, de quibus in c. præsentium. suprà, eo. ¶ In ea glos. in fi. De materia, quando & à quo peti possit receptio testiũ, de qua hîc, uide magistraliter per Bart. in authen. sed & si quis. C. eo. & ibi per Bal. in pe. col. & per Bart. in l. in lege Aquilia. §. si deletum. ff. ad l. Aquil. & do. Anto. & do. Card. & Imol. hîc. & per Imo. & Ro. in l. si finita. §. eleganter. ff. de dam. infe. per do. Ant. in c. causam. el ij. in fi. col. j. qui filij sint legi. & latissimè per Bald. in peculio Innocentij, in uer. silentium. & per Bart. in l. si societatem. §. arbitrorum. in v. col. ff. pro socio. Et substantialiter pone duas
5 conclusiones. ¶ Prima conclusio. Reus † potest hoc remedio uti, ut testes examinẽtur ad æternam rei memoriam, l. pupillus. C. de usuris pupillar. quia non potest ipse cogere actorẽ, ut agat, l. j. C. ut nemo inuitus. Ideo præparat sibi exceptionem, secundum omnes in locis prædictis. Et si diceretur, imò potest alio remedio uti, uidelicet petendo officium iudicis, ut imponatur silentium actori, ut eleganter per gl. Bar. Ang. Pau. de Cas. in l. si contendat. ff. de fideiuss. & Bar. & Sal. in l. si pater. C. qui bonis ce. poss. Bald. in l. ij. C. ne filius pro patre. & Ang. in l. si cut. in iij. col. C. de præscrip. xxx. an. & Bar. in l. Aurelius. §. centum. ff. de lib. leg. & Bar. in l. j. ff. de condictione ex lege. & Bal. in rub. C. eo. respondet do. Ant. & Imol. & do. Abb. hîc, & Imol. in l. ij. in princ. ff. sol. mat. quòd dictum remedium datur ex quadã æquitate potiùs, quàm ex rigore: & ideo non excluditur istud remedium, quod similiter datur ex æquitate. Et ista est una limitatio ad l. in causæ. ff. de min. quia ubi concurrit extraordinarium remedium cum alio extraordinario, unum non cedit alteri, secundum ipsos allegantes glo. in d. l. prætoribus. C. ad l. Aquiliam. & Dy. & Bar. in l. in prouinciali. ff. de oper. noui nun. & Inno. in c. intermissa. j. de præscript. Alias limitationes ad regulam d. l. in causæ. uide per do. Abb. in c. ex parte. in ult. col. s̃. de rescript. & Ro. in d. l. in prouinciali. & unam dixi suprà in quarto notabili, per quam apparet: quia non præualet remediũ faciendi fieri in sententia, iuxta ea, quæ dicentur in glos. sequenti. Et habet locum ista conclusio, etiamsi reus posset esse actor, si uellet, secundum Bart. in locis præalleg. & Hostien. & do. Anto. & alios hîc, & Bald. & Ang. in d. authen. sed & si quis. & Anto. in c. Albericus. j. eo. per istum text. quem dicit Imo. hîc, non reperiri alibi: & esse meliorem de corpore iuris. Poterit enim hîc uterq̃ agere, & uterq̃ conueniri: nam patroni poterant agere confessoria, & petere pronunciari sibi competere ius patronatus, & presbyter poterat agere negatoria, negando ecclesiam seruitutem aliquam habere: & petendo sic pronũciari, secundum no. in c. examinata. s̃. de iudic. & in c. abbate. j. de uerbo. signi. & sic
6 utriq̃ competebat actio. ¶ Secunda conclusio. Actor † regulariter hoc remedio uti non potest: nam propter regulam, quæ habet, quòd lite non contes. testes nõ recipiantur: suprà, ut lite non contes. per totum: tũ, quia ipse potest mouere actionem super eo, quod sibi debitum putat: & nõ solùm, si competit sibi actio, sed etiã si competere potest in tempus futurum eueniente conditiõe, iuxta d. l. in l. Aquilia. Ita pro regula traditur in locis prædictis. ¶ Fallit in casu c. quoniã. in princ. suprà, ut lite non contest. uidelicet quãdo actor timet de morte, uel absentia testium, ut in casibus, de quibus in l. ij. cum seq. ff. de dona. causa mor. Et isto casu nõ seruatur forma, de qua hîc: sed illa, de qua in d. c. quoniam. Qui tex. habet etiam locum, quando in tempus potest actori superuenire facultas agendi: quia si testibus est cariturus, potest actor petere eos recipi, d. l. ij. Aquilia. ubi casus sing. de quo facit festũ Bart. ibi, & Bald. in c. si qui
7 testium. s̃. eo. ¶ Item † fallit hæc conclusio, si haberet potestatem negandi de iure, sed non de facto: putà, si per cauillationes protraheretur libellus actoris, & litis cõtestatio impediretur: quia propter dubiũ recessus, uel mortis testium, recipientur testes lite non contest. sicut si nunquam fuisset oblatus libellus, secundum Bal. in d. authẽ. sed & si quis. Allegat. Inn. in d. c. quoniam. Idẽ, si per tyrannidem non potest lis contest. de facto, licet subsit actio, secundum Bal. ibidem. Allegat Hosti. in d. c. quoniam. Idem, si non potest superuenire facultas agẽdi, nisi examinatis & publicatis testibus: quia debẽt examinari & publicari in forma huiusmodi decre. etiã non decessuri, uel uerisimiliter periturí, secundum Bar. solenniter in locis præallegatis. Dat exemplum in hærede, qui petit testes recipi & publicari, maximè in testamento, in scriptis: quia nisi hoc habeat priùs, nõ potest agere, cùm non sit de testamento certus, nisi publicatis testibus testamenti, l. publicati. C. de testa. & in l. j. & ij. C. de secun. tab. & l. illud. ff. si pars hæred. pet. Et de hoc exemplo latiùs per Bal. in d. authen. sed & si quis.
8 ¶ In † glo. pe. in fi. No. bene gl. quæ quotidie allegatur, secũdum Imo. hîc, quòd potest reus a agere cõtra actorem, ut faciat sibi instrumentũ super iure suo: putà, super pacto de non petẽdo, uel super libertate rei quã tenet, uel super pecunia quã sibi soluit: & facit tex. in l. si quis fundum. §. fi. cũ l. seq. & quod ibi Bar. ff. locati. & tex. in l. à colono. ff. de usufru. lega. De quo etiam uide Bart. in l. si finita. §. elegãter. ff. de dam. infe. ubi idem dicit esse in actore, quando de præsenti agere nõ potest ad idem, qd̃ erat principaliter in obligatione deductum. Ad quod uide tex. in l. ea parte. secundum unam lecturam, quam ibi extra gl. ponit Bart. ff. de uerb. obl. & tex. Sal. & Bald. in l. si data opera. ff. de lib. causa. Et pro hoc, quia illud, quod tibi nõ nocet, mihi autem prodest, facere debes, l. ij. in princ. ff. sol. mat. cum materia. Et si ille, qui denegat mihi facere instrumentum, dicit se nolle, quia faciliùs contra ipsum probarem ius meũ, nõ auditur, cùm dicat turpitudinẽ suam, l. tranſactione finita. C. de trãsa. & ita etiam tenet Bal. in l. instrumenta. C. de fideicom. de quo etiã per Bart. in l. si quis accepto. ff. de cõdi. cau. dat. & in l. dedi tibi pecuniam. & in fi. prin. eod. tit. & in l. q tabulas. in prin. ff. de fur. & do. Ant. in c. sin autem. circa fi. s̃. de rescript. & Bald. in l. j. ad fi. C. de pact. conuent. & in authẽ. si quas ruinas. C. de sac. san. eccl. Et ibi etiam notanter dicit, quòd si uariati sunt confines rei in emphyteusim concessæ post factã concessionem, potest concedens petere ab emphyteuta, ut eandem obligationẽ per instrumentũ renouet adaptatis confinibus, ne cõtingat de idẽtitate rei dubitari in præiudiciũ cõcedentis. Et adde Ang. in l. si pupillus. in princ. ff. de noua. ubi dicit, quòd in istis casibus non tenetur debitor facere instrumentum creditori cũ clausula guarentigię: per quam potest incipi ab executione: quia grauaretur in eo, in quo nõ esset obligatus: sed faciet instrumentum simplex. Et istam glo. allegant Bart. Imol. & Ro. in l. ij. in princ. ff. sol. mat. & est bonus

tex.

c. cùm causam.

a Reus] Adde tu, quid econtrà, an debitor, & sic reus, potest cogi instrumentum fãcere creditori, et sic actori? Vide Bar. in l. si finita. §. eleganter. ff. de dam. infe. & in l. ij. ff. sol. ma. & in l. dedi. in j. col. ff. de condi. ob causam. Bal. in l. nostram. in iiij. col. C. de testa. Et tu adde, & dic, q̃ regulariter non tenetur quis cauere, si de cautione nihil fuit actum, ut per Bar. in d. l. dedi. in j. col. in uer. dic ergo. Et etiam nõ tenetur cauere, quando ille, qui petit cautionem, habet aliud remediũ, ut ibi per Bartol. Et istæ ueniunt ad limitationem l. in omnibus. ff. de iudic. de qua limitatione uide Bar. in l. quibus diebus. in uersi. itẽ quæro. ff. de condi. et demonstra.

a Nunquam] *Adde tu, quare hoc est, quòd nõ possum compellere aliquẽ, ut faciat mihi quitationem generalẽ: Dic, quòd liberatio generalis dicitur captiosa: text. est in l. cùm Aquiliana. ff. de trãsactio. & ideo creditor non tenetur inuitus facere debitori quitationem generalem, sed solùm de datis et receptis, l. plures. C. de fi. instru.* Ita Bar. in *d. l. cùm* Aquiliana. *in uer. ex quo potes. ubi* Ange. *Fulg. &* Paul. de *Cast.* Et *pro opi.* Bart. *& aliorum adde tex. mirabilem in l. iij. §. contrarium. ff. de cõtrario iud. tut. et ibi gl. et idem tenet* Dy. Oldr. *Alber. &* Bal. *ibi, et* Bal. *in l. pactum. in xvj. q. C. de coll.* Sali. *in l. sicut. C. de lib. caus.* Ludo. Ro. *in consili. suo clv. inci. præmissum laudum.*

text. in c. longinquitate. & c. sæpe. xij. q. ij. & uide Pau. de Cas. in l. omnibus. ff. de iudi. ubi ponit, an possit cogere debitorem, ut faciat instrumẽtum de debito conditionali: & allegat gl. in l. chirographis. ff. de admini. tu. Et dicit Imo. in l. huiusmodi. §. si ita legatũ. de leg. j. quòd tenetur creditor facere instrumentum solutionis, sed nõ acceptilatiõis. Pro quo facit, quòd no. Bart. in l. cùm Aquiliana. ff. de trans.
a ubi dicit, quòd nũquam[a] possum cõpellere aliquem, ut faciat mihi quita-
9 tionem generalem. ¶ Et † adde, quòd debitor, qui satisfecit, potest agere cõtra creditorem actione pignoratitia, ut reddat hypothecam, secundũ glos. quam no. ibi Pau. de Cast. in l. si pecuniam. ff. de pig. act. facit l. dissolutæ. & ibi Bald. C. de condi. ex lege. Et adde, quòd si creditor, cui est satisfactum, non uult facere instrumentum quitationis, possum eum compellere, l. epistola. §. Lucius. ff. de pact. & expresius in l. nihil. ff. de adi. legat. ubi dicit, ꝙ quando requiritur aliquid cancellari, non est opus abrasione expressa, sed sufficit cãcellatio per signum, uel etiam ex facto. Et sic in proposito infertur, quòd sufficit cãcellatio debiti signo. Istud tamen generale dictum limita, nisi requireretur cancellatio in pœnam delicti, & in odium facti, ut omnis memoria aboleatur: q̃a oportebit cassare per abrasionem totalem, secundum Bald. in authen. cassa. C. de sacr. san. eccles. & do. Abb. in c. nouerint. j. de sen. excom. Qualiter autem fiat cancellatio signo, uide glo. j. in l. si quis libertatẽ. in prin. in uerbo, adductam. ff. de petitione hæreditatis: & in l. inductum. C. de solut.

SVMMARIVM.

1 *Pretium rei qualiter probatur.*
2 *Deceptio per dolum nullo pacto est licita.*

CAPITVLVM XLII.

Cum causam. ¶ Si materia alicuius antiqui capituli repetitur aliquo addito, quod subijcitur necessitati probandi, possunt testes etiam antiqui publicatis attestationibus produci. H. D. Et non est mirum: quia cùm hîc probato excessu pretij oporteret probare quantitatem excessus: quæ probatio non fuerat prius necessaria: determinatur nunc quantitas, in qua cessat timor subornationis. Et quamuis antiquũ capitulum repetatur, tamẽ istud nouum sustentãt illud, sicut de testibus falsis & corruptis dictum fuit, c. licet. s̃. tit. j. Et dicit hîc eleganter Bal. quòd hîc dicebatur, rem fuisse uenditam pro l. & testes dicebant, quòd res ualebat centũ & ultrà: nam ista dictio ultra, nihil operatur in teste propter suam incertitudinem, ut dixit in d. c. licet. in x. nota. Vnde nõ est saluum emptori ius supplendi pretium: quia non apparet, quantum sit excessus, nec est fundata conditio ex l. ij. C. de rescin. uen. quæ requirit excessum saltem in uno nummo, & propter illud modicum suppleri totum residuum pretij uerum & uisum. Et quia dictio Vltra, nihil signat, ideo cessat remedium d. l. nisi aliud probetur: & hoc reperitur expressum in hoc capitulo melius, quàm alibi, secundum ipsum. Et idem uoluit ipse Bal. in d. l. ij. in pe. col. & expresius Imo. in c. pen. in ult. char. j. de empt. & uen. dicens, non esse locum remedio d. l. quando non probatur excessus dimidiæ, sed solùm dicitur, Et plus. Et hoc est mirabile, si est uerum. Sed Sal. in d. l. ij. in xv. col. tenet contrarium, attento quòd sufficit unus denarius minùs dimidia, ad hoc ut sit locus remedio d. l. ut dicit Bal. hîc: & per plura probat idem Bal. in d. l. ij. Ergo de necessitate in casu prædicto probabit. Et istud multum consonat: quia uidetur, quòd dictum testis de necessitate concludat intentum actoris: quia aliàs dictio Vltra, uel Plus, non operatur in teste, quando materia non cõtentatur de minimo pluri, sed ex quo hîc sufficit unus denarius, uidetur quòd illud, Et plus, saltem hoc importet. Præterea cõsidero, quòd do. Ab. & do. Ant. hîc in positiõe casus expresè dicũt, quòd per ista uerba, Vltra dimidiam iusti pretij, prolata à testib. erat probata deceptio, nec erat necesse aliud probare, si emptores uoluissent rescindi contractũ, restituẽdo rem recuperato pretio: sed quia iuxta electionem emptoribus datam ad l. ij. dicebãt se uelle iustum pretium supplere, retenta re: ideo necessaria fuit probatio ueri pretij, de qua hîc: & istud, ut puto, facilius obtineretur, licet dictum Bald. sit satis uulgatum, cõtra quẽ uidetur casus hîc per prædicta. ¶ In gl. ij. in fi. No. opti-
1 mam † glo. de modis probandi ualorem rei: quod dicit hîc do. Car. esse difficilimum: sed uide pleniùs per glo. ord. in d. l. ij. C. de rescin. uen. & ibi per Bald. in ult. char. & in repet. d. l. in ult. chart. post Bar. & per Bart. in l. pretia. §. j. ff. ad l. Falc. & in l. fi. per illum text. C. de Magi. cõuen. per Bar. & Bal. in l. fi. ubi optimus text. C. de admi. tu. per Bar. in l. domus. ff. de leg. j. per Flo. in l. si seruum. ad l. Aquil. per gl. x. q. ij. c. hoc ius. per Ana. post gl. in c. in ciuitate. j. de usu. per Pet. de Anc. in repet. cle. j. i ij. notab. de conces. præben. per Albe. in prima parte statu. q. cxvij. per Bartol. in l. filiusfamiliâs. §. si quid alicui. de leg. j. per Sali. in l. hac edictali. §. ijs illud. C. de secũ. nup. per Bal. in l. data opera. C. qui accus. per Bar. i l. si quos. C. de rescin. uen. & in l. Casius ait. ff. de solu. per Paul. de Cast. in l. in lege Falcidia. §. corpora. ff. ad l. Fal. & in locis j. allegandis, & per do. Abb. hîc ultra alios concludentem cum Bar. in dictis locis, Iudicem ex multis coniecturis, quas ipse ponit, debere se informare, & quòd testes debent asignare causam concludentem cõmunem æstimationẽ: quæ cùm uarietur ex tempore & loco, d. l. pretia. debent se restringere ad locum & tempus uenditionis. Vnde debent dicere de re fructum faciente, quòd res sita in tali loco tanti reditus solebat uendi tali tempore cõmuniter tanto pretio: & prodest, si dicant, Et nos tãtum dedissemus, si fuissemus emptores. Et idẽ de re mobili, quòd res tali tempore & loco solebat cõmuniter uendi pro tanto, uel cõmuniter reputabatur ualere tantum, & pro tanto uẽdita fuisset, ut hîc per do. Abb. Cuius dictis adde primò, in quantũ dicit, quod testis deponens super ualore, nõ probat, nisi reddat causam dicti sui, allegando Bar. in tractatu de teste, uer. testis dicit fundum ualere. Adde Paul. de Cast. idẽ tenẽtem in d. l. pretia rerum. & Bal. in l. fi. in fi. C. de iure dominij impet. & in. d. l. ij. circa fi. in pe. char. repletiõis, & Bar. in repe. l. j. ad fi. C. de sen. quæ pro eo, qđ interest, & hoc est uerum in re, ad cuius æstimationem requiritur magna, uel diligẽs inquisitio, pùtà domus, uel fundi: secus, si modica cadẽs de facili in c. cuiuslibet grossi. Vnde si super ualore frumenti, uel uictualiũ testis dicit, quòd cõmuniter tantum ualuit, probat: quia sensu percipiebat, fm Bal. in l. solam. C. eo. ¶ Item in quantũ do. Abb. post Cal. hîc dicit, quòd si testes dicunt, quòd ipsi tantũ darent, probant ualorẽ, dum modò nõ censeantur affectione duci, uel ratione uicinitatis: uel quia fuit maiorum suorum. Et quòd in dubio, an afficiãtur, uel nõ, cessante cõiectura nõ præsumũtur affici, & prot
ba-

bat: adde, quod do. Car. hîc dicit, se indistinctè putare contrarium, siue afficiantur, siue non: quia ista ratio de necessitate non concludit: testis daret tantum, ergo tantum ualet. Debet enim probari, quantum communiter uenderetur. Et istud credò uerius, licet contrarium sentiat Bald. in d. l. ij. in repe. ¶ Item in quantum do. Abb. dicit, quòd res tantum ualet, quantum fuit uendita, uel potuit uendi, ut per iura allegata: & gloss. in d. c. in ciuitate, intellige, si uenditio fuisset facta homini scienti cõditionem rei, secundum gloss. pen. in l. mortis causa capimus. ff. de dona. causa mor. quam faciunt sing. Ang. Imol. & Roma. ibi, & Bald. in l. illud. in fin. C. de colla. & Bart. in l. j. §. si hæres. ff. ad Treb. & in d. l. pretia. & in d. l. si seruus. in princ. ff. de condi. furt. & in l. non intelligitur. §. diui fratres. ff. de iure fis. Item intellige, nisi pro illo pretio uendita fuisset ab homine debito implicito, & non bene securo, secundum Bart. in d. §. si hęres. de quo per Alber. in prima parte statu. q. cxx. incipiente, statutum est Bergomi. Item si esset res litigiosa, de qua fuit factum compromissum, secundum Bartol. in l. si quis cùm aliter. ff. de uer. obl. & in l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. & do. Anton. in c. cùm causam. j. de emp. & uend. & in c. Quintauallis. j. de iureiur. & in c. ueniens. s̃. de transact. & do. Abb. in c. ij. s̃. de alie. iud. mu. causa facta. Item intellige, si potuisset ita uendi, uel fuisset uendita sæpe, non semel tantùm, fm Bar. in d. l. si seruus. in prin. & d. l. pretia. & in l. unica, in penul. col. C. de sent. quæ pro eo, quòd interest. ¶ Item adde, ꝙ ubi concurrunt diuersæ æstimationes, eligenda est uia media, per l. ita ut omnes. ubi bonus tex. ff. mãdati. Et illũ text. no. ibi Sali. & Bal. dicẽs, eũ nõ esse alibi in l. unica, in pe. col. uer. quæro sextò. C. si seruus extero. de quo Bar. in l. diẽ ꝓferre. §. si plures. ff. de arbi. & Imol. in l. inter pares. ff. de re iud. & Sali. in d. l. ij. C. de rescin. uend. Item adde, ꝙ qñ uenit pręstãda æstimatiò partis rei à consocio, res debet æstimari, quantũ ualet tota simul, nõ quantũ ualet pars dimidia eius tantùm: quia frequẽter pretiũ dimidiæ rei erit minus, si tota res simul fuerit æstimata, q̃ si pars illa de per se æstimaret̃. Ita ꝓbat tex. in l. Męuius. §. fi. ff. fa. herc. & not. gl. Bal. & Bart. in l. j. C. cõmuni diuidundo. & Sali. in l. fi. C. de iure dotiũ. & Bal. in l. filiũ, quẽ habentẽ. xvj. col. C. fa. hercis. & facit, quod not. Bart. in l. uxorẽ. §. agri plagã. ff. de leg. iij. ¶ Vltimò adde, ꝙ si testis, qui dixit, ꝙ tantum cõmuniter daretur, interrogatus de causa, dixit, sic mihi uidetur: non probat, fm do. Car. hîc, q dicit, ꝙ in casu isto debet se referre ad aliquã causam, unde sciat, s. quomodo sibi uideat̃ sic. Non obstat lex, ordinata. ff. de liberali causa. & ibi sing. per Bar. quia, secundũ eum, loquitur super re perceptibili per sensum, in qua sufficit dicere, Sic mihi uidetur: & de hoc etiã per Bar. in l. fi. C. de prædijs, & omnib. rebus nauic. lib. xj. & pendet ab his, quæ habuimus in c. quoties. s̃. eo. de teste, qui utitur hoc uerbo, Videtur. ¶ In gl. fin. Quomodo intelligatur istud, quòd liceat contrahentibus inuicẽ se decipere: dic, ut hîc eleganter per do. Abb. Cuius dictis adde do. Ant. in c. quia pleriꝙ. in pe. col. j. de immu. eccl. & Pet. de Anc. in regula, peccatum. in v. q. ante fin. illius quæstionis, de reg. iu. in vj. & omnino Io. de Ana. in c. in ciuitate. j. de usur. & glo. ordi. in l. semper in cõuentionibus. ff. de reg. iur. & Bal. hîc, & in c. proponente. s̃. de rescript. & in c. quanto. j. de iureiuran. & in authen. ad hæc. C. de usur. & Cal. in repet. c. fi. j. de usur. & do. Abb. in d. c. in ciuitate. & Io. de Fan. in c. hoc ius. x. q.
2 ij. Et in effectu inuenies, quòd † ubi interuenit deceptio per dolum, nullo modo est licita etiam citra dimidam: secus, si est dolus re ipsa. Et ita intellige c. cùm causa. & c. cùm dilecti. de emp. & uen. Et hæc dictinctio procedit etiam inter Iuristas, ut subtiliter per Ananiam, ubi s̃. Et in quantum s̃. tenui contra Bald. hîc de teste deponente per dictionem Plus, adde, ꝙ opinionẽ Saliceti apertè firmat dominus Ant. in d. c. cùm causa. in iij. notabili.

c. Albericus.

SVMMARIVM.

1 *Partes an sint citandæ, quando fieri debet publicatio testium.*
2 *Notarius, qui fecit instrumẽtum, si ipsemet fuit rogatus ad exemplandum dictum instrumentum, non requiritur alia solennitas: quia unum uidetur esse, licet sint multa exempla.*
3 *Solennitas extrinseca an præsumatur ratione antiquitatis.*
4 *Locus aliquis si diu fuit in forma ecclesiæ, & ibi per sacerdotes publicè celebratur, præsumitur ædificatus authoritate episcopi, licet de hoc non appareat.*
5 *Longum tempus quid sit in materia huius capituli.*

CAPITVLVM XLIII.

Albericus. ¶ Recipiuntur & publicãtur testes, ubi per scripturam de sententia non apparet. H. D. ¶ Et aduerte: quia in causa matrimoniali sententia debet ferri in scriptis, sicut in alijs summarijs. Patet ex cle. dispendiosam. de iudicijs. iuncta cle. sæpe. de uerb. signifi. Nec aliter sonat iste text. ut hîc per do. Abb. quem retuli in c. quoniam contra. quasi in fin. s̃. tit. j. Sed circa istam publicationẽ attingenda sunt quædam, quæ utiliter ponunt hîc Doct. post Innocent. ad-
1 dendo: & primò, in quantum gloss. & Innocent. hîc † dicunt, in tali publicatione partem esse citãdam, per text. in c. significauit. s̃. eo. & in §. de quibus. in authen. de instru. caut. adde Specul. idem tenentem in tit. de instru. edit. §. ostenso. uersi. qualiter autem fiet. & uersi. quomodo autem fiet. & Bart. & Bal. in authen. si quis in aliquo. C. de edend. & Bald. in l. sancimus. circa princ. C. de diuersis rescript. & in rubrica, C. de fide instru. & Bart. in l. nam ita diuus. ff. de adopt. & do. Anton. & Imo. in c. fin. j. de fide instru. & Bart. in l. ij. C. de testa. & in l. chirographis. ff. de admi. tut. & in l. fin. in ult. col. ff. de tabulis exhi. & Ang. in §. & hoc insuper. in j. col. in authen. ut sponsali. largitas. & Bald. in l. j. in princip. C. de lite contest. & Rota in nouis, conclu. x. Et ratio est propter magnum præiudiciũ partis: quia hæc publicatio, secundũ Innoc. hîc, facit, quòd nõ expedit exhiberi originalia, quæ fortè poterant argui de falsitate: ideo ad euitandas fraudes requiritur citatio. Item est fortior ratio hîc, quàm in casu c. ij. s̃. eo. quia ibi posset pars non citata excipere tempore publicationis contra dicta: sed in istis, qui recipiuntur ad perpetuam rei memoriam, posset perire copia testium reprobatoriorum. Et ita teneas per has rationes, licet Guli. de Cu. tenuerit contrariũ in d. authen. si quis in aliquo. & Archi. in c. contra morem. centesima dist. Et limita communem opinionem, nisi subesset periculum in expectando aduersarium: quia tunc seruabitur c. quoniam. in prin. s̃. ut lite non contest. secundũ Inno. in c. significauit. s̃. eo. & sequitur do. Abb. hîc: pro quo uide, quæ dixi in c. ij. uer. sextò limita. s̃. eod. Si autem non apparet de aliquo aduersario, citabuntur omnes, quorum interest, per publicum interdictum, secundum Inn. hîc, argumẽto c. fi. j. de clande. despons. & c. fi. j. qui matrimoniũ accu. pos. Idem Bal. in d. l. ij. C. de test. & do. Abb. in c. abbate. j. de uerb. sig. & facit c. fi. de elect. in vj. Et per hæc reprobantur insinuationes instrumentorũ, quæ multoties fiunt parte non citata: in quo dicit do. Car. se uidisse multos errare. Et ut intelligas, ista ꝓcedunt, qñ publicantur gesta in iudicio, quæ fuerũt facta sine scriptura, sed fuerũt perdita, supersunt testes: uel qñ extra iudiciũ actus nõ sit scriptus, iuxta c. significauit. s̃. eo. uel qñ interuenit scriptura, & petitur exemplari, uel petitur ut originale authenticet̃, fm Innoc. & alios hîc.
2 ¶ Item † in quantũ dicit Innoc. in hoc
a ultimo, ꝙ si illemet[a] notarius, qui fuit rogatus de instrumẽto, uult ipsum exemplare, nõ requiritur alia solennitas: quia unũ uidetur, licet multa sint

a Si illemet] *Adde, & extende regulã istã, q. si aliquis tertius sumpsit*

pſit exemplũ ab originali, & notarius, qui fuit rogatus, ſubſcribit ſe in iſto exẽplo: tũc exemplum fuit plenam fidem, ſicut originale. De hoc habes gl. in §. in his uerò. in authe. de inſtr. cauſ. et fide. in gl. in uerbo, ſed per aliũ. et uide Ang. in l. ſi quis ex argentarijs. ff. de eden.

exempla, l. unum teſtamentum. ff. de teſtã. licet ſecus, ſi ab alio exemplentur. Adde Bal. idem tenentem poſt Bar. in d. authen. ſi quis in aliquo. & Roma. deciſ. x. & do. Ant. & Imol. in c. fin. ī. de fid. inſtru. ubi idem tenent: & ponunt ipſi quoſdam alios caſus, in quibus ſine citatione poteſt fieri dicta exemplatio: de quibus dic, ut ibi. Solennitas autem eſt talis, ſecundũ do. Card. hîc: quia poſt citationem tranſcribit per deputatũ, & iudex præcipit ſumpto ex originali dandã fidem. An autem iſtud acceptatum poſsit iterũ inſinuari, dicit do. Car. q̃ ſic: licet quotidie procuratores dicant contrarium. Et allegat Bart. in d. authen. ſi quis in aliquo. quia cùm fiat exemplatio parte citata, ſi fuit præſens, uel abſens per cõtumaciam, ualeat actus: quia pars poteſt conſentire, ut deĩ fides, etiamſi erat nullum: & idem do. Ant. in c. P. in ult. char. ī. de fi. inſtr. & allegat gl. in c. pen. ī. de confir. uti. uel inuti. Et quòd iſto caſu, quãdo primum exemplũ gl. fuit ſumptum ſolenniter, ualeat exemplum exemplĩ: eſt tex. ſing. ſecundum Bart. & Bal. in l. ſancimus. C. de diuer. reſcript. Et fortiùs dicit hîc do. Car. ꝓpter hanc rationem conſenſus partis, quòd ſi notarius accipiat de cõſenſu partium, etiam non reſeruata hac ſolennitate, datur perpetua fides inter partes. Vnde dicit ſe in pluribus contractibus feciſſe extẽdi ꝓcuratoria & delegationes de cõſenſu partium approbãtium: & ſubſcribit ſe notarius, q̃ partes rogauerũt, de hoc uolentes perpetuò fidem adhiberi: & tũc ualet ſine ſolennitate iſta: quod eſt utile, ſe-

3 cundũ ipſum. ¶ Item † in quantũ dicit hîc ſolenniter Hoſt. & ſequitur Io. An. Bald. do. Ant. & Imol. hîc, q̃ ſi dubitatur, utrùm in publicatione, de qua hîc, interuenerit

4 ſolennitas[a] debita, nõ præſumitur interueniſſe, niſi ſit lapſum longũ tempus: & tunc bene præſumitur ꝓpter difficultatem ipſam probandi: adde Flo. in l. j. ff. de fid. inſtr. ubi dicit, q̃ ſi ꝓducatur inſtrumentũ longo tempore ſumptũ ab originali: licet nõ appareat de citatione partis, præſumit partẽ fuiſſe citatã: & alleg. Ioan. An. hîc. Adde etiã Ang. in l. ſciendũ. ff. de uerb. ob. ubi dicit, q̃ licet ſolennitas extrinſeca nõ præſumat, l. quæcunq̃. §. fi. ff. de Publicia. fallit, niſi ſit factum ualde antiquũ: & dicit eſſe caſum ſing. in l. ſi filius. C. de petit. hæ. ubi dicit de decennio. ¶ Idem dicunt Bart. Ang. & Imol. & etiã Roma. in l. qui aliena. in prin. per illum text. ff. de acqui. hære. & eſt text. cum gloſſ. communiter approbata in c. peruenit. in gl. fin. ante fin. ī. de emp. & uen. & no. Innoc. in c. illud. ī. de præſumpt. dicens, ex antiquitate temporis præſumi Canonicã inſtitutionem, etiamſi non appa

4 reat. ¶ Idem † Bal. de clerico non habente titulũ, in l. ſi filius. C. de pet. hæred. & in l. ſiue poſsidetis. C. de proba. & Imol. in c. ex frequẽtibus. ī. de inſt. & Pet. de Anch. in rep. regulæ primæ, de reg. iu. in vj. & Domi. in c. ordinarij. de offi. ord. & Io. de Ana. in c. licet. Heli. ī. de ſymonia. Et hinc eſt, quòd ſi locus iam diu eſt in forma eccleſiæ, & ibi per ſacerdotes publicè celebratur, pręſumitur ædificatus authoritate epiſcopi, licet non appareat, ſecundum Arch. in c. nemo. de conſecrat. diſtinct. j. & ſequitur Roma. in l. ſciendum. de uerb. oblig. Et hinc eſt, quòd ſi filius longo tempore uixerit ſeorſum à patre habitando & negotiando per ſe, & dicat ſe fuiſſe emancipatum, præſumitur, licet non appareat, ſecundũ Bal. in l. poſt mortem. ff. de adopt. & in l. j. C. de pat. poteſt. Et hinc eſt, quòd ſi apparet ſententia iam diu lata, & acta ſint deperdita, pręſumuntur omnia ſolenniter facta, ſecundum Bal. in l. emãcipatione. ff. de fi. inſtr. & do. Ant. in c. in præſentia. §. de renun. & alleg. Innoc. hîc. Et hinc eſt, q̃ ſi reperitur inſtrumentũ continens alienationem rei eccleſię, in qua requirebatur decretũ ſuperioris, & laꝑſum ſit longum tempus, præſumitur illud decretũ interueniſſe, ſecundum Pet. de Anch. conſ. cxxx. incipi. Ex conſilijs excellentium uirorum. Hinc eſt etiam, quòd ſi emptor rei eccleſiæ poſſedit diu rem alienatam, licet in inſtrumento ſuo non dicatur de ſolennitate adhibita, tamẽ præſumitur, ſecundum do. Ant. & Imol. in c. ea no ſcitur. de his, quæ fiunt à præla. Et idem in ſimili no. do. Ant. in c. cura. ī. de iurepa. Et iſta diligenter no. ¶ Sed contra Hoſtien. & ſequaces in hoc dubio tenet expreſsè do. Car. hîc, dicens: ſe tenere indiſtinctè, quòd dicta ſolennitas non præſumit, quia eſt intrinſeca, l. quæcunq̃. §. fi. ff. de Publicia. & maximè: quia non poteſt interuenire in publicatione, cùm debeat præcedere: & allegat gl. de qua facit feſtum in l. j. C. de fi. inſtr. & iure haſtæ fiſca. lib. x. Et ideo dicit, q̃ aut in inſtrumento ſuper hanc publicationem confecto non fit mentio de citatione, & non præſumitur: aut fit mentio, q̃ interuenit, & adhuc nõ ſtabitur, per d. gl. cùm non poſsit ſimul interuenire, & inſtrumentum facit fidem ſolùm de actis geſtis tempore inſtrumenti confecti, ut per Innoc. in c. quoniam contra. §. tit. j. Et ſubdit do. Car. quòd quando ſolennitas eſt intrinſeca, bene præſumitur, d. l. ſciendum. Et appellat intrinſecam illam, quæ ſurgit ex ſignificatu uocabuli, ut ſi notarius dicit, publicam, uel authẽticam. Vel ſi dicit, ſe rogatum, præſumitur: quia hæc non fiunt per non rogatum. Secus, ſi dicit, ſcripſi: & non addit, Rogatus: uel ſi dicit, ſcripturam hanc, & nõ addit, Publicam: & hoc dicit ſe adduxiſſe in arduiſsima lite cuiuſdam capti Florentiæ pro aſſaſsinamẽto, qui defendebat ſe pro clerico, & producebat inſtrumentum ordinum ſibi collatorum Bononiæ non per epiſcopum Bononienſem, ſed per alium: & dicebatur in inſtrumento, quòd contulerat de mandato epiſcopi Bononiẽſis: & dicit ſe defendiſſe, quòd per iſtud eſſet probata illa licentia ordinandi, cùm potuerit interuenire in actu ordinum: ſecus, ſi non potuiſſet interuenire, ut quia fuiſſet in alia ciuitate. Et hanc partem contra Hoſtien. & alios hîc, tenet hîc do. Abb. dicens, q̃ non bene dicunt: & mouentur rationibus adductis per do. Car. licet de ipſo mentionẽ non faciãt. Idem tenet do. Abb. hîc in lectura antiqua: & ibi refert do. Car. & in illo facto Florentiæ addit, q̃ etiamſi illa licentia non potuiſſet interuenire, tamen illo caſu præſumi debuiſſet: quia agebatur de re modici præiudicij, maximè ſi ordinans erat bonæ famæ, ut ſingulariter not. Inno. in c. j. in gl. pe. §. de clericis peregri. quem etiam ipſe allegat in c. niſi eſſent. ī. de præb. & in c. fraternitatis. ī. de cle. non reſi. & in c. j. §. de iud. & in c. fraternitatis. in fi. §. eod. Et per illud dictum probatur, ſecundũ eum hîc, quòd ſolennitas extrinſeca præſumitur, ubi agitur de actu modici præiudicij facto à uiro prouido. Et quòd tale præiudicium ſit modicum, probatur per Bald. in c. licet. §. eod. dum dicit quòd clericatus probatur per unum teſtem. Item pro opinione do. Car. in hac quæſtione facit, quod no. Bald. in l. ij. C. de leg. hære. ubi dicitur, quòd ſolennitas intrinſeca nõ præſumitur propter longum tempus. Et ſequitur Roma. in d. l. ſciendũ. Et reſpondetur ad d. l. ſi filius. quòd illud eſt ibi propter permiſcuam poſſeſsionem patris & filij, qui cenſentur eſſe unum corpus, l. fi. cum ſimilib. C. de impub. & alijs ſubſtit. Sed quantum ad propoſitum in hac difficili quæſtione, conſiderandum puto, quòd ſi in inſtrumento publicationis non exprimitur ſolennitas, & factum ſit recens, illa non præſumitur, d. l. quæcunque.

a *Solẽnitas] Adde & limita iſtam communem opin. niſi ſit in caſu, in quo cadit poſſeſſio, uel quaſi: qa non præſumitur ſolennitas extrinſeca etiam curſu longiſsimi temporis, c. ea noſcitur. de his, quæ fiu. à prælatis ſine cõſ. cap. Ioan. An. in iſto text. Et hoc modo intelligas Bart. & Ang. in l. qui aliena. §. j. ff. de acqui. hær. & in l. filius. C. de pe. hær.*

Iſtud

Iſtud eſt clarum, niſi fieret de cõſenſu partium: quia ualet ſaltem tanquam confeſsio, ut eſt dictum §. poſt do. Card. & notat do. Abb. hîc. Si uerò exprimitur ſolennitas, dico, quòd præſumitur interueniſſe etiam in facto recenti, per ea, quæ not. Bald. ſolenniter in l. ex his. C. de teſta. milit. & Ioan. Fab. Inſtit. de inuti. ſtip. §. fin. cum concor. in c. quoniam contra. in ulti. concluſ. uerſic. limita, ſeu declara. §. tit. j. In quibus locis dicitur, quòd præſumitur pro decreto iud. quandò in eo ſunt enunciatæ ſolennitates. Et allegat gloſſ. in d. l. j. C. de iure haſtæ fiſcalis. Et ſi diceretur, potuit non interueniſſe eo tempore: reſpondeo, ſecundum Ang. in l. imperatores. ff. de priuil. cre. quòd doctrina Innoc. in d. c. quoniã. de qua ibi dixi in v. concluſ. non habet locum in enunciatis in inſtrumento decreti, quæ tempore cõfectionis inſtrumenti potuerunt non interuenire. Et idem dicit Bald. in d. l. ex his. & in c. j. §. ſi inſtrumẽtum. de notis feud. Si autem in inſtrumento non ſunt enunciatæ ſolennitates, & factum ſit antiquum, credo contra do. Car. & do. Abb. cõmunem opi. eſſe ueram, q̃ præſumeretur ſolennitas interueniſſe per iura & authoritates: de quibus §. Nec eis obſt. d. l. quæcunq̃. quia fallit ob longitudinem temporis, ut in dictis locis & eſt uera opi. per d. c. peruenit. cum gloſſ. Vnde dicit Bald. in d. l. qui aliena. quòd ex diutunitate temporis præſumitur conſenſum cõſanguineorum neceſſarium in contractu mulieres interueniſſe. Et

¶ dicit Bald. idem in decreto iudicis. ¶ Eſt † autem longum tempus hoc caſu decennium, ſecundũ prædictos, per d. l. ſi filij. Quod limita accuratè, niſi ex iſta præſumptione ageret de graui præiudicio alterius tertij: quia oporteret decurſos eſſe xxx. annos, ut elegãter per Imo. in d. c. peruenit. per illum text. cum gloſſ. Ad quod uide omnino Sali. in d. l. ſi filius. & Imol. in d. l. qui in aliena. Et iſta nõ tradas obliuioni. Reliqua dic, ut hîc per Scribentes, qui etiam tangunt, quando exemplatum probet, & quando non: de quo pertinentiùs dicet poſt omnes alios in c. fin. ī. de fid. inſtru. & omnes ponunt in authe. ſi quis in aliquo. C. de eden. Quomodo autem debeant deponere teſtes de ſententiæ probatione, uide Bald. in l. fin. C. de re iudi. & Innoc. & alios in c. ſicut. ubi optimus text. ī. de re iudi. & Rotam deciſione cccxcij. in nouiſsimis.

SVMMARIVM.

1 ¶ *Teſtis poteſt ſuper eodem articulo ad alium effectum produci.*
2 *Notarius cauſæ ſi dicat, talis teſtis deponit, prout primus depoſuit, an ea ſcriptura fidem faciat?*
3 *Teſtis qui in eadem depoſitione contraria deponit, non probat.*
4 *Teſtis ſi in uno iudicio dicit unum, & aliud in alio iudicio, ualet primum dictum, & non ſecundum.*
5 *Teſtis qui dicit unum in iudicio, aliud extra iudicium, an & qualiter puniatur.*
6 *Teſtis ſi primò dixit unum extra iudicium, poſtea dixit contrarium in iudicio, an probet: & an puniatur de falſo. Adde num. 7. & 8.*

CAPITVLVM XLIIIJ.

Vm in tua. ¶ Publicatis atteſtationibus poſſunt ſuper eodem articulo, uel directè contrario produci teſtes, qui priùs fuerunt producti *in iudicio ſummario, ſeu extra iudicium. H. D. Vel ponat caſum ſpecialẽ in cauſa matrimoniali. Et de diuerſis intellectibus huiuſmodi c. dic, ut hîc per Scribentes.*

1 ¶ Et † per iſtum text. ibi, illa eadem. notat do. Abb. hîc, quòd teſtis inductus ſecundò ſuper eodem c. ad alium effectum, poteſt dicere, Ego dico illa eadem, quę dixi in prima depoſitione: & refert Bart. in l. eos. ff. de falſis. dicentem, quòd non reperit iſtam quæſtionem tactam, & quòd iudice acquieſcẽte ualebit tale teſtimonium: ſed iudex poteſt non admittere, & audiat teſtimoniũ, & uideat uultum teſtis, iuxta l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſtionibus. Si autem dubitat teſtis nõ recordari ita perfectè, prout fecit prima uice, dat ibi Bart. cautelam, quam ſequitur hîc do. Ant. & do. Abb. quòd faciat ſibi oſtendi primam atteſtationem, etiamſi non fuiſſet publicata: quia omnino eſt ſibi nota: & ſi ipſam nõ poteſt habere, proteſtetur, quòd in quantum ſecũdò dicta diſcordarent à primis, intendit diximſſe, ut primò, ut hîc latè per eos: quib. adde Bal. in l. geſta. C. de re iud. & Ang. poſt Bar. in l. legata inutiliter. ff. de leg. j. & Pet. de Anch. in cle. ij. de teſtã. & do. Flor. in l. j. ff. de teſtã. & Salic. in l. iuriſiurandi. C. de teſtã. ubi firmant iſtud, quòd ualeat dictum teſtis dicentis, dico prout aliàs dixi. Et dicit ipſe Sali. quòd non dicitur ſermo incertus, ex quo habet relationem certam, l. ait prætor. in princ. & in d. l. in ſumma. cum ſimili. ff. de re iud. & hoc eſtam ſequitur Pet. de Anch. in cle. ij. in fin. de teſtã. & Ioan. de Fant. & Domi. in c. teſtes. iij. q. ix. & Bald. in c. literis. ī. de præſumpt. Et pro cautela, quòd teſtis referat ſe ad primum dictum, ſi dubitat uariare, uide do. Card. in c. ueniens. el ij. in pe. col. §. eod. & quod not. Bart. in l. iubemus. §. ſed ne aliqua. per illum text. C. de teſta. ¶ Hoc autem limitatur duobus modis. Primo, niſi teſtis fuiſſet receptus coram arbitro: quia ſi repetitur coram ordinario, nõ poterit ſeipſum referre ad priora dicta, ſecundum Sal. in l. fin. per illum tex. C. de teſtã. tum, ne fruſtratoria ſit illa lex: tum, quia coram arbitro faciliùs teſtes mentiuntur: quia nõ poteſt eos punire, nec torquere: ſecus in iudice, l. nullũ. C. de teſtã. not. Innoc. in c. dilectus. ī. de pœnis. cum ſimilib. Et ſic refert ſe ad imperfecta. ¶ Secundò limita, niſi primum dictum eſſet nullum ratione falſitatis: quia dicendo, dico prout aliàs dixi, non probat uitio patefacto, ſecundum Sal. in d. l. iuriſiurandi. Secus, ſi non ualuit primum dictũ ex defectu ſolennitatis: quia ex quo in hac depoſitione concurrit ſolennitas requiſita, conualidatur, ut exnunc, ſecundum ipſum eleganter arg. l. j. §. fi. ff. de leg. iij. & l. quærebatur. ff. de teſta. milit. & l. cum ex liberis. §. teſtibus. ff. de ſecun. tab. Sed aduerte bene: quia quantumcunq̃ nullo caſu talis teſtis probet, firmat latè Bald. in l. fin. in fin. C. de teſtã. & in l. iureiur. in princ. C. eod. quia fruſtra repeterentur teſtes, ſi poſſent ſe referre ad primas atteſtationes. Imò debent iteratò clarè deponere. Fatetur tamen, quòd ſi teſtis dubitatur uariare, ſeruabitur modus, de quo ſuprà, niſi eſſet teſtis ſuſpectus: quia tunc iudex debet conari ipſum capere in uerbis: non autem dare dilationem & directionem ad ſuam malitiam inſtruendam, ſecundum ipſum. Et pro iſta opinione ultra omnes facit ratio multùm me inclinans: quia uidemus, quòd nõ ualet teſtimonium teſtis deponentis per ſcripturam dicentis: Dico, prout in hac ſcriptura continetur: ut per do. Abb. & Imo. in d. c. teſtibus. §. eod. cum concor. quas ibi dedi. & tamen talis relatio eſt multò recentior & propinquior, quàm ſi diceret, dico prout aliàs dixi. Sed quia nõ poteſt diſcerni uultus teſtis, iuxta d. §. tormenta. ideo non probat. Propter quæ uidetur idem utroq̃ caſu, niſi fortè dicas, quòd conſiderato, quòd examinans debet ſcribere uacillationem & uultum, ut dixi in c. quoniam cõtra. poſt Innoc. & in prima depoſitione non apparet eum uacillaſſe, illa relatio eſt ꝓfectior, quàm quæ fit ad ſcripturã, quæ non affert teſtimoniũ integri iudicij, ſicut alia iudicialis examinatio. Et hoc modo ſuſtinet cõmunis opi.

2 ¶ Sed † iuxta hoc ultra alios quæritur: Quid ſi notarius examinato uno teſte & ſcripto eius dicto extenſè dicat de alijs teſtibus: talis depoſuit, prout primus, aliter nõ extendendo dictum ſuum: & de hoc uide Spec. in tit. de teſte. §. nunc tractandum. uer. tantum quoq̃ eſt. & Hoſt. Ioan. An. do. Anton. & do. Abb. in c. nihil eſt. ī. de uerb. ſig. & Bald. in extrauag. de pa. Conſtan. in uerbo, & ſunt duo nomina. in l. teſtium. in fin. princ. ff. de teſta. in apoſtillis,

c. cùm in tua.

ſtillis, & in l. fin. §. in refutatorijs. C. de appel. in l. uerbũ, uolo. in fin. C. de fideicommiſ. & do. Ant. in c. ij. ī. de re. iur. & Ang. in l. ſi quis ex argẽtarijs. §. j. ff. de eden. & Sali. in d. l. iureiur. Et in effectu uidetur eſſe communior opinio, quòd tales depoſitiones non probant: quia notarius ſic ſcribendo uidet uelle, quòd teſtes dixerint præmeditatum ſermonem, contra ea quæ dixi ſ̃. eod. ex tenore. Et quia extenſio uerborũ teſtis multùm cõfert ad iudicis informationem, etiam ſi ſubſtantia uerborum omnium teſtium redundet in idem, tamen opinio con
3 traria eſt æquior, ſm do. Abb. in d. c. nihil. ¶ In † gloſſ. fin. ibi, non ualet dictũ eius. Propter iſtam gloſſ. tractãt hîc do. Ant. Imol. & do. Abb. an & quando ualeat dictũ teſtis in eodem facto diuerſimodè deponẽtis? Et quia materia eſt quotidiana, facias clarè ex dictis ſuis & aliorũ alibi, quatuor cõcluſiones. ¶ Prima cõcluſio. Teſtis, qui in eadem depoſitione dicit cõtraria nõ probat, l. qui falſa, uel uaria. ff. de teſti. c. licet. ſ̃. ti. j. Et punitur de falſo, l. eos. ff. de falſis. ¶ Fallit, niſi dicat ſm dictũ cum tormẽtis, l. ſi poſtulauerit. §. ſed & ſi negauerit. & ibi Bar. ff. de adult. ¶ Itẽ fallit, niſi primùm dixiſſet calore iracundiæ, ſecundũ do. Abb. hîc per l. quicquid calore. ff. de reg. iur. & glo. in uerbo, admonita. in c. ex literis. ī. de diuor. ¶ Item fallit, niſi ſecundũ dictum dixerit animo corrigẽdi primũ, c. præterea. ī. tit. prox. poſt Bar. & Imol. in l. q bona. §. ſi quis ſtipulatus. ff. de dam. infect. Quod limita, ut dicetur in illo c. præterea. ¶ Secunda conclu-
4 ſio. Si † teſtis in uno iudicio dixit unum, in alio iudicio dixit contrarium, ſecundum dictum non ualet, ſed primum ſic. Ita not. hîc do. Abb. & do. Card. in c. ueniens. el ij. in pen. col. ſ̃. eo. allegantes Innoc. in c. præterea. ī. tit. j. Idem do. meus latè in c. ſicut nobis. ſ̃. eo. per illum text. ibi, non enim. ubi patet, quòd teſtis, qui uult contradicere primo dicto in aliquo, non eſt admittendus ut faciat retractari ſententiã latã: quia dicendo ſecundò contrariũ eius, quod primò dixerat, uel q̃ tempore ſecũdi teſtificatus erat periurus, ſi in primo dicto falſum dixerat, uel q̃ fuerat corruptus. Et ſi diceret, ſi non ſtatur ſecundo dicto ſuo, declarat, q̃ in primo falſum dixerat: reſpondetur, q̃ cõuincitur quis de falſo, quo ad ſe, per d. l. eos. in iij. reſponſo, ff. de falſ. ſed non, quo ad præiudicium partis. Et hoc per d. c. ſicut. ubi corruptio poteſt probari per alios teſtes, ſed non per eoſdem. Et iſtud, q̃ primum dictum ualet, eſt bene notandum: quia Bar. in d. l. eos. & do. Ant. hîc, & Pet. de An. in cle. ij. & Bart. in l. ſi. C. de re iud. tenent contrarium, ſed non bene, per prædicta. Fatetur tamen do. Abb. hîc, quòd primum dictum debilitatur: quia ita tenet Innoc. in c. præterea. ī. tit. j. Et hoc eſt uerum in tantum, quòd non poſſet eius uigore deferri iuramentum, ſecundum do. Car. in d. c. ueniens. Quòd autem ſecundum dictum non ualeat, eſt gl. hîc, & gl. pen. in fi. d. c. ueniens. quæ hoc probat, etiamſi primum iudicium fuit ſummariũ: & aſsignat ratione do. Ant. & Imol. hîc: quia quo ad teſtem, talis confeſsio attenditur, ſicut confeſsio in ſummario facit fidem in plenario, ſecundum Imol. in c. cùm dilectus. ſ̃. de ord. cog. & dixi in c. cauſam. ſ̃. eod. el j. Et hac ratione habes, q̃ etiam: ſi primum dictum fuit inter alias perſonas. Et hoc tenet expreſſè Bart. in d. l. eos. & do. Ant. quod eſt notandum, ſecundum Imol. hîc. Et quòd dictum teſtis habeatur pro confeſsione, quatenus ponit contra ſe, uide Domin. in c. accuſatus. §. licet per illum tex. de hæret. in vj.
5 ¶ Fallit † iſta concluſio, niſi primum dictum fuiſſet in iudicio nullo: quia non uidetur nocere in ſecundo iudicio ualido, ſecundum gloſſ. fin. c. cùm cauſam. ſ̃. eod. quam ſequuntur ibi omnes: & Specul. in tit. de teſte. §. j. uer. ſed ſi idem teſtis. quia depoſitio in iudicio nullo habetur pro non facta: ut in regula, non præſtat. de reg. iur. in vj. Et idem dicas, ſi in alio iudicio depoſuit non iuratus, ſecundum Bald. in d. l. fin. de re iud. Aduerte tamen: quia, ſecundum do. Abb. hîc, in caſu iſto dicendũ eſt per omnia, ac ſi primum dictum ſit factum extra iudicium, & ſecundum in iudicio: quia non minus debet operari aſſertio facta in iudicio nullo, q̃ facta extra iudicium, ut not. in c. at ſi clerici. in princ. ſ̃. de iudi. Quid aũt tenendum de facta extra iudicium, dicetur in quarta concluſione. ¶ Item fallit iſta concluſio in cauſa hæ-
6 reſis, d. c. accuſatus. §. licet. ¶ Tertia concluſio. Si † teſtis dixit unum in iudicio, & aliud poſtea dicat extra iudicium, ſecundum dictum non eneruat effectum primi. Text. eſt in c. ſicut nobis. ſ̃. eod. per quem ita tenet Bart. in d. l. eos. & do. Ant. & alij hîc. Et facit c. per tuas. ſ̃. tit. j. Et hoc habet locum, etiamſi teſtis hoc dicat in articulo mortis, ſecundum Bart. in authen. ſi dicatur. C. de teſti. & in l. generaliter. in ult. notab. poſt Bart. C. de non nu. pec. Et procedit concluſio, quando ſententia eſt lata. Si autem eſt ferenda, tunc in tantum detraheretur dicto ſuo, quòd non eſſet ferenda, ſecundum do. Ant. hîc. Allegat Innocent. in d. c. præterea. Et ſatis poſſet tunc teſtis ſubijci torturæ, ſecundum do. Abb. hîc, per notata in l. capite quinto. ff. de adult. Et quia iſtud non noceat parti, etiam quo ad ſententiam ferendam, tenet hîc Imol. ſub dubio fortè: quia ex quo primum dictum eſt iuratum, & coram iudice, præſumẽdum eſt pro illo: & quòd tunc magis dixerit ueritatem, tum propter reuerẽtiam ſacramenti, tum propter iudicis authoritatem: & quia etiam tunc liberiùs loquitur: & quia pars non eſt præſens, quia etiam extra iudicium quandoq̃ teſtis aliter dicit uolens applaudere parti, ut dicit gloſſ. j. c. præſentium. ſ̃. eod. Caueat tamen teſtis à talibus, ſecundum i-
7 pſum, & bene. ¶ Quarta concluſio. Si † teſtis dixit primò unum extra iudicium, poſtea dicit cõtrarium in iudicio, non probat, & punitur de falſo. Ita dixit Bart. in l. eos. ad fin. ff. de falſis dicens, ſe dare cautelam ex hoc, ut qui dubitet de ſtabilitate teſtis, faciat interrogari priùs extra iudicium, quid ſentiat: & de dicto ſuo eſſe rogatos teſtes: quia ſi in iudicio dixerit contrarium, nõ probabit, & punitur de falſo. Et hoc dictum ſequitur do. Ant. hîc, & Pet. de An. in cle. ij. in fin. de teſti. & do. Abb. in c. inquiſitioni. §. iij. ī. de accuſ. & do. Car. in c. per tuas. in prin. ſ̃. ti. j. dicens ibi eſſe caſum rotundum de hoc. Et adduci poteſt, quod no. gloſ. in l. Fulcinius. §. quid ſit latitare. ff. ex quibus cauſis in poſcatur. quæ uult animũ probari ex dictis extra iudiciũ. Ad idem tex. in d. l. eos. in ſecundo reſponſo. Per quem ſe mouet Bar. ubi dicitur, eum, qui contra ſignum ſuum falſum teſtimonium tulit, pœna falſi puniri: quę uerba innuunt, quòd teſtis in ſubſcriptione unius ſcripturæ tenuit unum extra iudicium, cuius contrarium dixit in iudicio. Ad idem c. literas. ī. de præſump. ubi, quia prima aſſertio eſſet ueriſimilior ſecunda, ſtatur potiùs primæ, quàm ſecundæ etiam iuratæ. Quòd autem ibi aſſertio prima non eſſet iurata: patet, dum dicit, ſi primum dictum eſt falſum, dixit meditatum, ſi ſecundum turpiter deſeruit. Præterea adducitur ratio: quia talis conuincitur de mendacio, quod dixit extra iudicium, aut in iudicio: & ſic ratione peccati mortalis repellit, ſecun-
4 dum do. Ant. hîc. ¶ Sed [a] contrariũ, quòd imò talis teſtis nõ puniatur de falſo, ut fatetur do. Ant. hîc: ſed quòd etiam probet, uidetur tenere gloſſ. ordinaria, ſi ponderetur, in c. cùm cauſam. in gloſſ. fin. ſ̃. eo. per quam gloſſ. contra Bartol. tenet Imol. ibi, & hîc, & Bald. & do. Abb. in c. per tuas. ſ̃. tit. j. & Ang. in d. l. eos. & conſil. xxvij. & conſilio clxxxix. & in l. qui tabulas. per illum tex. ff. de fur. & Roma. in l. qui bona. §. ſi quis ſtipulatus. ff. de dam. infect. & Bald. in quodam paruo conſilio, quod incipit, In Chriſti nomine: Amen. Licet aſſeſſores poſt Bart. ſicut cæci, &c. Et idem Bald. in l. nullum. in princip. C. de teſti. & in c. j. §. ſi enim. dicens

a Sed] Adde, quòd contra Bar. tenuit gloſſ. in l. iij. §. Sabino. ff. de teſti. Ang. in l. eos. ff. de fal. Ioan. An. in regula, nõ eſt. de reg. iur. in vj. Flo. in l. qui falſa. ff. de teſti.

dicens ibi eſſe caſum contra Bar. quid ſit inueſtitura. & in c. j. §. non debet. de notis feud. & in c. j. §. cùm autem. in fin. de contro. inueſti. & Ioan. de Ana. in d. §. tertiæ. Et
8 pro † hac parte inter alia adducitur fortiter text. in d. §. ſed & ſi negauerit. ubi ſecundum dictum etiam in iudicio præualet primo, ſi in ſecundo præuenit tortura. Et ita hîc tantum operabitur iuramentum, quantum tortura. Item, quia ſicut aſſertio extraiudicialis non præiudicat primo dicto iudiciali, ſi ſequatur, ut in præcedenti concluſione: ita ſi præcedit, cùm non ſit diuerſa ratio. Item, quia aſſertiones extraiudiciales ſæpe fiunt, ut cõplaceatur partibus, ut dictum eſt ſ̃. Et iſta pars eſt communior, & uerior: cui non obſtat d. l. eos. quia, ſecundũ Imo. in d. c. cùm cauſam. loquitur, quando teſtis deponit contra ſcripturam ſuam ſuo ſigillo ſigillatam, quæ ualebat contra eum, poteſt tunc puniri de falſo: ſecus hîc, ubi uenit contra dictum extra iudicium. Non obſt. d. c. per tuas. quia reſponde, ut ibi per do. Abb. in fin. q̃ loquitur in aſſerente de facto proprio: ſecus hîc, ubi de alieno. Et rationem differentiæ uide ibi. Non obſt. ratio mendacij inducentis mortale: quia, ut dicetur in c. teſtimonium. intelligitur de mortali graui. Et non ſemper omne mortale repellit, d. c. inquiſitioni. §. tertię. Si tamẽ primum dictum extraiudiciale eſſet iuratum, procederet opinio Bar. in d. l. eos. ut eleganter per do. Abb. in d. c. per tuas. Ex quo ſis cautus uolens participare cautelam Bar. ut coneris facere, quòd teſtis iuret ita eſſe: quia ſi in iudicio contrariũ dixerit, non nocebit tibi. ¶ Idem dicas, quòd ſi de primo dicto eſſet magna præſumptio ex pluribus cõiecturis: quia præualebit primum ſecundo, quamuis iurato, ſecundum do. Abb. in d. c. literas. in j. col. per illum tex. quem etiam in hoc facit ibi ſingularem Bald. in l. ij. C. eod. Cætera in hac materia reſeruemus ad c. præterea. ī. tit. j. ¶ Vltimò in quantum ſemper allegatur iſte tex. quòd in cauſa matrimoniali publicatio teſtium non impedit productionẽ, limita multùm ſolenniter. ut per Doct. in c. conſtitutus. el ij. ī. eod. ubi dicetur.

SVMMARIVM.

1 Delictum commiſſum à conſanguineo meo in fauorem meum, præſumitur commiſſum me conſentiente.

CAPITVLVM XLV.

Conſtitutis. ¶ Excommunicari poſſunt, qui partẽ impediunt in teſtibus producendis: & denunciandi ſunt teſtes non teneri iuramento de non dicenda ueritate: & ſi conſanguinei rei impediunt teſtes actoris, punietur reus, de cuius uoluntate hoc fieri præſumitur. Hoc dicit. Et habuimus hanc materia ſ̃. eod. intimauit. ubi etiam dixi, quando iuramentum temerarium repellit à teſtificando: de quo hîc per Doct. maximè do. Abb. ¶ In text. ibi, proteſtatus. Nota ſecundum Bald. & do. Card. hîc cautelam accuſatoris, ut proteſtetur de impedimentis probationum: & eſt utile, ut nõ uideatur in mora probandi & ad euitandam calumniam, ſi defecerit in probando. ¶ In text.
1 ibi, quia ueriſimile. Not. text. meliorem de corpore iuris, ſecundum do. Abb. & Imol. hîc, quòd † delictum commiſſum à conſanguineo meo in fauorem meum, præſumitur me conſentiente commiſſum. Et ita etiam hunc text. not. Bald. in l. j. prope fin. C. ſi quacunq̃ præditus poteſtate. & intellige, ut per do. Abb. in c. cùm cauſam. in ulti. char. ſ̃. eod. & hîc, ſcilicet in delicto ſucceſsiuo. Et in hoc multa dici poſſent, ſed plenè poſui in c. Petrus. ī. de homi. faciendo regulam, quòd delictum momentaneum propinqui, uel famuli, in dubio non præſumitur de conſenſu meo, per tex. in c. quia præſulatus. §. q. iiij. Et limita vij. modis. Et tetigi, an delictũ commiſſum à familia officialis imputetur dominor & poſui regulam, quòd ſic, per l. j. §. familię. ff. de publica. & limita uij. modis: ideo nunc contentus ſum hac breuitate.

c. licet ex quadam.

CAPITVLVM XLVI.

Conſtitutis. ¶ Qui teſtificata non didicit, nec renunciauit teſtibus producendis, etiam ſuper antiquis capitulis, teſtes etiã aliàs producere poteſt. H. D. Et præmitte in facto, quòd in cauſa appellationis producti erant iſti teſtes, ut hîc plenè per Doct. & dixi in c. cùm ueniſſet. ad fin. uer. tertia concluſio. ſ̃. eod. ¶ In gloſſ. j. ibi, ſuper iſto proceſſu. Not. ſingulariter, quòd ſi non eſt quæſtio de uinculo matrimoniali, ſed de proceſſu cauſæ matrimonialis, didiciſſe teſtificata impedit productionem aliorum teſtium. Rationem differentiæ aſsignant hîc do. Ant. do. Car. Imol. & do. Abb. quia diſputatio ſuper proceſſu non concernit factum animarum: quia poſsibile eſt iudicem rectè pronunciaſſe, ſed non rectè proceſsiſſe: & ita ceſſante fauore matrimonij ſurgit obſtaculum regulæ c. fraternitatis. ſuprà, eod. cum concor. Ex quo prædicti dicũt haberi ſingularem limitationem ad c. ſeries. & ad c. cùm in tua. ſ̃. eod. ubi procedunt, quando agitur de matrimonio: & ſic, p̃ductio teſtium fuit facta ſuper eo, quod concernit ueritatem facti: ſecus, ſi ſuper eo, quod cõcernit ſubtilitatem iuris. ¶ In gloſſ. fin. ibi, antè quàm dicerit. No. ſingulariter, ſecundum Imol. qui apertè decidit ſolam publicationem teſtium ceſſante notícia teſtificatorum: & illud pro multùm notabili approbant Doct. hîc, & in alijs locis, de quibus memini latè in d. c. fraternitatis. ante fi. uerſ. modò quæritur. poſt do. Abb. ibi, ſuprà, eod. & limita, ut ibi dixi. ¶ Et no. ex eadem gloſſ. quòd renunciatio teſtium bene excludit probationem, etiam ſi teſtificata non ſint didicita: quia habetur in concluſionis in cauſa. Et idem Spec. in tit. de teſte. §. ult. uerſ. antepe. de quo latiùs hîc per Imol.

SVMMARIVM.

1 Teſtimonij de auditu auditus admittitur, quando agitur de tempore, quod excedit memoriam hominum, ueluti centum annorũ. Teſtis an poſſit iurare per nuncium, uel procuratorem. Vide poſt num. 1. uerſic. in textu. & uerſ. adde Bart.

2 Teſtes ſingulares an & quando probent. Vide tractatum bonum, qui in longam diſputationem extenditur.

CAPITVLVM XLVII.

Licet ex quadam. ¶ Ponit requiſita, ſine quibus ad probandum cõſanguinitatem non ſufficit teſtimonium auditus de auditu. Nec aliter ſummatur. ¶ No. ibi, propter bre-
1 uem uitam hominum. quòd † ubi agitur de probãdo aliquid, quod uita hominis capere nõ poteſt, quia fortè excedit tempus centum annorum, iuxta l. fin. C. de ſac. ſan. eccleſ. admittitur teſtimonium de auditu auditus: & ita tenent hîc Ioan. An. & do. Anton. quia licet iſte text. loquatur in caſu ſuo, tamen eandem rationem retinet in alijs factis antiquis, ubi teſtes haberi non poſſunt, ſicut etiam, ubi agitur de probando memoriam non extare, l. ſi arbiter. ff. de proba. & l. ij. & ibi per Bart. ff. de aqua plu. arg. & in l. in ſumma. §. idem Labeo. & l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quot. & æſti. Nam lex non fundatur ſuper impoſsibili, l. fin. ff. quæ ſent. ſine ap. reſcin. Sed Io. And. & do. Abb. hîc diſcũt ſignãtet,

hoc eſſe uerũ, dum modò in alijs caſibus ultra teſtimonium de auditu auditus concurrat fama cum alijs adminiculis: & allegant c.præterea, §. eo. & c.cùm cauſam. §.eod.tit.j. quia, ſecundum Imol. cùm iſta probatio ſit contra regulas iuris, non debet extendi extra caſus in iure expreſſos: regula, quæ à iure. de reg.iur.in vj. & adduci poteſt gloſſ.ſing.in c.cùm à nobis.j.de præſcr. quæ uult, quòd ad probandam præſcriptionem centenariam contra eccleſiam Romanam, nõ ſufficit probatio per auditum: & probatur in c.ſi diligenti.eod.ti. ubi Papa dicit, quòd non credit centenariam preſcriptionem contra eccleſiam Roma.poſſe probari ab illo archiepiſcopo, quaſi uideatur ſentire, quòd ſit difficilis probationis. Quod non eſſet, ſi poſſet fieri per auditum: licet ad illum text. dici poſſet, quòd ponebat difficultatem, quia non credebat illud tempus eſſe elapſum. Facit etiam text. optimus in c.tua.j.de conſang. & affin. ubi tex. dicit, quòd per teſtimonium de auditu eſt minus ualidum, talis probatio non eſt relaxanda. Ad idem text. & quod ibi Bart. in l.iij. C. de iure haſtæ fiſcalis. lib. x. ubi probatur, quòd diſpoſitio l. quæ uult aliquo caſu probari aliquid per ſcripturam, non extenditur ad alium caſum, in quo poſſet eſſe alia ratio: ad quod uide etiam Bald. in l. teſtium. in ij. col. C. de teſti. Et illud credo uerum, licet do. meus aliter ſcribat in c. tum literis. in uli. char. §. eod. ¶ In tex. ibi, proprio iuramento. Per iſtum text. dicunt hîc Pet. & Abb. quos omnes ſequuntur, q̃ teſtis nõ poteſt iurare per procuratorem: quod eſt mentí tenẽdum, ſecundum Bald. hîc. Et ex hoc infert hîc do. Abb. quòd licet aliàs quis poſsit iurare per procuratorem habentem ſpeciale mandatum, quia uidetur ipſe iurare, ut not. Ioan. An. in c. fin. de iur. cal. in vj. & ibi bonus tex. & facit c. procurator. de elect. in vj. tamen fallit, ubi requiritur pro forma iuramentum proprium: non ſufficit enim iurare per procuratorem etiam habẽtem ſpeciale mandatum, per iſtum text. pro quo facit, quod not. gloſſ. in c. ut circa. de elect. in vj. ſecundum ipſum.

¶ Adde Bart. in l. qui bona. §. q̃ aliena. ff. de dam. in fect. ubi tenet, quòd teſtis non poſsit iurare per nuncium, uel procuratorem ſpecialiter conſtitutum. Allegat l. iiij. §. idem diuus. cum gloſſ. in uerbo, teſtimonijs. ff. de teſti. Idem tenet Bald. in rub. ff. de iureiur. prope princ. Facit, quod not. idem Roma. allegando iſtum text. in ſingulari viij. & con. Idem Roma. in d. §. qui aliena. ubi dicit, quòd iuramentum propter quod quis probat ſuam ignorantiam, non poteſt præſtari per procuratorem: & dicit eſſe caſum ſingularem in c. ſi uerò aliquis, in uerbo, propria manu. j. de ſent. excom. & bene facit d. c. ut circa. in uerbo, proprium iuramentum. Sed ut intelligas iſta, uide omnino Domi. in d. c. ut circa. §. pe. ubi refert longam contrarietatem inter Archidiaconum, Io. An. & Pau. ibi, in hoc, utrùm ſufficiat legi requirẽti proprium iuramentum, ſi iuratur per procuratorẽ habentem ſpeciale mandatũ: & in effectu ipſe remanet in doctrina, quæ ex eorum dictis notabiliter colligitur, uidelicet quòd aut lex requirit proprium iuramentum illius, qui facit actum: & tunc aut ipſe facit actum per aliũ: & tunc poterit per illum iurare, dum tamen habeat ſpeciale mandatum: & ideo in propoſito, cùm teſtis non poſsit teſtificari per alium, c. teſtes. iij. q. ix. dixi §. eod. de teſtibus. ſtat firma opi. do. Abb. Si autem lex requirit iuramentum alicuius in propria perſona ipſius manu: & tunc non poteſt per alium iurare aliquo caſu: quia ita exigitur ad maiorem terrorem. Et iſtam differentiam, an lex exigat iuramentum propriũ, uel à propria perſona, aut manu, ponit ibi Ioan. An. quia perſona tua & tua manus non eſt mea: ſed iuramẽtum, quòd tu præſtas ex ſpeciali mandato in animam meam, bene eſt meum: quod patet: quia ſi ſit falſum, cenſeor periurus, c. ij. & fin. de iureiur. in vj. facit c. fin. de iur. cal. eod. lib. & gloſſ. quæ incipit, quorum intereſt, in c. j. de elect. in vj. & dicit Ioan. An. in d. c. ut circa. ſe audiuiſſe ab epiſcopo Bononienſi auditore contradictoriarum ita teneri per curiam. Et iſtis adde do. Card. in cle. j. uer. xj. not. de iureiur. ubi dicit, quòd quando exigitur, iuramẽtum per manus alicuius, non ſufficit iurare per alium: & dicit eſſe gloſſ. ſing. in cle. j. in uerbo, publicè & perſonaliter. de uita & ho. cle. & adde gl. ij. in c. fin. §. de iur. cal. per quam iuncto c. j. de iudi. in vj. dicit ibi do. Abb. quòd ubi lex requirit præſentiam alicuius, non poteſt actus fieri per procuratorem: quia ille dicitur præſens, qui exhibet ſe conſpectui: & allegat gloſſ. in cle. dudum. de ſepult. Et addit, quòd ſi ſtatutum punit facientem actum perſonaliter, non includit facientem per alium. Hîc allegat gloſſ. in d. c. j. in uerbo, publicè: ſecus dicit, ſi non eſt appoſitum uerbum Perſonaliter, ut in c. ſi quis ſuadente. xvij. q. iiij. iuncto c. mulieres. j. de ſent. excom. Et ſi diceretur, quòd c. ſi quis. utitur uerbo Manus, dicit, quòd non dicit proprias: uel quòd ille caſus eſt declaratus per alia iura, d. c. mulieres. & ita etiam do. Card. in repe. c. perpendimus. in prin. j. de ſent. excom. & do. Abb. in d. c. mulieres. & Ioan. de Ana. in c. ſicut dignum. j. de homi. & adde Bart. in l. infantes. ff. de fideicomm iſſ. libert. ubi dicit, quòd ſi ſtatutum punit principalem non reſpondentem poſitionibus, non habet locum in procuratore contumace. ¶ Et iſta limita, niſi eſſet actus nõ præiudicialis: quia ubi dicitur Manibus proprijs, poteſt fieri per alium, ſecundum do. Card. in d. cle. j. de iureiur. per illum text. ubi Papa pronunciat manibus ſuis eſſe faciendum: & tamen fecit per alium, quia non fuit quid præiudiciale. Confirmantur etiam prædicta, ſecundum tex. in l. per hanc. in uerbo, manu ſua. C. de erogа. militaris annonæ. lib. xij. per quẽ dicit ibi Bar. quòd adminiſtratores reipub. deputati ad ſolutiones faciendas, non poſſunt ſoluere per ſubſtitutum, nec ſtipendiarius poteſt recipere ſolutionem per procuratorem. Similiter dixit Bald. in l. j. §. ne autem. per illum text. in uerbo. proprijs manibus. C. de cadu. tol. Et hoc dictum Bartol. ſequitur Roma. in l. j. §. ſi quis ita. ff. de uerb. obl. Pro quo uide text. & ibi Do. in c. quicunq̃. in uerbo, proprijs manibus. de hære. in vj. & gloſſ. in uerbo, proprio ſigillo. l. ſingulos. ff. de teſti. quæ dicit per illũ tex. quòd quis non poteſt ſe illo caſu ſubſcribere per alium. Vide etiam Bald. in c. j. §. iniuria. de pace iura. fir. & tex. elegantem in l. ſi duas. ante fi. ff. de excuſa. tut. ibi, ſi modò per ſe piſtrinum exerceat. Et iſtis adde Bald. in authen. habita. C. ne filius pro patre. ubi dixit, quòd ſtatutum puniens ingredientem in loco, non comprehendit mittentem nuncium: & allegat text. ſing. in l. quod ſæpe. §. ſi qs amico. ff. de contrah. emp. Facit optimè l. j. §. ait prætor. ff. de ui & ui ar. & quod no. do. Car. in c. j. in fi. de conuer. infide. per illum text. cum gloſſ. ut refert Ioan. de Ana. in c. ſi cuius. in fin. j. de ſymo. Et ſcias, quòd uerba denotantia propriam perſonam aliquando interpretantur de tertia perſona, ut ſatisfiat alijs iuribus. Ita eſt glo. in uerbo, capere. in c. cùm epiſcopus. de offi. ord. in vj. quã ponderat ibi Domi. ¶ Et ratio prædictorũ eſt: quia plerunq̃ conſideraẽ induſtria perſonæ ex talibus uerbis: ideo non poteſt tũc quis per ſubſtitutũ expedire, ut per Bar. in l. nemo eſt, q̃ neſciat. ff. de duo. re. & in l. j. ff. de uarijs & extraor. cogn. & in l. diem functo. ff. de offic. aſſeſ. & in l. j. C. de præpoſitis agen. in reb. lib. xij. & Spec. in ti. de feu. §. j. uer. xij. ad fin. & in tit. de ſalarijs. §. fin. uerſi. q̃d ſi Doct. cũ ſequent. & Bal. in l. cùm antiquitas. C. de uſufruct. & per do. Ant. Imol. & Bal. in c. fin. per illũ tex. §. de offi. dele. & per Ioan. An. & alios in c. ſi is, cui. eo. tit. in vj. cũ multis ſimilib. Et ſi diceret contra prædicta, compaternitas contrahitur per procuratorem, ſm communem opi. de qua in c. ueniens. j. de cogna. ſpi. & Fed. conſ. xv. cũ concor. & tamẽ iura, quæ requirũt actũ perſonalem, dicũt, q̃ manib. leuaẽ, c. quamuis. de cõſecra. diſt. iiij. cũ ſimilib.: reſponde ex eo, quod dixit do. Car. in d. cle. j. q̃ actus

actus non eſt præiudicialis: & quòd non eſt uerũ, quòd ſit electa induſtria perſonæ in leuando, ſed bene in eruediendo leuatum: quod ultimũ non abdicat à ſe leuans per alium. Quæ omnia bene not. ¶ In tex. ibi, tolerabiliſius, & c. No. perpetuò, quòd quoties agit de impedimẽto à canonibus indicto, iudicatur in dubio pro matrimonio: quia ferè omnes gradus ſunt introducti lege humana, & pauci lege diuina: de quibus per glo. & Doctor. in d. c. literas. in uerbo, diſpenſare. §. de reſt. ſpo. Et ex hoc infert hîc do. Ab. multùm eleganter, quòd ſi aliquo caſu allegaretur impedimentũ iuris diuini, & probationes utriuſq̃ partis eſſent æquales, ferenda eſt ſententia abſolutoria pro reo, ſiue inſtet ut ſeparet matrimonium, ſiue ut non ſeparetur: quia ceſſat fauor matrimonij, ex quo concurrit ſecum impedimentum iuris diuini: & ita ceſſat cauſa, propter quã in iſto tex. præponderat fauor matrimonij: quia ſecum concurrit ius poſitiuum debilius. Et ita limitat c. fi. j. de re. iur. quod ſubtile eſt & ualde ſingulare. ¶ Et ex eodem text. not. perpetuò ſecundum ipſum, quòd ſtatuta Papæ & concilij dicuntur ſtatuta hominũ, & non diuina, licet ſoleat dici, quòd deſcendunt à iure diuino, c. fi. xvj. q. iij. & c. quo iure. viij. diſt. facit c. nimis. j. de iureiur. Et ex hoc infert ad id, quod not. Archi. in c. utinam. lxxvj. diſt. ubi dixit, quòd licet ueniens contra ius diuinum ſemper peccet mortaliter, non tamen ſic ligatur ueniens contra iuſhu manum: nam poteſt euitare mortale, ſi habet aliquam cauſam rationalem, ut hîc per eum: & remittit ſe ad notata in c. nam concupiſcentiam. §. de conſti. tetigi in c. quoniam. in notabilibus, §. tit. j. ¶ Vltimò eſt ſciendũ, quòd † Inn. Hoſt. Io. An. & communiter omnes hîc ponunt notabilem doctrinam ad cognoſcendũ, quando teſtes ſingulares probent: & hoc propter ea, quæ tãgit hîc gl. in uerbo, ab uno. prope fi. & gloſſ. fi. hîc, ut per eos habes: ſed quia materia eſt quotidiana, ingredior ipſam breuiter reſtrictis multis per uiam ſimplicis introductionis. Et eſt regulariter notandum, quòd teſtes ſingulares non probant, ut in c. licet cauſam. §. tit. j. & c. cùm dilecti. ad fi. j. de accuſ. & c. cùm dilecti. & c. bonæ. el j. §. de elec. & l. ob carmen. in fi. ff. de teſti. cum ſi. Et rationem ponit Bal. in l. iureiur. per illum tex. C. de teſti. quia ibi non eſt numerus conteſtium. Vnde tantum probãt mille ſingulares eorum, quantum unus. Et allegat Spe. in tit. de inquiſitione. §. nunc uidendum. uer. item nota. Debent enim teſtes eſſe cõcordes in facto & in iure. Vnde ſi petox. & unus teſtis dicit, q̃ ea mihi debes ex cauſa mutui, quia mutuaui: alius dicit, quòd confeſſus fuiſti: licet iſti concordent in iure, quia dicunt obligationem eſſe, tamen diſcordant in facto, & ſunt ſingulares, ſecundum do. Ant. hîc, & Paul. de Leaza. in diſputatione incip. contra inſtrumentum debiti. in vj. col. & Spec. in tit. de teſte. §. j. uerſi. ſed pone, egi. & Imo. in cle. ſæpe. in xvij. col. de uerb. ſig. & do. Ant. in c. ſi cautio. in fi. j. de fid. inſtru. & in repe. c. fi. in pe. col. ubi multa ponit, ſuprà de conſue. & Bald. in authen. rogati. C. de teſti. Et ideo dicit Bald. in l. ſi ex cautione. ad fi. uer. duodecimò quæritur. C. de nõ nu. pe. actor accumulauit in libello confeſsionem & numerationem, & per unum teſtem probat confeſsionem, per alium numerationem, nõ probant tanquam ſingulares, per c. cùm dilectus. j. de ſuc. ab inteſt. & hęc eſt manifeſta ſingularitas: quia unus deponit de uiſu, alter de auditu: & ſic differunt in ſenſu & in ſenſato: & illud c. dilectus. latiùs ad hoc inducit Bal. in d. authen. rogati. Et adde Bal. in l. cùm antiquitas. ante fi. C. de teſta. ubi dicit, quòd ſi una pars teſtamẽti probatur per viij. teſtes, qui dicunt ſe plus neſcire, & ſimiliter alia pars probatur per alios viij. teſtes, nõ eſt probatum teſtamentum: quia illi, qui minus deponũt, neſciunt totum: quod dicit mirabiliter probari in illo tex. & eſſe cogitandum: quia aliàs teſtes coniunguntur ad aliquid probandum. Allegat gl. in c. de parentela. xxxv. q. vj. ubi approbatur opinio Io. de qua hîc in gl. fi. quam ſaluant Doct. hîc, quando teſtes deponentes de uno latere conſanguinitatis exprimũt de uiſu: & quando eſt capitulatũ in genere de conſanguinitate. Si enim eſſet capitulatum, quòd a. & b. attinent in tali gradu, oportereт quòd teſtes deponerent de utroq̃ latere, ut inferrẽt ueritatem capituli, ſecũdum do. meum & Car. hîc: propter quòd ſit expedita illa gloſſ. Et iſtis etiam adde, Domi. poſt Ioan. And. in c. j. de arbi. in vj. ubi dicit, quòd ſi uolo probare me poſſediſſe per x. annos tribus teſtib., & unus dicit de x. alter de xx. alter de xxx. non probant de x. & eſt deciſio Archi. in c. nihilo minùs. iij. q. ix. quod intelligit Domi. poſt Io. de Fan. in d. c. j. eſſe uerum, quãdo non ſpecificant tempus, ita quòd cõcludant de eodem tempore: ſecus, ſi concluderent: putà, quia primus teſtis diceret à decem annis & citrà, alius à xx. annis & citrà, & ſic alius: quia omnes iſti concordant in iſtis ultimis annis: & ſic probant de x. quia in maiori ſumma ineſt minor, ut ibi. Hoc etiam ponit Bald. ita declarando Archi. in l. j. in pe. col. C. de teſti. dicens, quòd dictum Arch. procedit ſolùm, quando teſtes ſunt ſingulares in initio poſſeſsionis: putà, ſi unus dicit, quòd incepit poſſidere, iam ſunt xx. anni: alius, iam ſunt xxx. anni: quia implicant contradictionem iuris & facti: ſecus, ſi ſimpliciter deponunt, non de initio poſſeſsionis, ſed unus dicit, uidi poſsidere xxx. annis, alius uiginti, alius decẽ: quia in minori tempore ſunt conteſtes. Et iſtud pendet ab alio dubio, utrùm regula, quę habet, quòd in maiori ſumma ineſt minor, l. j. §. ſi ſtipulanti. ff. de uerb. obli. l. cùm quartam. ff. de leg. j. d. c. de arbit. in vj. habeat locum in teſtibus, ut ſi peto x. ex mutuo, & per unum teſtem probo de x. per alium de v. an dicatur probaſſe de v. & dicitur, quòd non: quia diuerſitas ſummarũ inducit præſumptionem diuerſitatis actus, l. j. ff. de proba. l. cùm centũ. ſm intellectũ Bar. ff. de adi. leg. & ita tenet Archi. in d. c. nihilominus. & Pau. de Leaza. in d. diſputatione, & Arch. in d. c. j. & ibi Domi. & Imo. & Ro. in d. §. ſi ſtipulanti. & Bal. & Ang. in l. ex facto. §. item quero. ff. de uulg. & pup. & Imo. in l. inter pares. ff. de reg. iur. Quod intellige, niſi conſtaret, quòd teſtes deponerent de eadem numeratione: quia probarent de minori ſumma. Nã ſi duo ſunt inſtrumenta eodẽ tempore cõfecta, & in uno continetur ſumma maior, q̃ in alio, dicunt ambo cõcordare in minori ſumma: ut eſt text in l. Sempronius Proculo. ff. de leg. ij. & declarat Bar. in l. imperator. in pe. col. ff. de ſtatu ho. Et facit, qd̃ dictũ eſt de probãda poſſeſsione certi tẽporis: qa ſi unus teſtis diceret de poſſeſſione v. annorũ incœptorũ certo tẽpore, & alius de poſſeſsiõe x. annorũ incœptorũ eodẽ tempore, eſſet probata poſſeſsio v. annorũ, ut p Doc. in locis prædictis. Et ex iſtis dicit Cal. in l. ij. circa fi. C. quib. res iudicata nõ nocet, quòd ſi unus teſtis dicit factũ de die, alius dicit factũ inter diẽ & noctẽ, nõ probãt: qa ſunt ſingulares. Et unũ fortiùs dicit do. Anto. in c. nihil eſt. j. de uer. ſig. q̃ qũ teſtes habẽt probare de uerbis teſtatoris, ſi unus teſtis dicit teſtatorẽ dixiſſe, Semproniũ hæredem facio: alius dicit, q̃ teſtator dixit, Sẽpronius hæres eſto: nõ ꝓbant: qa licet ſint cõcordes in ſubitantia, tñ ſunt diſcordes in forma deponẽdi. Et ita dicit ſe uidiſſe in facto: propter qd̃ apparet, q̃ licet per illum tex. ſaluet uariatio teſtiũ, uel inſtrumentorũ in uerbis, quãdo apparet de ſubſtãtia, tamen fallit, niſi recitentur formalia uerba ab alio formata. Et hoc ſequitur do. Ab. ibi: & idem tenet do. Ant. in c. cùm eccleſia Sutrina. in xx. col. §. de cauſa poſ. & ꝓpri. Ad quæ adduco elegans dictũ Bal. in c. bonę. el j. §. de ele. ubi dicit, q̃ ſi teſtis deponit de xxiiij. quatrinis, aliùs de ij. ſolidis, nõ dicunt ſingulares, niſi fuiſſent interrogati de uerbis formalibus cõtractus, de quo agitur: qa tunc nõ probãt. Et iſta ultima perpetuò not. ¶ Et adde prędictis Ang. conſi. cclix. ubi dicit, q̃ teſtis dicit ſingularis, etiã quãdo allegat, uel cõducit teſtẽ, cuius dictum repellitur.

c. licet ex quadam.

repellitur. Et ista regula habet locum, adeò quòd testes singulares non coniungũtur, ut probent, ut habuimus in c. cùm causam. s. tit. j. ¶ Modò aduerte, quòd ista limitantur primò ex ijs, quæ scribit Bal. in rub. de cõtro. inuest. post prin. ubi dicit, quòd si testes non sunt adeò singulares, quòd nõ discordent in unum rei finem, sed ueniunt in eundem finem per diuersa media, seu per diuersas coniecturas sibi inuicem patrocinantes: putà, unus testificatur de ueritate, alter de confessione actus: tunc quia unum adminiculatur alteri, tunc bene defertur iuramentum in supplemẽtum probationis. Alleg. c. cùm dilectus. j. de succes. ab intestato. Est enim duplex singularitas: quædam obstatiua, & ista infringit testimoniũ: quædam adminiculatiua, ut unus testis deponit de ueritate, & duo de fama, & hæc coadiuuat testimonium. Et hæc etiam eleganter deducit Bal. in c. licet causam. s. tit. j. dicens, quòd singularitas quandoq; est cum contrarietate, ut quia unus testis dicit contra multos: quandoque actuum diuersitate, ut quia unus dicit de uno contractu, alius de alio: quandoque est singularitas, & tamen dictum unius coadiuuat dictum alterius, sicut si unus testis probet confessionem, & alter ueram numerationem, sicut etiam scriptura priuata confessionis, & adminiculum unius testis ueram numerationem probantis: & in hoc tertio casu unus testis non facit uacillare fidem alterius, imò adminiculatur: quia utrunq; potest esse uerum, & uerissimum: sed ubi propter singularitatem testium uacillat depositio, ibi singularitas omnino uitiat. Et ad hoc etiam uide Bal. in c. j. §. si instrumentum. in fi. de notis feud. ubi dicit, quòd unus testis suffragatur alteri, & alter alteri super probanda qualitate adminiculatiua. Alleg. no. in c. quærẽdum. ij. quæst. vij. ¶ Secundò limita prædicta, ut non habeant locum in testibus productis ad probandum aliquid, quod habet continuationem & temporis perseuerationem & actuum diuersitatem, seu multiplicationem, siue sit totum unum, siue habeat actus & partes distantes & separatas: quia singularitas testium nõ nocet. Vnde si respectu eiusdem finis testes concordent, licet tempore & in actibus discordẽt, sufficit: quia uarietas temporis & actuum nõ diuersificant id, de quo substantialiter & probabiliter quæritur. Istam doctrinam ponit Inno. hîc, dicens, quòd in probanda iurisdictione, uel seruitute, si unus testis dicat de uno actu, & alius de alio, probant. Et hoc expressiùs firmat Bald. hîc dicens, quòd licet in probandis specificis actibus iurisdictionis testes sint singulares, tamen si sint cõtestes in uno præambulo, s. in probãdo, quòd iudex sedit pro tribunali, est probata quasi possessio iurisdictionis, quòd illi actus descendunt ex uno fonte. Et hoc sequuntur in effectu do. Ant. do. Abb. & Imo. hîc: & allegant ad idem Inno. in c. qualiter. el ij. in j. col. j. de accus. ubi deducit istam limitationem ualde solenniter, & dat exemplum in probanda iurisdictione, quòd actus singulares inferentes iurisdictionem, sic etiam, secundum eum, si inter testes productos ad probandam possessionem decimandi aliquis dicit uidisse eum colligere granum, alius hordeum, probant: si tamen locus, uel tempus esset de substantia, secus esset, ut ibi per eum: & dixi s. eod. ex tenore. & de hoc uide etiam exempla per Paul. de Leaza. incip. quæstio contra instrumentum, &c. ubi in materia allegat gloss. quæ incipit, ecce. in c. uoluimus. xv. q. iiij. & Spec. in tit. de teste. §. iam de interrogatorijs. uer. item de tempore. & glo. in l. ob carmen. §. fi. ff. de testi. Ad idem uide Bald. in l. j. in viij. q. C. de testi. ubi dicit, quòd testes non dicuntur singulares respectu actuum, sed respectu finis. Et ideo si sunt cõtestes respectu finis, nõ dicuntur singulares: nam sufficit concordari in singularibus, quæ faciunt ad finem. Allegat tex. optimum in l. quæ sententiam. C. de pœnis. dum dicit, in unum cõspirantes concordantesq; rei finem. Ad idem uide Bal. in l. j. C. qui numero tutel. ubi dicit, quòd testes singulares non probant, quando adhibentur ad probationẽ certi actus: sed quando adhibentur ad probationem faciendam in genere: putà, ad probandam hæresim, bene probant, ut si unus testis dicat, eum hæreticum: quia audiuit eum dicentem, Non credo in unum Deum: alius, quia dixit, Non credo in catholicam ecclesiam, probat: quia sunt cõtestes in genere: & allegat not. in d. §. ob carmen. §. fi. Idem dicit Bal. repetens hoc exemplum de hæresi in c. cùm omnes. s. de constit. & in l. actor. C. de proba. & fuit antea dictum Ia. de Are. in l. testium. C. de testi. & Ia. Bu. in d. l. ob carmen. Cuius contrariũ tenet Io. An. in c. ut officium. §. j. super uerbo, testium. de hæreti. in vj. & do. Ant. in c. qualiter. el ij. j. de accus. Sed tamen primum dictum sequitur Imo. in c. cùm oporteat. eo. ti. per prædicta. Et pro cõcordia dici potest, secundum quod notat Bal. in eodem exemplo in d. l. ob carmen. §. fi. q; si inducuntur testes ad probandam hæresim in genere, procedit prima opinio: sed si in specie, procedit secunda. Adde etiam dictis Bal. in l. bonorum. in §. pe. uer. hîc quæro. C. de bo. pos. secũdum tab. ubi dixit, quòd si vij. testes testificãtur, & quilibet dicit se fuisse præsentem, & rogatum, ubi talis fecit testamentum tali modo, & non facit mentionem de alijs testibus, erit probatum testamentũ: quia singularitas testium attenditur penes effectum rei, non penes modũ sciendi. Alleg. l. cùm reis. C. de pœ. Et sunt uerba matura. Adde etiã satis in proposito utile uerbum Bal. in l. ij. in fi. C. de dona. ante nup. ubi dicit, aliqs recepit aliquid, & nulla causa fuit expressa in traditione, & præsumitur liberalitas, saltem attenta qualitate tradentis. Et ad probandum istam negatiuam, quòd nulla causa fuit expressa, producuntur testes, qui dicunt, nos de interuentu uerborum tempore traditionis, nec quis cõtractus fuerit celebratus, sumus inexperti: sed bene recordamur & scimus, quòd nulla causa fuit expressa, & maximè illa, de qua dicit actor: nã isti probant hanc negatiuam, dato q; dicant, se non recordari de actu formaliter: quia satis est, q; recordentur de eo, quod dependet à substãtia quæstionis: quod est notabile & menti tenendũ, secundum ipsum. Vnde sufficit in testibus, q; probent hoc, qd' est substantiale, licet cetera non probent, qa non recordant de illis: secundũ ipsum post Cy. ibi. Adde etiã istis Ang. & Imo. in l. ex facto. §. itẽ quæro. ff. de uul. & pup. ubi dicunt, q; testes inducti ad probandum hoc integrale, s. collectionem fructuum, probant, licet unus testis dicat, q; collegit x. corbes frumenti, alius dicit de viij. & idem dicunt, si agere ẽ de probãdo quem decessisse in pupillari ætate, & unus dicit, q; erat x. anno. alius viij. Adde etiam pro hac doctrina, q; ad probandum unum integrale, sufficiat probare eius partes, per testes singulares. Est gl. in c. nihilo minùs. iij. q. ix. ponens de productis ad probandã celebrationem missæ, uel copulam uisam successiuè per foramen. Idem do. Ab. in c. cum Ioãnes. in no. j. de fi. instr. & Imo. post Ang. in l. j. §. si quis neget. ff. quemad. test. ape. & Ange. cons. ccxxxxj. & in disp. Astensis miles. & Bal. in l. de quibus. ubi semper uide. ff. de legib. & Io. An. in summula, de testibus. uer. quæro, quæ diuersitates nocent testi. & Imol. in l. si pater tuus. ff. de uul. & pu. & Bal. in c. fi. s. de consuet. & do. Abb. in c. præterea. s. eod. Sed pondera: qa ista secunda limitatio licet sit multùm usitata, tamen est restringenda duobus modis: primo, ut habeat locum, quando agitur de probatione actus indiuidui: secus, si ageretur de probãdo actum, qui sui natura non esset indiuiduus, per id, quod scribit Bal. in l. obseruare. in ult. col. C. quorum appell. non recip. ubi dicit, quòd si ex forma statuti punitur transiens ex uno loco ad alium, & duo testes probent, quòd quidã transiuit dimidium, & alter, quòd transiuit ad reliquum dimidium: istæ probationes non sunt sufficientes: quia probant imperfecta ex se, ex quibus perfectis hoc resultare

tare non potest. Non obst. quòd parentela potest probari, si duo testes probent unum gradum, alij alium, ut no. Inn. in c. series. s. eod. quia quilibet gradus est quid perfectum, secundum eum. Et istam restrictionẽ approbat do. me. in c. præterea. s. eo. dicens, quòd licet istud exem plũ Bal. nõ placeat sibi propter gl. in d. c. de parentela. & cõmunem opinionem Doctorum hîc contra gl. fi. dum dicitur, q; testes deponentes de uno latere consanguinitatis, & alij de alio, coniunguntur tamen pro ipso dicto in ratione sui. Allegat Bald. in d. l. j. C. de testi. ubi dixit allegando Vincen. in c. illud, j. de præsum. q; si ad probãdam famam in tota ciuitate unus testis deponit de una parte ciuitatis, & alter de altera, non probatur de fama. Simile in probanda cõsuetudine, ut traditur per Cy. in l. ij. C. quæ sit longa consuetudo. ut ibi per do. me. latiùs, quo ad hoc. Pro quo etiam considera, q; Bal. in d. l. obseruare. loquit', quando illi actus probantur per duos testes: propter quod dictum suum est adhuc magis dubitabile: si enim quilibet actus in exẽplo suo haberet unum testem, posset procedere, ut dicitur in sequenti restrictione, quæ non multùm differt ab ista. ¶ Secundò restringenda est prædicta uulgaris limitatio, ut diffusè & ualde subtiliter scribit Pau. de Leaza. in d. dispu. quæstio contra instrumentum. in pe. col. cuius dicta quasi ad literam reassumit Bald. eodem tacito, in d. l. j. in viij. q. C. de testi. Et idem ponit do. Ant. in alijs terminis in d. c. qualiter. el ij. quem latissimè prosequitur do. Maria. ibi, q. viij. arti. xxxix. Dicit enim Pau. in effectu, quòd quando actus plures habent unam originem & unam causam, illa origo probatur per testes singulares respectu actus: sed ubi actus sunt separati, dicuntur tamẽ iterati propter expressam similitudinem, non identitatẽ, requiruntur tunc in quolibet actu, contestes: aliàs non probant. Et istud deducit ex eo, ubi dicit, quòd si uolo probare cõsanguinitatem in tertio gradu, quilibet gradus ad inueniendum illum debet probari per duos testes: quoniam aliquis gradus per se nõ facit consanguineum, sicut actus iurisdictionis facit me iurisdictionem habere: sed omnes gradus coniuncti faciunt me cõsanguineum: & probando unum gradum per unum testem, nõ potest dici illum gradum esse probatum: quia in ore duorum, &c. sicut etiam de probanda fama non sufficit testem dicere de una parte ciuitatis, & alium de alia: quia de nulla constat perfectè. Et ideo Pau. ibi dicendo quæstionẽ, quam disputauit, concludit, quòd si agitur de probando quem esse usurarium, & producuntur multi testes, quorum quilibet dicit de uno instrumento usurario ab illo confecto, nõ probatur eum esse usurarium: quia nullum de illis instrumentis est probatum, ex quo in quolibet est unicus testis: sed quodlibet instrumẽtum, uel aliquid debet probari per duos testes: aliàs sequeretur, quòd unus actus repetitus, qui cõsistit in dicendo, uel faciendo, possit, probari per unum solum: quod est falsum. Vnde dicit subtiliter, quòd quandoq; est aliquid, quod per se & propter se est probandum: quandoque non propter se, sed propter id, quod ex eo elicitur. ¶ Primo casu procedunt prædicta generalia: quia diuersi actus iurisdictionis probant iurisdictionem per se: sed tamen nullus de ipsis actibus est probatus, sed in probando usurarium: & sic secũdo casu illi testes bene probant infamiam de usura ex illis actibus: sed illum esse usurarium, nõ: quia nullus actus est probatus, ut ibi extensiùs per ipsum: cum quo concordant Bal. & alij in locis primò dictis. Ista etiam declarat do. Ant. idem tenens in d. c. qualiter. el ij. & ibi dicit, quòd ista dicta communia procedunt, quando causæ habent se indiuiduè ad unum totum, & unus testis deponit de uno actu, seu de una causa, alius de alia, ut in probando celebrationẽ missæ, recollectionem fructuum, exercitium iurisdictionis per diuersos actus: secus, si nõ agatur de aliquo toto uniuersali. Sed aliàs dictæ causæ potiùs inferunt multiplicitatem actus alicuius: quia tunc, secundum ipsum, testes singulares non probant: & ideo si unus testis dicit, quòd talis fecit miracula, quia uidit eum sanantem cæcum: alius dicit, quòd liberauit claudum: isti non probant, etiamsi essent mille, quorum quilibet attestaretur de uno miraculo: & allegat Vincent. in c. uenerabili. j. eod. & tex. in c. nec mirũ. xxvj. q. v. quia isti actus multiplicati, de quorum quolibet cõstaret per duos testes, bene probarent quem fecisse miracula: sed ex quo nullus de illis actibus probatur plenè, sed quilibet habet testem unicũ, & non agitur de uniuersali probando, sed ut habeatur certitudo de aliquibus miraculis, non possunt dici cõtestes: secus in actu indiuiduo probando: quia si de illo plura dicta singularium testium inferunt, actus resultat immediatè. Dat etiam do. Ant. exemplum in usurario, & in homicida probando: quia si unus testis dicit eum dedisse ad usuram uni, unus alius alij; uel unus dicit quem occidisse unum, alius alium: non probant usuram, nec homicidium, quia eorum dicta non probant unum totum integrum, secundum eum usurarium, uel homicidam: quia non tendunt ad idem, sed probant multiplicationem eiusdem actus, in qua multiplicatione sunt generales: unde non causant unum integrale, sed bene omnes isti probant infamiam, secundum eum. Cui adde, quæ ibi habentur per do. Mari. q. & arti. præalle. ubi in eo, quod do. Ant. dicit de miraculis, confirmat ipsum, dicens: quòd non obstat, si diceretur, quòd unusquisq; probat semiplenè de miraculo, de quo deponit: ergo si deponunt de xij. miraculis, probant saltem de vj. quia hoc non sequitur, ex quo nullum dictorum miraculorum est bene probatũ, cùm in nullo testis habeat contestem: nec semiplena probatio alterius potest iungi cum semiplena probatione alterius: quia quelibet semiplena probatio tendit ad singula miracula, nec probationes habent respectum ad ipsa miracula, uel numerum miraculorum. Dicit tamẽ in hoc considerandum, quòd tales testes non probant quem fecisse miracula: sed tamen probant eum miraculosum, ita quòd in eo sit qualitas ad miracula: & uult dicere, quòd probatur fama de miraculis, per quam infertur in genere semiplena probatio de miraculis, ratione famæ, sicut est dictum de probando infamiam de usura. Et in hoc prosequere alia, de quibus per eũ, qui in hac materia magis se attenuat, quàm oporteret, & nititur impugnare illud de probatione missæ: quia possibile est, quòd unus dixerit principũ missæ & aliquas alias partes, & tamen non dixerit totam missam: quæ consideratio non urget: quia sufficit, quòd dictum testis concludat à communiter accidentibus, ut dictum fuit s. tit. j. c. in præsentia. Et non est recedendum à prædictis propter authoritates præallegatas, quas ipse nõ uidit, sed insistit in aere super dictis do. Anto. ibi. Et ista sufficiant, quæ ultra solitum extensiùs posui, ut rectiùs intelligas. Cætera perquire in locis prædictis: quibus etiam adde, quæ habentur per domi. Anton. & Imo. in c. quoniam in plerisq; s. de offi. ord. per Sali. in l. ea quidem. C. de accus. per glos. §. de his. iij. quæst. ix. per domi. Anton. in c. ueniens. el j. s. eod. & in c. cùm causam. uersi. quid, si duo attestantur. s. eo. & per Bal. in proœmio C. §. quibus. post prin. per Rom. in l. j. §. pe. ff. de uerb. ob. per Bald. latè in c. bonæ. el j. suprà de elec. per Bartol. in d. l. de minore. §. tormenta. in pe. quæst. ff. de quæstionib. per domi. Card. consil. ix. incip. In facto dominæ Gaietæ. per domi. Abb. in c. cùm non ab homine. suprà de iudic. per Fed. consil. xvij. per domi. Anton. in repe. c. fi. in ulti. chart. suprà de consue. & latè per Bal. & subtiliter in l. de quibus. cum sequentibus. ff. de legibus. & Bald. subtiliter in l. testium. in pe. col. C. de testi. & beatum Tho. ij. ij. quæst. lx. arti. ij. quem allegaui, & in c. ex tenore. s. eod. Et dum s. dixi, quòd iurisdictio

c. licet ex quadam.

dictio probatur per testes singulares causæ, caue propter text.in c.licet causam.§.titul.j. & uide, quod ibi dixi post Bald.in uersi. no. septimò. Et istis iunge Bald.in l.j.C.si unus ex pluribus, ubi dicit, scias, quòd do.Bart. alle.tex.huius in l.j.in fi.ff. quemad. testa. ape. dum dicit, nec diuersitatem factorum. Quòd autem dicta testium diuersitate factorum separationem recipiũt, aut non: primo casu intelliguntur singulares: secundo casu intelliguntur esse contestes: & bene dicit in utroque membro, secundum Bald. qui postea refert Old. dicentem, quòd testes dicuntur contestes, quando concordãt in eundem & in eiusdem rei finem, per tex. aureum per l. qui sententiam. C. de pœnis.

SVMMARIVM.

1 Testes possunt repeti attestationibus adhuc clausis, non solùm ut incontinenti corrigant, sed etiam ut addant.
2 Testes non repetuntur apertis attestationibus super eisdem capitulis. Fallit, ut hîc.
3 Copia interrogatoriorum non est danda parti, ut euitetur occasio malignandi.
4 Nomina testium debent edi parti.
5 Iudex an & qualiter potest interrogare testes post publicationem.
6 Iudex si non facit, quod potest facere ex officio, utrùm possit ab eo appellari.
7 Testes postquam deposuerunt, debet eisdem legi depositio ipsorum.

CAPITVLVM XLVIII.

Ertuas. ¶ Testes interrogari non possunt post publicationem ad petitionem partis, nisi dolo, uel negligentia examinatoris super omnibus capitulis interrogati non fuissent. H. D. Et ut habeas breuiter totam materiã clariùs, quàm per alios, pone conclusiones. ¶ Prima conclusio. Quamdiu † attestationes sunt clausæ, possunt idem testes repeti, non solùm ut in continenti corrigant, c. præterea. infrà tit.j.no. Barto. in l.repeti.ff. de quæstionib. sed etiam, ut addant. Ita no. glos. fi. in c. cùm causam. suprà eod. etiamsi ex interuallo post quàm potuissent cum partibus loqui, secundum Inno. domi. Anton. domi. Card. Imo. & domi. Abb. in c. præterea. & domi. Abb. hîc: quia memoria est labilis, c. præterea. cum simil. xxiij. distin. Dicunt tamen prædicti, quòd quando addunt ex interuallo, minor fides eis adhibetur, quàm si incontinenti: arg. §. quia uerò. in authen. de testibus. Facit, quod no. Barto. in c.j. §. notandum. de notis seu. ubi dicit, quòd testis, qui dicit heri, non credo: potest dicere hodie, se credere. Facit gl. in l. de tutela. & ibi Bal. C. de in integ. rest. mi. & de hoc dicetur in d.c. præterea. Est uerũ, quòd Imo. post do. Anton. hîc tenet testem repeti non posse ad partis instantiam, ut addat, nisi pars aduersa consentiat: & allegat Io. An. in c. fraternitatis. in ult. quæst. suprà eod. Sed hoc dictum fortè procederet, ubi pars peteret, quasi euidentiùs subsit timor subornationis: secus, si ex iudicis officio, uel ad instantiam ipsius testis. Quod satis puto de mente domi. Abb. hîc. Et adhuc eo casu est aliqualis timor, ppter quem eius fides diminuitur, ut prædictum est. Et adde hîc Specul. in tit. de teste. §. satis utiliter. uersiculo, sed nunquid expressè, ubi dicit, quòd ante publicationem non potest idem testis sæpe induci, sed repellitur tanquam suspectus: allegat iiij. quæst. iij. uersic. produci. nisi fortè primò non fuit de omnibus recordatus, ut in §. quoniam multi. in authen. de testi. uel si nõ fuit perfectè examinatus, ut hîc, & in c. cùm clamor. infrà eod. secundum ipsum: & fortè his casibus, in quibus post publicationem repeti posset, de quibus in sequenti conclus. Et adde Bal. in authen. at qui semel. uer. sed dubitatur. C. de proba. ubi ponit, an possit testis repeti, ut addat rationem dicti, de qua non fuit interrogatus, cùm debuit interrogari: & refert gloss. in §. quia uerò. in uerb. illud etiam. in authen. de testi. dicentem, quòd sic: si iudici uidebitur: non tamen ad petitionem partis testis, sed ad petitionem partis, contra quam est inductus bene posset interrogari de causa: quia illa sola pars est fortè læsa propter omissionem causæ: & fortè non producens contestis non teneret assignare causam, l. solam. C. de testi. Postea subdit elegãter Bal. quòd si repetitus reddat causam, quæ destruit dicta, quia est imperfecta, infringitur primum dictum. ¶ Et si diceres, ius erat parti quæsitum: respondet Bald. quòd imo erat in pendenti: quia pendebat à causa, de qua adhuc non erat tractatum. Si enim primo dicto stãdum esset, quasi assignatio causæ, tanquam secundum dictũ contrarium non tolleret primum, superuacuum esset legis consilium, & fatuus esset aduersarius, qui peteret repeti eum, qui non posset repeti, cùm repetitio tendat ad cõfirmationem sui primi dicti: ideo dicendum, quòd primum dictum tollitur, secundum ipsum. Et hoc no. in practica. ¶ Secunda conclusio. Apertis[a] attestationibus † non repetitur testis super eisdem capitulis. Ita casus hîc: & rationem decidendi ponit glo. j. quia sicut propter timorem subornationis noui testes prohibentur produci: ita antiqui repeti. ¶ Fallit in casibus, de quibus per gloss. domi. Ant. & Imo. hîc, uidelicet nisi iudex uelit ex officio testẽ interrogare: qa fortè obscurè deposuit: quia potest, secũdum Barto. in l.iiij. §. hoc autem iudicium. in iij. quæst. ff. de dam. infe. latè per Inno. & alios in c. cùm clamor. j. eod. Item, nisi primæ attestationes essent nullæ, per id quod no. gloss. fi. in c. cùm causam. suprà eod. & per regulam, nõ præstat. de reg. iur. in vj. Item, nisi essent attestationes prædictæ, per c. fi. suprà tit. j. Item, nisi primę fuissent super iudicio summario, per c. ueniẽs. el ij. & c. cùm in tua. suprà eo. Item, nisi inter alias personas fuissent receptæ: quia sicut non obstat sententia, ita nec publicatio, per notata in c. causam. el j. suprà eod. iunctis notatis in c. iurauit. suprà titul. j. ¶ Item fallit, nisi dolo, uel negligentia iudicis omissa fuisset examinatio super capitulis datis à parte, ut hîc in tex. & talis malitia, uel negligentia in dubio præsumitur, secundum Specu. in titul. de teste. §. nunc uidendum. quasi in fi. & domi. Ant. & Imo. hîc, & habet locum iste text. etiam in interrogatorijs, secundum Specul. ubi s. & Doc. hîc, quod dicit do. Abb. esse notandum ad extensionem huius capituli: & probatur in c. ij. eo. tit. in vj. secundum ipsum. ¶ Item habet locum ista fallentia, nõ solùm si iudex omisit interrogare super capitulis datis per partem, sed etiam si omisisset super substantialibus connexis ad ipsa capitula, quamuis simpliciter formata, secundum Inn. ual. de solenniter hîc, quem omnes alij sequuntur: & dat exemplum, si in capitulis deducta esset talis præscriptio, in qua requireretur titulus: quia si omisit iudex interrogare de titulo, repeti poterunt testes post publicationẽ: nec est imputandũ testibus, quorum nõ erat de omnibus, præsertim in iure consistentibus, cogitare. Et si diceretur, quòd in hoc iudex supplet de facto ad utilitatem priuatam, contra l. iij. §. hoc autem. ff. de dam. infec. respondet Inno. egregiè, quòd hoc non est supplere in facto, sed in iure, cùm illa connexa includantur in c. præscriptionis, ad quam probandam pars fuit admissa;

a Apertis] Adde, quòd hic loquitur de teste, qui proprio motu reuertitur: & dic, quòd isto casu apertis attestationibus non possunt testes repeti. Ita gloss. not. in authen. de teste. §. quia uerò. Adde etiam, quid dicendum, si testis repetitur post, an iterum iurabit? Vide Bal. in l. hæredes palàm. §. si quis. in fi. ff. de testa.

admissa: quæ uerba multum ponderant hîc Scribentes, & sunt perpetuò notanda, secundum domi. Card. & pro ipsis allegat Imo. notata per gloss. in l. ubi pactum. C. de transactio. & istud dictum Inno. allegat etiam Bald. in l. gesta. C. de re iudi. dicens, quòd iudex interrogando potest supplere: & si non quærit de necessarijs, est in culpa iudex, non pars. Et ex eo, quod dicit Inno. hîc, testes productos super præscriptione debere interrogari de bona fide, collige, secundum Bal. hîc, quòd non præsumitur bonæ fidei, qui eam allegat ad fundandam præscriptionem: quia tractat de lucro captando cum alterius iniuria, licet præsumatur bonæ fidei, quo ad fructus, qui acquiruntur cum labore & sumptu: & sic tractatur de damno cuitando, l. sed & si lege. §. scire. ff. de peti. hære. §. aliæ. Instit. de actionibus. Secus autem dicit Inno. hîc, quem sequitur domi. Anton. & Imo. si sit omissa examinatio non substantialium ex certa scientia: putà, de circunstantijs positis in c. cùm causam. suprà eod. quia non fiet repetitio, etiamsi de talibus facta fuissent interrogatoria, nisi iudex ex officio repeteret, secundum ipsos: à quibus discrepat do. Car. in c. cùm causam. suprà eod. & hîc, allegando Specul. eod. titul. §. iam de interrogatorijs. ad fi. uersi. item cautè. Vnde dicit, quòd non ualerent attestationes, si omittatur petitio interrogatoriorum, quæ à iudice fuerant admissa: & ideo utile est, secundum ipsum, ut scribatur in actis propter meliorem facultatem opponendi examini: secus, si fuissent resecata, tanquam impertinentia: quod tamen fieri non debet, secundũ ipsum, cum quo in hoc alij concordant, per notata in simili in c. ut debitus. infrà. de appel. Vnde inoleuit consuetudo, quòd iudex admittit saluo iure impertinentium & nõ admittendorum: quæ consuetudo seruanda est in capitulis, non in interrogatorijs: de quibus ante omnia discuti debet, secundum ipsum. Cui adde, quòd ubi cit cumstantiæ positæ in interrogatorijs non sunt de substantia, uerius uidebitur dictum Inno. quod multùm sequitur Bald. hîc subijciens eleganter, quòd eo ipso, quòd iudex recepit articulos, uel interrogatoria, uidetur tacitè admittere non admittenda, etiam si non dicat, uidetur tacitè admisisse captiosa, uel superflua, per not. in l. non uidetur. §. qui iussu. ff. de re iud. Facit gloss. in l. quod seruus. & ibi Rom. ff. de acqui. pos. ¶ Item procedit ista fallẽtia, etiamsi nulla capitula fuissent data, sed super petitione iudex imperfectè examinasset testes, ne dolus, uel negligentia iudicis noceat parti: quia scire debes, quòd usus capitulorum est introductus à consuetudine, non quòd sit de necessitate: quia super ipsa petitione testes induci possunt: arg. c. in nostra. suprà de procu. sed fiunt capitula à producente testes & interrogatoria ab aduersario, ut super istis terminis latè insistunt hîc omnes, præcipuè Bal. post Inn. & habetur per alios in c.ij. de testi. in vj. & per Bal. in l. generalem. §. j. C. de reb. cred. & Barto. in l.j. circa fi. ff. de interrog. act Et de positionibus per gloss. in c.j. de confes. in vj. Et ex prædictis no. unum, secundum Bal. hîc, quòd licet aliquid sit omissum, reliquus tamen processus tenet, nisi quatenus dependet ab omisso. ¶ Considerant tamen domi. Abb. & Imo. hîc duos casus ex mente Inno. in quibus omisso examine certorum articulorum non potest pars imputando iudici intentare repetitionem. Primus est, quando à principio iudex ruminatis capitulis & interrogatorijs iuxta practicam glos. in uersi. interrogatoriam. in c.ij. de testi. in vj. aliqua ex ipsis palàm resecauit partibus intra decendiũ non contradicentibus: quia præclusa est eis uia petendi repetitionem super resecatis ratione resecationis, quæ uelut interlocutoria dicto tempore transiuit in rem iudicatam, c. quo ad consultationem. infrà de iudic. & in c. cessante. infrà de appell. licet per illum tex. in iudicis facultate remaneat resecatio, si malè fecerit quandoque emendare, secundum eos. Secundus, quando non facta resecatiõe expressa iudex per se quædam superflua, captiosa, uel impertinentia omisit: quia cessat negligentia & dolus: sed si iniustè omisit, procedit iste, secũdum ipsos. Quibus potest addi tertius casus; uidelicet quando esset conclusum in causa: quia non potest fieri dicta repetitio, licet iudex omiserit diligenter examinare. Ita reperitur dixisse Bald. in l. certis lecturis. in l. quòd si nolit. §. si uenditori. ff. de ædil. edic. ¶ Vlteriùs, in quantum dicit hîc Inno. c. quòd iudex debet dare parti copiam capitulorum, super quibus testes habent examinari, ut postea de facili non audiatur ipsis opponens, & ut formet sua interrogatoria, & quòd si non fiat copia, ualet tamen testium receptio: not. bene hoc ultimum ad ea, quæ dixi in c.j. uersi. fallit nonò. suprà tit. j. ubi allegando Bald. in l. ij. C. ut lit. pen. dixi, quòd necessariò danda erat parti copia positionum concerneritium factum alienum, ubi super ipsis debet pars respondere: quia non est sic in capitulis, super quibus omissis positionibus deuenitur ad examen testium. Nam eorum copia non est necessaria, ut hîc uides. Et hanc differentiam gustauit solùm Bald. hîc, dicẽs: quòd datur copia ad deliberandum super positionibus, sed non super articulis, ut hîc latiùs per ipsum. ¶ Item in quantum dicit Inno. quem alij sequuntur, quòd † copia interrogatoriorum nõ est danda parti, ut euitetur occasio malignandi: adde gloss. ibi tenentem in d. c. ij. in uerb. interrogatoria. & sentit glos. in c. in primis. in uerb. præsente. ij. quæst. j. quam notauit Bald. in l. data opera. C. qui accus. Idem tenet Specul. in titul. de testi. §. iam de interrogatorijs. in princ. & Angel. allegando Inno. hîc in l. quicquid. ff. de iudic. & Bald. in l. ij. C. ut lit. pend. & uide Rom. sing. cclxxij. quod incipit, Fuit interrogatus. ubi ponderat istud dictum Inn. dum dicit, quòd interrogatoria dantur ad instructionem iudicis: ideo non est opus dare copiam parti. Vnde infert, quòd iudex non debet dare parti copiam allegationum, cùm sint ad eius instructionem. Et ita dicit se istud dictum reuelasse Ioan. de Imo. Dicit tamen Inno. hîc, quòd non peccaret iudex, si daret dictam copiam: sed in hoc ipsum reprobat do. Car. hîc dicens signanter, quòd imo peccat, & quòd propter hoc potest appellari: quia consuetudo causarum repugnat, nisi alia pars consentiret, sed consentiens esset parum cautus, secundum Imo. hîc. Et adde, secundum Bald. hîc, quòd nomina testium bene debent edi. Allegat gloss. in l.j. §. editiones. ff. de eden.

c. per tua as.

4 ¶ Item in quantũ dicit Inno. hîc, quòd † iudex non tenetur recipere testes, nisi iurent dicere ueritatem super tota causa: hoc intelligit Bald. hîc, si partes hoc petant, uel altera earum, & testes sciant ueritatem totius causęi non enim tenentur iurare de ijs, quæ nesciunt, neque de quibus nemo eos produxit, neque super his, super quibus non sunt citati, ut hîc per ipsum. ¶ Item dum dicit Inn. hîc, quòd super impertinentibus non debent testes examinari, addit Bald. hîc, quòd iudex non debet hoc pati, per text. sing. in l. si duo patroni. §. idem Iulianus. ff. de iureiur. quod uerbum alibi non reperitur, secundum eum. Et si aliter fiat, non ualet examinatio, cùm super illis non sint iurati: & uide Barto. ibi, ante fi. ubi allegat Inn. hîc. An autem admittitur articulus dubius. Vide domi. Anton. quòd sic, in c. dilecti. s. de iudi. per c. accedens. s. de procura. & c. licet causam. s. tit. j. Et de articulo alternatiuo uide Spec. in tit. de teste. §. nunc uidendum. uer. item articuli. Et de materia interrogatoriorum uide semper Specul. ibidem, eod. tit. §. iam de interrrogatorijs. per totum. ¶ Item in quantum dicit hîc gl. in fi. quòd † iudex ex officio potest interrogare, si sibi uidebitur, post publicationem: sed ad partis instantiam, non, etiamsi hoc haberet cõsuetudo: adde gl. idem tenentẽ in §. quia uerò. in auth. de testi. quã Legista reputãt singularem, secundũ Inn. hîc. Vnde colligit do. Car.

do. Car. hîc, utile eſſe habere iudicem fauorabilem: ſed dicit ſe putare, quòd ſi iudex non interrogaret, cùm debet fieri interrogatio, ſi appelletur, iudex adquem, ſuppleat, cùm interſit iuris publici, ne ueritas occultetur: & hoc reſpectu dubitationis ſurgẽtis ex actis, ſecundum Inno. in c. cùm Ioannes. ī. ti. ij. Et iſta uerba reputo mul-
6 tùm notanda: quia ſolet fieri una difficultas, utrũm † poſsit appellari à iudice, qui nõ uult facere illud, quod ex officio poſſet, licet pars inſtare nõ poſsit: de quo remitto ad Barto. in l. j. in antepe. col. ff. de iur. om. iud. & domi. Anton. per Ioan. An. in c. exceptionem. ī. de excep. & Specul. in tit. de officio iudicis. §. impedit. uerſicu. quid ſi iudex non repellit. & Bart. in l. nec quicquam. §. ubi decretum. ff. de of. proconſ. & Pet. de Anch. in c. pia. in antep. col. de excep. in vj. & domi. Abb. in c. prudentiam. §. ſexta. in fi. s̄. de offi. deleg. & domi. Anto. in c. ſuper hoc. s̄. de renun. & aliquid per gloſſ. ij. uel iij. de confeſ. in vj. ¶ Vltimò ultra alios adde primò, quòd ſicut iteratò editur inſtrumentum, quod redarguitur de falſo, l. ſi uteris. C. de fide inſtru. ita iteratò debent uenire teſtes, q̃ falſi dicuntur. Ita dicit Bal. ibi in ult. col. poſt
7 Nicolaum. ¶ Secundò adde, quòd † poſtquam teſtes depoſuerunt, debet iteratò eis legi dictum eorum, ut per lectionem dictum compleatur, & error, ſi quis eſt in ſcribendo, remoueatur, ſecundum Bal. in l. fi. C. plus ualere, quod agitur per illum tex. quem ad hoc dicit eſſe multùm notandum. ¶ Tertiò adde, quòd teſtis, qui repetitur, ut declaret, nõ debet iteratò iurare, ſecundum Barto. in l. hæredes palàm. §. ſi quis poſt. in fi. per illum tex. ff. de teſt. & Bal. in authen. ſed hodie. per illum tex. C. de iur. cal. in l. fi. uerſus fi. C. de teſti. Secus dicit ibi Bald. quando iterum examinaretur ad aliud, quàm ad declarandum dictum ambiguum, dato quòd ſit examinandus ſuper eo, ſuper quo iuratus depoſuerat: putà in caſu illius l. fi. Et ad hoc allegat tex. in l. qui bona. §. ſi quis ſtipulaturus. ff. de dam. infe. pro quo etiam uide gloſſ. fi. in l. per hanc. C. de temp. appell. & ibi Bal. & tex. optimum s̄. eo. fraternitatis. & quod ibi dixi in ij. nota. ¶ Vltimò adde, quòd ubi ex culpa partis imperfectè fuerunt examinati teſtes, nõ habet locum iſta decre. in fi. ſecũdum Bal. in l. ueluti. in lectura antiqua, ff. de eden. & ibi Angel. per illum tex. in uerb. minus plenè. & idem Bal. in c. j. quid ſit in ueſtitura.

SVMMARIVM.

1 ✠ *Teſtes probatorios & reprobatorios probatoriorum reprobare licet, reprobatorios reprobatoriorum non.*
2 *Fallit text. huius decre. ut nu. hoc, & nu. 3.*
Probare prohibitus per teſtes, poteſt probare per inſtrumenta. Poſt num. 3. uerſic. fallit tertiò.
4 *Lex ſæpe abhorret infinitatem.*
5 *Emphyteoſis inſormiter recepta non intelligitur ultra quartam generationem.*

CAPITVLVM XLIX.

Licet. ¶ Teſtes probatorios & reprobatorios probatoriorum reprobare licet: reprobatorios reprobatoriorum non. H. D. Et nõ eſt alibi, ſecundum Io. An. & cõputatur iſta triplex ,pductio, ſiue actor & reus fecerint primam probatoriam productionem ſimul: quo caſu ſeruatur æqualitas, ſiue etiam ſolus actor primò pro-
1 bauerit, quòd ſi † reus reprobatorios producit, & actor illos reprobatorios reprobat, & ſic triplicando non quadruplicabit reus. Nec eſt iſta inæqualitas ex eo, quòd ex illis tribus productionibus duæ competant actori: tum, quia reus habet ſibi imputare, cur non actor ſuos probatorios non produxit: tum, quia ſi ipſe reus ſolus in exceptione teſtes produxiſſet, idẽ fieret de actore impugnante teſtes illius exceptionis. Et ita clarè intelligas gloſſ. & Doc. hîc. ¶ Fallit primò iſta decretalis, niſi † ageretur de reprobandis dictis teſtium: quia loquitur iſte tex. de reprobatione perſonarum: ideo non ex-
2 tendendus, ſecundum Io. An. Sub dubio tamen in c. ij. de teſti. in vj. & expreſsiùs Paul. de Leaza. in c. teſtimonium. uerſi. ſed nunquid licet. ī. eo. & do. Anto. & Imol. hîc: quia falſitas nunquam remanere debet in diſcuſſa, l. querela. C. de falſ. c. licet. s̄. titul. j. Criminoſitas uerò non ita inficit, quia quandoq; criminoſus admittitur, c. licet Heli. cum ſi. ī. de ſymo. mendax uerò nunquam, cùm ſit contra Chriſtum dicentem, Ego ſum ueritas: ut latiùs per ipſos intelligentes hoc eſſe uerũ, quando opponitur mera falſitas: ſecus, ſi ad inducẽdam falſitatem opponitur periurium: quia tunc in effectu opponitur contra perſonam: & intelligit Imo. quando allegatur falſitas, ad quam probandam aliud non obſtat, per ea, quæ habentur in cle. ij. eo tit. ¶ Sed contrarium indiſtinctè, quòd iſte tex. procedat in opponente dictis teſtium, tenet Hoſt. in c. ex tenore. s̄. eo. & Pet. de Anch. & Domi. in d. c. ij. §. fin. de teſti. in vj. & Cal. do. Car. & do. Abb. hîc propter finẽ huius decretalis comprehendentem utrunque caſum. Sed ideo dicit de perſonis: quia ſic fuit in facto. Item, quia etiam reprobatio dicti notat perſonam de periurio & mendacio: & ſic eſt quædam reprobatio. ¶ Item perſona criminoſa ideo repellitur: quia præſumitur mentiri, c. teſtimonium. ī. eo. & ſic habetur reſpectus ad dictũ. Vnde ſicut aliquando claudit diſputatio de perſona, ut hîc: ita de dicto, cùm dictum ſit finis diſputationis perſonæ. Nec ſuſtinetur per hoc dictum falſum: quia iſte tex. præſumit, quòd ultimi teſtes uerum dicant: arg. c. fi. ī. de præſum. ita in caſu iſto: aliàs ſequeretur, quòd ius hîc approbaret perſonas criminoſas: quòd eſt falſum. Non obſt. d. l. quærela, quia illud eſt uerum, quando plures probationes non proceſſerunt, ſecundum prædictos. Et tenendo hãc partem, limita eam, ut per Domi. in d. c. j. niſi iſte uellet reprobare dicta teſtium, non per alios teſtes, ſed per inſtrumenta, per tex. cum gloſſ. mag. poſt medium in §. item ſi quis teſtibus. iiij. q. iij. ubi qui non poteſt opponere contra dicta per alios teſtes, poteſt opponere per inſtrumẽta. Facit c. cùm dilectus. ī. ti. ij. & quod dicetur ī. uerſic. fallit tertiò. ¶ Secundò limita, niſi uellet reprobare dicta teſtium ex ipſis dictis, ſecundum Domi. ubi s̄. Alleg. gl. optimam iuncto text. in d. §. ſi quis teſtibus. Sed adduci poſſet, quod not. Bal. & Angel. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pac. ubi dicunt, quòd ſtatutum prohibens opponi de nullitate, non intelligi
3 tur de nullitate, quæ ſurgit ex contrarietate: & dicunt, quòd Deus etiam non poſſet hanc exceptionem tollere. Procedit ergo communis opi. quãdo per alios teſtes uellet reprobare teſtes reprobatorios reprobatoriorũ circa dicta teſtium. ¶ Fallit ſecundò † iſta decretalis, niſi ageretur de reprobatione inſtrumenti: quia numerus reprobationum non incipiet computari cum ipſo inſtrumento, quaſi ſit prima probatio, licet incipiat à primis reprobatorijs inſtrumenti. Vnde cõtra illos poterit fieri prima & ſecunda reprobatio, ſecundum Io. An. domi. Anton. & domi. Abb. & Imo. hîc: quia iſte tex. loquitur de reprobatione teſtium. Vnde in reprobando inſtrumento conſiderabitur ſolùm, quando incipient reprobationes teſtium contra ipſum inductorum, quaſi iſte caſus omiſſus remaneat in diſpoſitione iuris communis: & ideo ſi probaſti per inſtrumentum talem domum fuiſſe tibi uenditam tali die, & ego per teſtes probo, quòd eo die uenditor erat in alio loco, & iſtos teſtes reprobas, potero reprobatorios reprobare, ſecundum do. Abb. hîc. ¶ Sed iſta dicta limita, ſecundum do. Car. hîc, niſi inſtrumentum fuiſſet productum ad reprobandum teſtes: tunc enim contra inſtrumentum

tum admittetur ſolùm una probatio, ut ſic intelligatur hæc litera generaliter, quòd facta productione in principali, licet fieri ex aduerſo reprobationẽ, & poſtea per primum producẽtem reprobationem reprobationis, & non ultrà. ¶ Fallit tertiò, niſi tertia productio ad reprobandũ eos, qui amplius per teſtes reprobari non poſſunt, fieret per inſtrumentum, non per teſtes, ſecundum Io. An: & prædictos hîc: quia litera oſtendit, quòd uerba generalia præcedentia intelliguntur de tertia reprobatione facienda per teſtes. Et pro hoc facit, ſecundum eos, quia licet publicatis teſtibus non producantur teſtes, tamẽ produci poſſunt inſtrumenta, c. cùm dilectus. ī. de fi. inſtr. & facit, quod habetur s̄. eo. ſeries. Ex quo no. ſecundum do. Ab. quòd licet largo modo appellatione inſtrumentorum ueniant teſtes, c. peruenit, ī. ti. j. tamen in materia odioſa, ,phibita probatione per teſtes, non ueniunt inſtrumenta, ut hîc: & facit l. teſtiũ. C. eo. & iij. q. ix. ſi debitum. ¶ Sed iſtam fallentiam reprobat hîc do. Car. & fortè meliùs, dicens: quòd contra tertios teſtes non poteſt fieri probatio per inſtrumenta: & dicit ſe ponderare iſtum tex. in uer. contra illas ,pbationes admittere. qui loquitur indiſtinctè de qualibet probatione. ¶ Item ſubeſt eadem ratio, ſ. infinitatis uitandæ: & eſt impugnatio colorata. Tamen conſiderando dici poſſet, quod procedat, maximè quando nõ probaret inſtrumentum de nouo perueniſſe ad notitiam partis: aliàs fortè procederet cõmunis opi. tum per rationes ſuas, tum propter gl. in d. §. ſi quis teſtibus. Et iſte tex. reſtringetur ad probationes per teſtes. ¶ Vltimò ſcias allegare iſtum tex. cum iuribus adunatis in gl. quòd lex ſæpe abhorret infinitatem: & hoc dicta ratio Philoſophorum, qui habent pro incõuenienti proceſſum in infinitum, ut in iij. Phyſicorum, tra. de infinito: ad idem. c. ij. de reſcrip. in vj. ¶ Ex quo infert Spe. in ti. de pig. §. j. uer. ſed cùm pignus. quòd licet creditor
4 poſsit pignorare pignus ſibi datum, l. j. C. ſi pignus pi-gnori datum ſit. attamen † non poterit pignorare ultra bis ratione infinitatis euitandæ: de quo tamen Ang. in d. l. j. Et hinc eſt, quòd ſi eſt compromiſſum, quòd toties pœna committatur, quoties cõtrauentum fuerit, nõ committitur, niſi bis, ſecundum Bald. in l. ſi duo patroni. §. qui ſemel. ff. de iureiur. Allegat l. fideicommiſſa. §. ſi quis x. de leg. iij. Et hinc eſt, quòd ſi eſt data poteſtas arbitro prorogandi compromiſſum ſemel & iterum, non intelligitur uſq; in infinitum: ſed pro duabus uicibus, ſecundum Bal. in c. præſentata. ī. eod. & in c. tua nobis. ī. de appell. Et utrobiq; dicit ſe conſuluiſſe, quòd arbiter per poteſtatem non poteſt ſibi prorogare tempus, donec uixerit, uel ad longum tempus. De hoc etiamplenè, per Bal. in rub. apud quem, uel quos contro. dici debeat. & Rom. in l. ij. in penul. chart. ff. de re iudi. & Bal. in c. fi. s̄. de conſue. & Ange. Imo. & Ro. in l. ſi finita. in prin. ff. de dam. infect. & Bal. in l. j. C. ut in poſſeſsio. leg. Et hîc eſt, quòd non ualet pactum, quòd in perpetuum à cõmunione non diſcedatur, l. in hoc iudicio. §. ſi conueniat. ff. communi diuid. Et hinc eſt, quòd licẽtia de extrahendo bladum, uel aliquid de ciuitate, non durat ultra ſeptem dies, ſecundum Bart. in l. ij. C. de tractatorijs. lib. xij. Et hinc eſt, quòd diſpenſatus, ut poſsit duplici officio fungi, intelligitur pro tribus annis tantùm, ſecundũ Bar. in l. fi. C. de exacto. & exec. li. xij. Et hinc eſt, quòd ſi bannito eſt cõceſſa ſecuritas ſimpliciter, ut poſsit uenire, intelligitur ſemel tantùm, ſecundum Bart. in l. dotis. la ij. ff. de iure do. per tex. ibi, & in l. boues. §. hoc ſermone. ff. de uer. ſig. Et hinc eſt, quòd uendens uuas, uel roſas uineæ, uel roſarij fructificantis bis in anno, intelligitur de primis tantùm, ſecundum Bal. in l. diuortio. §. quod in anno. ff. ſol. mat. Et quòd ſimplex ſermo intelligatur de prima uice, dicetur aliàs poſt domi. Ant. pulchrè cõſi. xxxv. Et hinc eſt etiam, quòd ſi fideiuſſor promittit præſentare toties, quoties per binam præſentationem liberabitur, ſecundum Ang. in l. oratione. ff. de ferijs. & in l. ſi finita. in prin. ff. de dam. infe. de quo ibi la
5 tius per Ro. ¶ Et † hinc eſt, quòd emphyteoſis informiter recepta, non intelligitur ultra quartam generationem, ut in §. emphyteoſi. in authen. de non alienandis. Et in hac materia uide alia quædam per Ro. in rub. ff. de arbit. & Ang. in l. ij. §. quod diximus. ff. ſi quis cautio. & Ang. in l. fi. ff. de ferijs. & gloſſ. ij. in d. c. cùm in multis. de reſcri. in vj. Et in aliquibus caſibus toleratur infinitas, quando uerba contrahentium, uel ſubiecta materia hoc requirit, ut magiſtraliter per Bal. in l. j. C. de ſen. quæ pro eo, quod inter. poſt Bart. in l. qui bona. §. fi. de dam. infec. Et ideo dixit Bal. in l. ueluti. §. hæc uxor. ff. de eden. quòd ſtante ſtatuto, quòd cauſæ inter cõiunctos compromittãtur, & factum fuit ſemel compromiſſum & expirauit, debebit iteratò fieri, & quoties opus erit: quia ſemper ſubeſt ratio ſtatuti. Et idẽ ipſe nõ. in l. qui per ſalutem. ff. de iureiu. & in l. fideicommiſſa. §. ſi quis x. ff. de lega. iij. & Ro. in l. prætor. §. hoc autem. ff. de operi. no. nun. & per Raph. in l. ſi cùm dotem. §. j. ff. ſol. ma. & Spec. in ti. de arbi. §. excipitur. uerſicul. ſed quid ſi fuit actum. Iſta tamen ſunt tacta pro quodam diſcurſu.

c. preſentata.

SVMMARIVM.

1 ✠ *Compromiſſum an expiret morte compromittentis, uel morte eius, in quem compromiſſum eſt.*
2 *Compromiſſum ſicut expirat per mortem unius arbitrorum, ita per abſentiam longæuam & diuturnam expirat compromiſſum.*
3 *Electus in epiſcopum non tenetur expedire cauſam, in qua fuerat electus arbiter.*
4 *Teſtes qui iterum examinantur coram iudice, an iterum debeant iurare.*
5 *Habens electionem an poſsit poſt primam electionem uariare.*
6 *Teſtis ſecundò examinatus ſi dicat aliter, quàm dixit in prima depoſitione, an fidem faciat.*
7 *Acta ordinatoria iudicij facta coram arbitro, an faciant fidem coram iudice. Et concludit, quòd non.*
8 *Fallit ubi partes conſentirent.*
9 *Acta inſtructoria cauſæ, concernentia factum, geſta coram arbitro, probant in iudicio ordinario.*
10 *Limitatur, ut num. hoc, & num. 14.*
11 *Confeſsio facta coram arbitro non ualet coram iudice, niſi tanquam extraiudicialis.*
12 *Teſtes recepti coram arbitratore, non faciunt fidem coram iudice.*
13 *Limita hoc, ut hîc ſecundum Bal.*

CAPITVLVM L.

Præſentata. ¶ Atteſtationes receptæ per arbitrum fidem faciunt in iudicio, dũmodò teſtes mortui ſint: ſi uerò uiuunt, eſt in optione illius, contra quem teſtes producti ſunt, an uelit atteſtationes recipere, an teſtes de nouo recipi. H. D. ¶ In tex. ibi, prædeceſſorem. No. ſecundum do. Car. & do. Abb.
1 quòd † compromiſſum factum per prælatum ſuper iuribus prælaturæ trãſit in ſucceſſorem, niſi aliud expreſsè caueatur in compromiſſo. Et ita limitat c. fi. de arb. Item dum modò ſit factum authoritate ſuperioris, aliàs non: quia eſſet perſonale, c. ueniens. & c. de cætero. s̄. de tranſac. Et ſimile no. Inn. in c. ſignificauit. s̄. de reſcrip. Et procedunt iſta in compromiſſo facto ab habente dignitatem actiuè. Quid autem, ſi paſsiuè, hoc eſt, quòd in habente dignitatẽ ſit compromiſſum non expreſſo nõmine, an tranſeat in ſucceſſorem? Videretur, quòd ſic, per c. quoniam. s̄. de offi. dele. Sed contrarium tenet hîc Imo. allegando Inn. in c. fi. s̄. de offi. dele. & Bart. in l. qui liberis. §. hæc uerba. ff. de uul. & pu. ubi ita limitant d. c.

quoniam ab, quia licet expressa sit dignitas, uideturpo
tiùs contemplata persona ex eo, quòd consueuit com
promissum fieri in amicos communes, & non in alios,
ut docet experientia, secundum ipsum: pro quo uide
omnino Bald. latè idem tenentem de compromisso fa
cto in Regem Franciæ, in c. j. de inuest. in mar. facta. uers.
sed pone, duo magni domini. & in l. fi. in vj. q. C. de hær.
insti. & in l. fi. §. sed & si quis. circa prin. C. communia de
legat. & in auth. si tamen. C. de temp. app. & Imo. & Pau.
de Cast. in d. §. hæc uerba. & do. Abb. & Imol. in d. c. fi. li
cet do. Ant. ibi aliter dixerit. Hoc bene no. ¶ In tex. i-
2 bi, per xij. dietas. Not, secundum Host. & alios quòd †
sicut per mortem unius arbitrorum, ita per absentiam
longæuam & diuturnam expirat compromissum, uel
saltem potest alia pars impunè recurrere ad iudicē or
dinarium, compromisso nō obstante. Sicut enim pars
hîc potuit impetrare delegatum, ita potuisset recurrere
ad ordinarium, arg. l. penul. C. de arbit. Et per istum tex.
collígit hîc domi. Card. talem doctrinam, quòd absens
longo interuallo, & astrictus in illo loco ad residēdum,
habetur pro mortuo, quo ad actus expediendos in a-
lio loco, qui non possunt expediri extra locum. Et hoc
5 per istum tex. qui comparat istos duos casus. ¶ An †
autem iste assumptus in archiepiscopum per hoc so
lùm excusaretur, ut non cogeretur pronunciare? Gloss.
hîc tenet, quòd sic: per l. non distinguemus. §. sacerdo
tio. ff. de arbi. Sed domi. Card. hîc refert in contrarium,
Pe. de Sansonia: quia in §. sacerdotio. mutatum erat fo
rum: quia laicus erat factus sacerdos, & sic per laicum
iudicem non poterit amplius cogi: quę ratio cessat hîc,
cùm iste primò erat clericus. Quod dicit esse notādum
pro intellectu d. §. sacerdotio. Et idem tenet do. Ant. hîc.
¶ Sed opinionem gloss. tenent hîc Bald. Imo. & domi.
Ab. firmantes, quòd dignitas superueniens in clerico,
qui acceptauerat compromissum, liberat eum, ut non
possit cogi finire, per d. §. sacerdotio. quia non ponde
rat ille tex. mutationem fori, sed quia sacerdos nunc ha
bet uacare sacris: & ideo fauore diuinæ maiestatis non
compellitur. Nec minor est ratio, secundum eos, in
transeunte de uita laicali ad clericalem: quàm de cleri
cali simplici ad episcopalem. Et per hoc etiam ponde
rat Imo. multitudinem occupationum in prælato. Vn
de succedit, quod habetur in l. licet. allegata in gloss. Et
dicit Bald. hîc, quòd taliter honoratus dicitur nouus
homo, per l. cùm falsa. §. j. ff. de condi. & demon. ¶ In
tex. ibi, respuentes. Nota, quòd pars, contra quam fue
runt coram arbitro testes producti, si non uult stare at-
testationibus uiuorum testium, non tenetur eos repro
bare: sed satis est dicere, quòd nō uult illis stare. Ex quo
utiliter infertur, quòd si is, qui eos produxit coram ar
bitro, uult iterum eos producere coram iudice, hoc fa
ciet suis expensis, secundum do. Card. hîc: quem sequi
tur domi. Abb. eo tacito: & reprobant in hoc Cal. dicen
tes, eum non considerasse istum text. in quo non dicī-
tur, quòd testes reproducantur ad petitionem partis,
contra quam producti fuerant: imo in dicto uerbo in-
nuit contrarium: sufficit enim illas respuere & consen
tire, quòd iterum admittantur: alia autem pars postu
lat iterum examinationem, & ideo eius sumptibus fiet,
iiij. quæst. iiij. §. uenturis, in uerbo, postulasti. & in c. sta-
4 tutum. §. pen. de rescrip. in vj. An † autem debeant ite-
rum iurare, quando examinantur coram iudice? Dic,
quòd sic: secundum Io. An. Bald. domi. Card. & domi.
Abb. hîc: quia perempta instantia alterius tribuna-
lis, pereunt omnia ista ordinatoria, quæ restringuntur
ad illa, l. cùm apud. ff. iud. sol. Et quòd sublata instantia
iterari debeat iuramentum, dicit domi. Ab. esse bonum
tex. in c. ij. de iur. cal. in vj. Meliùs allegasset tex. in c. fra-
ternitatis. suprà e, ubi fuit dictum in ij. not. & text. in l.
qui bona. §. si quis stipulaturus. ff. de dam. infect. per
quem in terminis idem tenet Bal. in l. fi. ante fi. C. de te-
sti. ubi uide. Tetigi in c. per tuas. quasi in fin. suprà eod.
¶ Quid autem, si iste, contra quem recepti fuerant te-
stes, eligeret stare attestationibus, utrùm posset uariare
& respuere? Dic, quòd non, secundum domi. Card. hîc,
si est persona ecclesiastica, in qua uariatio est prohibi-
ta, c. quod autem. infrà de iurep atr. Bene facit ultra ip-
sum, quod not. Host. & alij in c. continebatur. j. de ijs,
quæ fiunt à prælat. dum dixit, l. quoties. C. de rei uen.
non habere locum in persona ecclesiastica. Sed dicit do
mi. Card. quòd idem erit in laico: quia statim post ele-
ctionem res definit esse integra, & acquiritur ius ipsi
aduersario. Ideo non est locus uariationi, c. si tibi. de
præb. in vj. Et facit ultra ipsum regula, mutare. de reg.
iur. in vj. Et idem de laico firmat Bald. in d. l. fi. ante fin.
5 Generaliter autem, an † habens electionem possit post
primam uariare? distingue, ut hîc per domi. Card. cui
adde, quæ not. Bar. in d. l. de rebus. circa prin. ff. re. amo.
& Pet. de Anchor. consi. ccx. inci. Franciscus. & Rota in
antiquis, conclusione xxxvij. & Bald. in l. post legatum.
in fi. ff. de ijs, qui. ut in di. & Imo. post Dy. in l. pater. §. fin.
ff. de condi. & demon. & Bald. in authen. habita. uersic.
tertiò quæro. C. ne filius pro patre. & in l. fi. §. cùm in ijs,
C. de furt. & Bald. Angel. & Imo. in l. si cùm dotem. §. eo
autem tempore. ff. solut. matr. & Io. And. in d. regula,
6 mutare. cum si. ¶ Quid † autem, si isti secundò exa-
minati aliter dicerent? uide latè domi. Abb. hîc conclu
dentem, quòd si non potest dictum concordari, nō ua-
lebit secundum dictum, nec etiam primum: contra
Cald. hîc. De secundo clarum est, ut per gloss. in c. cùm
causam. & in c. ueniens, el ij. & c. cùm in tua. suprà eod.
De primo uideretur, quòd ualeret, per c. sicut nobis. su-
prà eod. Dixi in d. c. cùm in tua. in ij. conclusione. Con-
trarium est uerius in casu isto: quia opinio, de qua in i-
sto text. denotat, quòd uolente ipso, qui habet optio-
nem, attestatio non ualet: aliàs ista opinio nulla esset,
ut hîc per ipsum. Et per hoc limitatur distinctio secun-
dæ conclusionis. ¶ In gloss. in uerbo, acta. in fi. An &
quando acta facta coram arbitro fidem faciant coram
iudice: collige ex dictis Doct. hîc, & in l. penul. C. de ar-
bit. & in l. final. C. de testibus & ordina. duas conclusio-
7 nes. ¶ Prima cōclusio. Acta † ordinatoria iudicij fa-
cta coram arbitro non faciunt fidem coram iudice, se-
cundum Inno. Ioan. Andr. & omnes hîc: quia non po-
test super ipsis fundari sententia, cùm non sint iudicia-
lia, ex quo arbitri sententiæ non paretur, nisi metu pœ-
næ, l. j. C. de arbit. & propter mutationem tribunalis, l.
cùm apud. & ibi Barto. ff. iud. sol. Ad istum tex. in uerb.
iuxta huiusmodi acta. respondent Doct. quòd uel hoc
processit ex speciali mandato Papæ, uel intelligitur de
actis causæ, & non iudicij: quæ differunt, ut patet in se-
quenti conclusione. Et cum istis concordat Bal. in l. pe.
ad fi. & probantur ex ijs, quæ dixi in c. causam. el j. in
quarta regula, suprà eod. Et per ibi dicta confirmatur
latiùs id, quòd subdunt Doct. hîc, in quantum limi-
tant istam conclu. non procedere, quo ad actus præte-
ritos: putà interruptionis, præscriptionis & litis conte-
stationis. Dic ergo, ut ibi, & est prima limitatio. ¶ Se-
8 cundò limita, nisi † partes cōsentirent, quòd iteratò il-
la acta ordinatoria ualerent corā iudice absq; alia mo-
nitione, secundum Inn. & alios hîc: quorum dicta limi-
tat domi. Abb. dum modò non agatur de actibus sub-
stantialibus non dependentibus à potestate partium:
de quibus per gloss. in c. de causis. suprà de offi. deleg.
cum concor. quia sicut non possunt illis renunciare, ut
ibi: ita ista, quæ aspirant per accessum ad aliud tribu-
nal, non poterunt haberi pro renouatis partium con-
sensu, ut hîc per ipsum: cui prò & cōtrà adduci possent,
quæ in alia difficultate habentur in simili per Bart. in l.
cùm quærebatur. ff. de iudic. per Ange. in authen. si ta-
men. circa prin. C. de temp. appel. per Abb. in c. fi. in ult.
col. suprà ti. j. per Barto. in l. mutari. ff. de proc. per Imol.
in d. c.

in d. c. de causis. per domi. Anto. & Imol. & domi. Abb.
in c. uenerabilis. suprà de iudi. dum tractant, an perem-
pta instantia, & sic actis ordinatorijs, possint partes in
alia instantia habere illa acta communi consensu pro
renouatis: & quia communiter dicitur, quòd ideo su-
stineretur opinio domi. Abb. hîc: sed tenendo opinio-
nem contrariam in illa quæstione, quòd imo possint,
prout multi tenent, remaneret dubia opi. do. Abb. hîc,
nisi saluetur in casu suo, s. in actis factis coram arbitro,
qui non est propriè iudex. Et intellige ista, quòd utra-
que pars cōsentiat, per ea, quę de actibus nullis habui-
mus in c. cùm causam. suprà eod. Sumus enim extra ca
sum huius c. & sic data nullitate requiritur consensus
9 utriusque. ¶ Secunda conclusio. Acta † instructoria
causæ concernentia factum gesta coram arbitro, pro-
bant in iudicio ordinario: ut est casus hîc, & in l. pe. C.
eod. quia graue esset, quòd talia perirent, cùm non pos-
sint de facili iterari, sicut in simili perempta instantia ta
lia non pereunt, ut diximus in d. c. causam. in iiij. regu-
10 la. ¶ Limita † primò, nisi testes producti coram arbi-
tro adhuc uiuerent, & pars non uellet eis stare, ut hîc in
tex. & l. fi. C. eo. Quare autem sit inductum isto casu: &
non est sicin testibus receptis coram alio iudice: quia
faciunt fidem coram alio, c. causam. el j. suprà eod. l. ge-
sta. C. de re iud. uide Bald. in d. l. fi. in j. col. uersi. sed tu
quæris. ubi dicit, quòd testes corā arbitro faciliùs men
tiuntur, quàm coram iudice, qui potest ipsos torquere.
Quia igitur solenniùs examinantur in iudicio, sunt cre
dibiliores. Aliam rationem latè ponit domi. Abb. hîc:
quia de mero & stricto iure non deberent ualere ullo ca
su illæ attestationes factæ coram arbitro, cùm non ha-
beat iurisdictionem, sed quandam notitiam: l. j. C. de
arbi. Sed lex considerat, quàm graue esset, ut attestatio-
nes perirent mortuis testibus: ideo eas ex æquitate su-
stentat. Quæ ratio cessat in testibus uiuentibus, ut hîc
11 per ipsum. ¶ Limita † secundò in confessione facta
coram arbitro: quia, secundum quosdam, illa non ua-
let coram iudice, nisi ut extraiudicialis, secundum Cy.
in l. j. C. de confes. & sequitur Io. An. in Spec. de confes.
§. nunc uidendum. uersi. quantum. de confes. Et licet re-
ferat post Cy. aliquos distinguentes, an laudum sit e-
mologatum, & tunc ualeat ut iudicialis: an non sit e-
mologatum, & tunc ualeat, ut extraiudicialis: & alios
distinguentes inter arbitrum & arbitratorem: tamen ip
se post Cy. tenet indistinctè ualere, ut extraiudicialem:
& sequitur Io. An. & domi. Anton. hîc, & domi. Anton.
in c. Quintauallis. uersi. decimaquarta differentia. j. de
iureiu. ¶ Contrarium tenet hîc Imo. quòd omni ca-
su ualeat, ut iudicialis: quia d. l. pe. simpliciter loquī-
tur, dicens, acta respicientia decisionem causę ualere co
ram alio iudice: nec debet intelligi, quòd confessio ua-
leat, ut extraiudicialis: quia de hoc non erat dubium,
per c. per tuas. cum si. suprà de proba. ¶ Item, quia
litis contestatio ualeat ut iudicialis, quia interrumpit
præscriptionem, & sic acta respicientia decisionem caus-
æ ualebunt ut iudicialia: arg. l. iam hoc iure. ff. de uulg.
& pup. Imò dicit, quòd nisi emanasset hæc decretalis, l. 14
fi. C. de testi. attestationes essent receptæ per illam l. pe.
Et cum hoc etiam concordat domi. Abb. hîc, licet non
uelit dicere, quòd sit iudicialis: sed dicit, quòd potest
allegari tanquam iudicialis: quia quòd esset extraiu-
dicialis, non erat dubium. Item sicut attestationes mor-
tuorum ualent, nō tanquam receptæ in summario, sed
tanquam iudiciales ordinariæ, ut hîc: ita cōfessio, quæ
fortè de facili non poterit iterum haberi. Dicit tamen,
quòd dictum Cy. procedit de stricto iure. Et pro hac
parte faciunt, quę de confessione in summario dicit In-
noc. in c. cùm dilectus. infrà de ordi. cogn. & diximus
in d. c. causam. uersi. secundò restringe. Ex quo dicto e-
licitur in proposito fortissima ratio: quia in secundo iu
dicio faciliùs admittitur cōfessio facta in primo, quàm
examinatio testium. Patet ex c. ueniens. el ij. suprà eod. c. præsen-
iuncto illo dicto Innoc. & tamen hîc attestationes pro- tata.
bant. Ergo fortiùs confessio. Et ista intellige in confes-
sione facta coram arbitro in materia, de qua poterat co
gnoscere: aliàs non, secundum Bald. pulchrè in l. unica.
uersi. ulteriùs quæro. C. de confes. Vnde dicit Bald.
in l. pe. in fi. C. de arbi. quòd confessio facta coram ar-
bitro non per omnia habet uim confessionis factæ in
iudicio: quia non infamat, l. quid ergo. §. ex compro-
misso. ff. de infamibus. Vnde si coram arbitro quis con
fiteatur se fecisse furta, nō est infamis, secundum ipsum.
12 Quod dicit tenendum mentí perpetuó. ¶ Limita †
tertiò, seu declara, non habere locum istam decr. in te-
stibus receptis coram arbitratore: quia non probant
coram iudice, secundum domi. Abb. hîc multùm latè:
quia processus arbitratoris non habet aliquam figu-
ram iudicij. Vnde iudex nō dicitur sibi succedere, cùm
secum nullam habeat similitudinem, per notata in d. c.
Quintauallis. ut hîc per ipsum. Cui adde Bald. idem te-
nentem in l. fi. C. de testi. & ibi allegat Inn. in d. c. Quin-
tauallis. Idem tenet domi. Anton. ibi in xiiij. differen-
tia. Et facit, quod ipse subdit in xvj. differentia, dum al-
legat Spec. in tit. de litis contest. §. effectus. in prin. quòd
litis contest. facta coram arbitratore non interrumpit
præscriptionem. Adde etiam Bald. idem tenentem in
peculio Innoc. in l. factum. & in l. pe. C. de arb. Et istam
limitationem extende ad testes receptos coram hone-
stis personis non suffultis aliqua iurisdictione, secun-
dum Barto. post Nic. in d. l. fi. Vnde infert, quòd testes
recepti per syndicos uillarum super inquisitione male-
ficiorum, nullam fidem faciunt iudici, licet quando-
que excusent syndicum propter iustam ignorantiam.
13 ¶ Videtur † tamen Bald. ibi limitare istud de arbitra-
tore, nisi ex facto partium aliud induceretur: quia po-
test ualere robore pacti, quod non ualet robore iudicij,
per illum tex. & facit, quod dixi post Inno. in secunda li
mitatione præcedentis conclusionis. ¶ Item limita,
secundum Bald. hîc, nisi quis haberet duplicem pote-
statem, scilicet arbitri & arbitratoris: & fuisset secutus
formam arbitri: quia fecit litem contestari & testes iu-
rare: quia tunc licet in pronunciando sequeretur for-
mam arbitratoris, tamen adhuc habet locum hæc de-
cre. & allegat Iac. Bu. in l. pe. C. de arb. Et istud sustine-
retur. quod etiam sentit Barto. in d. l. pe. & domi. Anto.
hîc, licet domi. Abb. hîc contra: sed eius rationes non
tangunt hunc casum. ¶ Item limitat Bald. hîc, non
procedere ista in tali casu, uidelicet si arbitrator con-
tra dicta testium pronunciauit, quos examinauit, & pe
tita fit reductio ad arbitrium boni uiri: nam ex dictis
attestationibus poterit fieri reductio, & sic faciēt fidem
in alio iudicio: & hoc, si iurauerint de consensu parti-
um: quia iuramentum est conuentionale: & omnia dī-
cit intelligenda saluis pactis compromissi. Et istis ad-
de, quòd attestationes receptæ coram iudice ualent co
ram non iudice, id est, coram arbitratore, licet coram
eo propriè non fiat probatio, secundum Bald. hîc. Al-
legat Inno. in c. Quintauallis. ¶ Limita † quartò, seu
declara istam decre. ex dictis Inno. quem omnes ibi se-
quuntur in c. cùm in tua. in prin. suprà eod. ubi dicit,
quòd licet primi testes mortui probent coram iudice,
ut hîc: tamen testes recepti in summario iudicio, & mor
tui, nō probant in plenario: quia nulla est eorum uox.
Ad istum tex. respondet, quòd agebatur de eadem ma
teria: nam ordinarius, seu delegatus succedit loco ar-
bitri: sed in iudicio summario non succedit ordinari-
us primo iudici, nec ad idem agitur: quod dicunt hîc
domi. Anton. & domi. Abb. esse bene notandum ad in-
tellectum huius c. & tamen hîc omittunt. ¶ Extra
gloss. scias quædam dicta Bald. hîc non discutiendo i-
psa. Dicit enim per illum text. in uersiul. iurisdictione.
quòd pro mero & mixto imperio potest compromitti

in uerum arbitrum: quod dicit eſſe notatu dignum & memoria tenendum. ¶ Item dicit, quòd ſi eſt dictum in compromiſſo, quòd arbiter poſsit quocunque loco ſententiam ferre, non poteſt hodie citare partes ad unam ciuitatem, cras ad aliam, nec ad partes remotas; niſi ibi eſſent partes. ¶ Item dicit, quòd ſi eſt dictum, quòd poſsit pronunciare ſemel & pluries, non tamen faciet teſtes publicari pluries coram ſeipſo: quia in hoc non dictat pactum. ¶ Item dicit, quòd ſi ſemel diffiniuit cauſam, non poteſt iterum diffinire, & ſe corrigere: nam etiam de conſenſu partium non corrigitur diffinitiua. Allegat gloſſ. in l. diuerſa. C. de tranſac. Iſta ergo uerba intelliguntur de interlocutoria, uel ut poſsit addere, uel interrogare, uel declarare, uel pronunciare hodie de una parte petitionis, cras de alia: quod aliàs non poſſet, l. quid tamen. ff. de arb. ¶ Item dicit, quòd iſtud uerbum Pluries, in compromiſſo importat tribus uicibus, non in infinitum: arg. c. licet. el iij. ſuprà eod. ¶ Item poteſt, quando eſt dictum, quòd arbitretur intra certum terminum, hoc adiecto, quòd poſsit ipſum ad uoluntatem ſuam prorogare, quotieſpoterit: de quo per eum in locis, quæ allegaui in d. c. licet. ante fi. ¶ Item dicit, quòd ſi in caſu iſto reus non uult optare, quòd uult pœnam ſoluere: hoc poteſt etiam per not. in cle. quandiu. de appell. niſi ſit dictum, rato manente pacto. Ponit etiam quædam alia, de quibus hîc per eum.

SVMMARIVM.

1 *Religioſus non admittitur ad teſtimonium ſine iuramento.*
2 *Nouitius poteſt exire de monaſterio ſine licentia, non facta profeſſione.*
3 *Princeps an poſsit ſtatuere, ut uni ſoli teſti credatur.*

CAPITVLVM LI.

1 NVper. ¶ Non † creditur teſti etiam religioſo ſine iuramento. H.D. Et facit ad no. in c. cùm nuncius. ſuprà eod. ubi tactum fuit, quando religioſus poſsit teſtificari: de quo in Spe. eod. tit. §. j. uerſi. item excipitur, quòd eſt monachus. Item facit ad notata in c. inſuper. ſuprà eo. dum profeſsio probatur per illos de conuentu: quia non eſt cauſa ſingulorum, ſed monaſterij. Ex quo notat etiam do. Abb. quòd profeſsio poteſt probari per teſtes abſque ſcriptura: & dicit ad idem eſſe bonum tex. cum gloſſ. in c. uidua. xx. quæſt. j. & in c. porrectum. j. de regul. ¶ Item facit ad notata in c. edoceri. ſuprà de reſcrip. dum ſolus cuſtos fratrum agit hîc nomine conuentus: de quo per Innoc. in c. fi. ſuprà de maio. & obe. & omnes in c. cauſam. el j. & in c. cùm deputati. ſuprà de iudi. ¶ Item no. quòd prælatus poteſt agere, ut repetat ſubditum. Ad idem c. abbates. xviij. qu. ij. ſicut pater uendicat filium, & dominus ſeruum, l. j. ff. de rei uendi. facit c. multos. liiij. diſt. & c. j. ſuprà quod metus cauſa. & c. præſens. xx. quæſt. iij. ¶ Et pondera
2 iſtum tex. quòd † egrediendo de monaſterio non tenetur nouitius petere licentiam de neceſsitate, ſed poteſt exire ad libitum non facta profeſsione: nec tenetur redire, niſi probetur contra eum profeſsio, per iſtum tex. quem bene no. ſecundum domi. Abb. qui ex hoc dicit ſe credere, quòd monaſteriũ non poſsidet, niſi per profeſsionem: quia liber homo non poſsidetur ſine cauſa, l. cùm hæredes. in fi. de acqui. poſ. & ideo oportet, quòd probetur illa cauſa poſsidendi, ſicut dicitur in marito petente reſtitutionem coniugis, in c. ex parte. & in c. ex tranſmiſſa. ſuprà de reſtit. ſpol. quæ iura poſſunt obſeruari in caſu iſto, ſecundum ipſum. Et iſta no. quia adhuc non legi alibi. ¶ Item per iſtum tex. no. Bald. hîc, quòd profeſsio debet fieri in præſentia partium. Et ſimile dicit in feudo: quia pares curiæ debent eſſe præſentes, per c. j. de feudo guardiæ. ¶ Item per iſtum tex. cum dictis Doct. infert hîc domi. Abb. quòd in dubio non cenſetur quis profeſſus, licet probetur ingreſſus: ſed oportet, quòd monaſteriũ probet, ex quo alter ne-
3 gat. ¶ Extra gloſſ. dicit Inno. hîc, quòd † ſolius epiſcopi teſtimonio creditur in foro ſeculari ex priuilegio, c. quicunque. xj. q. j. qui tex. ſecundum ipſum, non loquitur in cauſis fori eccleſiaſtici, in quo Imperator non potuit ſtatuere: & ſequitur Hoſt. per c. fi. j. de rebus eccle. non alie. & c. ſicut te. j. ne cle. uel mo. Et adde, quòd iſtud priuilegium non poſſet Imperator reuocare: quia concedendo ipſum non ſubdito, tranſiuit in contractum, ſecundum Inno. in c. nouit. ſuper uerb. Theodoſius. ſuprà de iudi. & Archi. in c. quicunque. cum concor. quas dedi in c. j. in j. char. ſuprà tit. j. & ſecundum prædicta aliquid operatur d. c. quicunque. quamuis Specu. in tit. de teſte. §. reſtat. uerſicul. xxij. & gloſſ. in c. cùm deuotiſsimam. xij. qu. ij. & in d. c. nouit. dixerint ipſum eſſe correctum, per c. cùm à nobis. in fi. ſuprà eod. Cuius contrarium expreſſè firmat Inno. hîc, quem ſequitur domi. Anton. domi. Card. & domi. Abb. Et propter iſtud dictum Inn. decidit Rom. in ſingulari ccclxv. quòd communitas non recognoſcens ſuperiorem poteſt ſtatuere inter ſubditos ſuos, ut cauſa decidatur teſtimonio unius digni uiri. Et idem tenet domi. Ab. hîc, colligens: principem ex cauſa poſſe recedere ab illo, In ore duorum, & cætera. licet dicat, d. c. quicunque. hodie non ſeruari. Sed de iſto dicto Ro. & domi. Abb. ſæpe dubitaui, ut etiam tetigi in d. c. cùm à nobis. in iij. no. j. concluſionis: quia ſi ſoli imperatori non creditur, d. c. cùm à nobis. in uerb. quantæcunque. Ergo non poteſt plus alteri concedere, quàm ipſe habeat, l. nemo. ff. de reg. iur. Et licet aliquando augeat numerum teſtium, non reſtringit, quòd uni credatur in præiudicium partis. Secus, ſi pars conſentiat, l. Theopompus. cum ſimilib. ff. de dote prælegata. Attamen deciſio iſta pendet tota ex notatis per Inno. in c. quæ in eccleſiarum. s̃. de conſue. & Cy. Bal. & Sali. poſt gloſſ. in l. fi. C. ſi contra ius, uel uti. publi. in quæſt. illa, utrùm Imperator ex cauſa poſſit ſtatuere contra ius diuinum. ¶ Vltimò intellige, quòd ad hoc, ut ualeat teſtimonium non iuratum, nõ ſufficit, quòd pars non contradicat, ſed requiritur expreſſus conſenſus, ſecundum Hoſt. hîc, per c. de teſtibus. ſuprà eod. & ſequuntur alij. Et dum gloſſ. hîc dicit, quòd creditur uni, ubi alteri non præiudicatur, uide Inn. & domi. Ant. in rubri. j. de conſec. eccl. uel alta. cum pluribus concordantijs, quas dedi in c. ueniens. el j. in ult. char. ſuprà eod.

SVMMARIVM.

1 *Sanctus ante quàm canonizetur, quæ ſint probanda.*
2 *Eccleſia poteſt errare in canonizatione ſanctorum.*
3 *Teſtes ſunt ſecretè examinandi, aliàs non ualet, quod agitur.*

CAPITVLVM LII.

VEnerabili. ¶ Diligenter examinandi ſunt teſtes, etiam cùm imminet canonizatio alicuius ſancti, & agitur de probanda eius uita & mira-
1 culis. H.D. ¶ Et † de iſta canonizatione aliqua ponunt hîc Scribentes, maximè quòd ad ipſam non ſufficit probare miracula, ſed debet etiam probari ſanctimonia uitæ, per iſtum text. in uerbo, uita & miraculis. quia multi non ſancti faciunt miracula, aut ui uerborum: ut conſecratio euchariſtiæ: aut ui parentelæ, ut Rex Franciæ: uel illi de domo ſancti Pauli arte magica: aut

aut ex charitate ſola, ut de conſec. diſ. iiij. ſolet. ut hîc per eos: & eſt gloſſ. optima in c. unico, in uerb. præcipimus. de reli. & uene. ſanc. in vj. Requiruntur autem miracula: non, quia ſunt neceſſaria ad beatitudinem, ſed quia etiam non poteſt aliter ſciri alicuius beatitudo, niſi per miracula. Eſt autem miraculum, ſecundum Bal. quando id, quod non poteſt fieri per hominem uirtute hu-
2 mana, fit hominis miniſterio. ¶ Et † ſolet dubitari, utrùm eccleſia poſsit errare in canonizatione ſanctorum? in quo uide gloſſ. in uerſi. ſedis Apoſtolicæ. in d. c. unico. quæ dicit, quòd hoc accidere poteſt, ſed nõ eſt credendum: ſed beat. Tho. pulchrè in Quodlibetis, Quodlibeto j. arti. ult. prout refert Card. ſancti Sixti in tractatu, de poteſtate Papæ, quæſt. lj. ubi dicit, quòd Papa non poteſt in hoc errare: quia non conſiderantur perſonæ eorum, ſecundum quas dici poſſet errorem poſsibilem & impoſsibilem: ſed diuina prouidentia, quæ eccleſiam ſuam dirigit ſpiritu ſuo ſancto, ut non erret, ſecundum quod promiſit Ioannis xiiij. Spiritus docebit uos omnem ueritatem, & cætera. Et ſi argueretur in contrarium, nullus poteſt eſſe certus ita de ſtatu ſuo, ſicut ipſemet: quia quæ ſunt hominis, nemo nouit, niſi ſpiritus hominis: ad Corinth. j. Sed homo non poteſt certus eſſe de ſeipſo, an ſit in ſtatu ſalutis, Eccleſiaſtici ix. Neſcit homo, utrùm dignus ſit odio, uel amore: Ergo minùs Papa: Reſpondet, quod ipſe Papa informatur teſtibus, ut hîc, concurrente inſpiratione ſpiritusſancti, quia omnia ſcrutatur, etiam profunda. ¶ Similiter ſi diceret, qui nititur medio fallibili, poteſt errare: ſed eccleſia utitur teſtimonio miraculorum, ut hîc: & illud eſt fallibile, ut prædixi: ergo eccleſia poteſt errare: reſpondet, quòd Deus præſeruat eccleſiam, ne in talibus erret: & ita reſidet. Sed facilius ſuſtineretur opinio gloſſ. in d. c. unico. quòd eccleſia in hoc errare poteſt. Et ſi diceretur, eccleſia errare non poteſt, c. à recta. ibi, nunquam erraſſe probatur. xxiiij. qu. j. reſpondeo, quòd illud debet intelligi, quòd non poteſt errare in fide, ſeu articulis fidei: nam pro hoc tantùm orauit Chriſtus ad patrem: Ego pro te oraui Petre, ut non deficiat fides tua. Sed in occultis eccleſia etiam uniuerſalis errare poteſt, ut eleganter declarat domi. Abb. in c. à nobis. el ij. infrà de ſenten. excom. per illum tex. ubi eccleſia poteſt errare ligando non ligandum, & abſoluendo non abſoluendum: quia non poteſt de occultis certitudinaliter iudicare, c. unico, ut eccleſ. benefic. Sed in talibus ſequitur indicia & opinionem, & iſta ſunt fallibilia. Et ſi diceretur, iudicium eccleſiæ confirmat ſe iudicio Dei, d. c. unico: ſed Deus non errat: ergo nec eccleſia: reſpondetur, quòd confirmat ſe, in quantum poteſt: ſed aliquando non poteſt, ut in occultis. Et pro hac parte facit illud, Multa corpora ſanctorum uenerantur in hoc mundo, quorum animæ cruciantur in inferno. Cætera in materia de ſolennitatibus canonizationis, & multis alijs, uide per gloſſ. & Doc. in c. j. infrà de reli. & uenera. ſanct. & pleniſsimè ultra omnes per Archiepiſcopum Florentinum in ij. parte iij. partis ſuæ Summæ, in rubrica, de ſtatu ſummorũ Pontificum, in xiiij. char. Et qualiter debeant deponere teſtes de miraculis, dixi in c. licet ex quadam. ante fi. ſuprà eod. ¶ In gloſſ. fi. in fi. No. teſtes ſeparatim & ſecretè examinãdos: & ad-
3 de, quòd † ſi ſimul examinantur, non ualet examinatio, ut not. gloſſ. ij. in c. cùm cauſam. ſuprà eod. & ibi domi. Abb. & Specul. in tit. de teſte. §. nunc tractandum. in prin. & uer. ſed pone, produxi. & hoc propter rationem gloſſ. Dicas tamen, quòd non eſt improbatum, imo utile, alias perſonas eſſe præſentes, maximè in arduis, ſecundum Bald. in l. nullum. uerſi. quartò not. C. de teſti. & domi. Anton. & do. Abb. in d. c. cùm cauſam. Et hinc eſt, quòd de neceſsitate alij uocantur in cauſa hæreſis, c. ut officium, de hæreti. in vj. tamen in alijs cauſis ſufficit iudex cum ſuo notario, ut per gloſſ. in l. current. ff. de teſti. & in l. ſolam. C. eod. & domi. Anton. poſt alios in c. quoniam contra. ſuprà tit. j. Nec obſtat huic gloſſ. c. ij. in uerbo, pariter, & teſtes admittant. ſuprà de cauſ. poſ. & proprie. quia ibi dictio Pariter, non determinat numerum teſtium, uel pluralitatem cauſarum: quia teſtes ſimul debent deponere de poſſeſsione & proprietate, ut uerbum Pariter, referatur ad uerbum Audiantur, & non ad uerbum Admittant, ut etiam aliquid per do. Anton. ibi.

c. cùm clamor.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis, qui obſcurè depoſuit, iterum examinatur officio iudicis. & nume. 2.*
3 *Iudex poſt publicationem poteſt repetere teſtes, ut declarent dictum ſuum.*
4 *Teſtes an poſsint repeti poſt publicationem ad inſtantiam proſequentis inquiſitionem.*
5 *Teſtium ſubornatio nunquam timetur in iudice.*
6 *Teſtium dicta qualiter interpretantur.*
7 *Teſtium dicta non ſunt interpretanda ſecundum iuris ſubtilitatem.*

CAPITVLVM III.

CVm clamor. ¶ Officio iudicis iterum examinatur teſtis, qui obſcurè depoſuit. ¶ No.
1 quòd † obſcurum dictum teſtis habetur pro non dicto. Ad idem gloſſ. in §. item in criminali. iiij. quæſt. iij. & Angel. in uerb. ſimplicibus. in c. qui epiſcopus. xxiij. diſt. no. Spec. in tit. de teſte. §. j. uerſ. item quòd teſtis obſcurus. & dicit Bald. in l. j. C. de emend. Iuſtini. codi. quòd fides teſtis propter nimiam obſcuritatem dicitur uacillare. Et hinc eſt, quòd uerbum Teſtis, ambiguum, interpretatur contra producentem, c. in præſentia. ſuprà titul. j. & uide Archi. poſt gloſſ. in c. graue. xxxv. quæſt. ix. ubi di-
2 cit, quòd † teſtes,[a] qui dubiè, uel con-
a fuſè dixerunt, poſſunt iteratò produci, ut dicta ſua ualeant declarare: quia obſcurè dictum habetur pro non dicto. Et dicit Barto. in l. repeti. ff. de qu. quòd iudex poteſt repetere teſtem, ut dictum ſuum declaret, uel reddat rationem dicti. Et uide domi. Anton. in c. fi. infrà de iureiur. ubi dicit, quòd teſtes deponentes ſuper mutuo, ſed nõ ſuper quantitate mutui, non probãt: quia nimis obſcurè deponũt, niſi per alios teſtes probaretur aduerſarium antea ex modico interuallo petijſſe x. mutuò. Et dicit Bart. in l. ea, quæ commendandi. ff. de contrah. emp. quòd teſtis, qui loquitur malitioſè & obſcurè, tenetur tanquam falſarius. ¶ In gloſſ. ij. ibi, ſi quis intentione. Soluit Imo. hîc, quòd ibi loquimur in uerbis ambiguis prolatis à parte in iudicio, in quibus fit interpretatio cõtra producentem, ut in c. in præſentia. ſuprà tit. j. & facit, quod no. Bartol. in l. inter ſtipulantem. §. j. ff. de uerb. obli. in contractibus autem uerba ambigua interpretantur cõtra ſtipulantem, ſeu creditorem, l. ueteribus. & ibi de materia, ff. de pac. & eſt bona gloſſ. in regula, contra eum, de reg. iur. in vj. & facit, quod habetur per glo. & omnes in c. cùm ad ſedem. in uerb. pertinentijs. ſuprà de reſti. ſpo. & per Imo. in c. cauſam, quæ. in pe. col. ſuprà de reſcrip. & Roma. plenè in l. ſtipulatio. §. in ſtipulationibus. ff. de uerb. obl. Et dicit Bald. hîc, quòd in caſu c. in preſentia. obſcuritas habet duplicem intellectum. Ideo ſumitur intellectus contra producentem:

a *Teſtes*] *Adde tu, quòd iſtud habet locum non ſolùm ex officio iudicis, ſed etiã parte petente, contra quam teſtes depoſuerunt obſcurè. Ita gloſſ. & Angel. in authen. de teſte. §. quoniam uerò. in uerbo, habebit. Et hoc modo intelligas domi. Abb. hîc in ſummario, & Felin. hîc in uerb. in ea. gloſſ. in fine.*

ducentem: ſed hæc litera loquitur, quando obſcuritas nullum congruũ intellectum recipit. Vnde dicit, quòd hîc nihil fuit probatum: quia teſtes nihil dixerunt, per l. ſi binæ tabulæ. ff. de iniuſto irritoq́ teſtamento. ¶ In
3 ea. gloſſ. in fi. No. bene ex gloſſ. quòd † iudex ex officio ſuo poteſt repetere teſtem etiam poſt publicationem, ut declaret dictum ſuum obſcurum, licet hoc facere nõ teneatur ad partis petitionem. Idem tenet gl. & ibi Scribentes in c. per tuas. ſ. eo. & gloſſ. j. in §. quia uerò. in authen. de teſti. Et procedit hoc nedum in criminalibus, ſed etiam in ciuilibus, ſecundum gloſſ. prædictas, per c. iudicantem. ubi bona gloſſ. xxx. q. v. & c. cùm Ioannes. ſ. ti. ij. & in l. ubicunq́. ff. de interro. acti. Et ita etiam, ubi proceſſum eſt inter partes, poteſt iudex repetere: quod ualde not. Imo. & do. Abb. hîc, dicentes: in hoc multum prodeſſe habere iudicem fauorabilem: nam iſte poteſt ex ſe illud, ad quod parte petente non tenetur: quia in parte timetur ſubornatio. Et conſiderant iſti, dum gloſ. hîc loquitur in criminali, utitur uerbo Præcipuè, uolẽs etiam per hoc in ciuili idem eſſe. ¶ Dicit tamen ſingulariter Inn. hîc, quòd etiam ad petitionẽ partis poſt publicationem teſtes poſſunt de nouo recipi, non ad declarandum dicta primorum teſtium obſcura, ſed ad confirmandum priorem probationem ipſius producentis. Vnde dicit, quòd ſi per duos teſtes probaui me emiſſe tali die in tali loco, & aduerſarius probat me alibi fuiſſe ea die, poſſum etiam poſt publicationem alios producere ad confirmandũ priora dicta, ſ. quòd eadem die fui pręſens & emi: quia non eſt timor ſubornationis propter probationem præcedentẽ, nec mihi imputari poteſt, uel debet; quia priùs eos non produxi: quia poteram cõfidere de mea priori probatione. Vnde cum iuramento purgatorio malitiæ debeo admitti. Et hoc dictum pro multùm ſolenni referunt & ſequuntur domi. Ant. Bal. & domi. Abb. hîc, & Bald. in c. licet dilectus. ſ. eod. & domi. Anto. & do. Abb. in c. cùm in tua. ſ. eod. & domi. Abb. in c. fraternitatis. & in c. ex tenore. & in c. ſeries. ſuprà eod. & Rom. in l. admonendi. ff. de iureiur. Dicit tamen Imo. hîc, iſtud eſſe intelligendum antequàm publicentur teſtes aduerſarij, quos ipſe produxit poſt publicationem meorum, iuxta c. ex tenore. ſuprà eod. Aliàs non eſſet licitum: quia ſuper directè contrarijs articulis non eſt licitum poſt publicationem teſtes producere, niſi allegetur falſitas cum corruptione, ſuprà tit. j. licet. & cle. ij. cum ibi notatis, de teſti. Et iſtam conſiderationem Imo. credo ueram, licet fortè prædicti aliud ſenſerint: quia uidetur propriè Inno. loqui, quando eſt facta publicatio de teſtibus meis, & aduerſarius practicat, c. ex tenore. ſuprà eod. Vbi autem iudex non repetit, tunc ſtabit dictum uulgatum, quòd dubia probatio non releuat probantem, d. c. in præſentia. Sed ſi iudex uult repetere, non procedit illud dictum, ſecundum Imo. hîc. Ex cuius dictis & aliorum apparet, quòd non tenetur iudex hoc facere, adeo quòd pars poſsit appellare. Quod not. ad ea, quæ dixi poſt domi. Card. in c. per tuas. uerſi. ulteriùs, in quantum gloſſ. fi. ſuprà eod. Nec aliter ſentit ibi domi. Card. quia loquitur eo caſu, quo iudex debet interrogare: non eo caſu, quo
4 poteſt. Et iſta differunt, l. nõ quid. ff. de iudicijs. ¶ An † autem ad inſtantiam proſequentis inquiſitionem poſſint repeti teſtes poſt publicationem, latiſsimè inſtant hîc omnes poſt Inno. ſed tandem cõcludunt cum Hoſt. quòd ſi talis proſecutor eſt datus à iudice ad ipſam inquiſitionem proſequendam: & tunc, quia talis non eſt propriè pars, ſed miniſter iudicis, nec habet libellum offerre, nec litem conteſtari, & ad libitum iudicis poteſt remoueri: & tunc ad ipſius inſtantiam poterunt teſtes repeti: quia potiùs iudicis officio repetuntur. Faciunt, quæ habentur in c. olim. infrà de accuſ. Secus, ſi non eſt datus à iudice, ſed à ſocijs, uel ipſe ſe obtulit ad inueſtigandam inquiſitionem: quia fungitur uice partis, & debet libellum offerre, & lis cum eo conteſtatur, c. cùm dilectus. infrà de pur. Cano. & c. exhibita. ſuprà de iudi. Et ideo ad ipſius inſtantiam non repeterentur teſtes, ſecundum omnes hîc. Ex quibus uerbis colligunt accuratè Imo. & domi. Abb. hîc doctrinam, quando in cauſa inquiſitionis ſit lis conteſtanda, ut hîc per eos dĩcentes, ita debere intelligi no. in c. quoniam. §. ſunt & alij. ſuprà ut lite non conteſt. ¶ Ex iſtis igitur haben-
5 tur duæ concluſiones. Prima eſt, quòd † in iudice nunquam timetur de ſubornatione: quia publicatio non addit ſibi nouam notitiam, prout partibus. Vnde & antè & pòſt teſtem obſcurum repetere poteſt. Et iſtud dictum Inno. hîc ſequitur Bald. in l. iij. ff. de teſti. in apoſtill. & in l. eos. §. ſi quid autem. circa fi. C. de appell. & in l. ampliorem. ante fi. prin. C. eod. & in l. presbyteri. la j. in j. col. C. de epiſ. & cle. & in repe. l. fi. in fi. ff. de ferijs. & in l. data opera. C. qui accuſa. & Rota deciſi. vj. incip. Per eadem motiua. in nouiſsimis: aliàs, in formis. Et idem Archi. & Domi. in c. notum. ij. quæſt. j. & in §. item in criminali. iiij. quæſt. iij. & in c. per hoc. §. j. de hære. in vj. & Angel. in l. ſi uacantia. C. de bonis uacan. lib. x. & domi. Maria. in repe. c. qualiter. el ij. quæſt. xj. arti. xciiij. Et habet locum in criminali & in ciuili, ut dictum eſt: quia ceſſat in eo cauſa, per quam alijs obſtat publicatio, ut iam dixi. Et poteſt repetere teſtes, etiam ut addant, ſecundum Lapum in addi. ad conſilium Fed. cclxij. & domi. Anto. hîc: quia poſſunt teſtes nunc recordari de eo, de quo tunc non recordabantur, ut dicit gl. ulti. in c. cùm cauſam. & gloſſ. ij. & in c. cùm cauſam. ſuprà eod. ¶ Item poteſt nouos teſtes recipere, ut hîc in text. & ſic etiam uide, quod not. domi. Abb. in c. fraternitatis. uerſi. xiiij. ſuprà eod. ¶ Et hoc procedit, ſiue in criminali repetantur teſtes ad defenſam, ſiue ad offenſam, ſecundum Bart. in l. ij. §. ſi publico. ultra medium, uerſic. ulteriùs, utrùm teſtes. ff. de adul. ad quod etiam uide ipſum in l. j. §. fi. & in l. repeti. & in l. unius. §. reus. ff. de quæſtio. & in authen. at qui ſemel. C. de proba. & in l. pe. §. ad crimen. ff. de pub. iud. & Bald. in l. edita. C. de eden. & Barto. in l. fi. ff. de ferijs. & in l. diui fratres. ff. de pœnis. & Specu. in ti. de inquiſitione. §. utrùm. uerſi. ſed nunquid. & Barto. & Bald. in d. l. preſbyteri. Et ſcias, quòd eo caſu, quo agitur de defenſa, non ſolùm officio iudicis, ſed etiam ad petitionem partis, non obſtante publicatione, poſſunt teſtes produci, ſecundum Barto. in d. l. unius. §. fi. per tex. ibi, in uerbo, quocunque tempore. & in l. j. in fi. eod. titu. Et hoc eſt, quod uoluit Ioan. An. in c. de teſtibus. ſuprà eod. & domi. Abb. ipſum allegans in d. c. fraternitatis. Et ratio colligitur ex ijs, quæ dixi in c. cùm ueniſſet. in ij. concluſione, ſuprà eod. arguendo de publicatione ad renunciationem, iuxta c. per tuas. in fi. ſuprà eod. Si autem agitur ad offenſam, obſtabit petitioni publicatio, per id, quod dicetur in ſequenti concluſione, licet Bartol. in dictis locis illud non aperiat. ¶ Et in prædictis ſubdit hîc Hoſt. quem ſequitur domi. Anton. & Fed. in d. conſilio, quòd ſi iudex ex puro officio aliquos teſtes poſt publicationem examinat, & reddit ſe ſuſpectum, poſſet ab eo appellari. Quod limita, niſi primi probarent prima facie, ſed propter inopinatas exceptiones annullarentur: quia iudex excuſatur, ſecundum domi. Maria. in capit. qualiter. ¶ Quid autem, ſi iudex repetens ex officio teſtes facit hoc parte, pro qua ſupplet, ſciente, an altera pars poſſit appellare propter timorem ſubornationis? Cogita. ¶ Secunda concluſio. Siue agatur per uiam accuſationis, uel inquiſitionis, exiſtente promotore dato à iudice, non procedit iſta decre. Ita no. Innocent. hîc per Archi. & Domi. in d. c. nedum. & Bal. in d. l. preſbyteri. & communiter omnes prædicti, & latè Fed. conſ. cclxij. quod incipit, Viſis & diligenter recenſitis. & Bald. in l. is autem, quomodo. in j. col. C. de eden. Et quamuis Bart.

Bar. in d. l. unius. & do. Abb. in d. c. fraternitatis. uideantur ſimpliciter ſentire, quòd in criminalibus non obſtet publicatio, tamen iſtud non procedit, ubi petitur noua examinatio ad offenſam, ſecundum Sali. in l. fin. in ult. col. C. de quæſtionib. & do. meum in d. c. fraternitatis. in viij. chart. Et in hac concluſione uide etiam Rotam in nouis, deci. lxxxij. incip. Item qui obtinuit. ubi quidam uolens probare renunciationem beneficij factam certo tempore, ut excluderet fundantem ſe in uacatione per contractum matrimonij, deduxit teſtes, qui dixerunt matrimonium fuiſſe contractum tempore, quo racemi uuarum incipiunt maturari: & nihil dixerunt de menſe Auguſti: deinde publicatis teſtibus actor uult probare de menſe Auguſti, in quo in partibus illis communiter racemi incipiebant maturari: & dicitur ibi, quòd non eſt audiendus, per not. per Innocent. hîc, & in c. fraternitatis. ſ. eod. & etiam: quia iſta probatio non reuelat, cùm ſit res incerta: quia in uno anno in certis territorijs citiùs incipiunt, quàm in alijs. ¶ Vltimò ſcias, quòd tunc demum antiqui teſtes ſunt repetendi ratione obſcuritatis, quando obſcuritas nullum habet intellectum: ſi uerò poteſt habere aliquem intellectum, fiet interpretatio benignior, uel cõtra producentem, niſi conſuetudo det aliquam interpretationem: quia illa præfertur. Ita dicit Innocent. hîc, & ſequitur Fed. in dictis conſilijs, & ſatis Innocent. hîc. Sed Hoſtien. do. Anton. & do. Abb. hîc tenent indiſtinctè, omnem obſcuritatem declarandam: & allegat do. Abb. Bart. in l. ſi quis mentionem. ff. de iudi. ubi dicit, quòd ſi dictum teſtis eſt ambiguum, poteſt iudex, ſi ſibi uidebitur, facere teſtem declarare, per not. in §. quia uerò. in
6 authen. de teſtibus. & hîc. ¶ Si † tamen iudex non deliberat interrogare, præualere debet intellectus, quem habent uerba teſtium à conſuetudine, ſecundum Imo. & do. Abb. hîc, & Bart. in l. Labeo. ff. de ſup. leg. ubi dicitur, quòd dictum teſtis capitur ſecundum communem uſum loquendi contra propriam ſignificationem uocabuli. Et ita etiam dicit Rom. in ſingularibus, allegando Innocent. hîc. Item Innoc. in d. c. cùm cauſam. ſ. eod. & gloſſ. in l. j. C. de uſur. & in §. ſi ſcriptum. Inſtit. de inuti. ſtip. & do. Anton. in repet. c. noſtra. in ult. col. j. de coha. cle. & Bald. in c. quanto. in fin. ſ. de iudic. dicens, quòd uerba laicorum debent intelligi groſſo & uulgari modo. Vnde ſi teſtis dicat ſe uidiſſe talem poſsidere iuſpatronatus, exponitur, id eſt, quaſi poſsidere, ſecundum ipſum. Idem Bald. in l. qui ſe patris. in iij. col. C. unde libe. & in l. j. in vj. col. C. de ſer. fugi. dicens, quòd licet duæ negationes facient unam affirmationem, c. nonnulli. ſ. de reſcript. c. quod ad nos. xlvij. diſt. tamen fallit in ma-
7 caronibus teſtibus. ¶ Idem † Bart. in l. ſi quis filiabus. in fin. ff. de teſta. tut. dicens, dicta teſtiũ non debere intelligi ſecundũ ſubtilitates iuris. Idem Cy. in l. ſi cùm antè. C. de dona. ante nupt. & Bal. in c. j. in prin. de ſucceſ. feu. & Bart. in l. ſi quid earum. in prin. ff. de leg. iij. & in l. liberorum. in ult. col. ff. de uerb. ſignif. & Pau. de Caſt. in l. ſtipulatio iſta. §. hoc quoq́. ff. de uerb. obli. & Bald. in l. legem. ad fin. C. de legi. hæred. & do. Abb. in c. quoties. ad fin. ſ. eod. & Bald. in c. tertio loco. in iij. col. ſ. tit. j. Si autẽ non habet de communi uſu loquendi, non caperetur benignior interpretatio, prout dicit Innocẽ. ſed fiet interpretatio contra producentem, cuius probatio debet eſſe dilucida, d. c. in præſentia. ſecũdum do. Abb. hîc remittentem ad dicta per ſe in c. cùm ad ſedem. ſ. de reſtit. ſpo. quo ad intellectum d. l. ſi quis intẽtione. Eſt autem in prædictis cõſilium tutum, ut iudex ſuſpendat publicationem, donec per dicta teſtium ſit clarius, ſecũdum Hoſtien. & omnes hîc.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis perſeuerans in crimine, repellitur à teſtimonio. num. 2.*
3 *Teſtimonium criminoſi non ualidum eſt, niſi crimen opponatur ab eo, contra quem producitur.*
4 *Crimen licet repellat à teſtimonio, non tamen repellit indiſtinctè à iudicando.*
5 *Teſtis criminoſi depoſitio confirmatur per aliorum proborum teſtium depoſitiones.*
6 *Teſtis an reddatur inhabilis per peccatum mortale.*
7 *Teſtis infidelis* Deo propter *peccatum mortale præſumitur infidelis hominibus.*
8 *Teſtis ut repellatur de iure ciuili, oportet, quòd de crimine ſit condemnatus.*
9 *Perſeuerantia in peccato quot modis poteſt accipi.*
10 *Infamia iuris an indubitanter repellat à teſtimonio.*
11 *Infamia quot modis accipitur, & quotuplex ſit.*
12 *Infamia facti an repellat à teſtimonio. num. 13.*
14 *Infamia facti quid ſit, & qualiter differt ab infamia iuris.*
15 *Infamia iuris quot modis contrahitur.*
Qualiter tollatur infamia iuris.
16 *Infamis, cuius infamia ignoratur, poteſt eſſe teſtis in teſtamento.*
17 *Condemnatus de infamia ſi appellat, & appellatio fiat deſerta, an actus teſtimonij in medio tempore geſtus ualeat.*
18 *Iudex ſi condemnat hoc modo: Condemno, ſi eſt probatum: & reperiatur probatum per duos teſtes infames, an ſententia teneat?*
19 *Periurus repellitur à teſtimonio.*
20 *Periurus an ſit infamis infamia iuris.*
21 *Debitor, qui iurauit ſoluere uſuras, licet non ſoluendo incurrat periurium, tamen non ſoluendo non ſit infamis.*
22 *Papa an poſsit diſpenſare, ut periurus admittatur ad teſtimonium.*
23 *Periurus an habeat aliquam excuſationem de ſuo periurio.*
24 *Conuictus de crimine, præcedente accuſatione, repellitur à teſtimonio in criminali, licet ſit emendatus.*
25 *Abſolutio an probet excommunicationem, uel crimen.*
26 *Excommunicatio non fertur ab homine, niſi propter contumaciam. num. 27.*
28 *Confeſſus crimen in alio iudicio, in quo contra ipſum fuit inſtituta accuſatio, repellitur à teſtificando in criminali.*
29 *Accuſatus de aliquo crimine, ſi ſoluat pœnam condemnationum, licet uideatur quodam modo confiteri crimen, non tamen efficitur infamis ex tali confeſſione.*
30 *Per ſolam confeſſionem an quis infametur.*
31 *Teſtis repellitur à teſtimonio per exceptionem criminis, licet de crimine non ſit condemnatus.*
32 *Teſtis ſuſpectus de crimine, quia grauata eſt eius fama, licet non ſit condemnatus, uel conuictus, an repellatur à teſtimonio.*
33 *Et quid in excommunicato.*
34 *Teſtis emendatus de crimine, licet ſufficiens ſit teſtis in cauſa ciuili, ſecus tamen in criminali.*
35 *Confeſsio facta in pœnitentia an faciat fidem in iudicio.*
36 *Confeſsio ſi ſit prolata per ſacerdotem cum impoſitione pœnitentiæ, an oporteat probare peractam fuiſſe pœnitentiam.*
37 *Infamis non admittitur in teſtem, etiam contra alium infamem.*
38 *Accuſare quare quis poſsit poſt pœnitentiã, & ſibi non poteſt obijci exceptio.*

CAPITVLVM LIIII.

TEſtimonium. ¶ Perſeuerãs in crimine, etiam in ciuili, repellitur à teſtimonio: emendatus uerò, qui non eſt infamis admittitur in ciuili, & etiam in criminali ciuiliter mota. Fallit in periuro: in criminali uerò criminaliter mota, ſecus. H. D. Et habet materiam celebrem ampliatam ab

omnibus Scribentibus, & potissimè per Pau. de Leaza. & nouissimè in quibusdam Modernis, quibus non curabo addere, nec eos referam, nisi in articulis essentialibus, ubi ex se aliquid dixerint, & sequendo stylum do. Abb. instabo in declaratione vij. casuum, quos ponit text. omissis non necessarijs. ¶ Et ut habeas effectum totius literæ, clariùs dicas, quòd ex ipsa determinatur, quando possit testificari criminosus, & quando emendatus. Et primò in causa criminali, uel ciuili ciuiliter mota ponit iij. casus, quibus repellitur. Primus casus, quando in crimine perseuerat. Secundus, quando non perseuerat, sed remansit infamis infamia iuris: secus, si facti tantùm. Tertius, quando est periurus. ¶ Deinde in criminali crimin aliter mota ponit vij. casus, si bene cõsideras, in quibus repellitur. Primus, quando perseuerat in crimine. Secundus, si est infamis infamia iuris, etiam post emendationem. Tertius, quando est periurus. Quartus, si alia instituta accusatione de crimine fuit conuentus. Quintus, si fuit confessus. Sextus, si fuit conuictus aliàs commissse. Septimus, si pro eo crimine aliàs repulsus fuit, remansit infamis infamia facti. Et idem in hoc ultimo, quomodocunq; si famis infamia facti. Et quia tres primi casus repetuntur à fortiori in istis vij. insistendum est in ipsis per vij. conclusiones, in quibus erit tota materia breuiter perstricta. ¶ Prima conclusio. Perseuerans † in crimine repellitur à testificando, tam in ciuili, quàm in criminali. Text. est hîc, & probatur in iuribus accumulatis in gloss. j. Dicitur autem perseuerare, secundum Pau, hîc, ille qui perseuerat solo reatu, licet non actu: quod præsumitur, nisi egerit pœnitentiam: uel egerit, sed simulatam. ¶ Item si redijt ad peccatum: de pœnitentia, dist. iij. in princ. & c. sunt, qui dicunt. Vnde negans perseuerantiam habet probare præsentiam per regulam, semel malus. de reg. iur. in vj. quod dicit uerum in criminali: sed in ciuili distinguit, utrùm crimen sit publicum, uel occultum. Primo casu probari debet correctio: secundo non, ut fiat interpretatio in meliorem partem, nec præsumitur immemor suæ salutis. Et ad hoc alleg. gloss. in c. ipsi Apostoli. ij. q. vj. & Spec. in tit. de teste. §. j. uer. itē quòd est criminosus. Et pro hoc uidetur, quòd † opponens testi, q̃ non seruauit, c. omnis. de pœnitentijs & remis. habeat hoc probare, nisi crimen sit publicum, secundum Paul. & do. Ant. hîc. Sed cõtrariũ tenent hîc Imol. & do. Abb. uidelicet quòd omni casu, quo constat quem commisisse crimẽ, debet probare de emendatione: quia ex hoc fundata est intẽtio uolentis eum repellere per id, quod habetur in c. super eo. §. eo. Et ideo, cùm uolens se iuuare habeat necessariò se fundare ex emendatione, illam probare debet, l. ij. ff. de proba. & l. j. & ij. ff. de excep. Et licet crimen dicat occultũ, tamẽ nõ fuit ita occultũ, quin ꝓbetur per testes. Vnde debet doceri de emendatione, secundũ eos, & bene. Quomodo autẽ hoc doceatur, dicetur in gl. fi. ¶ Debet † autem de crimine per partem opponi, ut hîc in uerbo, opponit. Et ab aduersa parte, non autem à producente, ut hîc, & in l. si quis testibus. C. eo. Et ideo nemine opponente ualet testimonium criminosi, secundum Pet. de Anch. hîc, licet iudex possit ex officio repellere, secundũ ipsum: quem declara omnino ex dictis Bald. in d. l. si quis testibus. in ult. col. quem retuli in c. præsentium. uer. quintò fallit. §. eo. Et de officio iudicis dixi in c. intimauit. ad fi. §. eo. Formam autẽ excipiendi contra personã testis, ponit Bart. in l. j. C. de testa. & in l. ij. C. de sentent. & in l. ad testium. uer. conditionem. & in l. cum lege. ff. de testa. dicens, q̃ non sufficit dicere, est infamis: sed debet exprimi & specificari, q̃ ita cõmuniter reputat. Sed cõtrariũ tenet Bal. in d. l. j. q̃ sufficiat opponere specificè exceptionẽ, quod est infamis ex tali causa absq̃ eo, quòd pro tali reputat, per c. præsentium. §. testes. de testi. in vj. Et præsumitur, q̃ ita erat & reputabatur, nisi cõtrarium probetur. Et idem tenet Fulgo. ibi, quòd ita ponens & probans habet fundatã de iure cõmuni intentionem suam, ex quo probat testẽ criminosum. Vnde si aduersari' uult iuuari, habet ipse probare, quòd non reputetur talis. Et idem tenent Pau. de Cast. & Roma. ibi, & etiam Imol. & Pau. de Cast. post quendam Franciscũ in d. l. ad testium. Et ad d. l. respondet, ut p eos. An aũt in exceptione criminis oppositi cõtra testem oporteat deducere locũ & tempus, uide Bar. in l. j. in iij. col. ff. de except. & Sali. in l. atrocẽ. C. de iniur. & Ang. in l. libellorum. ff. de accus. & do. Card. in cle. cõstitutionem. §. j. in ij. q. de elect. Tetigi in c. præsentium. in ij. notab. §. eo. ¶ Et † in hac conclusione no. tria. Primò, quòd licet crimen repellat à testificando, nõ tamen indistinctè repellit à iudicando, secundũ Imol. Hostien. & alios hîc. Quod declara, ut per Imol. post Innoc. & alios in c. sciscitatus. in vij. col. §. de rescr. & Pau. de Leaza. in commento c. fin. j. de cleri. excommu. & gl. Archi. etiã alios, iij. q. vij. in summa: & Imol. & do. Abb. in c. cùm super. §. de offic. dele. Dicũt etiam Innoc. Hostien. & Paul. hîc, quòd licet criminosus repellatur à testimonio & ab ordinibus, non tamen repellitur ab eligendo: quia suũ officium exequitur, & prosequitur ius suum, à quo criminosus nõ repellitur, iiij. q. ult. c. omnibus. & c. cùm ecclesia. §. de elect. Sed secus, si capitulũ faceret illum electorem, uel scrutatorẽ: quia repelli posset ut indignus, per c. quia propter. §. de elect. & dicit Paul. quòd eligendo nulli paratur præiudicium: & ideo talis actus non prohibetur criminoso, sed testificãdo & accusando sic: ideo ab eis repellitur, ut hîc & in c. j. j. de accus. Et hanc differentiam multùm not. hîc Imol. & do. Abb. ¶ Secundò not. quòd si † simul cum criminoso examinati sunt fide digni, confirmatur dictum suum, per id, quod no. Ang. cons. j. dicens sustentari dictum unius domestici habentis testes idoneos, per l. si quis ex argentarijs. in prin. ff. de eden. Vnde dicit Bal. in l. præscriptione. in xviij. col. C. si contra ius, uel uti. pub. uer. quintò quæritur. quòd exceptio cõtra unum testem, in qua non pendet substantia probationis per alios deductæ, non impedit processum ordinarij, uel delegati: & alleg. Innoc. in c. super eo. el j. §. de offic. deleg. Sed istud intellige, ut per Bal. & Pet. de Anch. in d. l. si quisquã. uidelicet testis non est in toto inhabilis: nam aliàs suppleri nõ potest, quòd nihil probet: & alleg. l. maritus. ff. de quæstionib. & idem not. Sali. in l. bonæ fidei. in x. col. C. de reb. credi. & Bal. in l. j. C. de testa. facit l. sed si manente. ff. de preca. ubi quod nullũ est, prorogari non potest: & dicit Fulg. in l. j. quòd istud notabile procedit, quando alij testes sufficiebant absq̃ illo inhabili: aliter non: quia sequeretur aliàs, quòd si sunt sex testes idonei testamentarij, & septimus non esset idoneus, sufficeret: quod uidetur cõtra l. hac consultissima. in princ. C. de testa. ibi, septem ciuibus Romanis & puberibus. Et istis adde Imo. in l. qui testamento. in j. col. ff. de testa. ubi dicit, quòd licet testes amici propter amicitiam non faciant integram fidem, l. iij. in princ. in uerbo amicus. ff. de testi. tamen si tres testes amici producti sunt, ubi duo integri sufficiebant, supplebitur tunc defectus resultãs ab amicitia ex ipso numero: & est gloss. notabilis in d. l. iij. §. j. in uerbo, numerus. & ibi not. Iac. But. Sed in contrarium, quòd numerus non suppleat, facit c. in literis. §. eod. ubi tres testes domestici non probant, ubi probarent duo testes integri. Et ita expressè sentit Angel, consilio cxxv. incip. In Dei nomine: in facto proponitur, quòd bella flore. Sed dici potest hoc esse in arbitrio inspecta qualitate amicitiæ, ut credo dixisse §. eod. quoties. ¶ Tertiò no. quòd † iste text. non intelligitur de crimine, hoc est, de quolibet mortali, sed de tali crimine, quod repellat à promotione, & cum eo non fuerit dispensatum. Ita dicit hîc do. Abb. antiquus, quem sequitur Pau, Ioan, An. & Imol. hîc, & Imol. in c. super eod. el j. §. eod. & Ang. in l. athletas. §. calumniator. ff. de his, qui no. infa. & allegãt rex,

c. testimonium.

tex. optimum in c. inquisitionis. §. tertiæ. in fi. j. de accus. ubi ualet testimonium eius, qui mentitur, & tamẽ mendacium est mortale, xxij. q. ij. §. item quod dicitur. cum capitulis seq. Item quia hîc loquit de crimine: sed aliud est crimen, aliud peccatum, aliud delictum, c. si peccatũ. & ibi gloss. de pœ. dist. j. & gloss. in reg. peccatum. de reg. iur. in vj. Plus enim est in crimine, quàm in peccato: qa crimen est graue accusatione & damnatione dignissimum, c. j. in fin. lxxxj. dist. Contrà tenet hîc do. Card. dicens se repetendo hanc decre. Bononię tex. hunc tenuisse, & procedere in quolibet mortali, cùm generaliter loquatur. ¶ Item † subest ratio: quia per mortale excludit quis à Deo. Cùm ergo sit infidelis Deo, præsumitur, quòd nec hominib. sit fidelis. Et ad c. inquisitionis. respondet, quòd non omne mendacium est mortale, ut tenet glo. in c. ne quis. xxij. q. ij. facit c. j. ea. causa & q. Vel ibi non repellitur in odiũ se subtrahentis à testimonio, j. tit. j. c. j. Istam partem sequitur do. Abb. hîc, licet in eptè referat do. Card. Et addit rationem: quia mortale, non data pœnitẽtia, æternaliter punitur, in §. criminis. xxv. dist. Et dicit se credere, quòd perseuerantia in quocunque mortali excludit à promotione, arg. c. fin. xxv. dist. quia perseuerãtia in mortali sapit hæresim propter inobedientiam, arg. c. sciendũ. viij. q. j. & lxxxj. dist. si quis presbyter. Si enim ueniale propter perseuerantiã mortale efficitur, d. §. criminis. fortiùs mortale efficitur grauius. Ad idem alleg. text. de quo facit festum in c. forus. in fin. j. de uer. sig. dum dicit, quòd si bona fides defuerit in teste, non probabit. Ad hæc c. non potest. ij. q. vij. ubi nõ potest esse fidelis homini, qui Deo est infidelis. ¶ Item quia de iure Canonico omne peccatum potest dici publicum, ut per gloss. in c. j. j. de collusi. & in §. præuaricator. ij. q. iij. & respõdet ad d. c. inquisitionis. prout respondit do. Car. Et cum istis transeo declarãdo duobus modis, secundum do. Abb. Primo, dum modò peccatum mortale sit continuatum: secus, si transitorium: quia illud non tantum aggrauat: aliàs pauci testes reperirentur, quia septies in die cadit iustus, c. septies, de pœni. dist. iij. & facit illud, si dixerimus: quia peccatum non habuimus, &c. & illud, Nemo sine crimine uiuit. & facit c. quia tua. l. dist. ibi, sine quo pauci inueniuntur. & loquit de crimine fornicationis. Et ita etiã sentit Innoc. hîc. Et per hoc tollitur quædã ratio do. Ant. in c. cùm in tua. §. eo. ubi dixi in ult. conclus. ¶ Secundò † declara, ut prædicta nõ procedãt de iure ciuili, secundum quod oportet testem de delicto esse condemnatum, ut per gl. fin. in c. super eo. el j. §. eo. Sed de iure canonico sufficit, quòd nunc probetur crimen, d. c. super eo. & ita lex ciuilis seruabit in foro ciuili, secundũ ipsum. Cui adde, fm Moder. hîc, quòd de iure ciuili sufficit testem esse conuictum: & allegãt gl. in l. qui iudicio. ff. de accus. & quædã alia ex his, quæ dixi in d. c. super eo. ubi tamen hoc non expediui. Sed tamen pro hoc alleg. Imol. in l. stipulatio. §. habent aũt. ff. de ope. no. nun. & Bal. in l. j. C. de delict. defun. Sed tu declara, ut per Imol. in d. c. super eo. quem ibi nõ retuli: ubi dicit, quòd iura ciuilia, quæ uidentur requirere condemnationem, nõ procedunt in criminibus, quæ inducunt infamiam iuris, etiã ante sententiãt ut quia cum bestijs quis pugnasset: quia tũc repellitur etiam non secuta sententia secundum leges, ut in l. iij. §. lex Iulia. in uerbo, coniunctus. ff. de testi. Vnde patet, secundũ ipsum, quòd leges simpliciter non repellunt testes ratione criminis, sed ratione infamiæ iuris: secus secundum canones, ut ibi: & sic in foro ciuili seruabunt leges: sicut in canonico canones, nisi essem' in terris ecclesiæ: quia in utroq̃ foro seruabuntur canones, iuxta gl. in regula, possessor. de reg. iur. in vj. fm ipsum. Addũt etiam hîc Moderni, qd̃ no. Bar. in l. j. C. de dilat. ubi ponderat consuetudinem in delictis aggrauare. Et ita confirmant opinionem prædictam de perseuerãtia, addendo multa in simili, quæ accumulauit Roma, in l. si uerò §. de uiro. in xxxj. fallentia, ff. sol. ma. quamuis ipsum taceant. Et quòd iste text. possit intelligi de mortali continuato, probatur ex eo, quod not. Arch. in c. infames. vj. q. j. ubi refert Azonem dicentem, quòd quodlibet peccatum mortale dicitur capitale largo modo. Ad idem tex. in §. criminis. xxv. dist. ubi largè omne mortale appellatur crimen. ¶ Et † per hoc habes considerare, q̃ perseuerantia in crimine capi potest dupliciter. Vno modo pro reatu criminis semel commissi, non secuta pœnitentia, de qua constet: & ita uidetur intelligere Pau. hîc, ut retuli in prin. huius conclus. Alio modo, perseuerantia pro cõtinuatione actuali. Et hoc modo uidet sumere do. Abb. Sed potes pro cõcordia dicere, quòd aut crimẽ simpliciter cõmissum, est ualde graue: & tunc ex solo reatu non secuta pœnitentia satis habetur pro perseuerato per respectum ad emendationem. Et ita procedat prima opi. Si uerò nõ est ualde graue, procedit secunda. Et ex istis infert hîc solus do. Abb. quòd clericus concubinarius nõ potest esse testis in ciuili, cùm in eo cõcubinatus sit graue crimẽ: & c. uestra. & per totum, j. de coha. cle. Et idem dicit in laico per uerbum Fortè: & allegat c. nemo. xxxij. q. iiij. Et hoc bene no. Et circa prædicta tangũt hîc Paul. & alij, utrùm in teste attendatur, si sit criminosus tempore iuramenti, & nõ tempore depositionis, & econtrà. Et in primo casu dicunt, quòd nõ refert: quia ex quo in iuramento non fuit appositum, ualebit depositio, & iuramẽtum eum astrinxit. In secundo casu secus: quia debet esse idoneus tempore depositionis, ut per eos hîc, & Ioan. An. in regula, factum legitimè. de reg. iur. in vj. & adde Spec. in tit. de teste. §. opponitur. uer. quid si testis. cum alijs, quæ allegaui in c. licet causam. uer. limita. xvj. §. tit. j. Et per hæc sit expeditus primus casus, & hæc prima cõclusio. ¶ Secunda conclusio. Infamis quantumcunque emendatus, ex quo eum comitatur infamia, repellitur à testimonio. Ita text. hîc ad cuius intellectum omissis multorum uarietatibus dicas, quòd † infamia iuris[a] indubitãter repellit nõ solùm in criminali, sed etiã in ciuili: quia fundamentum testimonij est fides, d. c. forus. Sed iste e. si caret fide, cùm eius status sit diminutus, & maculatus ex criminibus infamantibus quandoq̃ ipso iure, quandoq̃ per sentẽtiam, ut per gl. & text. in §. porro. iij. q. vij. & l. j. & in l. athletas. §. calumniator. ff. de infami. tamen admitteretur in subsidium cum tormentis, secundum Bart. in l. j. C. de sum. tri. per l. ob carmẽ. §. pe. ff. de testi. & in l. qui ultimò. ff. de pœnis. ¶ Et † alia infamia canonica, quæ causatur ex quolibet mortali, ut in c. infames. vij. q. j. & ibi gloss. in summa. Et illa sufficit data perseuerantia in crimine, ut suprà dictum est: sed sublato peccato illa non remanet, ut in iuribus prædictis, & per Innocentium hîc, & gloss. in c. illi, qui. vj. q. j.

a Infamia iuris] Adde tu, et fac regulã, q̃ testis in fãmatus infamia iuris non probat: imò nõ pot esse testis: gl. est in l. j. C. de summ. tri. et fin. de Catho. ibi Bar. et alij in l. Cassius. ff. de senatori. & est text. in c. præterea. de testi. cog. & hîc in isto tex. imo plus: talis infamatus non faceret indicium. Ita Bald. in rubri. de sum. tri. in v. col. Adde, quòd fallit hoc, quando testis infamatus deponeret i causis grãuioribus, utputà in crimine hæresis, sacrilegij, l. læsæ maiestatis, simoniæ. Ita Ioan. And. Anton. de Bu. do. Abb. in c. fin. eod. tit. Spec. in tit. de accus. §. j. in fin. Item fallit, quãdo infamis esset rogãtes ab utraq; parte ex contrahentibus, ut esset testis: quia isto casu confertur eius fides approbata: gloss. fin. in §. & licet. in uerbo, supplicijs. in auth. de teste. quã tenet Bald. in l. parentes. C. de testi. tamẽ in hoc uide Anton. de But. & Imol. in c. ex literis. de transac. Itẽ fallit, quando testis infamis deponit de facto suo proprio, uidelicet de eo, quod ipse facit. Ita Paul. de Cast. in l. ij. §. si absens. ff. si ex no xal. causa ag. & ibi uide do. Alex.

¶ Et

a *Alia infamia] Adde tu, & dic, quòd regulariter testis infamis infamia facti admittitur in causis ciuilibus: sed uerum est, quòd non habet tantam fidē, sicut si esset integer. ita gloss. in l. iij. §. duæ causæ. ff. de Carbo. edi. Bart. in l. j. C. de sum. trin. & fide Catho. et in l. Cassius. ff. de senat. Bald. in rubri. de sum. trin. & fid. Ca. in v. col. do Abb. in isto text. in vj. col. in uerb. tertia infamia. Adde, quòd hoc fallit, quādo quis uellet pbare ingratitudinē: quia talis testis infamia facti non admitteretur, c. j. et ibi Bald. in tit. quot testes sint necessa. ad proban. ing. Lud. Rom. in cōs. suo cccxliiij. incip. Dubitatio est magna. Item fallit, quādo quis uellet probare cōtra Cardinalem, c. præsul. in fin. ij. q. iiij. Adde, quòd licet infamis infamia facti non admittatur in testē in causa criminali, ut hic per Feli. tamen facit indicium. Ita Bald. Sali. & Fulg. in l. j. C. de sum. trin. & Bart. in l. j. §. quæstio. Item admittitur in criminalibus in subsidium, Bart. & alij in d. l. Cassius. & in d. l. j. sicut etiam & fœmina. do. Alexan. in cōsilio suo clxvj. incip. animaduerte. in iiij. col.*

12 ¶ Est † alia infamia [a] facti, in qua dubitatur, an repellat [b] & in criminali est clarum, quòd sic: per istum text. in fin. Et ita Bart. & omnes in d. l. j. nisi in subsidium, secundum Bar. quod intelligunt ibi Bart. & Sal. & sequitur ibi do. Card. hîc, quo ad hoc, ut uenia tur ad torturam, non quo ad ferendā sententiam in principali. Sed in ciuili sunt opiniones: quia Bart. in d. l. j. dicit, quòd infamia facti non repellit in ciuili: sed bene facit, ut minùs credatur testi. Et ita intelligit gloss. ibi, & in l. iij. §. duæ autem. in uerbo, eandem fidem. ff. de Carbo. edi. Et hoc, nisi testis sit multùm uilis: quia in tanta uilitate essent necessaria tormenta, ut in authen. de testi. §. si uerò. secūdum eum. Sed Bald. ibi in v. oppositione relatis multis subtilitatibus concludit in effectu, quòd si causa ciuilis est grauis, requiruntur testes omni exceptione maiores: & sic non infames infamia facti: in alijs admittentur, non ut per eos feratur sententia, sed per uiam adminiculi, ut ibi p ipsum. Sed do. Car. hîc tenet indistinctè, quòd infamia facti repellat in ciuili: quia litera ista loquitur generaliter in uer. si uerò. Et appellatione infamiæ intelligit tam infamis infamia facti, quàm infamis infamia iuris, nec reperitur ius contrarium probans, iuxta nota. per Dy. in regula, infamib⁹. de reg. iur. in vj. Nec obstat iste text. j. in uer. quamuis. quia non loquitur de infamia facti, sed de aggrauatione opinionis, quæ minùs se habet, quàm fama. Item quæ dicit se disputādo fecisse, & facere differentiam. Ad hoc enim, ut quis sit infamis de facto, requiritur, quòd apud tot, quot sufficiant ad probandum infamiam: & requiritur maior pars personarū loci, ut plenè not. in c. cùm oportet. j. de accus. Sed ut graueē opinio, sufficit, quòd apud aliquos sit rumor contra eum. Et pro hoc inducit text. meliorem de corpore iuris in c. super eo. j. de eo, qui cogno. consang. uxo. suæ. Vnde dicit, q̄ grauatio opinionis repellit in criminali, per istum tex. in fin. ibi, grauata sit eius opinio. Et q̄ non loquatur de infamia facti, not. uerbum, grauata opinio. Item eum inducens, ut quia fuit aliàs repulsus, ut dicitur in tex. quæ causa potest esse nota minori parti: & tamen stabit grauata opinio. Sed in ciuili, uel in criminali ciuiliter mota hæc aggrauatio nō repellit, secundum ipsum. Sed do. Anton. & Imol. hîc tenent cum Bar. in d. l. j. dicētes idem tenendū, licet Ioan. An. hoc non firmauerit, secundū eos. Sed do. Abb. hîc dicit, quòd creditur plus & minus secundum qualitatem infamiæ, per c. licet causam. in uerbo, modica, uel nulla fides. ubi dicit esse casum: & per c. fin. j. eod. inducendo, ut ibi dicetur: & per istum text. in uerbo, criminali. ubi ponit speciale in criminali. Ergo in ciuili indistinctè nō repellitur. Nec obstat, quòd loquatur de aggrauatione opinionis: quia non differt ab infamia facti, ut no. Dy. in regula, infamibus. præalleg. & Pet. de Ancha. & Host. & Ioan. An. hîc. Et sentit hîc glos. in uer. aggrauata. in fi. & est bonus text. in c. tantis. lxxxj. dist. Nec obstat d. c. super eo. quia non loquitur in aggrauatione opinionis, sed rumoris. Rumor em̄ bene in se minus habet, quàm infamia, seu fama, ut not. glo. in d. c. super eod. Non obstat, quòd iste text. loquatur in principio indistinctè de infamia, quando loquitur in ciuili: & sic comprehendit utranq̄: quia necessariò oportet intelligere de infamia iuris, non facti. Nam infamia facti tollitur saltem quo ad iuris effectum per emendationem, cùm tollatur per purgationem: quod est minus, ut in c. determinat. xv. q. v. & c. cùm in iuuentute. j. de pur. cano. Cum ergo hîc excipiat infa. ab eo, quod dixerat de emendatione, necessariò sequitur, quòd non loquitur de infamia facti, cùm non debeat plus operari præsumptio infamiæ, q̄ ueritas. Sed si uerè cōmisisset delictum, & fuisset emendatus, non repelleretur in ciuili. Ergo fortiùs, si sit infamatus. Loquitur ergo de emēdato respectu delicti, qui remansit infamis ex sententia, uel ipso facto, quādo tale erat crimen, quod infamabat: putà, quia palām exercebat usuram, l. improbum. C. de infa. secūdum ipsum. Sed Moderni hîc tenent indistinctè opinionē do. Car. q̄ infamia facti repellat in ciuili, per text. in l. Cassius. in uerbo, testimonium. iuncta gloss. ff. de senator. & in l. iij. §. Iulianus. in uerbo, notam uitæ. & in uerbo, suspicione careat. ff. de testi. & in c. licet causam. §. tit. j. uscadeò malæ famæ & leuis opinionis, quòd eorum nulla, uel modica fides adhibetur: quia dum dixit, malæ famæ. intelligitur de infamia facti: aliàs non dixisset s̄. quòd dicta eorum non erant reprobata expressè, si erat infamia iuris. Vnde illa uerba, nulla fides. referēda sunt ad testem malæ famæ: & sic infamia facti: & illa uerba, modica fides. referuntur ad testem modicæ opinionis, qui quotidie mentitur. Et ita intelligunt Scribentes ibi, & pro hac parte allegant ipsi Bald. in d. l. improbum. & istum text. post prin. respondendo ad fin. ut hîc per do. Card. Sed quidam Alberi. Moder. in tractatu de teste. in viij. char. diffusè transcribit Bart. & Bald. in d. l. j. & do. Ant. & Imol. hîc, & cum ipsis simpliciter transit. Et si diceretur, quòd testificari est dignitas, ut in c. præceptū. xxxij. q. v. not. gloss. ij. hîc in fin. & omnis infamis repellitur à dignitate, d. regula, infamibus. & l. unica, C. de infamibus. lib. xij. respondet ipse, quòd c. præceptum. loquitur de dignitate largo modo sumpta, non propriè, ut dicit, quòd ex eo, quòd est dignitas: ideo licet admittatur, tamen minùs creditur. Et ex istis per te ipsum inuestigare poteris, quis meliùs dixerit. Sed licet utraque opinio sit sufficienter sustentabilis, tamen multùm consonat æquitati opinio do. Abb. quam etiam firmat Bald. in d. c. licet causam. in iij. col. in viij. notabili, dicēs: quòd mala fama de teste facit sibi credi, uel nō credi iudicis arbitrio. Et dicit non reperiri meliorē text. eo, per quem dicit sopita esse, quæ habentur in d. l. Cassius. Et adde omninò, quæ dixi in d. c. licet. ubi posui succinctè certos casus, in quibus omnino admittitur, & in quibus nullo modo admittitur: extra quos alij erant arbitrarij. Sed ibi dictis adde Bald. in c. ad nostrā. eod. tit. ubi dixit, quòd in causa ciuili ardua nihil probant testes infames infamia facti. Et dicit omnes text. singul. in d. c. licet. Et sic est alius casus, in quo non probant, scilicet in ciuili ardua: nec mirum, quia æquiparantur criminali, c. j. de restit. spo. in vj. dixi s̄. eod. insuper. in iij. fallentia. Et in criminali non probat, ut s̄. & est bonus text, in c. præsul. in uerbo, sine aliqua infamia. ij. q. iiij. Ergo, &c. Adde † alium casum, uidelicet quando infamis infamia facti habet secum contestem bonæ famæ, secundum Bald. in l. si quis ex argentarijs. in princ. ff. de eden. & dixi s̄. in j. conclusi. Adde post aliū casum, uidelicet qñ infamis infamia facti nō causat immediatè ex crimine: putà, qa fuit carcerat⁹, ex illa carceratione fuit

c. testimonium.

fuit infamis de facto: quia non repellitur à testimonio propter hoc in ciuili, secundum do. Domi. in c. ipsi Apostoli. ij. q. vij. Et ita debet intelligi finis huius capituli, secundum ipsum: pro quo facit. quod not. Bal. in l. literæ mandata. C. manda. ubi dicit, quòd minor est infamia resultans ex contractu, quàm resultans ex maleficio: & alleg. Innocen. in c. qualiter. ij. j. de accus. ¶ Quomodo † autem inducatur infamia facti, & in quo differat ab infamia iuris: dic, ut hîc per Bald. & Imol. discentes, q̄ infamia facti est, cùm quis est notatus apud bonos & graues, l. non debet. ff. de dolo. l. honori. ff. de obsequijs. ubi text. dicit, quòd licet uerbis edicti non habeantur infames, re tamen ipsa & hominum opinione non effugiunt infamiæ notam. Vnde surgit ex ipso facto non secuta sententia. ¶ Contrahitur † autem infamia ciuilis tribus modis, secundum Bald. hîc: nam interdum ipso facto in quibusdam casibus à iure expressis, interdum per sententiam diffinitiuam, scilicet iudicis, non arbitri. Et quia per interlocutoriam non cōtrahitur infamia, ideo sententia banni cùm sit interlocutoria, non infamat, l. quid ergo. §. ex cōpromisso. ff. de infamibus. Item contrahitur tertiò ex genere pœnæ: ut si quis ex mandato iudicis causa cognita fustigatus fuerit, l. ij. §. ignominiæ. ff. de infam. ¶ Tollitur autem infamia iuris per uiam iustitiæ, ut quando maior in integrum restituitur per prætorem, aut per uiam gratiæ, ut quando princeps in integrū restituit, l. j. §. de qua re. ff. de postu. l. imperialis. C. de nup. Sed infamia facti tollitur solo facto contrario, & eam princeps abolere non potest: quia sicut de facto hominum grauium irrepsit opinio, ita de facto tolli eam oportet. Qui autem sint, qui possint infamiam iuris tollere, uide Inno. & alios in c. cùm te. j. de re iud. & Domi. in §. hinc colligitur. ij. q. iiij. cum concor. ¶ Et not. secundū Bald. hîc, quòd infamia facti non potest esse occulta: quia non est aliud, quàm uitæ sordes & utilitas diuulgata: & ideo crimen occultum nō infamat infamia facti, nisi post quàm est publicè detectum: quia infamia iuris de iure bene potest esse occultum, ut not. in l. cùm lege. ff. de testa. secundum eum: & uide ibi glos. ij. in fin. quæ dicit, quòd † infamis, de cuius infamia nescitur, potest esse testis in testamento. Et ita extendit, q̄ de conditione seruili occulta dicit lex j. C. de testa. & illā gl. multum sequitur Bal. in l. j. in j. col. C. de sent. & in l. j. in iiij. col. C. de test. & in l. Cassius. ad fin. ff. de senato. Et per illam glo. dicit Imol. in proposito in d. l. cùm lege. q̄ in actu, uel testimonio extra iudiciali testis non repellitur propter infamiam, nisi de ea notoriè constet: & dicit illam glos. esse notabilem, & fortè singularem. Et istis adde, quòd si † condemnatus de infamia appellat, & pendente appellatione testificatur, licet postea per desertionem appellationis sententia sit confirmata, & sic infamia retrotracta, tamen non utitur illud testimonium. Ita eleganter decidit Bartol. post Guli. de Cu. in l. furti. in prin. in ij. col. ff. de infa. ¶ Item adde, quòd si † iudex dicat, Condemno, si est probatum, & sit probatū per duos testes infames: ualet sententia: quia probatio est certa, licet per exceptionem potuisset elidi. Ita ad literam dicit Bald. in l. pen. in ij. col. C. de sent. quæ sine certa quant. Allegat authen. si dicatur. C. de testi. Et de præmissis uide etiam Bart. in l. ex libero. ff. de quæst. & do. Flo. in l. iij. in prin. ff. de testi. & Archi. in c. ipsi Apostoli. ij. q. vij. & in §. cuius in agendo. iij. q. viij. & uide Pau. hîc latè distinguentem in q. prædicta, quando infamia facti repellat in ciuili: & uidetur tenere idem, quod Bald. in d. l. j. distinguens ulteriùs inter crimina excepta, ut latiùs per ipsum. Et hæc, quo ad secundum casum literæ. Sequitur tertius. ¶ Tertia conclusio. Periurus † quantumcunq̄ emendatus, non admittitur in testem, neque in ciuili, necq̄ in criminali, ut hîc in text. & in c. quicunq̄. vj. q. j. quia talis caret eo, quod est potissimùm in teste, scilicet ueritate: quæ in teste debet esse pura & simplex, c. pura. iij. q. ix. Et ideo uiolato semel iuramento, quod est confirmatorium ueritatis, c. & si Christus. j. de iureiurando. remanet semper suspicio periurij, d. c. quicunq̄. & c. paruuli. xxij. q. j. & uiolato uno officio semper præsumitur defectus in eodem, l. si aliquid. C. de susceptoribus & archarijs. lib. x. ut latius hîc per Doct. intelligentes istud in uiolante furamētum licitum, siue sit de præsenti, siue de præterito, siue de futuro. Idem si est dubium, an sit licitum: quia non erat uiolandum authoritate propria, c. uenerabilem. s̄. de elec. secundum Hostien. & omnes hîc, excepto do. Card. qui dicit se repetendo in hoc tenuisse contrarium: quia in odiosis accipimus in dubio partem mitiorem: regula, in pœnis. de reg. iur. in vj. Sed nō discedo ab alijs, per d. c. uenerabilem. iunctis notatis per glo. in c. iuuenis. j. de sponsi. & in c. illud. j. de cle. excom. mi. ¶ Vbi autem iuramentum est illicitum, eius uiolatio non repellit à testimonio, nec infamat, secundum Hostien. & omnes hîc subdentes, quòd sicut temerarium iuramentum non repellit à dignitate, c. sicut nostris. de iureiur. ita nec à testificando: de quo dic, ut per do. Abb. post alios in c. constitutus. el j. in fi. s̄. eo. dixi s̄. eod. intimauit. ubi adde, quod not. Bald. in c. tua nos. j. de iureiur. ¶ Sed † est difficultas maxima propter istum text. utrùm periurus sit infamis infamia ciuili. Et scias, quòd de infamia Canonica nō est dubium: quia illa cōtrahitur in quolibet mortali, ut dicit Innoc. hîc, & pulchrè Imol. & aboletur pœnitentia, ut s̄. dixi. ¶ Et quòd non sit infamis infamia ciuili, aliàs infamia iuris, uidetur probari hîc, ubi text. primò ponit de infame, postea de periuro: & sic periurus non uidetur infamis: quia exceptio fit de regula l. j. ff. de reg. iur. & idem tenet hîc do. Anton. limitans, nisi esset iuramentum firmans pactum: quia eius uiolatio inducit infamiam iuris: quia iuratum erat Deo & homini: & ita intelligit l. si quis maior. C. de transac. Idem Ioan. de Lig. hîc distinguens, an periurium offendat solum Deum, an Deum & hominem. Primo casu non sit infamis, secundo sic. ¶ Idem Bald. in l. obseruare. §. proficisci. in xxxiij. q. ff. de offic. proconsi. & leg. dicens, periurum non esse infamem, nisi in casu d. l. si quis maior. ¶ Idem Archi. in c. quicunque. circa medium, vj. q. j. dicens, quòd non obseruans sacramentum, quod habet rei obseruationem: putà, quia est de futuro consistens in dando, uel faciendo, est infamis: aliàs non. Idem beatus Tho. ij. ij. q. xcix. art. iij. circa medium, concludens: quòd in iuramento assertiuo periurus non est infamis ipso iure, sed solùm per sententiam diffinitiuam latam contra eum in causa accusationis. Sed dicit, quòd periurus in iuramento promissorio bene est infamis: quia cùm sit de futuro, in eius potestate remanet, postquam iurauit non deierare: quod non contingit in iuramento assertorio, quod statim euolat. ¶ Item quod periurus non sit regulariter infamis, tenet Bald. per text. nostrum in l. si uteris. ante fin. C. de fid. instr. Idem gloss. pen. & Bar. in l. Lucius. ff. de infami. dicentes, quòd sicut de re præterita, siue de futura deieretur, nō est infamis, nisi in casu d. l. si quis maior. Idem Bald. ad literam in d. l. si quis maior. in ult. col. & gloss. in uerbo, interuenit. ad fin. l. quæ sub conditione. in princ. ff. de condi. insti. & gloss. in uerbo, si qua omninò. in authen. scenicas non solùm. §. j. & Cald. in tit. de iureiur. & sentit gloss. in d. c. quicunq̄. ¶ Sed aduerte: quia ista opinio procedit absq̄ dubio de iure ciuili, per d. l. Lucius. iuncta d. l. si quis. sed stat dubium, an idem sit de iure Canonico. Et in hoc prædicti sentiunt, quòd sic. ¶ Sed contrà tenet hîc do. Card. dicens, se repetendo tenuisse, & nunc decidere, quòd uiolans iuramentum licitum etiam non appositum super cōtractu semper est infamis infamia ciuili, per c. infames. iij. q. vij. & quod no. p c. si quis cōiunctus. xxij. q. ij. & c. statuimus. iij. q. v. & alle. gl. in c. querelā. j. de iureiur. Ad istū text. respōdet: quia

quia apposita fuit hîc exceptio, præter quàm pro reatu periurij, non ad inferendum de periurio, secundũ communem opinionem, id est, præsuppósito etiam, quòd sit infamis. Et istã opi. do Card. sequuntur hîc Moderni nullo ex prædictis adducto, sed allegant gloss. quæ appellant periurum infamem, in c. authoritatem. xv. q. vj. in c. uenerabilem. s̃. de elect. in c. fin. de iureiur. in vj. in c. quanto. j̃. de iureiur. Ad quod dic satis esse, quòd sunt text. prædicti. Ponderant etiam magnitudinem periurij. Vnde uidetur, quòd differt ab alio peccato mortali, per quòd oritur infamia Canonica. ¶ Sed dici potest, quòd periurium est graue, quando fallit Deum & hominem, ut in casu d. l. si quis. Addũt etiam quædam facilè solubilia: ex quibus dicũt omnem iuris prudentiã euersam esse. Adde in terminis Archi. idem tenẽtem in c. paruuli. xxij. q. v. & do. Car. in cle. j. in prin. in j. q. de iureiur. & do. Abb. in c. querelam. in iij. col. j̃. de iureiur. & Hostien. in summa de usur. §. penult. uer. quid de notarijs, quem refert Archi. in c. sicut non suo. xlvij. dist. Et de hoc etiam per Pau. de Cast. in l. iusiurandũ, quod ex conuentione. in fin. ff. de iureiur. & do. Car. cons. xxxvij. incip. Quidã habẽs. in fi. & Archi. in c. inter cætera. xxij. q. iiij. & Bal. in d. c. quærelã. Nihilo minùs prima opi. est cõmunior & uerior, secundũ Paul. Imol. & do. Abb. hîc, & sentit hîc gl. in uerbo, periurij. in fin. quia pœna infamiæ iuris imponitur, nisi in casibus à iure expressis, ut traditur in d. l. j. ff. de arbi. Et ideo cùm reperiatur solùm casus d. l. si quis maior. in quo incurrit infamia, ut fiat extensio, arg. c. pe. de pœn. dist. j. & reprobat Imol. gl. in d. c. quicunq;. & alios sentiẽtes, q̃ si iuramentũ est de futuro, incurratur infamia: quia intelligitur de futuro solùm in casu d. l. si quis maior. Et ita declarat gl. licet ipse nõ dicat, in l. Lucius. per iura alleg. per do. Card. quę appellant periurũ infamem, & intelligunt de infamia Canonica: quia cùm numerãt alia minora, de quibus absurdum esset dicere, q̃ induceret infamiã iuris, secundum do. Abb. & ita illa iura dicit intellexisse glos. in d. c. quicunq;. & ad gl. in d. c. querelam. & ad c. constitutus. de fideiussori. dicit, q̃ loquuntur in contraueniente petitioni iuratæ, ut latiùs per prædictos, cum quibus transeo propter authoritates suprà ultra eos allegatas. Et si diceretur, testis iurat, q̃ dicet uerum: igitur, si non dicit uerũ, est falsus in promittendo: ergo infamis, d. l. si quis maior. respondet hîc Bal. tenens latè cõmunem opi. q̃ qui iurat, nihil ꝓmittit: quia ex ordinis necessitate hoc facit, non sponte, etiam si diceret, promitto uerũ dicturum. Vnde testis iurando non contrahit debitum conuentionale, nec quasi contrahit. Aliud est enim contrahere, aliud ex ordine facere, ut dicit text. notabilis in l. cùm unus. in princ. ff. de bo. autho. iu. pos. fm ipsum.

21 ¶ Sed † in quantũ cõmunis opi. habet, q̃ in casu d. l. si quis maior. incurratur infamia, limita nouissimè non procedere in debitore, qui iurauit soluere usuras: quia licet non soluendo incurrat periurium, c. debitores. j̃. de iureiur. tamẽ si nõ soluit, nõ est infamis, quia dolus creditoris excusat eum ab infamia. Ita dixit eleganter Bar:

22 in c. j. in iij. col. j̃. de iureiur. Vnum etiam nota, q̃ † Papa dispensare potest, ut periurus à testimonio non repellatur. Ita dicit Vincentius hîc, & sequitur Io. An. Pau. do. Ant. Imol. & communiter omnes hîc, & Spe. in tit. de teste. §. j. uersic. sed quæritur, utrùm Papa. arg. c. cùm l. & A. j̃. de re iudi. & facit c. accusatus. de hæret. in vj. ¶ Hoc limitant Moderni hîc: primò, nisi produceretur periurus in consistorio principis ad testificandum, per id quod not. Bald. in l. sed & milites. §. ignominię. ff. de excus. tut. ubi dicit, quòd sicut infamis nõ potest ingredi urbem, ita nec potest ingredi consistorium principis. Sed certè per hoc non probatur, quòd Papa nõ possit etiam hoc casu dispensare. Ideo limitatio est impertinens, licet per ipsam inferri posset, quòd dispensatus simpliciter, non intelligitur dispensatus hoc casu. ¶ Secundò limitãt, nisi testis haberet inhabilitatẽ iuris naturalis: ut, quia esset inimicus: arg. c. quia suspecti. iij. q. v. Ideo constitutio habilitans criminosum, non intelligitur de tali. Et allegant c. per tuas. el grande. j̃. de symo. & quod not. Innoc. in c. sciscitatus. s̃. de rescript. de quo facit testum Ang. in l. cùm prætor. ff. de iudi. ubi dixit, quòd processus factus coram iudice habente defectum naturalem: putà furioso, est ipso iure nullus. Potuisset allegare aureum dictum Hostien. in c. j. s̃. de transact. ubi dixit, q̃ clausula, Supplentes defectum, &c. refertur duntaxat ad defectum iuris positiui. Et non dicitur naturalis: ex quo exclamat do. Ant. do. Abb. & Imol. ibi, & do. Ant. in c. illa quotidiana. s̃. de elect. & Imol. in cle. pastoralis. in viij. col. de re iudi. & do. Abb. in c. inter dilectos. in viij. col. j̃. tit. ij. & Imol. in l. filius à patre. §. fin. ff. de liberis & posthu. cum concor. Et est casus rotundus in d. cle. pastoralis. ad fin. ibi, nec prædicta suppletio, &c.

¶ Tertiò limitant, dum modò habilitet criminosum ſtãtibus alijs adminiculis, ex quibus uerisimiliter præsumatur eum non mentiturum, iuxta c. in fidei. & c. licet de hæreti. in vj. Aliàs dicunt non esse uerum dictũ communę Doctorum hîc, & allegant text. quem magni faciunt, in c. alieni. in uerbo, nõ possumus, nec debemus. ij. q. vij. ut hîc uerbosiùs per eos. Quibus adde omninò do. Abb. in c. j. j̃. de fide instru. & quod ibi dicetur. Et uide Archidi. in d. c. alien. ubi post Hugutionem dicit subintelligi. Quia, ante dictionem Nec. Facit c. requiritis. j. q. vij. in uerbo, non possumus. & tamen exponitur, id est, non debemus. Vnde sine hac restrictione transire potest communis opinio: quia huiusmodi probationes potest ex causa lex angustare. Patet in multis capitulis, de hæreti. in vj. Et in dubio præsumitur causa, secundum gloss. & Bartol. in l. relegati. ff. de pœnis. & do. Abb. in c. nisi. s̃. de offi. legati. cum cõcor. Sed ultra alios quærit optimè Pau. de Leaz. testi. opponitur periuriũ,

23 & probatur, quòd † modo soluit debitum in termino, ut iurauit: replicat, quòd remisit pecuniam per nunciũ, qui egit infideliter, uel procuratori negotiorum commisit, qui non expediuit: an incurrerit periurium? Et uidetur, quòd sic, per text. in simili in c. si commissarius. in princ. de elect. in vj. & in c. uenerabilibus. §. idem. de sent. excom. eod. lib. Tandem concludit, quòd si non seruauit iuramentum statim cùm potuit, postquam sciuit non esse satisfactum, est periurus: quia in iuramento continebantur duo, scilicet soluere, & in termino soluere: & licet excusetur ab uno, ab alio non. Facit text. in c. dilecti. s̃. de dolo & contu. & c. perlatum. lxxxviij. dist. & in c. cupientes. in fin. princ. de elec. in vj. & in c. quamuis. ad fin. de offic. ordi. eod. lib. & quod not. Specul. in tit. de citatione. §. sequitur. uer. quid si non præfixeris. Si autem seruauerit iuramentum statim, cum potuerit, postquam sciuit nõ esse satisfactum, euitat periurium, argumento eius, quod not. gloss. ordi. in c. apud miseri cordem. xxxij. q. j. & quod not. Innoc. in c. significante. j̃. de pigno. & Hostien. in c. P. & G. s̃. de offic. dele. ubi dicitur, moram posse purgari, ut euitetur periurium: & per Bald. in l. qui crimen. in xj. col. C. qui accus. Et pro hoc etiam facit, quod solet dici, difficultatem non præuisam excusare à periurio, ut in c. breui. j̃. de iureiur. & ibi per gloss. Doct. & Bartol. in l. continuus. §. cùm ita. ff. de uerb. ob. & l. quod te. ff. si cer. pet. cum concor. ¶ Quar-

24 ta conclusio, Semel † conuictus de crimine, præcedente accusatione, repellitur in criminali, licet emendatus. Ita text. hîc. Ex quo not. quòd attestationes factæ in iudicio criminali, faciunt fidem in alio iudicio, & inter alias personas. Quod procedit, secundum do. Abb. in casu isto, ubi non agitur de magno præiudicio: aliàs autem secus, per notata in c. inquisitionem. s̃. de elect. & in c. inter dilectos. j̃. tit. ij. Ex hoc not. quòd acta in uno iudicio faciunt aliquam fidem etiam in alio, interueniente alia persona. Et hinc sumpta

sumpta occasione tractat hîc solenniter Innoc. quem omnes reassumunt, utrùm repellatur excõmunicatus à testimonio post absolutionem, quasi ex hoc solo sit probatum crimen. Et quia Doct. omnes satis instant,

25 dic ergo breuiter, q̃ † per hoc non repellitur: quia iura repellunt excõicatum solum à testificando in præsenti, ut in c. decernimus. de sen. excõ. in vj. Et nihil dicitur de excõicatione in præteritum. Item, quia excõicatio posset ferri extraiudicialiter, & sine causæ cognitione. Vnde graue est dicere, q̃ probat crimen in ea expressũ. ¶ Itẽ posset esse, q̃ in sententia excõicationis nõ fuisset expressa aliqua causa, uel esset expressa talis, quæ etiã per se immediatè probata non repelleret testem: putà, præsumpta contumacia. ¶ Item petens absolutionem

27 potest petijsse ex bona conscientia, non animo fatendi se in culpa, iuxta c. ad eius. v. dist. & in c. exhibita. j̃. de homi. Nec absolutio præsupponit necessariò uinculũ, c. uenerabilem. s̃. de elect. & ibi no. in proposito do. Ab. in antepen. col. & do. Card. in repe. c. perpendimus. in ult. col. j̃. de senten. excõ. per Bar. in l. decem. ff. de uerb. oblig. & Inn. in c. ij. s̃. de ordi. cogn. & ibi do. Abb. in xxiiij. col. per Inn. in c. cùm contingat. s̃. de offic. deleg. & Io. And. in c. solet. de sen. excõ. in vj. & Cy. & Imo. in l. cùm tale. §. fin. ff. de condi. & demon. Et ita tenent hîc Innoc. Bart. & do. Car. & alij. Considerat Bal. ex mente Inno. q̃ sententia excõicationis non fertur propter crimen, sed propter contumaciã: & ideo per sententiam excõicationis non probat crimen, etiamsi excõicator dicat: quia furtũ fecisti, & monitus ut cõparẽres & satisfaceres, nõ fecisti: excõicamus te. Et dicit Bal. quòd est duplex ratio: una naturalis, quia sępe excõicatur quis iniustè, & tamen infert uinculũ absoluendũ, c. j. xj. q. iij. Alia ratio per punctũ iuris: quia immediata causa excõicationis est contumacia, & nõ crimen: & cõtumacia non infamat, fm Innoc. hîc. Et quòd ab homine non feratur excõicatio, nisi per contumaciam, uide ultra Doct. gloss. ordi. in c. de presbyterorum. xvij. q. iiij. & in c. episcopi. xj. q. iij. per do. Ab. in c. j. in iiij. col. s̃. de iudi. & in c. officij. in j. notab. j̃. de senten. excom. & in rubri. eod. tit. cum concor. Et not. ualde hæc uerba Inn. fm

26 Bald. hîc, q̃ exbanniti & condemnati de crimine. nisi † statutum hoc dictaret, q̃ condemnaretur de crimine, & quòd puniretur, ac si crimen esset probatum, ut hîc per eum respondentem ad d. l. j. ff. de in litem iuran. Et si diceretẽ, q̃ absolutus ab excõicatione adhuc remanet infamis, sicut condemnatus, qui soluit condemnationem suam: nam qui soluit, confiteri uidetur, ut dicit text. notabilis, fm eum in l. locum. §. si quis dolo. ff. de tab. exhi. respondet, q̃ imò non uidetur fateri propriè: quia reddit in inuitum. Allegat l. j. §. si rem. ff. de leg. iij. ¶ Ista tamẽ declara primò, ut hîc subtiliter per do. Ab. no. contra mentem aliorum, uidelicet nisi in sententia excõicationis fuisset expressum tale crimen, quod irrogat infamiam, & talis sententia transiuisset in rem iudicatam: nam in casibus, quibus non sufficit emendatio, repelletur testis indistinctè probata excõicatione: quia non appellando uidetur acquieuisse sententiæ: & licet non transeat in rem iudicatã, quo minùs posset peti absolutio, transit tamen ad cæteros effectus. Et inter alios est unus, ut præsumatur iusta, ut notãter dixit Inno. in c. bonæ. suprà, de elect. & in c. quoniam contra. s̃. tit. j. & Io. An. in c. uenerabilibus. de sen. excom. in vj. & facit c. licet. eod. tit. & lib. Et considera, quòd in casu isto non procederet exemplum Bald. de quo suprà, & credo uerius hoc: maximè, quia iste casus uidetur inducere tantam præsumptionem delicti, quantam cùm aliquis aliàs fuerit solùm conuictus, uel repulsus, qui casus operantur repulsionem testis: ut in tex. ¶ Quomodo autem ultra contumaciam posset excommunicatio hominis descendere ex crimine, uide gloss. in d. c. episcopi. & in c. de presbyterorum. & plenè glo. & Doct. in c. ex parte in Christo. infrà, de uerb. sig. & facit exemplum Bald. de quo suprà. Esset autem secus, ut dixi, in sententia excõmunicationis, si etiam descendens ex crimine infamante non transiuisset in rem iudicatam, sed intra x. dies obtenta fuisset absolutio: quia nisi aliter probaretur uerè crimen, sola excõmunicatio ipsum nõ probat, quia ante decendiũ non præsumitur sententia excõicationis, secundũ Imo. in d. c. quoniam. ¶ Item secus, si talis sententia etiam, quæ transiuit in rem iudicatã, fuisset lata in absentem & ignorantem: quia non uidetur acquiescere, secundũ do. Ab. arg. c. Apostolicæ. j̃. de cle. excom. mi. & meliùs per Innoc. in c. innotuit. de eo, qui fur. ordi. susc. fm ipsum. ¶ Secundò declara,

27 ut hîc per Inno. uidelicet nisi † appareret quem excommunicatum à iure: quia illud apparẽre non potest, nisi appareat crimen, quia à iure immediatè infertur excõmunicatio propter crimẽ, c. si quis suaderit. xvij. q. iiij. Et non debet absolui, nisi satisfaciat, ut est gloss. in d. c. ex parte. de uerb. sig. Ideo probata absolutione repellitur, secundum eum, in casibus, in quibus emendatio non prodest: aliàs non repelletur. Vnde nec in ciuili, nisi esset tale crimen, quod induceret iuris infamiam, ut hîc in tex. fm ipsum. ¶ Sed contrarium tenet hîc do. Card. quem alij non referunt: & dicit sentire Innoc. hîc, quòd probando sententiam iuris non inducitur propter hoc crimen. Quod est perpetuò notandum: quia ualet ad infinita, fm eum: & istud fortè uerius, per l. Celsus. ff. de arbit. ubi mitiùs agit lex, quàm homo tũ etiam, quia concurrunt aliquæ rationes ex prædictis, uidelicet q̃ petendo absolutionem non uidetur fateri se ligatum, & quia non præsumitur acquieuisse, cùm non appelletur à sententia legis, c. quia nos. j̃. de appel. l. si qua pœna. ff. de uerb. signi. Sed duobus casibus fortè procedet opi. Imo. ¶ Primus, quando notorium esset incursam esse excõmunicationem legis: quia tunc apparet certitudinaliter de delicto. ¶ Secundus, q̃ per iudicem fuisset declaratum incurrisse excõmunicationem legis: & ab illa declaratoria non fuisset appellatum, prout fieri potest, fm glo. in c. cupientes. §. quòd si. in uerbo, priuatos. de elect. in vj. quia tuncidem erit, quod in casu præcedenti: tamen super hoc ab alijs non declarato poteris cogitare. ¶ Quinta conclusio. Con-

28 fessus † crimen in alio iudicio, in quo cõtra ipsum fuit instituta accusatio, repellitur à testificãdo in criminali. Ita tex. hîc in c. j. j̃. de except. Ex quo not. do. Ab. quòd confessio facta in uno iudicio etiã criminali, facit fidem in alio contra confitentem, quo ad hæc, ut repellatur à testimonio, quasi suggillat opinionẽ ipsius: secus dicit uideri in alijs: nam confessio cum uno non nocet, quo ad alium. Alleg. Inno. in c. ij. s̃. de ordi. cogni. in quo insiste, ut sufficienter tetigi in c. causam. el j. in ij. fallen-

29 tia tertiæ regulæ, s̃. eo. ¶ Et † aduerte: quia si instituta accusatione aliquis soluerat pœnam ante condemnationem, licet uideatur quodammodo confiteri, tamen

4 non efficitur infamis [a], & ex tali confessione nõ habetur propriè pro confesso, fm Bal. in l. ea, quæ. C. de condi. ob caus. per l. j. §. si reus paratus. ff. de procu. Vnde datur cautela, q̃ quoties ex condemnatione quis efficereẽ infamis, soluat ante condemnationem, & euitabit infamiam, ut per Bar. & Ang. in l. si reus. & do. Ant. & do. Abb. in c. dudum. el ij. s̃. de elect. & Ang. in l. si. ff. si cer. pet. & Bar. & Ant. in l. infamem. ff. de pub. iudi. & l. ictus fustium. ff. de his, qui no. infa. & Bald. in l. eos. C. de execu. rei iudi. & adde Spec. in tit. de confes. & Bar. in l. si seruũ. §. nunc uidemus. in fi. ff. de uerb. obl. & do. Ant. & do. Abb. & Ana. in c. per tuas. el j. j̃. de symo.

a *Non efficitur infamis*] *Adde aliam cautelam, per quam quis euitat infamiam, quando dubitat condemnari in actione famosa: cõsiliũ est ut litiget per procuratorẽ, & euitabit infamiam. Ita Bar. in l. furti. §. si quis. in fi. ff. de infami.*

c. testimonium.

symo. ubi dixi. Ex quo inferunt hîc Moder. ꝙ talis nō repellit à testificando: ex quo non habet pro confesso. ¶ Sed considera, ꝙ istud operari potest, ꝙ nō repellat in ciuili, ac si expectasset condemnationē infamantem: quia euitat infamiam. Sed in criminali fortè hoc non procederet: non, quia habeatur pro confesso: sed quia uidet conuictus, per d.c. per tuas. cū ibi notatis. Et esse conuictum, sufficit, ut in conclu. præcedenti. Et adducí
30 potest iste tex. fm do. Ab. ad quæstionē, nunquid † per solam confessionem quis infametur? de quo per glo. & Bar. in d.l. ictus fustium. & Ang. & Imo. in d.l. infamē. & Bar. in l. non solùm. §. fi. ff. de procu. & Bal. & Sali. in d.l. si tutor. C. de interdicto matrimo. & Bar. in l. si ideo. ff. de euict. & Bald. in l. etiam. C. de furt. & in l. j. in ult. col. C. de hæred. inst. & Io. And. in Spec. de contumacia. §.
31 sequitur. in prin. ¶ Sexta conclusio. Quando † nunc quis fuit de crimine accusatus, sed nunc per exceptionem potest de crimine conuinci, sufficit ad repellendū eum à testimonio. Ita tex. hîc, & intellige, etiamsi nunc esset de crimine emendatus, ut ponat aliquid speciale, cùm agitur criminaliter: nam si perseuerat, repellitur etiam in ciuili, & sic essemus in primo casu. Et no. hoc, quia est ualde durum, ut semel delinquens, quantumcunq; emendatus, remaneat suspectus, & non admittatur in testem in causa criminali, fm do. Abb. dicentem tamen, se putare, ꝙ si intrasset postmodum religionem, sublata esset omnis causa suspicionis, per tex. notabilem in c. pe. xxj. q. ult. ubi dicitur, non licere parentibus filios factos monachos exhæredare, licet existentes in seculo in causam ingratitudinis inciderint. Facit tex. in §. humana. in authen. de monachis. Ad idem facit notabile dictum Guli. de Cu. in l. j. C. de sa. san. ec. quem refert. Bald. ibi, & Roma. in authen. similiter. in vij. priuilegio, C. ad l. Falci. ubi dicit, ꝙ per ingressum religionis filius spurius efficitur legitimus. Quid autem de conuerso ad fidem, uide hîc Pau. de Leaza. dicentem, ꝙ peccatum & omnis sequela tollitur per baptismum, ut in c. deinde. ubi gl. xxvj. dist. & j. q. vij. si quis crimen. Sed de hoc latiùs per Imo. Archi. in c. si quis gentilis. xxviij q. j. & Spec. in tit. de legato. §. iuxta. uersic. pen. & Inn. Hosti. & alios in c. gaudemus. j. de diuor. Et ibi dicitur, ꝙ licet per baptismum tollatur peccatum, quo ad Deum & legem promotionis, c. j. xxvj. dist. tamen remanet ligatus, quo ad pœnas temporales: & ita repelletur in casu nostro. Et idem, si cōmisisset antea periurium, fm Paul. hîc, dum modò iurasset per uerum Deum: secus, si p deos alienos. Et de istis uide omnino Imo. in d. c. de his. in ix. col. j. de accus. ¶ Septima & ul-
32 tima conclusio. Quando † non probatur crimen de presenti, nec aliàs fuit conuictus, uel confessus, sed grauata est testis opinio pro eo, quòd aliàs repulsus est ab actu testificandi, repellitur testis in criminali, licet non in ciuili. Ita tex. hîc. Et hanc aggrauationē opinionis declara ex dictis s̄. in ij. conclusio. & uidet uelle iste tex. quòd si non est grauata opinio sua, licet aliàs fuerit repulsus, non sufficit, ut nunc repellatur, fm do. Abb. & idem clariùs Imo. dicens, ꝙ si non esset infamia exorta ex dicta repulsione, nō repellereť, nisi iteratò probaret. Non obstat, quod habetur hîc in uer. in criminali. ibi, conuictus extitit. quia loquitur, quando fuit cōuictus institutus accusatione contra ipsum, ut hîc, quando fuit conuictus per uiam exceptionis. Vnde quia non directè tunc agitur contra testem, ut hîc in gl. fi. ante fi. attenditur, an exorta fuerit infamia, uel non: secus, qm̄ directè agitur cōtra ipsum instituta accusatione: nam tunc eo ipso, ꝙ est conuictus, uel confessus, efficitur inhabilis ad testificandū in criminali: ut patet hîc: & ideo nocet sibi etiam in alio iudicio. ¶ Et ratio prædictorū est: quia ex illa repulsione orta fuit infamia facti sequens personam, quocunq; uadat, iuxta notata in l. ex ea. ff. de postulando. Et dicit ibi Ang. post Iac. But. ꝙ exul unius ciuitatis ex famoso crimine nullibi potest potestatem patriam in filios exercere. Et ibi etiam dicit Bal. quòd infamia ubicunq; repellitur: & sequit. Vnde licet bannitus de ista ciuitate non sit bannitus de ciuitate Florentiæ, tamen præsumptio est, ꝙ sit infamis, & quòd pro infame habebitur Florentiæ: quia infamia est macula ossibus inhærens, fm ipsum. Et idem dicit
33 Bal. in c. super eo. el j. ante fi. s̄. eo. ¶ Idem † in excōmunicatione: quia excōmunicatus hîc, erit excōmunicatus ubicq;, ut dicit gloss. in d. l. ex ea. & gl. fi. in c. si quis presbyter. vij. q. j. & in c. quisquis. iiij. q. v. & gl. magna in c. pastoralis. §. uerùm. j. de appel. not. do. Ab. in c. per illum tex. s̄. de treuga & pace. & in c. postulasti. in v. col. ubi uide, s̄. de for. comp. & Inn. in c. qualiter. el ij. propè fin. j. de accus. & Fede. consil. xxiij. nisi aliquando quis priuaretur cōmunione cæterorū hoīm, iuxta c. si quis de alterius. lviij. dist. & c. quorundā. cum glo. fi. xxxiiij. dist. & in c. si quis autē. xix. dist. & facit d. l. ex ea. Et istis adde Bald. in l. j. in ult. col. C. de summa tri. ubi dicit, ꝙ in pœnis, quæ sunt intrinsecus, quocunq; accedat persona, eò ipsam sequuntur. Et ideo infert ad quandam mulierem damnatam ad ignem, & raptam à familia potestatis imminente executione: quia quocunq; uadat, est serua pœnæ. Et sunt dicta Bar. ibi in xiij. col. uersic. pen. quæro. Et limita hæc, ut per Bal. in l. ij. §. deinde. ff. de origi. iur. per illum tex. in uersic. postea. nisi quis cōmisisset alibi maleficiū, quod esset ualde utile reipu.
34 hîc: quia non erit hîc infamis. ¶ In † gloss. in uerbo, emendatus. in princip. Facit ista gloss. relata ad tex. ad quæstionem, quando emendatus perdat nomen delicti? de qua diffusè per Moder. hîc. Sed breuiùs & copiosiùs tetigi in c. j. in ix. fallent. s̄. tit. j. & dicunt ibi, & dicit hîc do. Abb. istum text. pulchrum esse, & menti tenendum, quòd emendatus de crimine non remanet omnino integer. Vnde non restituitur pristinæ præsumptioni naturæ, qua quilibet præsumitur bonus, ut in c. fin. j. de præsump. Et quia emendatus licet sit idoneus in ciuili, non tamen in criminali, in qua requiruntur testes integerrimi. Et ita limita allegata in prin. huius gloss. & ultra Moder. uide omnino Pet. de Ancha. in regula, semel malus. de reg. iur. in vj. ubi declarat illam regulam: circa quam uide etiam Bar. in l. si cui. §. ijsdem. uersic. uenio ad secundam partem. ff. de accus. & ideo Bar. in l. si priùs. in v. oppositione tertiæ partis, ff. de ope. no. nun. & in l. Cassius. ff. de sena. ubi intelligit in eodem genere mali. Et idem Bal. in l. fi. ff. de hære. insti. Vide etiam Bald. in l. ex persona. C. de proba. & Sali. in l. si minorē. C. de in integ. restit. mi. & Bald. in l. non ignorat. C. ad exhib. & Bar. in l. ij. C. de bo. pos. infanti delata. & Pau. de Cast. in l. qui iurasset. §. fi. in fi. ff. de iureiur. Aliæ gl. declaratæ sunt in tex. uscq; ad fin. gloss. ibi, per sacerdotem suum. Ad idem uide gl. in c. nuper. in uerbo, iuratus. in fi. s̄. eo. & Spe. in tit. de teste. §. restat. uer. xvj. creditur. & do. Ant. in c. ueniēs. el j. in ij. col. suprà, eod. & Spec. in tit. de teste. §. j. in viij. col. uersic. item quòd est criminosus. & Archi. & Domi. in c. quanto. ij. q. v. & do. Anto. in c. lectæ. s̄. de renun. & Innocen. in c. qualiter. el j. infrà, de accus. & gloss. in c. nemo. in frà, de symonia. & in c. si peccauerit. ij. q. j. & Domi. in c. capite. in j. notabi. l. dist. & Io. And. in c. quanquam. super gloss. ij. de usuris. in vj. & gloss. in c. j. infrà, de excep. & gloss. Archid. & Domi. in c. ipsi Apostoli. ij. q. vij. & Imo. & alios in c. omnis. j. de pœ. & remis.
35 Et intellige, quòd † sacerdos testificetur de consensu confessi, fm Domi. in d. c. ipsi Apostoli. aliàs incurreret pœnā d. c. omnis. Alleg. Io. An. in d. c. lectæ. Et hoc casu procedet dictum Bal. in l. archigerontes. C. de episc. audi. ubi dicit, quòd a confessio facta[a] in præsentia non facit fidem in iudicio: quia ille confitetur tanquā Deo, c. si sacerdos. suprà, de offic. ordi. Quòd autem uolente confesso hoc possit, uide tex. & Doct. in c. significasti. j. de adult. ¶ Sed dicit hîc subtiliter Hostiē. ꝙ licet confessio & pœnitentię impositio probetur per sacerdotem, tamen satisfactio, uel pœnitentia probatur per illos, qui uiderunt: & si crimen sit occultum, sufficit, quòd sit occulta: si publicum, debet esse publica, non tamē solennis, ij. q. j. si peccauerit. & sequit hîc Pau. de Cast. & alij. Vnde infert do. Car. ꝙ dicere emendationē probari per sacerdotē,
36 est dictum ineptum. ¶ Sed † utrùm probata per sacerdotē confessione & impositione pœnitentiæ oporteat probare pœnitentiam peractam, est pulchrum, & Doc. non bene explicant: sed do. Ab. hîc in lectura antiqua colligit ex prædictis, ꝙ sic: postea refert do. Car. dicere hîc ex mente gloss. quòd sufficiet probare confessionē: quia ex quo confessus est, infertur, ꝙ sit emendatus de delicto: & sic, ꝙ in eo non perseueretur: & putat do. Abb. hîc, hoc esse uerum, per gloss. sing. in simili in c. de his. el ij. l. dist. qui notabiliter dixit, quòd sacerdos post confessionem potest celebrare: quia ex quo fuit contritus & confessus, remissum fuit sibi peccatum, licet agere debeat pœnitentiam de peccato cōmisso: & deuotiùs faceret, si agat. Et in proposito, ex quo fuit contritus & confessus, remissum fuit sibi peccatum. Vnde non dicitur amplius in eo perseuerare. Non obstat finis huius c. quod uidetur innuere, quòd debeat egisse pœnitentiā: quia intelligit tex. quo ad pœnitentiā interiorē, iuxta c. si is, qui. xxiij. q. iiij. Et istud mihi placet: quia gloss. prædictæ ad probandam emendationem exigunt tantùm testimoniū sacerdotis, qui non testificabitur solùm de emendatione, quam uidit ex actu coram se facto, non aūt de actuali satisfactione, quæ per solū sacerdotē nō probaret, cū per illos probari possit, ut est dictū: Erit aū necesse, ꝙ sacerdos iuret, fm Host. & alios hîc: quia in testificando non gerit uicē Dei, prout in absoluendo, vt hîc latius per Doc. Pro quibus adduco: quia tenendo aliter concurreret hîc duplex specialitas: primò ꝙ uni crederet: secundò, ꝙ non iurato,
37 cōtra l. j. C. de dotis promis. ¶ In † ea. gl. ibi dico, ꝙ nō. No. diligenter ex gl. fm Imo. ꝙ infamis non admittitur in testem, etiam contra infamem, per rationē quam ponit gl. & reprobat gl. aliter tenentē in l. iij. §. Iulianus. ff. de testi. & alleg. Bal. in l. cùm mulier. circa fi. ff. sol. mat. ubi tenet idem gl. hîc allegando Inn. in c. intelleximus. j. de adul. & non allegat hanc glo. quæ in terminis hoc decidit: ideo tene ipsam singulariter menti, fm Imol. Sed adde gl. idem tenentē in c. significamus tibi. in gl. j. in fi. xxxv. q. v. & gl. ij. in c. fidei. de hæret. in vj. Idē tenet Spe. in tit. de teste. §. j. in vij. col. uer. sed nunquid excōmunicatus. & Bal. pulchrè in repe. l. cunctos populos. in ij. col. C. de sum. tri. & Bal. allegando istā gl. in c. dño guerrā. in tit. hîc finitur lex. & Bal. & Ang. & Imo. in d. l. cùm mulier. & ibi Ro. in ult. col. allegando istam gloss. quā etiā approbant hîc oēs, & facit gl. in cle. j. in uerbo, Christianos. & ibi Imo. de testi. Non obstat d. l. in arenam. C. de inoffi. test. ubi æqualitas inhabilitatis compensatur, quia loquitur de actionibus, quæ fiunt inter ipsos infames: sed hîc testimoniū propriè dirigitur iudici, cui debet fieri fides, l. quinquaginta. ff. de proba. Non obstat l. qm̄. §. itē se. C. de hæret. ubi hæreticus ꝓtra hæreticum non opponit de hæresi: quia, fm Bal. in d. l. j. ibi est speciale, ut patet ex uerbo, Concedimus: & ex uerbo, Permittimus: uel fm Bal. hîc, illud est, quia damnaret in alio, qd approbat in seipso: & sic esset sibiipsi cōrrarius, ut d. l. in arenā. Ratio aū huius gl. est illa, de qua eleganter in ipsa, uidelicet quia dato, ꝙ exceptio obiciat ꝓtra testē, nō opponens causam cū teste, sed cū

a *Cōfessio facta] Adde tu, quòd licet talis confessio facta sacerdoti nō*

probet in foro iudiciali, ut per Bal. in d. l. Archigerontes. tamen facta in causa matrimoniali probaret. Gloss. est in c. tua nos. de sponsi. quam ad hæc reputat sing. Ludo. Ro. in l. si non speciali. C. de testa.

parte nō potest excipere de iure testis: & facit, quod no. Inn. c. uerū. ad fi. s̄. de foro cōpe. ubi dixit, ꝙ ꝓta clericū inductū in testē de crimine coram laico excipi potest: quia propriè excipit cōtra partem, non cōtra testē: qd est notabile, fm Bal. in d. l. j. ¶ Et ex ista ratione gl. inferunt hîc Io. And. do. Abb. & Imo. ꝙ ipsi testi non sunt necessariò danda capitula super exceptione, saluo, nisi fortasse testis uellet se defendere per id, quod habetur per Inn. in c. peruenit. j. de fideiuss. ¶ Item ex ista gl. infert hîc do. Ab. eius dictū Inn. in d. c. uerū. ¶ Item infert, ꝙ probare possum testes meos honestos, quos aduersari? dixit, seu ꝓbauit malę famę. Quòd aūt ipse testis assumere possit defensionē, & ꝓbare se innocentē, adducit: quia fama ipsius grauat, licet directè ꝓtra ipsum non excipiatur: unde aliàs repelli potest, ut hîc in tex. & facit tex. in §. si uerò dicat. in authen. de testi. ubi testis potest ostendere se libertū per chartam manumissionis. Et ꝙ concordant ad istam gl. uide aliā ualde solennem in §. sancimus. in uerbo, ciuitate. in authen. de testi. quæ concludit, ꝙ si hoies unius uillæ, uel loci, omnes sunt infames, non testificabunt inter se. Imo dicit, ꝙ etiam
38 si consentiant, iudex tamen nō patietur. ¶ Extra † gl. quærit hîc Pau. utiliter, quæ est ratio, ꝙ post pœnitentiam quis potest accusari, & per exceptionē non? Et ꝙ possit accusari, est tex. cū gl. iij. in c. admonere. xxxiij. q. ij. & gloss. in c. qui crimen. vj. q. j. & in c. gaudemus. j. de diuor. & in c. de his. j. de accusa. & ibi dixi. Quòd non possit excipi, est tex. hîc, & tamē regula habet, ꝙ cui dat actio, fortiùs exceptio, l. inuitus. §. cui damus. ff. de rediudi. c. qui ad agendum, eod. tit. in vj. Respondet iudex Pa. ꝙ illa, quæ respiciunt bonū conscientiæ restituunt per pœnitentiam, ut uitatio pœnæ perpetuæ, ordinum susceptio, ut c. fi. de temp. or. & testimoniū, ut hîc: sed nō ea, quę respiciunt ius alterius, ut dicit gl. in uerbo, inter peccatū. in fi. in c. Deū. xxvj. dist. Ad §. cū damus. dic, ꝙ ꝓcedit, qñ ad idem agit & excipit, ut no. Inn. in c. inter. in gl. j. in fin. j. de except. præla. ¶ Vltimò, dum tetigi s̄. de excōmunicatione, an probet crimen, uide etiam gl. & omnino Dominicū iiij. q. j. in summa. Et in materia huius decretalis uide etiam, quod no. Archi. in c. parruuli. xxij. q. v. & Albericus in quarta parte statutorum, q. xxj. & gloss. fin. & Arch. in c. qui sine peccato. iij. q. vij. Et ita sunt tacta omnia necessaria.

c. ultra tertiā.

SVMMARIVM.

1 ¶ *Inspectio testificatorum qualis debet esse, ut quis repellatur à productione testium. num. 2.*
3 *Pars licet non uideret attestationes suas, sed alterius partis, excludi-tur tamen à quarta productione.*
4 *Iudex si aperuit attestationes à parte nondum uisas, prohibetur eas producere.*
5 *Productio quarta testium, quando & qualiter concedi potest.*
6 *Dilatio una tantū an dari debeat in causa ciuili, an uerò plures.*
7 *Dilatio unica dari debet ad probandum exceptiones dilatorias.*

CAPITVLVM LV.

VLtra tertiam. ¶ Quarta productio testium non est concedenda, nisi cum solennitate legali. Hoc dicit, & est pro parte expedita s̄.
1 eodem, in causis. ¶ In † tex. ibi, perconctatus. Not. ꝙ non sufficit quelibet inspectio momentanea actorum, ut quis excludat à productione testium, sed requiritur, quòd fuerit perconctatus: quod idem est, secundum Doct. quod ualde scrutatus: nam dictio Per, auget, l. urbana. §. pernoctare. ff. de uerb. sig. Et hinc est, quòd is, qui uidit testificata, tamen illa non plenè examinauit, non prohibetur à quarta productione, quasi didicerit, fm Io. & oēs hîc: quia cessat ratio finalis, ex qua non uidit illa taliter, ꝙ possit subornare: & consuluit Host. ꝙ quando uidit attestationes esse suas, desistat à lectione.

a Nõ uidit] Ad de tu, nunquid si aliquis dicta testium didicerit ex relatione aduersæ partis, istud habeat impedire, quòd noui testes nõ possint produci sup eisdem articulis? Hoc determinauit expressè Bal. in ij. col. post Imo. hîc. Dicit enim formaliter Bald. quòd, cùm quis didicit dicta testium ab ipsis testibus, uel ab aduersario suo quòd per hoc non impeditur nouos testes producere, cũ non dicatur didicisse testificata, sed nudas uoces. Facit bene, quod uult Bald. & Imo. in l. ij. §. inspectio. ff. quemad. testa. aper. quia oportet, quòd dicta testium sint intellectualiter, & maturè inspecta. alias nõ dicuntur didicita. Multo ergo fortius ex sola aduersariorum relatiõe impeditur productio: & ista est ueritas.

4 Et hinc est, ꝙ si non uidit[a] attestationes, sed audiuit à testib[b] referentibus, 2 quid dixerãt, nõ dicit didicisse, quia † nõ est iure cautũ, nec æquitas suadet, cũ per uiuã uocẽ non potuerit instrui. Facit c. cũ personæ. de priui. in vj. ibi, ad legendũ integraliter exhiberi. cum gl. & posset esse fm Host. ꝙ testis falsũ referret, c. inquisitionis. j. de accus. ut cõplaceret, fm gl. in c. præsentium. s. eo. quod no. fm do. Abb. ad ea, quæ dixi in c. cũ in tua. in ult. conclusi. s. eo. & cũ istis etiam concordat do. Ant. in c. fraternitatis. in xxv. col. s. eo. Et talis testis est periurus, fm Archi. in c. nullã. in fi. ij. q. iiij. Et no. ꝙ si quis subtraxit testificata, & habuit penes se, excludit à quarta productione, fm Inn. & alios hîc per istũ text. in uerbo, subtraxerit. Vel etiam idem, si pars interfuit examinationi testium, & audiuit eos deponentes, fm gl. in c. in primis. in uerbo, præsente. ij. q. j. & eam sequitur do. Abb. hîc, & in c. ij. s. eo. & ibi dixi super gl. in uerbo, audire. & istud approbat Imo. hîc reprehendens, quod ipsemet dixit post Vincent. contrariũ tenentẽ in c. series. s. eo. quia ex quo pars interfuit, & successiuè audiuit testes deponentes, uidetur sufficienter instructa. Dicit tñ Domi. in c. sciendũ. in fin. xxj. dist. ꝙ licet quis audierit legi dicta testium transeundo, nõ præsumit bene instructus de dictis testium. Allegat Inn. in c. sciendũ. Et dicit Bal. in c. constitutis. el ij. in fin. s. eo. ꝙ non dicitur quis didicisse testificata, nisi actis inspectis & lectis, non casu fortuito, sed lectis ad hoc sciendũ, arg. ff. de transa. 3 l. de his controuersijs. ¶ Item † scias, ꝙ si pars non uidit attestationes suas, sed alterius partis, excludet à quarta productione, fm Inno. hîc: quia tex. in §. quia uerò. in authen. de testi. non distinguit, an suas, an aduersarij: & idem glo. ibi, & Bar. in l. si quando. C. de testi. & Bart. in authen. at qui semel. in vj. col. C. de proba. & do. Ant. in c. fraternitatis. in xxvij. col. s. eo. & Spe. in tit. de teste.
4 §. satis utiliter. in ult. col. uer. quod autẽ dixi. ¶ Item † scias, ꝙ si iudex aperuit attestationes, sed pars nondũ uidit, eas impeditur producere, fm Inno. hîc: quod intelligit do. Car. qñ parte non contradicente aperuit: aliàs admittitur, si non didicit testificata, per c. constitutis. el ij. suprà, eod. ¶ Item scias, quòd si didicit dicta testium ab aduersario, nõ debet ei credere: nam posset mentiri, fm Inno. hîc, & cum prædictis concordant hîc do. Ant. do. Card. & Imo. & do. Abb. Quorum dictis adde Domi. in c. cùm personæ. ad fi. princip. super gl. in uerb. integraliter. de priui. in vj. ubi dicit, ꝙ ex inuisiõe attestationũ non præsumitur quis plenè perconctasse dicta testium, ut sic debeat repelli in casu nostro. Et adde Bald. & Imol. in l. ij. §. inspectio. per illum tex. ff. quemad. testa. aper. ubi dicunt, ꝙ non sufficit uidisse dicta testium, nisi quis illa legerit intellectualiter, quo ad hoc, ut dicatur perconctatus. Et adde Bal. in authẽ. at qui semel. in pe. col. C. de proba. ubi dicit, ꝙ qui legit attestationes in aliqua parte, sed non in totum, non dicitur perconctasse. Allegat Io. And. hîc, quia nisi tota attestatione perfecta non potest sciri effectus eius, l. in ciuile. ff. de legib. Idem etiam dicit Bald. in d. l. in ciuile. ponens de parte, quæ incœperat legere, & notarius abstulit ei de manibus, ut non dicat didicisse. Subdit tñ

mina uiarũ, currit ei dilatio, sed dat in integ. restitutio. ¶ Item si ante lapsum petatur prorogatio, iudex potest prorogare, fm ipsum. Faciliùs autẽ poterit iudex dilationẽ suspendere de iure Canonico, si diuturnitas impedimenti aliud nõ suadet: cũ de iure ciuili, propter instantiã, quæ uno iure non perit, alio sic: c. uenerabilis. s. de iudi. iuncta l. properandũ. C. de iudi. Ita singulariter Imol. hîc, qui postea præ cæteris eleganter ponit, quot modis capiat prouincia: & dicit, ꝙ capit in proposito, prout comprehendit sub se alias prouincias: sicut est Italia, quæ sub se habet Lombardiam, Romandiolam, Tusciam, & Marchiam. Et idem Io. An. & alij hîc dicentes nõ intelligi eo casu de prouincia archiepiscopali: quia in multis locis non distat una ab alia tribus dietis. Non etiã capitur prouincia, prout per glo. in l. fi. C. de præscript. longi temporis. quã allegaui post do. Ab. in c. cũ causam. s. eo. Sed de prouincia, ut Italia, Gallia, Hispania, & similes, ut l. notionẽ. §. j. ff. de uer. sig. Postea subdit Imo. ꝙ prouinciæ dicuntur contiguæ in casu d. §. spatiũ. & si distinguant medio mari, ut Sicilia & Italia: secus, si magno: quia tunc dabunt ix. menses, fm eum: de cuius dictis super hoc uerbo, Prouincia. nõ obliuiscaris. ¶ No. secundò, ꝙ si aliquis petit pro testibus existẽtibus in eadẽ prouincia menses tres: postea pro existentibus in continẽti prouincia vj. deinde pro ultramarinis nouẽ, non habebit octo menses, sed pro qualibet addentur tres, & sic nouem in totũ. Ita dicit Inn. hîc, licet Pet. & Cy. aliter dicant in d. l. j. Sed opinio illorũ seruat, fm Io. An. hîc, nisi in prima dilatione non potuisset producere testes de alijs locis, ut hîc per do. Ab. dicentẽ hoc totũ residere in iudicis arbitrio. Et non credas, fm ipsum, ꝙ immediatè credendũ sit parti asserenti se habere testes ultramarinos: quia hoc sæpe proponeretur in fraudẽ ad litem differendã, sed præmittit sũmaria cognitio, ut hîc per eũ: pro quo adde, fm Imo. tex. in c. statutũ. §. pe. de rescri. in vj. per quẽ dat remediũ contra allegantem cauillosè se habere testes in remotis partibus. Et dicit hîc Inn. ꝙ si data est dilatio minor, cũ sint tempora iuris, faciliter prorogabit: ꝓpterea cautũ est parti aduersæ, ut consentiat, ꝙ habeat alius integrũ, tempus, fm do. Car. hîc. Et potest iudex sæpe supplere, dũ modò non excedatur dilatio, quam requirit locus unde trahit probatio. ¶ No. tertiò, ꝙ si ille, cui poterãt dari tres menses, habuit unũ: quo finito transacto etiã certo tempore habuit aliũ: non computabit tempus mediũ à fine primę dilationis usq; ad principiũ secundę, siue petens fuerit impeditus, siue neglexerit, fm Inn. imputet sibi aduersarius, quare sibi non prouidit faciendo citari aduersariũ, ut hîc per Doct. dicẽtes ulteriùs, ꝙ tempus dilationis est continuũ isto casu, non utile, & sic omnes dies currunt. Facit gl. in rub. ff. de diuersis & temp. præscript. dicens, omne tempus esse continuũ, nisi aliud specificè dicatur in iure. Et notant Doct. in cle. j. de resti. in integ. ubi optima gl. in uerbo, cõtinuũ. Et ista sunt ad §. spatium. j. q. iij. sequentia sunt ad finem
6 gloss. fin. hîc, & l. fin. ff. de ferijs. ¶ Not. quartò, quòd † in causis pecuniarijs non debet dari, nisi una dilatio ad probandum, saluo, nisi causa cognita: quia tunc poterit dari secunda. Et idem de alijs. Ita gl. hîc, quam dicit Imo. bene notandã, & est tex. in d. l. fi. secus dicens in crimina li. Et ex hoc infert hîc Imo. ꝙ dilatio data ad probandũ, intelligit peremptoria, etiamsi hoc non exprimatur. Facit l. j. ibi, amplius, quàm semel. C. de dila. No. ibi Bar. in l. mancipiorũ. per illũ tex. ff. de optione leg. & in l. si finita. §. Iulianus. in iiij. col. ff. de dam. infec. & in l. cessante. C. qũo & quando iudex. ubi tractat de alijs dilationibus. de quo etiã per Spe. in tit. de dilatio. §. uidendũ. uer. termini autẽ. & gl. in cle. j. in uerbo, peremptorio. de excep. dicens, terminum datum ad excipiendum intelligi peremptoriũ. Et ita ipsam no. Bal. in l. consentaneum. in iij. col. C. qũo & qñ iudex. Et ista

declara, ut per Bal. in authen. ei, qui. in fi. C. de temp. ap. & Ang. in §. si quis autẽ. in authen. de hære. & Fal. & Bal. in authen. iubemus. C. de iudi. & Imo. hîc in alio loco: ubi dicit, secus in dilatione ad comparendũ, quæ non censetur peremptoria, nisi exprimatur: ut per gl. in c. de illicita. xxiiij. q. iij. & probatur in l. ad peremptorium. ff. de iudi. & per omnes post Inn. in c. ad petitionem. j. de accus. & Bar. in d. §. Iulianus. ¶ No. quintò, ꝙ in concessione primæ dilationis sufficit leuis causæ cognitio: putà, an calumniosè petatur, & moderamẽ ne excedat, d. l. j. & in ij. dilatione requirit maior, uidelicet ꝙ probetur impedimentum personæ, fm Bar. in d. l. fi. & do. Ant. & Imo. hîc subdentem post multa, ꝙ omissio causę cognitionis in secunda dilatione facit eam nullã, per d. l. fin. non distinguendo, prout Bart. facit in d. l. fin. de quo tamen per Bal. in l. pe. in prin. C. de temp. in integ. rest. pet. & dicit Bar. in d. l. fi. ꝙ si prima dilatio non fuit integra, fortè minor trium mensium, hoc solum non inducit iustã causam concedendi secundã dilationem. Et idem tenet Bar. in consil. incip. ex facto proponitur, ꝙ ex causa pecuniaria. licet aliud dicat Inn. hîc & Bart. in l. j. C. de dila. & in l. ij. in iij. col. ff. de re iudi. ¶ Not. sextò, ꝙ impeditus in j. dilatione, in duobus diebus tñ debet habere secundam dilationem, per quam tñ sibi concedantur duo dies: & similiter, si omnes testes iurarẽt, uno excepto, pro illo solo dabitur alia dilatio. Ita dicunt Iac. But. & Bar. in d. l. fi. & do. Ant. & Imo. hîc, & Bal. in l. quo tempore. in j. col. C. de resti. mili. per l. sed & si per prætorẽ. §. sed cùm ferè. & §. quoties. ff. ex quib. caus. ma. & facit cle. j. in fi. de resti. in integ. Istud tñ non procedit in ij. dilatione legis, quæ cõsueuit esse integra, sicut prima, iuxta authen. ei, qui. C. de temp. app. Et ita intellige, quod no. Sali. in l. j. C. de dila. Et pro hac differentia facit gl. fi. in c. si electio. de elect. in vj. quam ita allegant Ang. &. Ro. in l. si ita stipulatus essem à te. ff. de uer. obl. Facit l. Celsus. ff. de arbi. ¶ Secundò limita, nisi illi duo dies absorbuissent totã diligentiam habitam in j. dilatione, ut si acta & iura perierunt. Ita dicit Bart. in d. l. si ita stipulatus. Sequitur ibi Angel. & Ro. per illum tex. & Bald. in l. ij. C. de tempo. ap. & in d. §. sed cùm fere. Non tamen in ista noua dilatione poterit producere alia iura, quàm produxerit in prima, fm Bart. in l. admonendi. in iij. col. ff. de iureiur. nisi de ipsis iuribus nouiter sciuisset, fm Sali. in d. l. j. C. de dila.
7 ¶ No. septimò, ꝙ † quãuis sup principali denẽt prędictę dilationes, tamen ad probandum exceptiones dilatorias nõ dabit secunda dilatio, cùm sint odiosæ: ex quo non perimunt, sed differunt. Ita uoluit Io. An. in addi. Spe. in tt. de teste. §. qualiter. uer. sed cũ sup. secus dicens in peremptorijs propter magnitudinẽ præiudicij sui, & sequuntur do. Ant. & Imo. hîc, per c. prudentiam. §. sexta. s. de offic. deleg. & c. j. de resti. spo. in vj. & c. j. de except. eo. lib. Idem Ang. in d. l. fi. dicens, quòd habens terminũ ad probandum excõmunicationem, si casu perdidit probationes, nõ habebit secundũ terminum. Et ita dicit mirabiliter uelle Inn. in d. c. prudentiã. super uer. probari. Idem Angel. in l. si quis ex argentarijs. §. j. ff. eden. Et posito, quòd hoc esset uerum, tamen in hoc exemplo excõicationis non multùm refert, cùm excõmunicatio habita probatione semper opponi possit, d. c. j. in fi. de excep. in vj. Sed tñ contra prædicta tenet hîc indistinctè do. Ab. dicens, nullibi probari, ꝙ in exceptionibus, qualescũq; sint, debeat dilatio angustari. Et durum esset, ꝙ ius parti periret, quando iniustè fuit impedita, ut hîc per ipsum. Nec obstant iura præalleg. quia non negant posse dari secundã. Nec Inno. in d. c. prudentiam. illud firmat, sed ponit in iudicis arbitrio. Et cum hoc transeo. ¶ Postremò scias, ꝙ non est consulendum parti, ut petat producentem testes dare articulos, fm Inn. hîc, ꝙ ꝓductus testis reddit instructior. Ita Inno. hîc, & alij sequuntur. Sed dicit do. Car. quòd

c. ultra tertiã.

etiam de iure petere nõ posset: licet eam pars possit dare articulos, non tamen tenetur: quia sufficit libellus, ut dixi §. eo. per tuas. Item dicit Inno. hîc, quòd post elapsas omnes dilationes potest pars probari per confessionem aduersarij. Et sequitur Bald. hîc dicens, quòd in quacunq; parte iudicij, & etiam post sententiam, possunt fieri confessiones: & alleg. glo. j. in l. Iulianus. ff. de condi. indebi. Et refert hîc do. Card. se consuluisse in facto, quòd publicatis attestationibus possunt fieri positiones etiam super articulis, super quibus non possunt produci testes ad probandũ, per c. j. de confes. in vj. Et per dictum Inno. c. hîc, & probatur tenendo, q̃ confessio non sit probatio. De quo dixi in rubri. §. tit. j. ante fin. ubi ad hoc allegaui concordantes: quibus adde istas. ¶ Et scias, quòd solennitas huius literæ loquentis de quarta productione testium non extenditur ad quartam productionem instrumentorum; secundum Imo. hîc. Mouetur optimè per id, quod notat Ioan. And. in c. licet. el iij. suprà, eod. & ibi dixi, uersi. fallit tertiò.

SVMMARIVM.

1 Accusatus de crimine non admittitur ad testificandum pendente accusatione: item pendente inquisitione, uel denunciatiõe.
2 Testes quot sunt necessarij ad probandam ingratitudinem.
3 Statutum si dicat, quòd descriptus in matricula notariorum nõ possit esse prior: et aliquis descript° in matricula fecit se deleri, ut possit esse prior, talis cautela non ei prodest.
4 Suspectus recusari potest, qui procurat causam sibi committi.
5 Affectans ignorantiam habetur pro sciente.

CAPITVLVM LVI.

NOn debet. ¶ Accusatus criminaliter non admittitur in testem cõtra aliũ in causa criminali accusatione pendente, nisi in criminibus exceptis. H. D. ¶ Et quid aliàs operet pendentia, uide gl. quæ alleg. istũ tex. in c. ult. in uerbo, pendente. de off. deleg. in vj. Et quæ sint crimina excepta, uide plenè in Spe. in tit. de accusatore. in fi. Et talis admittitur, fm Io And. in exceptis indistinctè: quia non est criminosus. Vnde cessant obiectiones gloss. Dicit tamen hîc Inno. quem sequitur Bald. hîc, q̃ etiã in excepto crimine non admittetur talis contra eum, qui est bonæ famæ. Et per istũ tex. in uerbo, in criminibus. dicit secus esse in ciuili, fm gloss. & omnes hîc: nec attendit emendatio, prout dicit gl. quia non quæritur de emendatione prius quã constet de delicto. ¶ In † tex. ibi, accusatione. Idem si penderet inquisitio, uel denunciatio: quia cùm talis prohibeat promoueri, c. omnipotens. j. de accus. non etiã testificabit, ut hîc latiùs per Doc. & dicit Bal. hîc, q̃ tabellio pendente accusatione conficere potest instrumenta, de quibus est rogatus, argumento l. q̃ si fortè. §. j. ff. de solu. ¶ Et per istũ tex. no. do. Ab. hîc, q̃ in omni actu, in quo requirit integer testis, uel omni exceptiõe maior, talis non admittit. Adde tex. in c. j. quot testes sint necessarij ad proban. in grat. in uerbo, integræ opinionis. per quem Bal. ibi dicit idem per illum tex. Dicit Roma. in l. admonendi. in xxiiij. col. ff. de iureiur. q̃ † ad dictum testis infamis infamia facti non defertur iuramentũ: de quo ibi facit tex. iuncta gl. in l. iij. ff. de pop. actio. ubi tex. requirit intentantẽ actionem popularẽ, esse integrũ: & gl. colligit repelli infamem. Et adde Bal. in l. optimam. in ij. col. C. de contrahen. stipul. ubi dixit infamẽ infamia facti nõ esse omni exceptione maiorẽ. ¶ Et hinc est, q̃ statutum uolens, q̃ credatur damnum passo, intelligit, nisi sit infamis infamia facti, fm Angel. in l. qui iudicio. ff. de accus. Et ista dant intellectũ ad c. j. cum gl. j. de consang. & affi. Et per istum tex. uidetur, q̃ infamis infamia facti non possit accusare. Cuius tamẽ contrariũ tenent gl. & Bar. in l. qui accusare. ff. de accus. nisi dicas, ut per Imo. in c. j. j. de accus. secus esse de iure Canonico. ¶ Et si diceret, q̃ per hanc doctrinã dat uia euitãdi testimoniũ in criminali, ut procuret accusatio testium: respondet Io. An. hîc, q̃ uel præfiget terminus accusanti, ut expediat, iuxta c. j. de rest. spo. in vj. uel testis recipietur reseruata eius fide ab euentu innocentiæ suæ: de qua si apparuerit, probabit sine alio examine, fm omnes hîc, & ualde signãter: habet tamẽ accusator timere talionẽ: ideo fm Imol. hîc raro istud occurreret. Et subdit Bal. hîc, q̃ si tñ detegeret malignitas accusati, qui fecit accusari testes, nõ habebit locũ ista decretalis. ¶ Ex quibus scias allegare doctrinã generalẽ, q̃ priuilegium, seu commoditas data à iure, nihil operat in eo, qui procurauit, seu affectauit habere illud priuilegiũ.

3 ¶ Et † hinc est, q̃ si statutũ dicit, q̃ descriptus in matricula notariorum non possit esse prior, & aliquis descriptus in matricula fecit se cancellari, ut esset prior: ista procuratio nõ prodest sibi, fm Bar. in l. ij. per illum tex. C. de primiceri. lib. xij. Et hinc est, q̃ commoditas data monacho capienti medicinam, non habet locũ in eo, qui per superstitutionẽ ipsam affectauit, fm do. Io. An. in c. ad monasteriũ. sup uerb. medicina. j. de statu mo. Et hinc est, q̃ tutela affectata non inducit aliquã immũnitatem, l. j. & ij. C. de his, qui sponte munera sub. & l. ex sententia. ff. de test. tut. & l. uxori. §. j. ff. de falsis. Et absentia affectata non excusat, l. ij. ff. si qs cautionib. Et legata affectata non dant priuilegiũ concessum legatis, l. q̃ data. ff. ex qui. cau. ma. l. pe. C. qũo & qñ iudex.

4 Et hinc est, q̃ ambasiator[a] derobatus non recuperat à populo damna, si legatione affectauit, fm Bar in l. si seru° cõmunis. §. quod damno. ff. de furtis. ubi ita dicit fuisse in persona Io. And. Similiter, qui affectauit tres tutelas, nõ excusat, prout aliàs habens eas, l. spadonẽ. §. fi. ff. de excus. tut. Et hinc est, q̃ si delinquens procurauit accusari in curia, in qua imponitur minor pœna, talis præuentio non proderit, fm Bal. in l. si seruus pluriũ. §. si quis tamen. per illũ tex. ff. de legat. j. & idem dicit ibi Angel. si procurauit accusari, ut nõ inquiratur contra eum. Et hinc est, q̃ si est facta remissio omniũ commissorum tempore guerræ, non ꝓdest illis, qui sciebãt remissionẽ futurã, fm Bal. pulchrè in l. j. §. hæc actio. ff. si quis testa. liber esse iussus fue. Et subdit Bar. q̃ milites sperantes sibi remitti tẽpore pacis, si probet eos per hanc spẽ deliquisse, non dabit uenia. Et hinc est, q̃ qui contrahit multa debita, ut postea libereꝰ cedendo bonis, non liberabit, si de hoc apparuit, fm Ang. in l. si quis. de ces. bo. Et hinc est, q̃ si seruus percutiat clericũ, ut habeat occasionẽ eundi Romã, non reportabit eã cõmoditatẽ, c. relatũ. j. de sen. excõ. Et hinc est, q̃ nõ prodest habere titulũ procuratum ad finẽ expellẽdi aliquẽ cõtra se, fm Bart. in l. siue autẽ. §. si duob°. ff. de Publicia. Et hinc est, q̃ citatus ad curiã, qui procurauit, ut caperetur à iudice seculari, debet poni in cõtumacia, cle. ij. §. illis. de pœnis. & ibi glo. in uerb. procurauerint. Et hinc est, q̃ licet uocato delegato à superiore negotiũ suspendat, tamen fallit, si pars hoc procurauit, c. pastoralis. §. fi. de offic. deleg. Et hinc est, q̃ si ille, cui superior scripsit, ut eum expectaret, procurauit uocari à generali ordinis, non prodest sibi, fm Fede. cons. iij. & sequit do. Ab. in c. propouisti.

a Ambasiator] Adde quod in simili ponit Bal. in c. j. an agna. uel filius. in fi. ubi dicit, si uasallus uadit ad seruitia domini, & derobatur in itinere, an dominus teneatur sibi ad emendum? & ibi dicit, quòd non: quia in hoc contractu nõ uenient casus fortuiti. Sed discret° dominus tamen faceret cõpatiendo sibi in emendando damnum, iuxta gl. in l. inter causas. §. fi. ff. mãdat. Adde Imo. in c. sicut. de iureiurand. Adde ad ista, quòd si alit quis expulit famulam de domo, ut postea posset pro eo testificari, talis cautela non prodest ei. Ita Bar. in l. j. §. si seruus. el ij. ff. de quæstio. Adde Feli. in c. in literis. suprà, eod. in quinta fallentia.

a Per Fulg.] Adde ta sustinendo Bart. et fac regulam, quæ seruiet ad multa, q̃ causa affectata & malitiosè procurata, quæ aliàs, pdesset, hunc prodesset, etiam quo ad remedia de iure cõmuni cõpetentia. Et ad hoc probandũ facit tex. in l. spadonem. §. fin. ff. de excus. tu. et §. triaonera. Instit. eod. Itẽ facit text. in l. uniuersi. ubi Bar. C. de legatio. ubi officia publica, uel dignitates publicæ, quæ aliàs præstant immunitates ab oneribus, tamẽ si sunt procuratæ, nullam immunitatem præstant. Poteris tamen ad omnia ista respondere, & etiã ad l. stata. ff. ex quibus caus. ma. quòd loquantur, quando immunitates, uel exemptio concedatur propter aliquod onus. Qui autem procurauit tale onus, nõ eximitur. Et ratio est: quia non censetur onus, ex quo illud affectauit. Tamen ut regula procedat, adde bonum tex. in l. si seruus pluriũ. §. si quis. ff. de leg. j. ubi factum, quod aliàs prodesset de iure cõmuni, & liberaret, si sit procuratum, nihil prodest. Et ideo Bald. & Ang. & Mod. ibi dicunt, quòd si delinquẽs procurauit se conueniri corã officiali minoris curiæ, ubi minus pœna imponitur pro delicto, ista procuratio nõ patrocinatur sibi: quia processus factus contra eum corã officiali maioris curiæ ualebit. Item facit, q̃ licet propter negligentiã capituli, actus deuoluatur ad episcopum, c. irrefragabili. §. excessiũ, de offi. or. tamen si episcopus hoc procurat, ad eum non deuoluitur, secundum Inn. & alios ibi. Et per ista defenditur opinio Bar.

proposuisti. in pe. col. §. de foro cõpe. Et hinc est, quòd electio religiosi procurata est nulla, c. si religiosus. de elec. in vj. Et hinc est, q̃ si episcopus procurauit negligentiam Canonicorum, ut supplere iure deuolutiuo, non deuoluetur ad eum potestas, fm Inn. in c. irrefragabili. in medio gl. maioris, §. de off. or. & uideꝰ tex. in c. postulastis. 4 j. de cõces. præben. Et hinc est, q̃ † qui procurat causam sibi cõmitti, recusari potest, ut suspectus, fm Arc. in c. si ꝓtra unum. de off. deleg. in vj. Allegat Inn. ubi proximè. Et hinc est, quòd dans alapam testi, ut eius testimoniũ euitet tanquam inimici, non iuuat ex hoc, fm Bar. in l. j. §. cùm quis. per illum tex. ff. de quęstio. & Bal. in authen. si dicat. in pe. col. C. de testi. & in l. sed & si quis. ff. si quis cau. & in l. ij. §. sed si agant. ubi bonus tex. ff. de iudi. & Ro. in l. facere. in iij. col. per illum tex. ff. sol. ma. Et hinc est, q̃ priuilegia data officialibus non habent locũ in procurantib. officia, fm Bar. in l. uniuersi. C. de legatio. lib. x. & Ro. quem uide in l. fi uerò. §. de uitro. in xxxvj. fal. sol. ma. Et hinc est, q̃ si quis fideiussit pro aliquo, qui aufugit, & fideiussor fecit eũ bannire, ut excusetur ab eo præsentando, non iuuatur, fm Bar. in l. si uerò. in prin. ff. a qui satis. cog. De quo tñ ibi per Fulg.[a] qui subtili ratione in hoc tenet cõtra 5 rium. Et hinc est, q̃ † qui affectauit ignorantiam, habetur pro sciente, fm glo. in uerbo, affectata. in c. ij. de temp. ord. in vj. & gl. j. in c. ad falsariorũ. j. de crimi fal. Et hinc est, quòd procurans nescire citationẽ, habetur pro citato, cle. j. de iud. Et hinc est, quòd si aliqui habent priuilegiũ non soluendi quartam de legatis factis pro emendis equis, & procurant, ut relinquatur pro illa causa, teneatur soluere quartã, per c. in nostra. cũ gl. in uerbo, dolo. j. de sepul. Et ista sunt utilia, & nõ uulgata, contra multos, qui ambitione & affectatione extollunt, ut carere debeant cõmodis affectatis. Et ideo nõ est mirũ, si ea, quę fiunt motu proprio principis, latè interpretant, ut habuimus in c. cãm. el ij. §. eo. Et ita finẽ faciamus pro hoc anno quarto. Sequentes titulos (Deo fauente) cõplebimus anno sequenti, in quo breuior & uobis minùs onerosus esse intendo. De multis aũt imperfectè & immaturè dictis ueniã dabitis, & nõ ocio aut inertiæ attribuat, sed ætati nostræ. Si quid aũt nouũ, aut bene ordinatũ habuistis, Deo in primis attribuat. deinde accẽso fer uori & quotidianæ assiduitati uestræ: quibus me oẽs uobis uniuersis & singulis ꝓpetuò deditissimũ, & uinculo indissolubili obnoxiũ constituistis.

c. in quantum.

De testibus cogendis, uel non,

TITVLVS XXI.

TN quantum. Goffredus & alij antiqui continuantes hanc rubricã, dicunt, quòd officium testis est quasi publicum: adde Innoc. in c. nihil est prope fi. §. de elec. ubi dicit, quòd licet reddere testimonium sit publicum officium, l. j. ff. de testi. notat singulariter gloss. fi. in l. si filium. C. de lib. causa. tamen testis illud officium non reddit ratione publici officij, quod habet. Et hinc est, q̃ ratione criminis repellitur, nec prodest tòleraritia, sicut in alijs officijs publicis, ut c. testimonium. in tit. j. Et ista uerba sequunt do. Anto. & Imo. in d. c. testimonium. in prin. & do. Ant. in c. fraternitatis. in xxx. col. eod. tit. & do. Abb. in d. c. nihil. in ult. col. & hîc, & in c. sciscitatus. iij. col. §. de rescript. & in c. fin. j. eo. & do. Card. in repe. c. perpendimus. in j. col. j. de sen. excom. & Bald. in c. j. §. inter pares. in fin. de l. Corradi. & idem Bald. hîc, adducens: quia si officium testis esset omnino publicum, id est, principaliter & secundariò, mulier non posset esse testis, l. fœminæ. ff. de reg. iur. & tamẽ potest, l. qui teste. §. mulier. ff. de testa. ut hîc latiùs per ipsum ponentem, quòd officiũ testis potest esse aliquando autoritate publicum & utilitate priuatum, & etiam autoritate & utilitate publicum, ut in causis criminalibus. Et quia de iure ciuili faciliùs compellitur testis in criminali, quàm in ciuili, ut dicetur in c. dilectorum. infrà, eod. ideo dicit ipse, quòd de iure Ciuili est magis publicum, quàm de iure Canonico, secundũ quod dicit ipsum esse quasi publicum. ¶ Item in quantum in hac rubrica præsupponunt do. Anto. & do. Abb. & alij, quòd ad officia publica potest quis compelli: declara istud ex his, quæ scribit Cyn. in l. inuitus. C. de procur. quem assumit Pet. de Ancha. in c. licet. ad fin. de procur. in vj. & aliquid per Bart. in l. filius familiâs. §. inuitus. ff. de procur. & Innoc. do. Ant. & Imo. in c. j. de his, quæ fi. à ma. parte c. & Ro. pulchrè post Imo. in l. dotem. quam legit sub lege, liberta. ff. sol. matrim. in pen. & ult. col. & Bald. post gloss. in l. præses. C. de suspe. tut. & glo. in l. ij. ff. quod quisq; iuris. Et in effectu dicitur, quòd si est officium authoritate & utilitate publicum, uel authoritate tantùm publicum, ut tutoris & testis, potest compelli: aliàs non: procurator autem non compellitur, ut l. inuitus. C. de procur. propter utilitatem officij, ut ibi per Bald. Ad officia autem ecclesiastica quando quis possit inuitus assumi, dic, ut per do. Anto. do. Abb. & Imol. in c. fin. suprà, de postula. præla. per gloss. in c. ante omnia. xl. dist. & in c. fi. j. q. vj. & in c. omnis. vij. q. j. & in c. scripturis. viij. q. j. & in c. dispicet. xxiij. q. iiij. & Ioan. And. in c. si electio. de elect. in vj. Et concluditur præcisam coactionẽ pertinere ad solum Papam, & peccare eum, qui dignus est, si non acceptat. Et generaliter, quòd testis compellatur testificari, dic, ut in Specul. tit. de teste. §. de testium compulsione. per totum, & Bald. hîc, Hostiens. & alios Summistas in hoc tit. & dicetur in discursu. Et uidetur Bald. hîc pro constanti finaliter ponere, quòd ubicunque esset magnum damnũ proximi, & lucrum aduersarij, uel ubicunque esset scandali periculum, debent testes compelli. ¶ Item ubicunq; testes sunt rogati: quia iam acceptauerunt officium testificandi: unde ipsum recusare non possunt, ut hîc per ipsum latiùs.

SVMMARIVM.

1 Inducas & moneas: an per hæc uerba datur potestas compellendi.
2 Examinator testium qualiter uocatur.
3 Testis tacens ueritatem punitur ut dicens falsum, nisi deponat non iuratus, uel nisi promiserit tantùm respondere ad interrogata, & num. 4. 5.
6 Accusatus si negat ueritatem, an & quando peccet.
7 Et in eo, qui falsum deponit contra se.
8 Priuilegiati ut non cogantur testificari, non gaudent priuilegio, si ueritas aliter haberi non potest.
9 Testis si recusat testificari, eo ipso præsumitur contra eum.
10 Examinatio testium an possit cõmitti indistinctè in causa ciuili.

CAPITVLVM I.

CAusam. ¶ In causa ciuili monendi & inducendi sunt testes ad testificandũ, & si se subtrahunt gratia & odio, etc. compelluntur.
1 H.D. ¶ In † tex. ibi, moneas & inducas. Nota iuncto si. secundum do. Ant. Imol. & Ab. quòd per hæc uerba non datur potestas compellendi: ad quod uide latissimè Domi. post Ioan. And. in c. si pauper. de præb. in vj. & do. Card. in cle. j. in vj. q. de offic. deleg. ubi idem tenent per multa respondendo contrarijs, quãuis Spe. in tit. de rescri. præsent. §. ratione aũt formæ. ad fin. uersi. item si Papa reget. & Fede. cons. clx. incip. primò quærit̃. aliter dicant. Et de hoc latiùs dixi in quadã mea repe. c. ij. j. de spon. ubi do. Ant. & do. Ab. idem tenent, quod hîc. ¶ In tex. ibi, nuncio. Not. iudicẽ posse cõmittere receptionẽ testium etiam in causa matrimoniali: de quo j. in gl. Et potest appellari nuncius, sm do. Abb. hîc: quando examinatis interrogatorijs & capitulis iudex mittit notarium ad examinandos testes: quia nullam habet iurisdictionem, sed nudum ministerium, iuxta no. in cle. j. de offi. deleg. & uidetur tex in c. ij. de iudi. in vj. etiam per do. Abb. in c. quoniã
2 contra. s. tit. ij. ¶ Quandoq; † etiam iudex simpliciter cõmittit receptionem testium, & tunc ille propriè non appellatur nuncius, sed iudex, seu cognitor, ut d. cle. j. cum ibi no. in uerbo, Iudices. ¶ In gl. j. ibi, committit mortale. Quomodo tacere ueritatem sit mortale, declara, ut pulchrè per do. Ant. Imo. & do. Ab. hîc, dicẽtes in effectu latissimis uerbis, quòd si ueritas aliter haberi posset, non est peccatũ eam occultare. Et idem, si tacet̃ solùm ad cõmodum proximi, putà in criminali: & hoc ante quàm quis sumpserit officium testificandi. Si enĩ assumpsisset, semper debet dicere uerũ, ut hîc per ipsos, & per gl. j. in c. quisquis. xj. q. iij. & in c. ne quis. in uerb. iocositatis. xxij. q. ij. & latè beatus Tho. ij. ij. q. lxx. arti. ij. Imo. & do. Ab. in c. j. j. de crimine falsi. & Bal. in l. presbyteri. la j. in ul. col. C. de epis. & clericis. Et uide do. Ant. & Imo. in c. in notabilibus. s. de proba. ubi dicunt per illum tex. ꝙ tacere ueritatem non est peccatum, ubi quis non arctatur ad illam exprimendam: & sic in contentioso foro non necessitatur quis ex toto sequi iudicium animæ, sm eos: sed intellige, nisi ex occultatione daretur lucrum cum aliena iactura: quia etiam in materia d. c. j. prouideretur, ut aliàs ibi dixi in v. fallentia.
3 ¶ Vtrùm † autem testis tacens uerum, puniatur de falso, sicut si falsum diceret: text. uidetur quòd sic, in c. j. infrà, de crim. fal. & firmat Bald. in c. fraternitatis. in fin. suprà, tit. j. & Bart. in l. præscriptione. per illum tex. in fin. C. si contra ius, uel uti. pub. & Bal. & Ang. in l. argentarius. §. cùm autem, ff. de eden. ¶ Sed istud li-
4 mitatur primò, dũ † modò testis iurauerit dicere plenam & meram ueritatẽ: secus, si iurasset tñ ad interrogata respondere. Ita dicit do. Ant. in c. super literis. s. de rescri. p tex. quẽ dicit esse ualde notabilẽ, in c. cũ dilecti. j. de accus. sed Imo. in d. c. super literis. & Ananias in d. c. j. tenent ↄtrariũ dicentes, ꝙ tex. in d. c. cũ dilecti. loquit̃ in inquisito respondẽte: sed nos loquimur in teste, qui debet dicere ueritatẽ pro utraq; parte, ut dicit glo. fi. in d. c. fraternitatis. Et pro hoc facit: quia forma iuramẽti non est illa, quæ facit testem incidere in falsum magis, quàm si non iurasset, ut solet per Io. An. in regula, non
5 est sine culpa. de reg. iur. in vj. in Mercur. ¶ Secundò † limita, dũ modò testis, qui tacuit uerũ, fuerit iuratus, aliàs non tenetur de falso tacendo uerũ, sm Bal. in c. si qui testiũ. in ij. col. s. tit. j. & c. j. si de inuest. inter do. & uasal. lis ori. & in l. data opera. in x. col. C. qui accus. & in l. presbyteri. la j. in ult. col. præalle. & alleg. gl. in d. c. ne quis arbitretur. Dicit tamen Bal. in d. l. data. & in d. l. presbyteri. ꝙ ratione doli punietur pœna criminis stellionatus, per l. iij. in prin. ff. de crimi. stellio. Sed ista limitatio impugnari potest: quia eo ipso, ꝙ assumpsit officium testificandi, non attenditur, an iurauerit, uel non, quo ad hoc, ut puniatur de falso: ut per Io. An. in d. regula, non est. & Bar. in l. si quis legatum. ff. de falsis. cum si. ¶ Tertiò limita, nisi taceat ueritatem, ex eo quia subtrahit se à testificando: quia licet peccet, non tñ puniet̃, ut falsarius, ut clarè per Bal. in dictis locis, maximè in d. l. presbyteri. quia nondũ uidetur esse testis, ut per gl. in d. c. ne quis. nisi pecuniã accepisset, ut se subtraheret, l. j. §. sed & si quis. ff. de questio. & ibi no. Bar. tradens practicam procedendi contra talẽ testem. Et pro hac limitatione uide gl. plenè in c. notificamus. xxxv. q. vj. quæ dicit, quòd testis non punitur de falso ante quàm dixerit testimoniũ: & eam no. Bal. in l. data. Et adde, ꝙ testis tacens uerũ debet puniri criminaliter, & tenetur ciuiliter ad interesse parti, sm Bal. in l. nullũ. in j. col. C. de testi. Cui autẽ incumbit onus probandi ueritatem non posse aliter haberi, dicetur infrà, eo. super eo. Et in
6 quantum do. Ab. dicit hîc incidenter, ꝙ si † accusatus negat ueritatem, peccat, allegando in simili Bart. in l. relegati. ff. de pœn. & gl. in cle. pastoralis. in uerbo, per uiolentiam. de re iudi. ubi dicitur iustè condemnatum peccare, si fugit. Confirma ex notatis per gloss. in c. iusgentium. in uerbo, seruitutes. j. dist. & Pe. de Ancha. in repe. c. j. in xlj. col. s. de constit. & Inno. in c. quia plerisq;. paulo post prin. j. de immu. eccle. & Pet. de Ancha. in cle. pastoralis. in xiiij. no. & beatus Tho. ij. ij. q. lxix. arti. j. & Ro. in l. stipulationes non diuiduntur. in xliij. col. ff. de uerb. oblig. & Pe. de Anch. in regula, possessor. in vij. chart. uersic. tertiò quæro. & in regula, peccatum.
7 in vij. chart. uersic. ego credo. de reg. iur. in vj. ¶ Item † in quantum ipse dicit, quòd deponens falsum contra seipsum peccat, per c. si non licet. xxij. quæstio. v. uide eundem in c. ex parte. el ij. in j. not. infrà, de sepul. ubi dicit, quòd si confitentes de seipsis falsa crimina, non reuocant confessionem saltem in extremis, non saluantur. Allegat d. c. si non licet. per quod sit cautus sacerdos audiens confessionem morituri, qui fortè propter tormenta de seipso mentitus est & perseue-
8 rauit. ¶ Item † in quantum dicit hîc Hostien. quem omnes multum sequuntur, quòd priuilegiati ut non teneantur testificari, de quibus iiij. quæst. iij. §. item l. Iulia. & per glo. pen. in c. super eod. j. eo. non gaudent priuilegio, quando ueritas aliter haberi non potest. Adde Spec. idem tenentem in tit. de teste. §. de testium compulsione. in princip. & do. Anto. in c. cùm à nobis. in ult. col. s. tit. j. & gl. in uerbo, occultetur. in c. quicquã. xiiij. q. ij. & do. Ant. post. Host. in c. cùm nuncius. in ult. col. s. tit. j. & do. Ant. & do. Abb. in c. dilectorum. j. eo. & Imo. in c. iij. infrà, eod. & Archi. in c. statuendum. ij. q. vj.

Et ita

Et ita credo limitandã l. nec honore. cum materia. C. de episc. & cler. & sic erit differentia inter priuilegiatos solùm, quando ueritas aliter haberi poterit: quia tunc nõn compelluntur priuilegiati, sed alij sic: & intellige, nisi aliqui eximerentur à testimonio: non quia essent priuilegiati, sed aliter inhabiles: quia etiã in auxilium ueritatis non admittentur, quando materia est talis, quæ de sui natura aliter sciri posset, ut per gl. fin. quam sic intelligo in l. inuiti. la j. ff. de test. Et adde, quòd si tales personæ citantur & compellantur uenire ad testificandum, & postea non allegantes priuilegiũ spontè testificantur, ualet testimonium: secus, si in actu testificandi cogantur. Et ita dicit Bal. in l. si quando. in ij. col. C. de testi. & in l. parentes. in j. col. s. eo. dicens se illo mane consuluisse. Ex mente ipsius in dictis locis colligitur ratio, quare dictum metu tormentorũ non obligat, l. maritus. cum si. ff. de quæstionib. & tamen ualet dictum testis coacti: quia si testis diceret, quòd dicto suo fuit illata uiolentia, ut sic diceret, & probaret, dictum esset nullum: sed ex hoc, quòd probet se inductũ ad testificandum ui, non potest dicere dictum fuisse meticulosum: quia diceret se periurum, cùm iurauerit uerum dicere, nisi etiam iuramento fuisset illata uis, ut iuraret sic dicere: ille autem, qui fuit tortus, non iurauit uerum dicere, & ideo allegans metum auditur: & si per uim iurasset aliquid dicere, etiã in eo iuramentum nõ ligaret, c. quamuis. cum si. de pac. in vj. ¶ Erit etiã alia differentia inter istos: quia territus à tormentis non liberat se, nisi confitendo contra se: sed testis, quomodocunq; dicat, liberatur, & ideo non excusatur ex eo solo, ꝙ inuitus ad examẽ uenerit, quia poterat respondere, ut uolebat: sed tortus solùm uno modo exigebat
9 metum, ideo auditur. ¶ In † gl. ij. ibi, præsumitur ↄtra ipsum. No. ꝙ præsumit̃ contra testem eo ipso, ꝙ testificari recusat. Idem gl. in c. super eo. & c. ceterùm. & c. dilectorum. j. eo. Sed Inn. Host. & cõiter oẽs hîc, & do. Ant. & Imo. in d. c. super eo. dicunt hoc esse uerum in causa ciuili: quia nisi appareat aliqua causa, quare se subtrahat, præsumitur contra ipsum: secus in causa criminali, quia tunc non præsumitur contra ipsum, nisi appareat, quòd timore se subtrahit, iuxta d. c. super eo. cũ regulariter in criminali cesset cõpulsio, ut dicetur j. eo. dilectorum. ¶ In glo. fi. ibi, esse in præsentia. Not. ꝙ in causis criminalibus non cõmittitur examinatio testiũ: de quo satis diximus in c. cùm causam. ante fin. s. tit. j.
10 Sed ibi dictis adde Bal. hîc dicentem, ꝙ † in causa ciuili quantumcunq; graui potest committi examinatio testium, sicut hîc est causa matrimonialis, ut etiam per do. Car. in cle. j. de off. deleg. Sed in criminali dicit Bal. ꝙ non possunt recipi testes ab alio, nisi habeat merum & mixtum imperium: putà, per potestatẽ illius fori nõ sunt testes ex cõmissione iudicis causæ: nam in aliena diœcesi, uel territorio, non potest citare eos, ut ueniant coram se, nisi hoc habeat consuetudo, l. iij. in fin. ff. de testi. & est ualde notabile secundum eum, quòd consuetudo potest inducere, quòd quis possit in alienos suam iurisdictionem exercere. Et idem probatur ultra ipsum in c. cùm contingat. suprà, de foro compe.

SVMMARIVM.

1 Excommunicatio non debet ferri, nisi hæc præcedant, culpa, mora & offensa.
2 Iudex an possit mulctam imponere in primo præcepto.
3 Citatus ad certum terminum non expressa hora diei tenetur comparêre tali hora, quòd possit complere negotium ad quod citatus est.
4 Iussus comparêre sub pœna excommunicationis, si impeditus non comparuit, est excommunicatus: tamen faciliter absoluitur.
5 Excommunicatio non dicitur nulla, nisi hoc sit iure expressum. Limitatur hoc tribus modis, ut num. 6. 7.

CAPITVLVM II.

c. cùm super causa.

CVm super causa. ¶ Vbi testimonium est necessariũ, cõpellendi sunt testes etiã per suspensionis, excõicationis & depositionis sententiã. H.D. ¶ In tex. ibi, necessarium. No. testes cõpelli, ubi est eorũ testimoniũ necessariũ: quia ueritas aliter sciri nõ potest. Sed idẽ dic, si esset utile, dato ꝙ aliter sciri posset: quia nõ priuilegiati cõpellunt̃, ut dixit Host. s. c. proxi. & facit gl. fi. in cle. j. de procu. exponens necessariũ, i. utile, sm do. Ant. & Imo. hîc: quibus adde Car. in c. uenerabilẽ. s. de ele. & sequit̃ ibi do. Ab. in pe. col. ubi dixit, ꝙ ubi sicut ratione necessitatis põt ueniri ↄtra iuramentũ, ita ratiõe magnæ utilitatis, qñ non est superior. Et adde do. Ab. in c. & si Christus. in ij. no. j. de iureiu. ubi dicit ita esse oĩno licitũ iurare p magna utilitate, sicut p necessitate, licet ille tex. solũ dicat de necessitate. Adde etiã Domi. in c. j. in fi. j. de iura. cal. in vj. ubi ppter gl. in uerb. utile. dicit, ꝙ utile nõ importat necessariũ: & ista excusant gratias, in quibus plerunq; dicitur necessariũ, qđ est utile: nihilo minùs in isto tex. sumit̃ necessariũ pprie, cũ loquat̃ de clericis, qui nõ cogunt̃ nisi in casu necessitatis, qñ ueritas aliter, etc. ut dicit gl. iij. in c. sup eo. el j. j. eo. ¶ In tex. ibi, si uerò. No. bonã practicã, sm do. Ant. & do. Ab. ut ↄtra absentẽ, maximè in longinquo, in eadẽ schedula citatiõis apponant̃ tres termini cũ tribus pœnis. Et colligit Bal. hîc, ꝙ licet pendente una dilatione nõ possit dari alia, l. siue pars. C. de dila. uerũ est diuerso tẽpore, sed semel pñt dari: qa una pendet ex altera: & dicit esse tex. sing. ubi in uno edicto pñt fieri plures citatiões subiunctiuo modo ppter difficultatẽ citatiõis: & approbat gl. in uerb. una. in c. cõstitutionẽ. de sen. excõ. in vj. de qua p do. Ab. in c. cũ ex literis. s. de rest. in integ. & plenius Imo. & Ro. in l. ↄtumacia. ff. de re iud. ubi examinat, qñ possit fieri una citatio pro oĩbus. Videt̃ tñ, ꝙ in tex. isto fuerit cõminatio, quo ad pœnas, nõ prolatio pœnæ, sm Ab. hîc: cui adde Bal. in rub. C. commina. uel epi. uersic. modò ego quæro, quomodo cognoscam. & Sal. in l. j. C. eo. tit. & pleniùs Spec. in tit. de cita. §. pe. uersic. quid si iudex. & omnes Doc. in c. præterea requisisti. j. de ap. ex quorum dictis uidetur, ꝙ in isto tex. quo ad suspensionem, non esset simplex cõminatio, sed prolatio: quod firmant hîc do. An. & Imo. notantes multũ ordinẽ huius literæ, dũ incipit à suspensione: quia per hoc exclamant ↄtra practicos moderni tẽporis, incipiẽtes præcepta sua statim ab excõicatione: qđ ẽt reprehendit Pe. de Anc. ↄsil. lvj. dicens, nõ esse incipiendũ ab excõicatione, quę nõ debet ferri, nisi pręcedat culpa, mora, uel offensa, c. Romana. §. caueãt. de sen. excõ. in vj. & refert Io. de An. in c. j. in pe.
1 col. j. de sag. Et ideo dixit Ro. in l. si quis accepto. ff. de cõd. ob cau. Quòd si † iudex absoluit à sentẽtia excõicationis, uel banni cũ adiectione, ꝙ si unq; absolutus talia de nouo attentauerit, in easdem pœnas reincidat, talis adiectio nõ ualet, per d. §. caueant. ubi talia præcepta debent sequi culpã, nõ pręcedere: & dicit se mirari, ꝙ Bal. tantus Canonista ibi, & in l. pactũ. §. qui prouocauit. ff. de pac. & Bar. in l. si unus. §. pactũ. ff. de pac. & in l. non solũ. §. iniuriã. ff. de iniurijs. non allegauerint d. §. caueant. Et refert, ꝙ Bal. dũ habuisset in punctis d. l. si quis. fuit in examine interrogatus de hoc: & tu dicas mirũ esse, ꝙ Ro. dixerit illam adiectionẽ esse nullam: & idem Bal. quem nõ allegat, in l. j. in ij. col. C. quomodo & quando iudex. quia omnes Doc. in d. §. caueant. ut ibi per Do. in prin. & glo. in §. in pręcedenti. in uerbo, iniustas. dicũt illam sententiã esse iniustã, sed non nullam, per c. j. xj. q. iij. Est uerũ, ꝙ do. Ab. hîc reprehendit do. Ant. dũ inuehit ↄtra practicos hodiernos: qa potest iudex incipere ab illa pœna, quæ magis timet̃, c. qm̃. in fi. s. ut lit. nõ ↄtes. & facit c. j. s. de iud. & gl. in c. duo sunt, xcvj. dist. dicens, ꝙ tanto maior est ↄtumacia, quãto ex

minori

minori resurgit, ut hîc per ipsum: sed eius dicta nõ sunt simpliciter uera, ubi nõ præcedunt aliqua de expressis, in d. §. caueant. Vbi aũt illa præcedunt, bene loquit, & eadẽ repetit in d. c. j. de iudi. in j. col. ¶ Item per istũ tex.
2 infert do. Ab. q † iudex potest in primo præcepto apponere mulctã nõ parenti, & sic etiã præcipere aliquid sub certa pœna: qd intelligit, dum modò euidens præcesserit cõtumacia, ut tenet Spe. in tit. de sententiæ prolatione. §. ij. uersi. sed nunquid iudex. ut hîc per ipsum: cuius dictis multa addi possent, sed remitto ad gloss. & Bar. in l. j. C. de usuris fiscalib. lib. x. & Ang. & Imo. in l. ij. ff. de pub. iudi. & Bar. Ang. & Imo. latè in l. filij familiãs. §. diui. ff. de leg. j. & Io. An. in Spe. de sen., platione. uersi. præallegato, & Bart. in l. progrãma. C. cõminationes, uel epistolas. & Bar. in l. qd tamen. §. fi. ff. de arbi. & Inn. in c. cùm in tua. qui matri. accus. pos. & in c. ij. & in c. ex literis. s̃. de resti. in in teg. & in c. pro illorũ. & c. dilecto. j̃. de præben. & Bar. in l. j. in princ. ff. si quis ius dicen. non obtemp. & Imo. post Pe. de Anc. in c. constitutus. in viij. col. j̃. de fideius. & Bar. in addi. Spec. de sen. prola. in iij. col. & Ang. & Imo. in l. cũ stipulatus sim mihi à Proculo. ff. de uer. obl. & Bal. post Cy. in l. quoties. C. de fideic. & Bal. in l. cùm allegas. in ult. col. C. de usur. & in authen. offeratur. uersi. sed iuxta hoc quæro. C. de lit. contest. & in l. ij. in xj. col. uer. quartò quæro. C. de seruí. & aqua. In quibus locis inuenies, q si fertur præceptũ pœnale, & cum causæ cognitione, & in spectantibus ad officiũ iudicis, ualeat: aliàs non. An aũt mereatur statim executionem, dicitur, q sic: nisi habeat in se uerba futuri temporis: quia erit necessarius nouus processus, & sententia, per quã nõ obedienti imponet mulcta: & intellige de iudice, qui possit mulctare. ¶ Quis aũt sit ille, uide Ang. Bar. & alios post gloss. in d. l. j. si quis ius dicenti. & Inn. in c. cũ accessissent. & Imo. plenè post do. Ant. in c. de causis. in ult. col. s̃. de off. deleg. & Host. in summa de re iud. in tractatu de mulcta. & Inn. in c. cùm dilectus. j̃. de pœ. Et dicit, q mulctare possunt soli habentes exercitium iurisdictiõis. De delegato aũt dic, ut per Imo. in d. c. de causis. ¶ In gl. j ibi, expedire officiũ suum. Et satis dicit facere ueniendo ea hora, qua pręstari possit iuramentũ, licet tunc nõ deponat dictum suũ, fm Imo. hîc, per id, qd habetur in l. ũ qũ. C. de testi. & in c. in nomine Dñi. s̃. eo. & ualet citatio sine termino, & intelligit, q cõparcat, quàm citiùs potest, fm do. Ab. hîc, remittentem ad dicenda in c. cùm parati. de app. & probat in c. eos. ibi, quàm citò, etc. de sen. excõ. in vj. quem tex. Ang. facit sing. in l. j. §. hæc stipulatio. ff. si cui plus q̃ per l. Fal. de quo latiùs per Ro. in l. j. §. nunciatio. ff. de op. no. nunc. Et Bar. Ang. & alios in l. liber homo. §. x. ff. de uer. obl. facit c. cũ dilecti. s̃. de dol. & cõtu. & c. accedens. s̃. de pcur. & c. quamuis. de off. ord. in vj. & c. prelatũ. lxxxviij. dist.
3 ut dicet in d. c. cùm parati. ¶ Et † ex ista gl. collígit do. Abb. hîc, q citatus ad certũ terminũ, hora diei non expressa, tenetur comparêre tali hora, q posset complere negotium, seu officium, ad quod citatur: & adducit dictum Inno. in c. cùm nobis olim. in uerbo, rẽuocare. post prin. s̃. de elect. ubi dixit, q citatus ut compareat certa die ad electionem faciendam, debet comparêre de mane: quia tali hora fit electio propter missam spiritus sancti, in alijs autem actibus satis est in dubio comparêre ante noctis tenebras: quia totus dies cedit citato, ut hîc per do. Abb. pro quo uide omnino, quod ipse not. in c. consuluit in j. col. s̃. de off. deleg. ubi infert per illum tex. quem dicit se nescire alibi, q citatus pro certo die nõ determinata hora habet comparêre hora qua iudex possit congruè expedire actum. Allegat etiam dictum Inn. in d. c. cùm nobis. propter quod dicit se putare, quòd si iudex est solitus iudicare certa hora diei, citatus simpliciter ad diem debet comparêre illa hora, qua iudex solet sedere, ut ibi per eum: pro quo etiam uide Bald. in c. j. in v. col. de milit. uasal. qui contumax est. ubi dicit, quòd licet in citatione non apponatur hora, tamen intelligit de hora consueta: & alleg. Inn. in c. cùm nobis. Facit, quod scribit Bald. in l. libellorũ. ff. de his, qui not. in fa. ubi dicit, quòd si cõmittitur maleficium in nocte Veneris sancti, quod erat grauius propter signũ campanæ solitum præcedere, quamuis tunc cessauerit, tamen punietur, si præterierat hora consueta pulsari. Ista tamen uidentur limitanda, nisi essemus in casu, in quo cõputaret tempus de momento ad momentũ, p id qd notabiliter uoluit Raph. in l. j. §. dies. ff.
4 qñ ap. sit. ¶ In † gl. fi. in fi. No. gl. optimã, q iussus cõparêre sub pœna excõicatiõis latæ sẽtiæ, si detentus impedimento nõ cõparet, est excõicatus, sed facilè absoluẽd est: & cũ ipsa s̃cordat gl. in c. q̃ quis. in uerb. occurreret. iiij. q. v. & ibi Io. de Fan. & Domi. & Io. An. do. Ant. do. Car. & Imo. hîc, & Inn. in c. P. & G. ante fi. s̃. de offic. dele. & ibi Imo. post do. Ant. in xj. col. & Do. post Io. An. & Lapũ in c. uenerabilib. §. porro. in ij. col. de sen. excõ. in vj. & omnes dicunt esse casum ibi, in uersic. idem est etiam non diuinando. Pro hoc etiã adducit, quia potentior est excõicatio, quàm sententia diffinitiua: unde excõicatio non præmissa monitione tenet, c. sacro. j̃. de sen. excom. sed non tenet diffinitiua, non præmissa citatione, l. j. §. item cũ edicto. ff. quæ sen. sine ap. rescin. Item excõicatio iniusta tenet, c. j. xj. q. iij. etiamsi postea appelletur, c. pastoralis. de app. secus, si appelletur à diffinitiua, c. uenientes. de iureiurã. Modò uidimus, q diffinitiua lata contra non comparentẽ in termino, quamuis impeditum, tenet, si iudex nescit impedimentum, ut per glo. & Doct. in l. quæsitum. ff. de re iud. Ergo fortiùs tenebit excõicatio. Et sicut diffinitiua reuocatur per restitutionem in integrum, ut per glo. in l. quæsitum. & in l. si prætor. §. Marcellus. ff. de iudic. ita quis absoluitur sine difficultate. Nec obstat, quòd ex mente iudex non agit in omnẽ euentum, sed solùm in casu contumaciæ: ut in simili dicit tex. in l. si seruus x. in fi. ff. de solu. quia agit excõicare cõtumacem uerum, uel præsumptum: ergo opus est deinde absolutione, d. §. idem. Et no. q dicitur error expressus in sententia, licet attento facto successiuè uideatur fuisse uirtualiter expressus: quia hoc non sufficit, ut sing. per Inn. in c. P. & G. quem in hoc cõmendant omnes ibi, & do. Ant. & Imo. in c. translata. de consti. Et do. Abb. in c. pe. j̃. de capel. mo. & Do. in c. j. j. dist. & do. Ant. in c. clericus. j̃. de iureiur. & dixi in c. qñ. uersic. fallit tertiò. s̃. de proba. Ex quo dicto dicit Domi. in c. quisquis. quòd si iudex intendit arctare citatum, etiamsi sit impeditus, tamen iste error iuris inclusus in pectore iudicis, & nõ expressus uerbis non reddit sententiã nullam, licet sit iniusta. ¶ Sed contra prædicta, quòd imò docto de impedimento non sit opus absolutione, tenet Spec. in tit. de contu. §. peñ. ad fin. uersic. quid si non ueniens. & Host. Bald. & domi. Abb. hîc intelligentes de impedimento non causatiuo, sed præciso: quia constito de impedimento ecclesia non iudicat eum excommunicatum: quia non est in dolo, neq; in culpa. Item quia non uidetur uerisimile, quòd iudex uoluerit eum ligare, arg. c. ut nostrum. j̃. ut eccles. benef. facit l. non omnis. ff. si cert. pet. Idem putat do. Abb. in sententia Papæ, contra Hostiens. hîc: quia non infringitur hæc sententia ex defectu potestatis, sed uoluntatis: quæ ita præsumuntur in Papa, sicut in inferiore, c. in causis. infrà, de re iud. Et responde ad §. idem q̃: ut hîc per ipsum: pro quo etiam adduci posset, quia si talis excommunicatio teneret, posset esse magni præiudicij, cui non prodesset absolutio, quamuis de facili concessa, putà si fuisset interim electus: & sic electio esset nulla, per not. in c. cùm dilectus. s̃. de consue. & in c. illas. s̃. de elect. Idem de collatione per c. postulasti. de cler. excõ. mini. quam inconuenientiam considerat do. Abb, in alio proposito in c. j. j̃. de sagit. & in c. post cessionem. s̃. de probat.

probat. Et si diceres, q secundũ hoc excõmunicatio iniusta nunquã debet ligare, respondetur, q imputet sibi, qui non petit absolutionẽ: sed hîc imputari non potest impedito præcisè. ¶ Item adduci potest c. Odoardus. in uerb. relaxatis. j̃. de solu. Non enim dixit, Absoluatis: nam relaxatio adaptatur ad excõicationem, quæ non ligat: sed propter uulgi opi. relaxatur, ut eleganter dixit Io. And. in c. ueniens. el ij. s̃. de testi. Et ad tex. in §. idem q̃, responderi posset, ut hîc per do. Abb. uel dicit, q loquitur de absolutione ad cautelam, qñ excõicatio dicit nulla, ut in c. uenerabilibus. quasi in fi. Et ad id, quod dictum est de diffinitiua, dici posset, ista non æquiparari, ut per Pet. de Anch. in c. j. quod met causa. in vj. ut quia restitutio in integ. reparat damnũ incursum, quod non facit absolutio: & hanc partem
5 publicè conferendo sustinui. ¶ Fateor † tamen, quòd prima opi. est cõmunis: pro qua ultra prædicta facit, quia non dicitur excõicatio nulla, nisi reperatur iure expressum, ut per gloss. in c. præsenti. de sen. excõ. in vj. & plenè per omnes in c. per tuas. j̃. de sen. excom. Et q̃ debeat facilè absolui, facit l. j. §. hoc edictum ibi, quemadmodum facilis est prætor, &c. ff. si mulier uentris onmine. quam facit sing. Bald. in l. si diserta. C. si propter publ. pens. & in rub. C. de success. edict. & in c. j. per quos fiat inuestitura. facit, qd no. Inn. in c. querelã. s̃. de elect. & gl. in l. si minor. ff. de euict. cum concor. & qd in terminis nostris no. Bal. in l. acceptã. in xxiij. q. C. de usur. Et si uelles tenere hanc cõmunem opinionẽ, posses dicere, q in casu c. Odoardus. uerbũ, relaxatis. præsupponat uinculũ, iuxta gl. fi. in c. capitulum. s̃. de rescrip. licet regulariter secus. Et illud de præiudicio poteris cogitare: quia fortè inuenies, quòd ex quo non est in mora petendi absolutionem, cessare debebunt illa inconuenientia: & quia maior pars Doc. tenent hãc partem, nõ consulerem in facto p̃tra ipsam. ¶ Et tenendo hanc gloss. limita eam primò, nisi talis excõicatio esset lata à delegato: quia docto de impedimento eius excõmunicatio dicetur nulla, fm Domi. post Lap. in d. §. porro. alleg. c. fi. j̃. de præben. ubi fm quosdam probat,
a q̃ excõicatio iniusta lata à delegato a est nulla, quasi cõtra formã mandati, sed istud non reputo sustentabile, per ea quæ no. Inn. in c. illud. j̃. de cler. excom. mi. & in c. pro illorũ. j̃. de pręben. & in c. ad aures. s̃. de rescri. & in c. prudentiã. s̃. de off. dele. uel tenet p̃trariũ, & sequit do. Ab. in d. c. fi. in ij. col. Est uerũ, q excõicatio lata propter actũ, quẽ delegatus gessit ultra mandatũ, est nulla, sicut ipse actus, tanq̃ lata à non iudice. Et ita loquit d. c. fi. de quo faciunt testũ oẽs ibi: sed hoc non extendit, ut ibi solẽniter p Imo. in ul. col.
6 ¶ Secundò † limita, nisi iudex sciuis-
b set b de impedimento præciso, & ita præcepisset, quasi uolens oĩno ligare non cõparentem: quia talis sententia est nulla ratiõe erroris intolerabilis, per d. c. per tuas. fm do. Abb. hîc: pro quo adduco optimè gl. in d. l. quæsitũ. ubi sententia lata p̃tra impedimentũ est nulla, si apparet iudicẽ sciuisse de impedimento. Vnde est cautela, ut intimet iudici impedimentũ. Ad idem uide do. Abb. in d. c. Odoardus. in iij. col. ubi contra gl. ibi in uerb. ualentẽ. dicit post do. Ant. q si iudex excõicat non soluentem in termino, & sciat de notoria paupertate illius, sentẽtia est nulla: quod confirma ex notatis per ipsum in c. inter cæteras. in ult. col. s̃.

a A delegato] *Adde tu, & dic, q delegatus principis põt mulctare, gl. in c. pastoralis. in uerbo, puniat. de off. deleg. uide cons. Ang. nu. viij. inci. re ulatores introitus regni.*

b Iudex sciuisset] *Adde tu pro clara intelligentia istius dubij, utrũ ad imponẽdam mulctã requiratur noua citatio: et utrũ iudex in primo præcepto posit apponere mulctã? Inuenio, quòd Bart. in l. j. ff. si quis ius dic. nõ obtẽ. in iij. col. in uersic. sed quæro. tenet, q ad imponendã mulctam requiritur noua citatio: & omnes ibi transeunt cum eo. Adde tamen, quòd Bal. in c. grauis. de restit. spol. dicit, q contumax potest mulctari absquẽ eo, quòd ampliùs ad hoc citetur: & ratio est, quia hoc est connexum cõtumaciæ: et alleg. Innocen. in c. calumnia. de pœnis. Adde, quòd prò ista opi. Bal. facit illud, quod dicitur de contumace, quẽ non debet audiri, nisi resarcitis expensis: tam in talibus expensis potest condemnari contumax absquẽ citatione. Gloss. est in c. cõstitutis. de procur. in glo. pen. Domin. ic. in l. sancimus. C. de iudi. Est uerum, quòd imo. in l. quidam consuleb. ant. ff. de re iudic. respondet ad hoc, & dicit, q aliud est in mulcta, quæ uenit imponenda ratione contumaciæ: quia cùm ueniat extrinsecus, noua citatio requiritur, ut per Bart. in d. l. j. Secus est, dicit ipse, in pœnis condemnationis expensarum litis: quia est pœna intrinseca. Adde tu, quòd potest addi alia ratio, quare aliud sit in mulcta, aliud in condẽnatione expensarum: & dico, q mulcta est mera pœna, et applicatur fisco. Ideo cesset magis odiosa, & ideo in ea requiritur noua citatio.*

7 de re iud. ¶ Tertiò † limita, nisi ex uerbis sententiæ cõprehenderetur, q iudex excõicat solũ in casu contẽptus uel contumaciæ: ut quia dicat, si cõtempseris, uel si distuleris: quia tunc non incurrit excõicatiõ, fm. do. Abb. hîc, cùm non dicat p̃temnere, uel differre, qui nõ potest, ut per gl. in c. quã sit. in uerb. distulerit. de elec. in vj. per quã dicit ibi Domi. q̃ executori testi non currit tempus, in quo nõ potuit exequi. Sed tñ etiã in casu isto posset procedere ista glo. quia etiamsi iudex hoc exprimat, intelligitur uelle ligare solùm contumacẽ, arg. d. l. si seruus x. Ideo expressio eius, quod inest, nihil operatur, l. iij. ff. de leg. j. Cùm ergo ratione præsumptæ contumaciæ incurratur excõicatio egens forma absolutiõis, non est opus ista expressione. ¶ Vltimò dicit hîc Bald. quædam ad materiam c. præterea requisisti. infrà, de appel. quæ ibi referam.

SVMMARIVM.

1 Notarius si scribat actum in palatio prætoris ciuitatis Bononiæ, illud sufficit, licet non exprimat aliter confines: quia notoriũ est.

2 Negatio partis facit rem dubiam in facto notorio.

Hæc regula fallit sex modis, ut nu. 3. 4. 5. 6. 7. & uer. fallit ultimò.

8 Testes si reddant causam dicti sui per actum proximum scientiæ, an sufficiat, licet non reddant per actum mediatum.

9 Testis si sit priuilegiatus, ut non cogatur testificari, & occurrit casus, cui incumbat probare, quòd ueritas aliter haberi non possit.

CAPITVLVM III.

2 latiùs. ¶In † text.ibi, præsumpserunt coniuratione facere. Not. coniurationem esse prohibitã. Ad idem iura allegata in gl.& no.Inno.in c.cùm I.& A.j. de re iudi.& in c.exhibita.s.de iudi.Et est idem, quod cõspiratio. Aliquando tamẽ capitur in bonam partẽ, ut in c. sanè.xvj.q.vij.sed prima fronte censetur illicita, secũdum Doct.hîc: quibus adde Inno.idem tenentẽ in c. j. in j. gl. j.de schismatic.& do.Abb. in d.c. exhibita.in c.quãto.j.de præsum. & Dom. in c.constitutionẽ.de uerb.sig. in vj.& Bal.in l.j.C.de monopolijs. & in c. j. §. conuenticulas.de pa.iura.fir.& Archi.in c.si quis sacerdotũ.xj.q.j.& facit tex.in c.cùm dilecti. j. de accus. & quæ ibi not.Pet.de Anch.& Ana.& ita limitatur regula, estote.cum concor.j.de iureiur. Et est conspiratio quædam confœderatio iurata in præiudiciũ tertij: aliàs aũt uerbum Conspirare, importare potest unanimem consensum in bono opere, l.magistros.ibi, optimorum cõspirante consensu.C.de profes.& medicis.lib.x.& uide Domin.in d.c.constitutio debet.ubi latè post Arch. cõcludit licitam esse coniurationem clericorũ, quę est ad utilitatem ecclesiæ: & multa allegant. Et puniuntur conspiratores in malum in una libra auri, ut in d.§.conuenticulas: & facientes seditionem, uel tumultũ popularem pœna capitis, l.j.C.de seditiosis.l.aut facta.§.j.ff. de pœnis.& in l.conuenticulã.C.de episc.& cler.secũdum Ioã. And.do.Ant.& do.Abb.hîc: quibus adde tex.in l. si qs ingenuã.§.in ciuilib. ff. de captiuis. ubi singulariter dicitur, q seditio, uel tumultus eueniens accidẽtaliter ex ciuili dissensione non punitur, per illum tex. Dixit Bal. in l.j.§.fi.ff.de iusti.& iur. q si statutũ punit morte turbãtem statum ciuitatis, procedit, si principaliter hoc agit: non aũt, si uenit in consequentiã alterius delicti. Et est ratio: quia attenditur quod principaliter agitur, l.si qs nec causam ualde remotã.ff.si cer.pet. Sed istud intelligitur, quãdo occasionaliter & per causam ualde remotam contingit turbatio status: secus, si immediatè & ex actibus proximis est deuentum ad concitationẽ & rumorem populi, secũdum Bal.consi.incip.In Christi no-
3 mine, etc.ex insultu, etc. ¶In † tex.ibi, ad testimoniũ. Nota participem criminis admitti ad testimonium in defectum probationis uolente illo, cui actus criminosus nocebat: & ita testes corrupti possunt produci contra corrumpentẽ etiam ad plenam fidem: quod rarò alibi inuenies, secundum Bal.hîc: cui adde, quæ ipse no. in c. j.circa med. si de inuest.inter do.& uasal. lis oria. & dixi in c. j.s.tit.j. Et ratio est: quia cùm istud non possit per alios probari, admittuntur minùs idonei, iuxta c.cùm dilecti.s.de elec.secũdum do.Abb.hîc. Ex quo uidetur, q ubi per alios potuisset sciri de ista conspiratione, isti non fuissent habiles, per id quod not.do. Ant.& Imol. in c.iurauit. s.de proba.& dixi in c.ueniens. el ij. suprà, tit.prox.quod credo falsum. Vnde melior potest esse ratio: quia, secundum Innoc.in d.c. cùm I. & A. & probatur in c.per tuas. el grande. j. de simo. ubi repelluntur, ut inimici. Sed, ut sæpiùs dixi, huic inhabilitati pars renunciare potest, secundum Bald.in d.l. si quis testibus. ad fin.C.de testi. Ideo nimirum, si uolente parte isti ad-
4 mittuntur. ¶In † text.ibi absoluant. No. quòd ubi iuramentum illicitum est præstitũ principaliter fauore hominis, compellitur homo, ut absoluat, & talis absolutio sufficit, per c.ij.j.de spons. & cum isto tex. concordãt c.j.& c.debitores.j.de iureiur.non tamẽ erat hîc necessaria absolutio: sed fit ad cautelam, ut euitetur opinio uulgi, iuxta c.commissum. j. de spons. ut hîc in gloss.ij. quam sequuntur Doct. quia iuramentum de non reuelando non extenditur ad præstationem testimonij, etiamsi exprimatur, ut habuimus in c.intimauit.& c.cõstitutus. suprà, tit.j.& sic certum erat iuramẽtum esse illicitum: quando autem est dubium, requiritur absolutio formalis: & sic loquitur c. uenerabilem. allegatum
5 in glo.secũdum Imol.& do.Abb.hîc. ¶Postremò † antè quàm exeamus materiam testium, nota adhuc quędam, de quibus non fuit dictum, ubi oportuisset. Et primò not. q non uitiatur testimonium alicuius, si priùs in pręsentia partis dixit, quod erat dicturus in iudicio, ut est text.in c.dilectus.j.de capel.mo.quem ibi no. do. Abb.in j.col.dicens, esse cautelam, ut inducatur priùs ad dicẽdum, quid sciat, uel credat, ne habeat materiam uariandi, secundum doctrinam Bart. in l.eos.ff. de falsis.de qua dixi in c.cùm in tua.suprà, tit.j. ¶Not. secundò, quòd quando testis iurat dicere plenam & meram ueritatem deponendo per famam, dictum suum non probat. Ita dicit glo.not. in l.in bonæ fidei. in glo. magna ibi, sed quid si non interfuit.C.de rebus cre. ¶Not. tertiò, quòd corrumpens testem debet puniri eadem pœna, qua ipse testis falsarius, secundum Spec.in tit.de
6 teste.§.j.uer.& no.quòd corruptiones. ¶Not.† quartò, quòd si testis deponit per talia uerba, quæ si scribantur Latinè, non habent eundem sensum, debet iudex facere scribi, uel uulgarizari, secundum Bart. in l. si quis filiabus.in fin.ff.de testa.tut.per l.j.ff.de uerb.obl. ¶Not. ultimò, quòd capitula, super quibus examinantur testes, debent per examinatorem uulgarizari, si testis ignorat Grammaticam, secundum Domin. in c.septuaginta.per illum text.xvj.dist. Allegat etiam Paul. in cle. ne in agro.§.sanè.de statu mona. Et dum suprà tetigi, si per alios ista conspiratio aperiri potuisset, an isti essent idonei unus contra alium? dic uerum esse, quòd non: quia renunciatio archiepiscopi, per quam tales inhabiles admittebantur, non habilitat socium contra socium: sed admittitur, si res aliter sciri non poterat: & est notabile uerbum ad materiam c.ueniens.el j.s.tit. pxi. & duriùs urget in rebus egestas. Et hoc uide latè j.

De fide instrumentorum,
TITVLVS XXII.

1 *Probatio quæ sit dignior, an instrumentorum, an uerò testium.*
2 *Prohibitus aduocare, an possit consulere in camera.*
3 *Testes quando ueniant appellatione instrumentorũ, & quando nõ.*
4 *Alienatio, hoc uerbum an comprehendat emphyteosim.*
5 *Argumentum ab allusione habet locum, quando non est data aliqua diffinitio.*
6 *Scriptura priuata non uenit appellatione instrumentorum in statutis propter communem usum loquendi.*

CIR-

c.rubrica.

CIrca istam Rubricam primò quæri põt cur nõ præcedat titulum de testibus. ¶Secundò, an in statutis appellatione instrumentorum ueniant testes. ¶Tertiò, quid ueniat appellatione instrumenti. de quibus facio tres conclusiones. ¶Prima conclusio.
1 Ideo † præmisit de testibus, quia dignior est probatio uiuæ uocis, quàm mortuæ, secundum Bal.in rub.s.de testib.& ibi assignat nouem rationes: quare uiua uox est dignior, allegãdo Hierony.in prolog.Bibliæ, & Cassiodorum, quem etiam alle.in l.generaliter.post princ. C.de non nume.pe.& in l. tres denuntiationes.C. quomodo & quando iud. Vnde dicit Inn.in c. cùm P.j.eod. q est contra ius & officiũ tabellionis, q chartæ animalis mortui credatur sine aliquo adminiculo: & ea, quæ constant attestationibus uoce prolatis, faciliùs ponderantur, quã prolata scriptis: quia, secundũ Inn. in c.ueniens.j.de uerb.signifi.ad fi.anima organo uocis exprimit suam uoluntatẽ, & cor est imperator linguæ, secundum Bal.in c.mandatũ.s.de rescri.iuxta illud, Ex abundantia cordis os loquitur: & uox est instrumentũ uolũtatis & intellectus rationabilis, ut in c.ex transmissa.s. de renun. & uoces sunt signa passionũ animi, i. uoluntatũ & noluntatũ, secundũ Bal.in l.de quibus.prope fi. ff.de legi.bonus tex.in l. Labeo.§.fi.ff.de supel.leg.ubi nemo existimandus est dixisse, quod mente nõ cogitauerit: & ideo testis nõ deponit per scripturã, ut dixi in c. de testibus.s. tit. ij. Certiores enim efficimur uocibus, quàm literis, ut eleganter probatur in c. de gradibus. xxxv.q.viij.ibi, donec permittẽte domino ore ad os alloquimur. Vnde quædam probãtur per testes, quæ nõ probantur per instrumẽta. Patet ex allegatis per Rom. consi.cccxlix.inci. dum quæritur.& Io.An.in regula, semel malus.de reg.iu.in vj. & per Fede.consi.cclv. incip. Domine Alex.& Oldr. consi. cxcix.incip.In fundamento.Bal.in l. si hanc.C.de proba. cum cõcor. dum dicunt crimina non probari instrumentis: & tamẽ probantur per testes, propter quod dici potest, q habent se ut excedentia & excessa. ¶Cùm etiam quædam probentur instrumentis, & non testibus, de quibus per gl.in c.j.cũ cõcor.de censi.in vj.& quo ad pœnas impositas loquẽtibus non differt scribens à loquente, ut per glo.iij.in c. constitutionem.de sen.excõ.in vj.& in cle.si summus.in uer.literas.eod.tit.& no.Domi.post Archi.in c.ubi periculum.§.nulli. de elec.in vj.& Bal. & Ro. in l.j.in prin.ff. de uerb.obl. & ibi ponunt de scribente bannito: ex qui-
2 bus sapiẽter infert Io.de Ana.in rub.j.de magi.q † prohibitus aduocare non potest consulere in camera: & idem sentit Ro. in d.l.j. & ita expressè decìdit Ang. in l. j. §.postulare.ff.de postu.maximè, ubi prohibetur aduocare, ut attendat lecturæ: quia pariformiter diuertitur à studio lecturæ, siue causam publicè tueatur, siue priuatim: quamuis aliud dixerit Bar.in l.Paulus.§.Paulus.ff. de legatio. & in l.j.§.j.ff.de postu.& do.Abb.in rub.s.de postu. ¶Secunda conclusio. Propter cõmunem usum loquendi, secundũ quẽ differunt testes & instrumenta, statutũ loquens de instrumentis nõ cõprehẽdit testes. Ita eleganter cõcludit Imo.hîc, & allegat Bar.ita tenentẽ in l.notionẽ.§.instrumentorũ.ff.de uerb.sig. ¶Quòd aũt in statutis attendatur cõmunis usus loquendi, di-
3 xi latè in c.per tuas.s.de proba. ¶Nunquid † aũt circũscripto cõi usu loquendi cõprehenderẽtur testes in statutis ex propria significatione instrumentorũ? Bar.dicit, q sic, in d.§.instrumentorũ.& sequitur Imo.hîc, & facit c.peruenit.s.ti.j.iũcto eo, quod no.Bar.in l.cui eorũ. §.affinitatis.ff. de postu.ubi dicit, q illud quod continetur appellatione alicuius, dicitur esse de propria significatione, non aũt ex interpretatione. ¶Contrariũ tenet do. Ab.in d.c.peruenit.& hîc, & Iac.Bu.in l.ij.in fi. C.de eden.& Spe.de instru.edi.§.j.in fi.ibi, & licet appellatione, quia frustra fuissent facti diuersi tituli. Facit l.si idẽ.C.de codicil. Et sequeretur, q dato termino ad producendũ instrumenta, possent produci testes. Cuius cõtrariũ dicit Spe.in tit.de dila.§.uidendũ.uer.itẽ no. q cũ dato.& dixi in d.c.peruenit. Et sequeretur, q statutũ puniens falsantẽ instrumentũ, pcederet in falsante testes. Cuius contrariũ dixit Ia.Bu.& Sali.in l.j.ff. de fide instr. & q quicquid posset probari per unũ, posset probari p aliũ, q prædicta & q ea quæ scribit Bal. in l. in exercendis.C.de fid.instru. Et pro hac parte, quã sequor, multũ facit: quia tex. in l.j.ff.de fi.instru.dicit, q testes loco instrumẽtorũ habẽtur: sed ista uerba, Accipiat p tali, seu loco talis, denotãt fictionẽ & improprietatẽ, l. interdũ. §.qui tutelam.ff.de fur.l.iure ciuili.ff. de condi.& demõ. facit gloss.in l.mercis.la ij.ff.de uerb.signi. Et ita expressè dicit Bart.in l.si is, qui pro emptore.circa fi.iij.q.principalis, ff.de usuca. Sed ita est, quòd statutum loquens in casu uero non extenditur ad casum fictum, quando illa fictio est inducta à iure communi, & non à statuto, l.iij.§.hæc uerba. cum gloss.in uerb. hæredis. & ibi hoc not.Bart.ff.de neg.gest. bene facit l.fin. C. de his, qui ueniam æta.impe. & c. susceptum.de rescrip.in vj. & latẽ Imo.l.j.§. lex Falcidia.ff.ad leg.Fal. Ergo statutum loquens de instrumentis non extenditur ad testes: quia in materia stricta dispositum de aliquo non procedit in eo, qui habetur pro tali, l.fi. C. de interdic.matri. Vnde dicit Ange.in l.in testamento.ff.de mil.testa. & in l.ij. C.de hære.insti.& Imo.in l.cẽturio.ff.de uulga.& pupilla.& in c. cùm tibi.in fin. infrà, de testa. quòd statutum loquens in intestato nõ habet locum in intestabili: putà, furioso: quia habetur pro intestato, l.j. in prin. ff. de suis & legi. Et sic nõ propriè, sed per interpretationem, nisi aliter se haberet communis usus loquendi, ut per Ang.in d.l.ij. ¶Nõ obst.quòd in his, quæ nõ sunt facti, sed iuris, prout hîc, potest lex facere, quòd qui habetur pro tali, sit uerè talis, ut per Bart.in d.l.si is, qui pro emptore. & do.Ant. in c.nuper.s. de biga.cum cõcor. quia illud est ex fictiõe iuris, quæ nõ habet locum in statuto hoc non fingente, ut dictũ est. ¶Nec obst. q illud, quod continetur appellatione alicuius, sit de propria significatione, ut per Bar.in d.§.affinitatis. quia de facili ostenderetur, illud dictum non esse inexpugnabile: quia dici-
4 tur in c.nulli.j.de reb.ecc.nõ alie.† appellatione alienationis cõtineri emphyteosim, & tamen in materia stricta appellatione alienationis intelligitur de ea sola, per quam omne dominiũ transfertur: quia illa est propriè alienatio, ut per gloss.in l.j.C.de fun.dota. & in leg. fin.C.de reb.alie.non alie.& Bald.in leg.uoluntas.C.de fideicommis.& Pau. de Cas. consi. xxvj.cum simi. ¶Similiter dicitur, quòd appellatione filij [a] continetur filia, l.si quis ita. in princ.ff.de testa.tu.l. si ita sit scriptum. de leg. ij.l.filij. ff. de uerb.sig. & tamen in statutis secus est: quia nõ est ex proprio significatu, ut latè per do. Card. consi.cxxxv. incip. Redemptoris, etc. puto filias.etc. & Pe. de Anch.in repe. c.j.in xlv. char. s. de consti. & Domi. post alios in c. generali. de elec. in vj. ¶Sic etiam appellatione armorum continentur fustes & lapides: & tamẽ secus est in statutis, ut per do. Card.in cle.ne in agro.§.pręfatæ.in v.q.de statu mona. ¶Et si diceretur, quòd istud est ex allusione uocabuli, quia dicitur instrumentũ quasi instruens mentem, & hoc faciunt testes, d.l.j. respon-
5 de, quòd † arguitur ex allusione, ubi non est data diffinitio: aliàs non, ut per Barto. in leg.j. post princ.ff.de acquiren. poss. & dominus Abbas in prooemio Gregoriano, §. Gregorius.

a *Appellatione filij] Adde, q. uerum est, q. ubi lex facit mentionẽ de filijs, ueniunt etiã filiæ, ut hîc p Fel. Vtrùm autem ueniant filij spurij? Bar.in l. generaliter.§.cùm autem. C.de instit.et subst. tenet, q. sic. Contrariũ tenuit Bal. in d.l. generaliter.in §. cùm autem. ubi dicit, quòd tacita conditio liberorũ non includit bastardos: quia legis affectio non est ad eos: & idẽ tenet*

tenet ipse Bal. in l. cùm acutissimi. C. de fideicom. in uerbo, quæro, nũquid. Et ratio est, quia filij, qui ueniunt per subaudituũ intellectum legis, debent esse legitimi: & cum ista opinio. Bald. concor. gl. in clẽ. j. de baptis. in uerbo, liberi. & ibi Scribentes, quæ dicit bastardos non includi in dispõne legali, quãtum ad cõmodũ & honores. Et idem tenet Cy. in l. quisquis. C. ad le. iuliam.

nam aliàs codicillus esset testamentũ attenta allusione huius nominis Testamentũ, quæ est mentis testatio: Insti. de testa. in prin. & hoc est falsum, l. j. C. de codic. quia testamentum diffinitur in l. j. ff. de testa. Sic etiam instrumentum: ut in Spe. in isto tit. §. j. Et posito ꝙ esset uera doctrina Bart. in d. l. cui eorum. generaliter tamẽ, ubi est una notoria differentia inter æquiparata, statutum de uno nõ procedit in reliquo: & ita est hîc: quia differunt testes & instrumẽta plurimùm. Patet ex c. cùm dilectus. j. eo. & ex gl. j. in §. si scriptum. Insti. de inuti. stipu. & glo. mag. in fi. in l. ij. C. de fi. instru. Sed in c. peruenit. el j. §. ti. proxi. æquiparantur largè sumendo, secundũ Io. An. in Spe. in isto tit. in princ. sicut in c. nulli. de reb. ecc. non alie. dicitur alienatio multiplex, quo ad illum effectũ. Et licet tex. ibi dicat contineri, non tamen semper: & hoc posset alijs modis deduci, quos tanquam non necessarios omit

6 to. ¶ Tertia conclusio. Appellatione † instrumenti in statutis non uenit scriptura priuata propter communem usum loquendi, secundum Bar. Bal. & Sal. in l. j. C. de iura. cal. & Lud. Ro. pulchrè consi. xxiij. inci. Nescio, quid dubitationis. per quod infertur ad statutum loquens de gabella ratione instrumenti. Ex propria tamen significatione bene comprehenderetur, secundũ prædictos, & dom. Abb. hîc allegantem Bart. qui mihi hoc non dicit in l. si quis legatum. ff. de falsis. & facit c. cùm dilectus. ij. responso. j. eod. & l. instrumenta. C. de prob. & tex. j. c. prox. iuncta hac rubrica, & eo, quod no. glo. iij. in c. si super. de offi. delega. in vj. & gl. ij. in c. nolumus. lxxxix. dist. cum similibus: nisi fieret mentio de instrumento publico, ut per Ang. in §. si quis igitur. in authen. de fide instru. & per Spec. de instru. edi. §. nunc dicendum restat. in prin. Comprehenditur etiam ex communi usu loquendi omnis scriptura publica, secundũ Bar. in l. in fraudem. §. neq; ff. de iure fisci. inferentem latè, ꝙ falsans acta causæ punitur ex statuto loquente de falsante instrumenta. Et per hoc idem uidetur de scripturis archiuj, ut hîc per Innoc. & do. Ant. in c. ij. j. eod. ¶ Quid autem sit instrumentum, & quot modis nominatur, ponit Spe. in isto tit. in prin.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Papa non potest contra ius disponere potestate ordinaria, secus potestate absoluta.*
2 *Instrumenta quot & quas solennitates requirant.* Vide numero 3. 4. 8.
5 *Annus pontificatus debet in instrumento scribi in terris Papæ.*
6 *Locus in quo conficitur instrumentum, an debet scribi in instrumento.*
7 *Instrumentum carens loco, uel tempore, facit saltem semiplenam probationem, si notarius esset mortuus.*
8 *Diem in instrumenti confectione requiri.*
9 *Instrumentum an possit confici de nocte*
10 *Mensis an debet apponi in instrumentis.*
11 *Dies an priuilegijs an apponatur.*
12 *Dies in apponatur in libris rationum.*
Hora an sit apponenda in instrumentis. Post nu. 12.
13 *Signum notarij an sit necessarium in instrumentis.*
14 *Testium descriptio requiritur in instrumento.*
15 *Fallit in quibusdam casibus: ut nu. præcedenti, hoc, & 16.*
17 *Instrumentum confectum debet legi partibus.*
18 *Instrumentum confectum ab eo, qui communiter reputabatur ut notarius, an ualeat.*
19 *Creatio notarij an probetur eo, quòd est descriptus in matricula.*
20 *Instrumentum ut ualeat, requiritur quòd notarius sit rogatus de instrumento conficiendo.*
21 A' *quibus notarius debet esse rogatus, ut instrumentum conficiat.*
22 *Notarius quando possit instrumentum facere de his, quæ aliqualiter spectant ad ipsum.*

CAPITVLVM I.

I scripturam. ¶ Exempla non authentica fidem non faciunt. H. D. secundum do. Car. ¶ Operatur tamen productio exempli nõ solennis, ꝙ si post terminum producatur originale, non dicitur probatio facta extra terminum, secundum Bald. hîc, argu. leg. si donante. §. si sponsus. ff. de dona. inter uir. & ux. quod not. ut dixi in

1 c. licet. uersi. limita quintò. s. de proba. ¶ In † tex. ibi, nõ possumus. Hoc uerum in his, in quibus princeps non habet liberam potestatem, per cle. pasto. de re iud. In alijs uerò procedit istud de potestate ordinaria, secus de absoluta: de qua in c. proposuit. infrà de concess. preben. ut hîc per dom. Abb. & per eundem in simili in c. cùm à nobis. suprà tit. ij. & in cle. j. ad fi. de proba. & in c. inter quatuor. in j. col. suprà de maio. & obe. & Ro. in l. sciendum. ff. de uerb. ob. ¶ Nec obst. quòd consuetudo hoc posset, per c. cùm dilectus. infrà eod. quia consuetudo habet principium uoluntarium: secus, ubi Papa hoc indulget in præiudicium tertij. Vnde dicit Innoc. in c. inquisitioni. infrà de sen. excom. quòd si Papa præcepit aliqd laico, qui nõ est de tẽporali iurisdictiõe sua, neq; ratione personæ, neq; ratione causæ, non tenetur sibi obedire. Et idem est in clerico, quo ad bona patrimonialia, secundum dom. Abb. post dom. Ant. in c. constitutus. infrà de relig. domi. Et hinc est, quòd Papa non posset statuere, quòd inter laicos non seruaretur ordo iuris, secundum gloss. in uerb. ecclesiasticus. in cle. dispendiosam. de iudi. ut per dom. Abb. in c. quod clericus. suprà de fo. compe. & Petr. de Anch. consi. xxv. in j. col. & Cal. in dispu. incipiente, statutis. in pe. col. facit c. duo sunt. xcvj. dist. & c. si duobus. in fi. infrà. de appe. ¶ Sed tamen, ut dixi in d. c. cùm à nobis. in prin. posset Papa, uel alius princeps de potestate absoluta ex magna causa statuere, uel dispensare, quòd exemplum, uel scriptura non authentica probaret, sicut habuimus in cap. ij. suprà de proba. in simili: & facit d. c. cùm à nobis. ubi Papa in testamentis & contractibus uult stare sibi soli testimonium ferenti. Sic etiam in c. quicunq; xj. q. j. datur priuilegium, ut credatur soli episcopo. Et pro hoc adduco: quia nec de iure diuino, nec de iure naturali cauetur, ꝙ exemplum nõ probet, sed solo iure positiuo, cui papa non subiacet, d. c. proposuit. ¶ In gloss. j. in fi. dicitur publica scriptura, quæ est facta à notario solenniter: authentica uerò, quæ non est talis, sed tamen per se sine adminiculo fidem facit, ut plenè per Bal. dom. Car. & Abb. hîc: & Inno. dom. Anto. & Imo. in c. ij. j. eo. Et propter hoc enumerat hîc do. Abb. quæ solennitates requirantur ad substantiam instrumenti: de quibus per glo. in l. generali. C. de tabu. lib. x. & Spe. in tit. de instru. edi. in princ. quarum principaliores refe-

2 ro. ¶ Et † inter alia requiritur inuocatio diuini nominis, maximè in arduis & perpetuis, secundum Spe. ubi s. & ibi Io. An. & Ioan. Fab. in prin. Institut. & Domi. post gloss. j. in c. in nomine Domini. xxiij. dis. & Domi. idem dicentem de snia, in c. præter hæc. xxxij. dist. & idẽ Ro. in rub.

rub. ff. de ope. no. nun. & Ful. in procœmio C. & faciunt multa iura, in quibus inuocatur nomen Domini, maximè tex. ubi hoc sentit gl. in authen. ut præponatur nomẽn Imperatoris. ibi, Deo auctore. cum alijs nõ necessarijs, de quibus per Ro. ubi s. ¶ Sed ꝙ non sit de essentia inuocatio, tenet do. Abb hîc, & Bar. in l. si quis ex argentarijs. §. si initium. in repe. ff. de eden. & Bal. in procœmio. C. in prin. & Bal. & Pau. de Cast. in l. iurisgentiũ. §. quod fere. ff. de pact. & Imo. in rub. ff. de oper. no. nun. quia omissio leuis solennitatis non uitiat, ut per Bar. in l. j. §. fi. ff. de uen. inspic. & in l. fi. in prin. C. de iure deli. cum concor. ¶ Sed dic, ꝙ ratione consuetudinis iusta solennitas est effecta de substantia, secundum gloss. in authen. ut præpo. nomen impera. per quam dicit dom. Abb. in procœmio Decretalium in xij. col. quòd omissio solennitatis ex sola consuetudine introducta reddit actum nullum. Ita etiam no. Ro. & Inn. in dicta rub. ¶ Et si diceretur, In nomine, & non sequeretur aliud circa inuocationem, adhuc ualeret, secundum Bar. in d. §. si initiũ. per l. j. §. si ex fundo. ff. de hære. inst. Et idem, si dicitur Domini, ꝑ cundẽ tex. ut ibi latiùs ꝑ ipsum. ¶ Cui non obst. notata. in c. j. j. de bapti. qa ius illius actus cõstitit in omnib. illis uerbis, Ego te baptizo, etc. ¶ Et ista cõsuetudo debet seruari etiã inter Iudæos rogantes Christianũ de de cõfectione instrumenti, secundũ do. Ant. in c. inter dilectos, in ix. col. j. eo. & in d. procœ. in iij. col. & Bar. in d. §. si initiũ. in vj. col. quia sunt subiecti Romano imperio, l. Iudæi. C. de iudæ. Ergo inter eos seruandæ sunt debitæ solẽnitates, per d. authẽ. ut prepõnat. in prin. præsertim cũ tales solennitates cõcernãt ipsum notariũ, ut ꝑ Bal. in l. si post. in j. col. C. de iur. & fac. igno. ¶ Si eñ esset iurandũ à Iudeis, secus, ut per Inn. in c. & si Christus. j. de iureiur. & Ana. in c. fi. j. de Iudæis. & ibi dixi. Si tũ cõsuetudo nõ esset, nõ teneretur notarius ad hoc. Et ita proce dit opin. Bar. in procœ. ff. & Bar. & Ang. ĩ procœ. C. & Bart. & Imo. in rub. ff. de ope. no. nun. & Bal. in rub. ff. de iusti. & iur. ubi utunt̃ uerbo, Põt. Et de his per Ana. aliquid. j.

3 in rub. de Iudæis. ¶ Itẽ † requirũtur anni Dñi, secũdum glo. in c. inter dilectos. j. eo. & in l. iurisgentiũ. §. quod fere. ff. de pact. & Bald. in d. l. si post. & Imol. in l. j. ff. de his, quæ in testa. del. & Spe. in isto tit. §. instrumentum. uersi. item ꝙ non est. & do. Ant. hîc. Sed do. Abb. hîc, & bene, tenet, ꝙ istud nõ sit de necessitate: & ꝙ c. in nomine Domini. cum simi. xxiij. dist. hoc ponit, ut ex cõsue. & pro ipso allego gl. idẽ dicentẽ in §. si qua uerò. in uerbo, Deo authore. in authen. ut præponatur nomẽ Imperatoris. Et hinc est, ꝙ gl. in l. generali. C. de tabu. nõ enumerat istam inter alias solennitates: qa non reperitur lex, quæ hoc dicat: tamen hoc operatur consuetudo, sicut dictũ

4 est in præcedenti requisito. ¶ Et considera bene, ꝙ † ubi aliter nõ apparẽret de tempore confecti instrumenti, pũt incõuenientia euenire, ut in casu l. ij. C. de non numpecu. uel in casu l. bene à Zenone. C. de quadr. præscrip. cũ similibus: ubi lapsus certorũ annorũ firmat instru-

5 mentum priùs irritabile. ¶ Et scias, ꝙ † in instrumentis Papæ nõ apponitur annus Domini, sed Pontificatus, ut per Io. And. in data Sexti, uer. hîc aduertendum est. & Bal. in procœ. Decr. Et aliquando in instrumentis cõputatur annus à natiuitate: aliquando ab incarnatione, aliquando à circumcisione Domini: & attenditur consuetudo loci, secundũ Io. And. in dicta data, in prin. & Barto. in d. §. si initium. & Imol. in d. c. inter dilectos. ¶ Quid autem sit potius de iure, sunt opiniones, ut apparet ex notatis per gloss. magnam in fin. in l. j. in uersi. indictionis. C. de Iustiniano C. confirman. & Rotam in formis, deci. l. & in antiquis, deci. cviij. & Imol. in l. de diuisione. circa med. ff. sol. mat. & gl. in uerb. ex tempore. in cle. j. de summa trini. & Domi. in c. j. de relig. domi. in vj. & in d. c. in nomine Domini. & Ang. in authen. ut prepõnatur nomẽ imperatoris. in princ. ¶ Et adde, quòd utile est apponere annos; quia ex ipsis colligitur indictio, si est omissa, uel si in ea est erratum: ut de ipsa dicetur in c. inter dilectos. super gloss. in uerb. indictionis. j. eo. ¶ Item requiritur nomen Papæ in terris ecclesiæ: & imperatoris in terris imperij, secundum Io. An. in data vj. lib. uer. hîc aduertendum. & dom Ant. & do. Abb. hîc & glo. pen. in c. quoties. j. q. vij. & Domi. in d. c. in nomine. & gl. in c. inter. j. eodem. & dom. Ant. post Ioan. An. s. in procœ. Decreta. Valet tamen consuetudo in contrarium, secundum Barto. in d. §. si initium. & Ange. consi. cxcviij. & facit tex. in c. cùm dilectus. j. eod. Et si teneremus non ualere, corruerent multa instrumenta. ¶ Cessante uerò consuetudine, utrùm dispositio d. authen. ut præponatur nomen imperatoris, necessitet in terris ecclesiæ, quo ad Papam: uide latè do. Abb. in d. procœ. Grego. concludentem, ꝙ sic, arg. c. j. j. de ope. no. nun. ut ibi per eum subdentem, ualere instrumentum, in quo nominatur Antipapa, si de eius electione probabiliter dubitaẽ, ut ibi ꝑ eũ, & aliquid per Ro. in d. tubr. de ope.

6 no. nũ. ¶ Item † requiritur descriptio loci, in quo conficitur instrumentum, secundum do. Ant. & do. Abb. hîc per text. cum glo. in uer. censeretur. in c. abbate. de re iudic. in vj. Et per illũ tex. dicit Rot. in anti. conclu. cccxcv. incip. utrùm ualeat consuetudo. ꝙ non ualet consuetudo in contrarium: quia est contra substãtialia actus: ideo nulla, ut per glo. ordi. in c. non putamus. in glo. iij. de consue. in vj. de quo dicto facit festum Roma. in l. in illa. ff. de uerb. oblig. dicens per hoc notabiliter limitari generalitatem capituli, cùm dilectus. infrà eod. & idem Roma. in l. de pupillo. §. q nunciat. ff. de ope. no. nun. ¶ Sed attentis prædictis, ubi consuetudo semper attenditur, & in proposito no. Domi. post Lap. in d. c. abbate, & dominus Antõ. in d. procœ. istud fortè non procederet. ¶ Nec obst. gloss. in d. c. non putamus. quia istud non est de substantia, sed de solennitate, quæ differunt, ut per Inno. in c. quod sicut. in gloss. mag. suprà de elec. & Bald. in l. etiam, in j. col. C. de execu. rei iudi. & in repe. l. j. C. de sacrosan. eccle. Et quòd istæ sint solennitates, uide Barto. in l. si quis legatum. ff. de fal. & Bald. in l. j. §. j. circa medium, ff. de eden. & in l. si post diuisionem. in j. col. Vnde non posset consuetudo facere, quòd illud, quod non instrueret, esset instrumentum, l. j. ff. de fide instrum. sed bene potest facere, quod instrumentum non solenne habeatur pro solenni, sicut etiam ex pacto potest omitti dies, l. cùm tabernam. §. j. ff. de pigno. inferendo ad consuetudinem iuxta glo. in rubrica C. de decre. decu. cum simi. nec datur materia delinquendi, quia actus non ordinatur ad hoc: & scriptura priuata potest esse sine loco, ut dicetur infrà cap. seq. ¶ Et quòd de iure circumscripta consuetudine requiratur locus, uidetur text. in §. quantum. in authent. quomo. na. effi. legi. & in c. quoniam contra. in uer. loca. s. de proba. Idem tenet Ang. in l. optimam. circa fi. per illum tex. cum glo. in uer. die. C. de contrahen. & cõmit. stip. & ibi Bal. & Archid. in c. cùm redemptor. xij. q. ij. & Domi. idem dicens de loco loci, in d. c. in nomine Dñi. in j. col. & Imo. idem etiam dicens de loco loci, in c. inter dilectos. infrà eod. quod intellige, ut statim dicam, & cum prædictis concordat etiam Spec. in isto tit. §. breuiter. uersi. post nomen. & Spec. & Ioan. And. eod. tit. §. instrumentum. uersi. quid si locus. & Bald. in leg. contractus. uersic. modò quæritur. C. de fide instru. & dom. Card. in procœ. Cle. prope fi. ¶ De modo autem expressionis loci no. primò, ꝙ si materia, de qua notarius rogatur, nõ exigit, ꝙ cõficiatur specificè in certo loco, putà ante tribunal, sufficit exprimere ciuitatẽ: nõ aũt oportet dicere locũ ciuitatis. Ita probatur in glo. §. itẽ uerborũ. Insti. de inuti. stipu. & in l. optimã. præal. ¶ An aũt sufficeret, ꝙ notarius scribẽret actũ esse in certis imperij, uel ecclesiæ, non expressa ciuitate, uideretur, ꝙ sic: quasi cesset ratio gloss. in uerb. censeretur. in fin. d. c. abbate. Sed contrarium teneo; tum quia hoc non reperitur iure

c. si scripturam.

cautum

cautum:*tum, quia* Domi.poſt Io.An.in d.c.abbate.expreſſè firmat contrariũ,dicens nõ ſufficere, etiamſi exprimat diœceſim ,& nõ eſſet ſapiẽter dictũ dicere,ꝙ illa ſola ſit ratio expreſsionis loci,ſ. quia fortè notarius nõ potuit in eo loco cõficere *inſtrumenta:* nec gl.*ibi* poſuit hanc pro unica,ſed text.in d.l.*optimã*. & in d.*§.itẽ* uerborum. aſsignant aliam, uidelicet ut ſit ſalua facultas uolentis ſe defendere ab inſtrumẽto ſimulato,oſtendẽdo ꝙ eo tẽpore nõ fuit in eo loco:quæ defenſio tolleretur,uel ſaltẽ difficultaret per hanc incertitutinẽ ex defectu expreſsionis loci.¶ Not. ſecundò,ꝙ in his,quorũ cõfectio habet determinatũ locũ,nõ ſufficit exprimere ciuitatẽ, ſed ponitur locus ciuitatis: unde nõ ſufficeret dicere, ꝙ Ferrariæ corã iudice actũ ſit,niſi dicatur antè eius tribunal,ſecundũ Bar.*in d.§.*qui nunciat.& probatur *in* d.c.quoniã cõtra.& in d.c.abbate.Actus enim iudicialis ſit iudice ſedente, l. cùm ſententiã. C. de ſentẽ.l. *iiij,in* fi.ff.de interro.actio.Facit,quod de libello accuſationis habetur in l. libellorũ. ff.de accuſa. Et ex hoc reprehenditur, quod no.Bal.*in* l.cõparationes.C.de fide inſt.ubi dicit, ꝙ ſi poteſt apparêre de loco loci,ut quia conſuetũ eſt illum actũ fieri in certo loco, & nõ alibi,nõ eſt opus exprimere locum,per l.*j.* C. de apochis publicis.Idem ſentit do. Ant.hîc per illũ tex.& nõ bene:quia, ut dixi,actus iudiciales fiunt ad tribunal,& tamẽ oportet ipſum exprimere.Bene uerũ eſt,ꝙ *in* ſcriptura priuata nõ requiritur talis expreſsio, ut not.Ant.j̃. c.proxi.& de ipſa loquitur d. l.*j.* Et idẽ in literis Apoſtolicis, cùm locus,in quo Papa reſidet ſit notarius,nec Papa per loca diſcurrit,ut per Ioan.And. & Domini. in d.c.abbate. dicentes,hoc eſſe potiùs de ſtylo, quàm de *iure*,ut patet
7 in data vj.lib.& in d.c.cũ redẽptor.¶Et *iſtis* adde,ꝙ † inſtrumentũ carens loco,uel tempore, facit ſaltẽ ſemiplenam probationẽ, ſi notarius eſſet mortuus, ſecundum Bar.ſingulariter in l.admonendi.uerſi.quid ſi in inſtru-
8 *mento*.ff.de iureiu.& do.Ant.in c.fi.de iureiu.¶ Itẽ † requiritur dies,ſecundũ gl.in d.authen.ut præponatur.& *in* d.c.inter dilectos.& in d.l.generali.& in l.*j.§.editiões*. ff.de eden.Facit l.*ij.§.* diẽ.ff.quẽad.teſta.aper.& tex.in *§.* item ueborũ. cum gl. *in* uerbo,tota.Inſti. de inuti.ſtip. & i d.l.*optimã in* uerbo,die. Et intellige de die,quo notarius rogatur:nõ aũt de eo,quo cõficit inſtrumentũ,ſecundũ Spe.eo.tit.*§.j.*in ult.col.uer. debet etiã inſtrumẽtũ.& Dom.in c.ut officiũ.§. ad cõſcribendas.de hære.in vj.& Bart.in d.*§.*ſi initiũ.uer.iiij.dixi. Et notatur dies, in quo rogatio concludit,ſi fortè plurib.dieb.duraſſet tractatus rei, de qua fiebat rogatio,ſecundũ Bal.in l.cõtractus.uer.quæro de die.C. de fide inſtru. & Bal. & Imo.in l.ſi quis eũ.*§.j.*ff.de uulga.& pupil.Vnde dicit Bal.in l.ſi uoluntate.per illũ tex.ſing.C.de reſcin.uend.ꝙ ex multis uerbis ad contractũ ſola cõcluſio dicitur cõtractus.
9 ¶ Et † adde,ꝙ de nocte nõ ſunt fienda inſtrumenta,niſi ex cauſa urgenti,ſecundũ Hoſt.Bal.& do.Ab.hîc:quibus adde Inno.& do. Ant.in c.cõſuluit. ubi bo.tex.s̃.de offi.deleg.& Bar.in l.nõ minorẽ. circa prin.C.de tranſa. & Ange.in l.more.ff.de feriis.& Imo.in l.qua ætate. ff.de teſta. Vbi etiã dicunt, ꝙ inſtrumentũ factũ ante mediã noctẽ denominatur à die præcedenti, poſtea uerò à ſe-
10 quenti.¶ Et adde,ꝙ † menſis ponitur,ut in locis præal. ut ſciatur.dies: tamẽ ſi eſſet dies notabilis,non requirit menſis,ſecundũ Bar.in d.§. ſi initiũ.uer.quæro,quid de menſe. ¶ Et quando apponitur dies,nõ requiritur nomen diei,ſecundũ ipſum,niſi ſtatutũ aliud diſponat,ſecundũ Alber.in j.parte ſtatu.q.clv.poſt Dy.in conſi.ſtatuto ciuitatis. pro quo facit dictum Bal.in l.j.ff.de lib.& poſthu.cum cõcor.quas dedi in c.ſuper eo.el j. s̃.ti.proxi. ¶ Et iſtis adde,ꝙ etiã in priuilegijs apponitur dies, ut in c.ſi qua.& ibi bona gl.xxv.q.ij.& no.Spec.eo.tit.*§.* inſtrumentũ.uer.item quod nõ eſt.Et idem in libris rationum,ſecundũ Bal.in rub.C. eo.uerſi.reuertor ad pri-
11 mum. ¶ Et † adde, quòd ſi dies reperitur in ꝓtocollo, ſuſtentatur inſtrumentum carens die, ſecundum Spe. *in iſto tit.§.inſtrumentum.uer.*quid ſi.in no.& gl.in *§.*ſi. in uerbo,protocollũ.in authẽ. de tabel. Et dicetur poſt
12 do. Ant.in c.ex literis.j̃.eo. ¶ Item † adde,ꝙ hora nõ eſt de ſubſtantia,ſecundũ Io.An.in addi.Spe.eo.tit.*§.j.* uer. poſt indictionem. niſi in caſu legis, aut qui aliter.*§.j.*ff. quod uí,aut clam. Prodeſſet tamen ponere ipſam horã ad oſtendendam prioritatẽ,ubi oporteret,iuxta glo.in uerbo,appareat.in c.ſi à ſede.de præben.in vj. & in c.*in duob.in* uerbo,à nobis.de reſcrip.eo.lib.& Bal. *in* l.fin. uer.quapropter interdũ. C. de edic.diui Adria.tol.& *in* l.perſcriptione,uerſi. & eſt ſimile in inſtrumẽtis.C.ſi cõtra ius,uel utili.public. & in l. cùm proponas.*in*.fin. C.
13 de interdict.matrimo. ¶ Item † requiritur ſignũ notarij,ſecundum Bar.*in j.*conſti.ff.& Iac.de Are.& Imo.in l. ad teſtium.*§.*ſi quis.ff.de teſta.& glo.in *§.*ſed & ſi inſtrumenta.*in* uerbo,oportet.in authẽ.de fid. inſtru. & gl.*in §. item* lex Corneſia. Inſti.de publi.iudi.& Archi. in d.c. cùm redemptor.Bal.in l.non aliter.ff.de adop.& *in* l.*j.§.* editiones.ff.de eden.& Bar. & Bal.in d.*§.*ſi initiũ. & Spe. eo.tit.*§.* inſtrumẽtũ. uer.*item* ꝙ non eſt ſignatum.& do. Ab.hîc,& probatur *in* l.fi.C. de aſſeſſo.¶ Et idem in protocollo,ſecundũ Bal.in l.Lucius.in princ.ff.de mili.teſt. & ſentit in l.contractus. C.de fide inſtr.& in l.eo,quod à multis.in prin. C.ſi cert.pet.Etiamſi faceret ſcribi inſtrumentũ per aliũ,ſecundũ Bal.in rubric.C.eod.& in l.ſingulos.ff.de teſtamen.Et poteſt ſignũ poni in fine,uel in principio,ut ſe habet cõſuetudo, ſecundũ Bal.in d.l.nõ aliter,& in d.*§.*ſi initiũ. ¶ Et nõ mutat tabellio ſignũ ſolitum,ſecundũ Bal.in proœ.C.niſi ex cauſa & iuſſu ſuperioris,ſecundũ Bald.in diſput.accuſatus.Nec poteſt uti notarius ſigno alterius,ut per Bal.*ibi*,& Bar.in ſimili in tracta. de inſignijs & armis. cum aliis *ibi* allegatis per Ana.in c.accedens.j̃.de cri. falſi. Dicunt tñ do.Ant.& Imo.hîc,ꝙ omiſsio ſigni nõ uitiat inſtrumentũ, tanquã leuis ſolennitas:& allegant Io.An.in Spe.eo.tit.*§.j.*in fi. cuius authoritas notaretur in practica , ſecundum do. Ab.hîc,licet præcedens opi ſit cõmu-
14 nior. ¶ Item † requiritur deſcriptio te
a ſtium [a], ut per Spe.*in iſto tit.§.ij.*ad fi. & glo.in d.l.generali.& do.Ant.& do. Ab.hîc *limitantes*, niſi conſuetudo releuaret ab hac ſolennitate,ſecundum quod no.Inn.hîc,arg.c. cùm dilectus.
15 infrà.eo.¶ Item † niſi eſſent acta iudicij,per not.in c.quoniam contra.s̃. de
16 proba.¶ Item † niſi fieret inſtrumentum in publico parlamento:quia præſumitur,ꝙ *ibi* fuerint multi teſtes , ut ſingulariter per Spec.eod. tit.*§.* reſtat. uerſi. ſed cùm literis. Et idem eſt fortè de inſtrumento facto corã Papa, arg. l.omnium. C. de teſta.iunctis notatis per Pet. de Anch. *in* cle. paſtoralis. in xj.notabili,de re iudic.& do.Ant.poſt Inno,in c.unico,s̃. de lit.conteſta.& in c.examinata.s̃.de iudi.Et in iſtis caſibus non requiritur etiam ſubſcriptio notarij , ſecundum prædictos , qui etiam dicunt, quòd ſubſcriptio partium regulariter non eſt neceſſaria, ut per Ioan.An. in iſto titu.*§.inſtrumentum.in addi.incip.* Dicit Accur.& facit doctrina Innocent. in c.*j.*infrà. de his,quæ fiũt à præla.ubi dicit,ſubſcriptionem proprijs manib. nõ eſſe neceſſariã, niſi in caſib. à iure expreſsis. ¶ Teſtes aũt deſcripti probant, etiãſi confectioni inſtrumenti affuerũt nõ rogati, per l. ad fidem. ff. de teſti. niſi in caſibus, de quibus *ibi* per glo.& in

a *Item requiritur deſcriptio teſtium] Adde tu, ꝙ, ubi notarius eſt rogatus de actu, non requiritur regulariter ſubſcriptio teſtium : ſed ſatis eſt,quòd nomina teſtium inſcribãtur per notarium, l. in donationibus. & ibi gloſſ. & Bald. C.de dona. & gl. in authen. de hæredi. & Fal. §. ſi uerò. in uerſi. ad hoc. & probatur in c. ij. infrà.eod. niſi in caſibus , in quibus requiritur ſubſcriptio expreſsè à lege. Et ita intelligitur , quod not. gloſſ.in l.generaliter.C. de tabul. lib.x.& in c. quoniã cõtra. de proba. in glo. in uer.duos. de quo oĩno uide notata per*

ta per Bald.in l.j. C.ad Velleia. & per Ioannem An. in addi. Spec. in titul. de inſtrum. edi.§.breuiter.in addi. incip. dicit Accur. & per Cano. in cap. cùm Ioannes.infrà eodem.

l.hæredes.*§.*ſi.ff.de teſt. & *in* authẽ.rogati. C. de teſtibus.& plenè per Spec. *in* ti. de teſte.*§.* j.in penul.col.uer. item quòd non fuit. Extra quos caſus non requiritur rogatio , ſecundum gloſſ. in *§.*de his.iij.q. ix. & Bald. *in* rubr.C. eo.uerſi.quæro ergo, quid de inſtrumentarijs. Et ubi requiritur ſubſcriptiò,quot debeant eſſe teſtes , uide gl. in regula, pluralis. de reg. iur. in vj.
17 ¶ Item † requiritur ex ſolennitate extrinſeca,quòd inſtrumentum legatur partibus , ſecundũ Bar.in l.contractus.C.de fi.inſtr.per illum tex.Et hoc intelligit nõ ſolùm de cõtractibus, qui in ſcriptis celebrãtur,ſed etiã de omni alio actu,in quo requiritur ſcriptura,& ſequitur hîc do.Ab.dicens ſecus in alijs , quæ rediguntur in ſcriptis, non ut ſcriptura ſit de ſubſtantia , ſed ad probationẽ cõſeruandam, ut hîc per ipſum,quẽ limita in caſu c.appellationis.de appel. in vj.¶ Et adde, ꝙ in dubio non præſumitur ſcriptura fuiſſe lecta,per l.quæcunq;,*§.*fi.ff. de Publicia niſi eſſent in ſentẽtia illa uerba,Sentẽtialiter,&c.ut ꝙ Bal.& Ange. ibi,& per Bart.in l.ſciendum.in fi.ff.de uerb.obli.& Bal. in l.fideicommiſſa.*§.j.* ff. de lega.iij. & in l.ſi is, qui.ff.de teſta.& in l.j. C. de ſent.ex breuiſ.reci.& in l.j.in ult.char.
18 C.de fide inſtr.¶ Item † requiritur.ꝙ ſit confectum à notario legitimè creato,ut hîc per Doc.in trantes maximũ & perculoſum dubium, uidelicet ſi negat illũ, qui confecit inſtrumẽtum,fuiſſe notariũ, nec poſſit probari de creatione, an ex eo ſuſtentetur inſtrumẽtum,quia communiter putabatur notarius:& multi tenent, ꝙ ſic,per no.in l. Barbarius.ff.de offi. prætoris. Et ita tenent Inn. do.Ant.do.Car.hîc,& Inn.in c.ueniens.ad fi.gl.maioris j̃.de uerb. ſigni.& Spec. *in tit.* de proba.*§.j.*uerſi.uerùm. & in tit.de inſtru.edi.*§.* reſtat.uer.quid ſi is.& in alijs locis allega. per Io.An.in eo.*§.* uer.& ſcias. ubi uide:& idẽ tenet Bal.j̃.c.proxi.in *j.*col. & Bar. in l.ij.& in l.Barbari°. in ult.col.ff.de offi.præto. & Bal.in l.j. C.ad Maced.& in authen.quas actiones.in fi.C.de ſac.ſan.eccl. & do.Ant. poſt Hoſt. in c. ſignificauit. in pen.col.s̃.tit.ij. & Pau. de Leaza. in c. cùm dilectus.uerſic. circa hoc quæro. j̃. eodem.& ſentit Bald. in l.data opera.uerſic.quid de bannito.C.qui accuſ.& in l.ſolennibus. C. de reſ uend.& in l.non ignorat.C.qui accuſ.& do.Car.conſi.lxxvj.incip. Dominus abbas ſancti Benedicti de Mãtua , &c. & adducit rationem, quã dicit in propoſito nouã:quia ſcripturam eſſe publicam & authenticam poteſt facere cõmunis reputatio loci & conſuetudo, c. cùm dilectus. j̃. eod.etiam ſine inſcriptione teſtium , ut *ibi* not.dicit Innocent.alias inhærendo rigori alterius opinionis ruerent multa inſtrumenta : & iſta ratio urget, ſecundum ipſum , qui de dicto conſilio facit etiam mentionem hîc, & iſtam rationem ſentit Pau.licet ipſe non dicat,in d. c. cùm dilectus. dum dicit illum textum habere locũ in ſcripturis priuatis. Et pro hac parte adducitur etiam,quia diuturnitas temporis facit præſumi de creatione,ut per Innocent.in c.illud.j̃.tit.prox.cum concor. quarum aliquas dedi in c. Albericus. s̃. tit. ij. ¶ Et loquuntur iſti in eo, qui multa fecit inſtrumenta, & longo tempore,putà x.annis:ſecus enim,ſi breui tempore, puta tribus annis, ut per Bald.in l.*j.*uerſi.pone, quidã publicè. C. de fideicom. ¶ Item intelligitur in eo, qui non ſolùm putabatur, ſed re uera potuiſſet eſſe tabellio:ſecus,ſi non potuiſſet,ut quia ſeruus,uel aliàs inhabilis, ſecundum Ange. in l. generali. per illum textum. C.de tabula.lib.x.¶ Et ad d.l.Barbarius.reſpõde,ut per ipſum, & per Bartolum in d.l.actuarios. C. denumera. ¶ Sed fortè etiam in eo , qui non potuiſſet eſſe, procedunt prædicta per rationem domini Cardin. & adde Cald.in iſto tit. conſilio ſecundo. ubi ponit de inſtrumento confecto à ſpurio reputato legitimo. ¶ Et cum

4 iſtis transeo [a],quamuis Bal.poſt multa aliter dicat in l.j.in vj.q. C. de teſta. cum quo concordat Petr. de Ancha. conſi.ccix.& Bart. in d.l.Barbarius. in repet. & in leg. Herennius.ff.de eui. & Bald. in l.*j.* C.de manda.princip. & in d.l.actuarios. de quo etiam per Inno. in cle.*j.* de procura.& Bald. in l. fin.ff. de fid.inſtru.in apoſtillis, & in concluſionibus Spec. in iſto tit. & Angel. in authen.de hæred.& Fal.*§.*hinc nobis. & in authen.de tabellionib. in princi. & in l. iij. ubi bonus text. ff.ad Macedo. & conſi. cxxxviij. & Bald.& Imol. in l. ad teſtium.*§.* conditionem. ff. de teſta. Et pro communi opin.facit glo. in *§.*pen. *in* authen. de tabellionibus. cum cõcor. quas dedi poſt Ananiam in c.fraternitatis.infrà de hære.quæ dicit, quòd ualent inſtrumenta confecta à tabellione priuato,ſi eius priuatio eſt occulta. ¶ Et adde,quòd ſi opponeretur inſtrumẽto delato de partibus remotis, quòd non ſit confectũ à tabellione , oportebit probare,ꝙ ſit tabellio , ſi res non eſt leuis præiudicij , ſecundum Io. An. latè in iſto tit.*§.* reſtat.uer.quid ſi producatur.& dom. Ant.hîc,& Bal.j̃.c.proxi.& aliquid per eundem in Spe. eo.ti.& latè per dom. Car.in cle.*j.in iij.*q.de procu.Vnde ſolẽt fieri literæ teſtimoniales prætoris, ut hîc per Imo. & do. Ant.Pro quibus faciunt.nota.in c.poſt ceſsionem.s̃.de proba.& per dom.Abb.in c.coram.in pen.col. s̃. de offic.deleg. quem retuli in c.ſeries. s̃.de teſti.& per do. Card.in
19 d.cle.*j.*¶ An † aũt per matriculam probetur creatio notarij ? Bal.in l.ij.C.de ſenten.& interlo.omnium iudic. & in d.l.Barbarius.& Salic. & Ro. in l. ſcriniarios. C. de teſta.milit. & Ro. in l.in illa.de uerb.obliga.dicunt, quòd ſic, per l. matriculam. C. de agentibus in rebus. libro xij.Sed contrarium tenet Ioan. And. in Spec. *in iſto tit.* §. reſtat. uer.ut ſcias.& do.Ant.hîc:quia matricula non aſſerit tempore deſcriptionis illum fieri notarium, ſed aſſerit cũ de præterito factum eſſe:ergo nõ probat illum actum præteritum,per notata in authen. ſi quis in aliquo. C. de eden.& per Innoc.in c.quoniam contra.ſuprà de proba.ubi dixi in v. conclusione. Et iſtud uerius per hanc rationem:& iura in contrarium præſupponunt, quòd creatio præceſſerit. Si tamen fieret matricula de creatione, quæ tunc agebatur , ſi eſt ſcriptura publica , probat : uel dato , quòd non probet,tamen ſi probetur deſcriptionem eſſe factam præſente notario,& eo,qui poſſet tabellionem creare, ille eſt in quaſi poſſeſsione tabellionatus, ſecundum dominum Antonium hîc: cuius dicta intelligo , dum modò deſcriptus in matricula exerceat officium : aliàs non gaudet eius priuilegio,ſecundũ Bar.in d.l.ſcriniarios.per l.in honorib.*§.j.* ff.de uacatione munet.in quo tñ do.Ant,aliter di-

a *Et cũ iſtis trãſeo] Adde tu pro clariori intelligentia iſtius q. pone, aliquis in ueritate non eſt notarius , neq; habet priuilegium notariatus, tamen cõiopi. reputabatur notarius, et eſt in quaſi poſſeſsione, quia multa inſtrumenta publica fecit:an inſtrumenta per eum facta ualeant ? Multi Doctor. tenuerunt,quòd ſic: cũ quorum opin.hîc tranſit Feli. Adde tu,quòd communis opi. eſt in cõtrarium:& ſic rẽ probata eſt opin. Felin.hîc, & aliorum Doctorum, quos ipſe ſequitur.Ideo communem opin. intrẽpidè teneas,uidelicet quòd ſine tabellia inſtrumenta nihil ualent , & communis error nihil operatur : & hoc, quando creatio notarij nõ habuit ortum ab habente poteſtatem creãdi notarios. Iſtam opin. tenet Ant.de Piſis, Guil.Ray. Old. in l. Barbarius. ff. de offic. præt. & idem tenet Azo in Summa in authẽ. in ti. de fide inſtr. idem tenet Bartolus in leg.actuarios. C.de nu. & actua.lib.xij.Bartolus in l. Heren. ff. de decu. Bald. in repe.d.l. Barbarius. Salic. & domin. Alexan. in leg. j. C. de teſta.& Ange.in d. l.j. & communiter Doct.hîc. Speculator in tit. de inſtrumen. ed. §. reſtat. uerſicul. quid ſi is. ubi expreſsè dicit, quòd ille, qui non eſt notarius , neque priui-*

c.ſi ſcripturam,

priuilegiũ tabellionatus habet, dato quòd exercuerit officium, communis error nihil prodest: quia cõmunis error non potest eũ facere notariũ, c. j. & ij. de cle. non ord. l. priuatorum. C. de iurisd. omniũ iud. Et *teneo, quòd per istx Spec. uelit dicere, quòd communis error non facit ius in hoc, cum populus non possit dispensare cum notario, qui non est creatus ab habente potestatẽ, cũ instud, creare notariũ. sit reseruatũ supremo principi signũ supremæ potestatis, c. cùm P. tabellio. j. eod. ubi Doc. Ideo error priuatorum, imo cõsensus expressus nihil operatur. Idem tenet Io. And. in addit. Spe. in illo §. restat. in addit. in cip. ad intellectũ. ubi dicit, q. licet q̃ exercuerit officiũ tabellionatus longo tẽpore, nõ sufficit ad probandum, q. instrumẽta per eũ facta ualeant, nisi de potestate sibi concessa à superiore apparet. Idem tenet Imol. in l. ad testamentum. §. j. ff. de testi. Idem tenet Spec. & Ioannes And. in tit. de probat. in §. probare. uersi. illud. Host. in Summa in tit. isto. in ij. col. Cyn. in l. comparationes. C. de fid. instrument. Anto. de But. in c. consultatio. de iure pat. in xiiij. col. in uersi. uenio ad secundum. Et ita tene: quia communis opinio est.*

xit in c. maiores. in princ. j. de baptis. Pro quo faciũt, quæ dixi in c. j. in viij. fallen. s. de proba. de desistente ab actu, qui non perdit nomen. Sed dictũ Barto. est uerius: quia sine exercitio perditur nomen, l. j. in princ. ff. de trib. maximè in istis, quæ quis assumit licitè à seipso: si enim dantur ab alio, uel assumuntur à seipso, sed cum delicto, sufficit semel exercuisse, ut in cõtrarijs: quibus ita respondet Bar. in l. legatis. in fi. prin. de leg. iij. ¶ Itẽ oportet, ut sit solenniter scriptum, secundum Doc. dubitantes, an oporteat, ut sit scriptũ in charta pecudina, uel hordina: & concludo, q̃ non, ut per Bart. in l. in cõmodato. §. sicut. ff. commo. & Spe. in isto ti. §. postremo, uer. itẽ q̃ est scriptum. & Bar. in l. j. in prin. ff. de bo. pos. secundum tabu. & do. Ant. hîc, & Bal. pulchrè in l. donatio. per illũ text. C. de donat. & Ang. & Sal. in l. quoniã indignũ. ubi bon' tex. in fi. C. de testa. Et faciunt, quæ habentur in c. cũ causam. s. de proba. de scriptis in marmore: & per gl. in c. postulatus. iij. q. vij. etiamsi essent chartæ rasæ, secũdũ Bar. in l. chartæ. per illum tex. cum gl. ff. de bono. pos. secũdum tab. & Arch. in c. cùm redemptor. xij. q. ij. Tamẽ ex hoc detrahitur de fide, secundũ do. Anto. hîc signanter: & non seruatur de consuetudine, secundũ Bar. in d. l. chartæ. Pro quibus facit, quod not. Bald. in l. contractus. C. eo. ubi dicit, q̃ propter uilissimam & immundã chartã scriptura est suspecta: unde bullis perforatis non datur fides in curia Romana, secundum ipsum. Pro quo facit c. ij. in fi. j. de custodia eucharistiæ. Et qñ rasura uitiet, dicetur j. eod. ex literis.

¶ Item oportet, ut non sit scriptũ per notas, uel signa, secundũ Spec. in isto tit. §. compendiosè. uer. item q̃ est scriptum. & do. Ant. hîc allegantẽ glo. in uer. notarius. in c. monachus. lxxvij. dist. & l. j. ad fi. C. de emendat. Iustini. C. cum concor. de quibus per eum, & per Bar. in l. quoties. §. j. per illum tex. ff. de hære. insti. Vbi hoc limitat, nisi essent notæ, uel zifaræ usitatę, ut c. pro centum, uel x. pro decem: & dum modò ius expressè hoc etiã nõ prohibeat, ut in casu authen. qd' sine. C. de testa. & in d. l. j. ĩ fi. & idẽ dixit Bar. in l. sed cũ patrono. §. fi. ff. de bo. pos. ti. generali. & in d. authen. quod sine. & habet per Ang. in l. Lucius. in prin. ff. de mili. testa. & Bal. in l. uerbũ, Volo. C. de fideic. & in d. authẽ. qd' sine. aliàs uerba obscura uitiant instrumentũ, ut in dictis locis, & per Bart. & Ang. in l. quicquid astringendæ, ff. de uerb. obl. & qd' no. Bart. in simili in l. si quis filiabus. in fi. ff. de test. tut. & abstinendum est à periculosis imbreuiaturis, ut in Spe. de rescrip. pñta. §. j. & de instru. edi. §. postremo, uer. itẽ opponitur, q̃ instrumẽtũ. & in §. ostenso. uer. quid si imbreuiatura. & latè per Archid. xxv. q. ij. in summa: & aliquid per Ang. in l. bene à Zenone. C. de quad.

præscrip. Et in literis Apostolicis dictiones numerales, quæ præcedunt immediatè calendas, nonas & idus, debent scribi per literas & syllabas: aliâs nõ ualerent, ut in
32 tia concluſio. Liber † rationum pro tertio,& contra tertium non probat: quia non reperitur iure cautum , & æquipollet ſcripturæ priuatæ. Ita regulariter uidetur per notata per Barto. in locis prædictis. & Docto. hîc.
33 ¶ Fallit † primò in libro rationum confecto ab habente authoritatẽ & officiũ de publico, ut erant olim libri argentariorũ , qui de publico deputabant̃ & iurabant fideliter facere officiũ : quia tunc faciebant plenam fidem,d.§. nummularios.cum materia. Et ideo campſores & mercatores hodierni cùm nõ deputentur de publico , non probant eorum libri in præiudicium tertij, ut hîc per do.Ant.& Imol.& Bal.in rubrica C.eo.uer.ſequitur uidere de ſcriptura mercatorum. Libri autem exigentium gabella uel collectas,probabunt plenè, ex quo ipſi deputant̃ de publico , ſecundũ Bar.in d.§.nũmularios. niſi ultra officialẽ deputatus eſſet etiã notarius,qui haberet ſcribere , uel ſubſcribere,ut per Sal. in l.exẽplo. C. de proba.& Bal. pulchrè in l.ij.C. de conuenẽdis fiſci deb.& in l.imperator.ad fi. ff. de ſtatu homi. ¶ Fallit ſecundò,quo ad ſemiplenã probationẽ:quia illã ſaltẽ operantur libri rationũ prædictarũ perſonarũ, ſecundũ gl.& Bar.in d.§.nummularios. de quo facit ibi feſtum Pau.de Caſt.& hoc approbat conſuetudine, ſecũdum do. Ant. & do. Ab.hîc,& Bal.pulchrè in c.ſi.in ult. col.s̃. de confeſ.& in d.rub. C. eod. & aliquid per dom. Car.in c.fi.infrà de iureiu.¶ Sed ceſſante conſuetudine contra iſtam fallentiam tenet Imol. hîc , & in d.l.nuda. quia non reperitur iure cautum:imo potiùs oppoſitum, cùm iure caueatur, q̃ ſcriptura priuata non facit probationem etiam ſemiplenã, licet aliqualem,l inſtrumenta.C.de proba. Et quia tenentes contrariũ fundãt ſe in iuramento , quod præſtant tales de exercendo artẽ iuſtè:item q̃ crederet̃ uiuæ uoci,quo ad ſemiplenam probationẽ , ſicut uni teſtium,ergo & mortuæ: reſpondet Imo. hîc,q̃ etiam teſti datur ſemel iuramentũ:& tũ, ſi iteratò deponit ſuper eodem in alia inſtantia iterum iurat,ut dictum fuit in c.præterea.s̃.tit.prox. Item ſi deponeret corã iudice , deponeret cum iuramento & ſub forma teſtimonij : ſed ſcriptura priuata fit extra iudicium: ideo non facit ſemiplenam probationẽ,ſicut nec dictũ teſtis depoſitũ extra iudiciũ, præſertim quia text. in §.ſi uerò. in authẽ.de inſtr.cau.& fide.uidet̃ uelle magis credẽdũ eſſe uiuę uoci,q̃ priuatę ſcripturę. Et iſtud etiã ſentit Bald.in d.c. fi. dicens , q̃ perſuaſiuè per iſtos libros reſultat ſemiplena probatio de conſuetudine, non

c. ſcripta.

non de mero iure ſcripto.Et iſtud puto ſuſtentabilius, licet cõmunis opinio ſit in contrariũ:& conſidera,q̃ ubi conficiens talem librũ iuraret in iudicio in ſpecie de cõtentis in eo,fortè ceſſarent rationes Imo. ¶ Cætera in materia librorũ dic,ut per Ioã.And.in d.§. nunc dicendum.& per Bar.in rub.C.de eden.& per Imo.hîc, & aliquid dixi in c.ſi.in vj.fallentia,s̃.de proba. ¶ Tangunt etiam hîc plenè omnes Doc.de ſigillo , in qua materia omittendum eſt, quid probent literæ ſigillatæ tam prælatorũ , q̃ iudicũ:quia omnia habuimus in c. poſt ceſsionem.s̃.de proba.Sed circa principalia dicta Inn. hîc collige certas concluſiones omiſsis alijs. ¶ Prima con-
34 cluſio.Poteſt † quis ſigillare alieno ſigillo,ſi ,p̃prtiũ non habet,ſecũdum Inno. & omnes hîc. Et intellige primò, dum modò exprimat ſe alieno ſigillo ſigillare , ſecundum ipſos,& Dom.poſt alios in c.ſi Canonici. in fi. pri. de offi.ordi.in vj.& Sali.in l.ſi unus.C.de teſta.& gl. magiſtralis.in fi.in c.nobiliſsimus.xcvij. diſt.& Paul. de Elea.in c.iij.loco. s̃.de proba.& in c.cùm dilectus.j.eod.& addit Bal.hîc eſſe cauendum:quia tabellio non poteſt
35 alieno ſigno ſignare,& dixi s̃.c.proxi.¶ Secũdò † intellige concluſionem de contractibus non magnis : quia in priuilegijs & alijs contractib. magnarũ rerum opus eſt proprio ſigillo,ſecundum glo. in c.inter dilectos. in uer.fuerant.j.eo.quam ſummè no.Bal. ibi & hîc, dicẽs, principes & epiſcopos in magnis negotijs debere uti ,p̃prio ſigillo. Nec obſt. q̃ in ſcriptione à diuinis aliud dicatur in d.c.ſi Canonici. quia non cenſetur ille actus magnarum rerũ:maximè,ex quo eſt finiendus ceſſante cauſa,quæ debet eſſe rationabilis, ut ibi in gloſ. Nec etiam contrarium ſentit Inno. in c.innotuit. ſuper uerbo, decreto. s̃. de elect. dum dicit, decretum electionis poſſe alieno ſigillo ſigillari:& tamen electio eſt res ardua,c.quamuis.de elec.in vj. quia ipſemet poſtea ſubdit, q̃ decretum illud nõ eſt authentica ſcriptura , neq̃ ſufficiens probatio , ubi lis eſt ſuper electione eccleſiæ: & ita remanet uera illa glo.cum authoritate.Bald. quæ
36 non exeat mentẽ tuam. ¶ Tertiò † intellige concluſionem , dum modò utatur alieno ſigillo de uoluntate illius,cuius eſt,& hoc exprimat,ſecundum do. Ant. poſt Hoſt.in c.ut noſtrum.circa fi.j.de app.& Bald.hic: aliàs dicitur falſarius,ſecundum gl.in c.memoriam.xix.diſt. cum concor.quas dedi in c.tertio loco.in princ.p illum
37 tex.s̃.de proba.¶ Secunda concluſio. Valet † cõſuetudo,q̃ prælati & principes concedant ſigillum alijs,& q̃ illi poſsint ſigillare literas etiã non uiſas à dñis, ſecundum Inno.hîc,quem ſequũtur omnes.& Bal.in rub.C. eo.uer.quid de eo.& in l.ij.C. de rebus alienis nõ alie. & in authen. ſi quis in aliquo. C. de eden. Et ex quo princeps cõmittit ſigillum ſuum cãcellario, uidetur omnia ei cõmittere, quæ conſueuerunt cõmitti cancellario illius principis,ſecundum Bal.hîc:q̃a dominus uidetur ea cõmittere,quæ ipſe facere conſueuit, arg.l. Titianus. ff.quod cum eo.Et ideo ſub tali ſigillo poterit reuocare feuda:q̃a ſic ſe habet cõſuetudo,ſecundum ipſum. ¶ Secus eſt,quando datur ſchedula uacua impreſſa ſigillo cum poteſtate ſcribendi,q̃dquid alteri placuerit:q̃a nõ tenet actus,niſi ſpecificentur articuli, ſecundũ Inn. hîc, quem ſequũtur alij:& ſequitur Ang. in l. ſi ita ſtipulat̃. §.Chryſogonus.ff.de uerb.ob.& Imo.in c. ſi quorundã. j.de ſol.Vnde ſigillũ dicitur eſſe teſtis mutus,& ſine litis non probat cõmiſsionem, maximè ſpecialẽ, ſecundum Bal.in extraua.de pace Conſtã.in uerbo, muniri. cum alijs allegatis per Ananiã in c.fi.j.de accuſ.quia ſigillum appoſitum ab ignorante materiã non obligat, l.ij.& ibi Bal.C.de rebus alienis non alie.& gl.in uerbo, abſentium.in c.quãto.j.de his,quæ fiunt à præla.ſecus, ſi à ſciente,ut per gl. & Bal.in d.l.ij.& gl.in c. ex literis. in uerbo, teſtamentis. s̃. de tranſac.& in l.Caius . ff. de pigno.Et ideo ſigillantes,uel ſubſcribẽtes debent aduertere,quid cõtineat materia . Pro quo uide omnino, q̃d̃ dixi de ſubſcribente,qui non legit,in c.quoniam cõtra. in iiij.q.s̃.de proba.Et ſubdit ex iſtis Bal.hîc,q̃ ſi mittitur principi per cõmunitatem charta alba cũ notario & ſigillo,poteſt notarius ſcribere uoluntatem dñi. Et de iſtis faciunt feſtum Bal.& do.Abb.hîc,quos uide.¶ Tertiò generaliter circa uirtutem ſigilli ſcire debes, q̃ epiſtola,uel ſcriptura ſigillata nõ nocet tertio , niſi habeat ſigillum authenticũ,ut hîc in text. Et quod dicatur authenticũ,latè proſequitur Spec.in tit.de proba.§.ſi.uer. x.Sed contra ipſum ſcribentẽ priuatum ſigillum ipſius ſigilli iuuabit ſcriptura,uel epiſtola,ſecundum Spec. ibidem per d. l. ij.C.de reb. alienis. de quo meminit Ro. in d.l.admonendi.& Imo.hîc, dicens eſſe diligenter notandum. ¶ Item ſcias, q̃ appoſitio ſigilli denotat cõcluſionem contractus,ſecundum Bal.in l. cõtractus. C. de fid.inſtr.¶ Item per ſigillum delegantis probatur delegatio,ſecundum Dominic.poſt Archi.in c.fin. à ſubdelegato.in princ. de offic.deleg.in vj.& Rotam in formis deciſ.cccxlviij.incip. uoluerunt. & Ang. in l. conſentaneum.in ul.col.C.quomodo & quando iudex. ¶ Item ſcias, q̃ ſigillum nõ probat mandatũ procuratorium, ſecundum do.Ant.& Imo.in c.ſi quorundã. j. de ſol. & Bal.in extrauaganti, de pace Conſtantiæ.in fin. principij,& in l.j. in ult. col. C. de procur. & in l. ſi procuratorem abſentem.ff.de procur.& Paul.in c.tertio loco.s̃.de proba.& Imol.in clem.j.de procur. ¶ Licet Goffredus aliter dixerit in d.c.ſi quorundam.cuius opinio procedere poſſet in tribus caſibus. ¶ Primo,quãdo ſigillum eſt deſtinatum ad talia,& præſentat̃ à fide digno, maximè præſtante cautionem de rato, ut per do. Ant. & do. Abb.in d.c.ſi quorundam.¶ Secundo,quando conſuetudo aliter ſe haberet, ut per Domin. in c.quamuis. de procur.in vj.& latè do. Ant.in c.ſignificauit.j.de appel. ¶ Tertio , quantum ad hoc, ut faciat dubium de mandato , adeò quòd admittatur cum cautione rati probando ſe habuiſſe eum à domino, ut per Domin. in d. c.quamuis.¶ Sed licet duo ultimi caſus poſsint procedere per rationes ſuas , tamen in primo uidetur ſtare communis opin.quia ut ſcriptura priuata probet, requiritur ſigillum authenticum : & ideo ſi mittens procuratorem non haberet ſigillum authenticum , & ex ſigillo daretur omne robur mandato,iſtud non procederet per ſtatim dicenda. ¶ Et adde,quòd etiam ubi ſigillum eſſet authenticum, non ualeret mandatum ſine die: ut latè per do.Card.in c.inter dilectos.infrà,eo.Mouetur maximè,quia tollit defenſionem aduerſario,per quam fortè probaret tempore mandati facti, procuratorem , uel conſtituentem fuiſſe excommunicatum. ¶ Item non eſt neceſſe,quòd ſigillans dicat in ſcriptura ſe ſigillaſſe,ſecundum Innoc. & alios hîc, & Paul. in d. c.tertio loco.& pleniùs in c.cùm dilectus. infrà, eod. ubi tamen dicit aduertendum , quòd ſi ſigillum eſt deputatum ad certum uſum, præſumitur propter ipſum apponi, cap. ſignificante. infrà , de appel. Si autem eſt ſigillum generale, & apponitur ſcripturæ formatæ nomine ſigillantis,nõ requiritur expreſsio uerbalis mentionem faciens de ſigillo:aliàs autem requiritur ſecundum ipſum : & facit l. ſi unus. C. de teſta. ſecundum Imol. hîc. qui etiam dicit, quòd teſtis ſubſcribens teſtamento debet de ſigillo facere mentionem , per l.hac conſultiſsima . C. de teſta . ¶ Et oportet ſigillum eſſe authenticum , quando per ipſum principaliter datur robur ſcripturæ:& non refert, qualis ſit ſcripturam faciens, uel rex,uel infimus homo : ſi autem non principaliter, ut det robur ſcripturæ , tunc ſufficit ſigillum etiam non authenticum , ut cùm teſtis ſuo ſigillo ſignat, l. ad teſtium . §. penult. ff. de teſta. & ſic contrahens obligat ſe proprio ſigillo, l. Publia. ff. depoſiti. nec ſibi nocet,ſi ab alio apponatur,c.tam literis. in fin. ſuprà tit.ij.dicta l.ij.C.de rebus alienis.Ita dicit do.Car. hîc poſt Innoc. & Spec. in dicto uer. x. & latiùs Paul.

in d. c. tertio loco. ¶Dicunt etiam prædicti, ꝙ non refert, an sigillū aliquando appelletur annulus. ¶Item, ꝙ sigillum debet habere sculpturam: nec est necesse, ꝙ habeat literas, sed si habeat, debent posse taliter legi, ꝙ habeatur earum significatio, per c. inter dilectos. ⁊. eod. ¶Quæ autem hîc desunt, quo ad sigillum, dixi in d. c. post cessionem. ubi uide. ¶Tangitur etiam hîc aliquid de comparatione, de qua s̄. dictum est. Et adde, ꝙ pro comparatione fienda potest quis cogi scribere, secundum do. Card. & do. Abb. hîc per tex. in §. j. in authē. de instru. cau. & fide. Idē Bal. in authen. si quis uult. ad fi. C. qui po. in pig. hab. & in l. comparationes. C. de fid. instr. ¶Et nedum fit comparatio literarum, sed etiam styli, secundum Bal. in l. j. in fi. C. de emēda. Iusti. C. facit. c. licet. cum glo. in uerbo, scripturæ. ⁊. de crimine falsi. ¶Et examinatio comparationis non subdelegatur, secundum glo. in uerbo, abscondere. in authē. de instru. cau. §. ij. Reliqua uide per Bal. in d. l. comparationes. ¶Adde, ꝙ ad probandum sigillum esse alicuius, est locus comparationi, ut elegāter per Host. & alios in c. quod super his, ⁊. eo. Et dum s̄. tetigi de libro rationum, adde omnino Pet. de Anch. consi. xxxviij. incip. Primò de uitiibus. ubi ponit, utrùm liber capituli, in quo sunt descripti censuarij & emphyteutæ, probet: & concludit, ꝙ probat contra Canonicos, nō contra tertium, nisi aliud haberet consuetudo, ut ibi per eum. Dic tamē, ꝙ sigillum capituli dicitur authenticum, ut hîc in gl. fi. quam sequitur. Imol. hîc, & Spec. in d. uer. x.

SVMMARIVM.

1 ✠ *Error in omittendo spectantia ad notarium, per ipsum corrigi potest, ueluti si est omissa dies.*
2 *Error notarij in pertinentibus ad partem & substantiā contractus, non potest ex interuallo corrigi per notarium.*
3 *Error notarij non præsumitur ex dolo, nisi probetur.*
4 *Error in solennitate testamenti an inducat præsumptionem falsi contra notarium.*
5 *Notarius an teneatur de falso, probato dolo contra eum.*
6 *Notarius non potest errorem corrigere, nec defectum supplere, nisi authoritate iudicis, uel officialis ad hoc commissi.*
Et hæc conclusio uera est exceptis quatuor casibus hic enumeratis. num. 7. 8. 9. 10.
11 *Clausula, Cum consilio sapientis, quid operetur.*
12 *Notarius non solùm potest corrigere errorem suum, imò etiam potest addere clausulas consuetas, licet de ipsis nihil sit dictum in rogatione.*
13 *Potestatem habens uendendi bona fiscalia potest dare fideiussorem euictionis, & apponere omnia pacta pœnalia secūdum morem regionis.*
14 *Abrasio quando noceat posita in instrumento.*
15 *Rasura in loco suspecto quando noceat, si agatur possessorio, seu petitorio.*
16 *Rasura an noceat in dispositione fauorabili.*

CAPITVLVM III.

EX literis. ¶Rescriptum Apostolicum propter rasuram in loco non suspecto non præsumitur uitiosum. H. D. ¶In text. ibi, priuilegia. Per hoc infert do. Abb. hîc, quòd rescriptum ad lites non dicitur priuilegium: quia rescriptum est secūdum ius, cùm mandet ius fieri imperranti: priuilegium uerò est contra ius. Et ad hoc uide notata in c. olim. ⁊. de uerb. sign. & per do. Abb. in rub. s̄. de rescrip. & per Bald. in l. j. in j. col. ff. de constit. princ. & in c. j. §. inuestitura. ad fin. de noua forma fidel. & in l. fin. C. de re iud. & glo. in c. j. in uerbo, noscatur. de constit. in vj. ¶Tangit hîc do. Ant. plenè, sed parum in proposito, & aliquid do. Abb. & Imol. an & quando notarius possit errorem suum corrigere: & est materia, quam solenniter ponit Bart. in l. si librarius. ff. de re iudic. & etiam plenè Spec. de instru. edi. §. instrumentum. uer. sed nunquid confecto. & latè Ioan. And. ibi, & in data vj. libri, in ult. col. & Bald. plenè in c. publicato. in j. col. suprà, de elec. & plenius post Bart. in l. imperator. ff. de statu ho. & in extrauag. de pace Const. in uerbo, pacta. & Bald. & Imol. in l. cùm proponeretur. ff. de leg. ij. & in l. j. §. si autem. ff. de hære. inst. & Doct. in locis infrà allegandis. ¶Sed ut rei summam habeamus, tamen intrando extensè no. quatuor conclusiones cum septem declarationibus. ¶Prima

1 conclusio. Error † in omittendo spectantia ad notarium potest per ipsum corrigi. Vnde si est omissa dies, & recordetur de die, creditur sibi, & potest emendare: quia creditur officiali in officio sibi commisso, l. apparitores. C. de exactor. tribut. cum alijs allegatis per Bar. qui hoc tenet in dicta l. si librarius. & in d. l. imperator. ne scribentis error noceat partibus, l. si quis in nomine. & l. errore. C. de testam. Et idem dicit de errore indictionis. ¶Est autem dictum in omittendo: quia secus, si in ponendo. Vnde si ponit unum diem, uel mensem, cùm deberet ponere alium, non potest se corrigere, nisi de errore constet per testes, uel modis, de quibus infrà. tum per l. quicquid astringendæ. ff. de uerb. ob. tum quia functus est officio suo, l. iudex. ff. de re iudi. secundum Bart. in d. l. si librarius. & sequitur do. Anton. hîc. ¶Contra quod dictum, licet alij transeant, adduci potest, quod not. Innoc. in c. in literis. suprà, de offic. deleg. ubi dicit, quòd ille, cui incumbit aliquod factum sine iurisdictione, nunquam fungitur officio suo, donec solenniter perfecerit. Sed officium tabellionatus non est officium iurisdictionale. Ergo non est functus officio: sed dictum Innoc. intelligitur in his, quibus permittitur uariare: non in teste, uel tabellione, quibus est uariatio interdicta, secundum Bald. in proposito. in l. fin. in penult. col. C. de eden. Ex quo uidetur, quòd possit satis incontinenti talis error corrigi, arg. c. præterea. suprà tit. j. quod satis sentit Bart. in dicta l. si librarius. Et in hoc etiam uide, quæ not. Imol. in d. c. in literis. dum alleg. c. si compromissarius. post princ. ibi, suo functus

2 officio. de elect. in vj. ¶Secunda conclusio. Error † notarij in pertinentibus ad partem & substantiam contractus non potest ex interuallo corrigi per notarium, sed incontinenti sic, per proximè dicta æquiparando notarium testi, iuxta l. Domitius. ff. de testa. Ita Bar. in locis præallegatis, & Bald. in l. generaliter. in ultimo notabili, C. de non numera. pecu. nisi aliquo legitimo modo probaretur coram iudice de errore: putà, producendo originale alterius, unde sumpsit exemplum, dicta l. si librarius. & dicta l. errore. Idem, si ex proprio protocollo, non erroneo, ut etiam no. do. Card. in c. inter dilectos. ad fin. infrà, eod. quia ad illud recurritur, ut dixi plenè in c. quoniam. in notabilibus, suprà, de probat. & not. gloss. in §. penult. in authen. de tabellionibus. per quam dicit do. Car. in dicto capitulo, inter. quòd cùm Florentiæ protocollum & instrumentum, quamuis antiquum, discordarent, & unum diceret legatum ecclesiæ sanctæ Mariæ, aliud societati sanctæ Mariæ, fuit consultum standum esse protocollo, per d. glo. quam semper not. secūdum ipsum. Et adde ad ea, quæ dixi in d. c. quoniam. Et remanens apud notarium, in dubio præsumitur originale, arguendo à solitis, l. certi conditio. §. si nummos. ff. si cer. pet. & per Bar. in d. l. si librarius. Item si apparēret error per testes descriptos in instrumento: de quo in c. cùm Ioannes. ⁊. eod. Item per ipsos facientes instrumentum, ut in c. tertio loco. s̄. de prob. uel per mediatores contractus, ut per gl. in §. si uerò. in authē. de instru. cau. & fide. Et quod dixi, Coram iudice, declarabitur in quarta cōclusione. ¶Tertia con

3 clusio. Error † notarij non præsumitur ex dolo, nisi probetur: arg. l. quoties. §. q dolo. ff. de proba. Ita Bar. in d. l. si librarius. Vnde si probatur aliter dictum, cū sit scriptum, præsumitur scriptum per errorē, & non falsò, secundum Bar. & Bal. & Imo. in l. quoties. §. j. ff. de hære. instit. & Bal. in l. j. ff. de legi. & Ang. in l. iurisgentiū. §. quod fere. ff. de pac. & Bart. in l. si quis obrepserit. ff. de fal. & Bal. in l. errore. C. de testa. Vnde dicit Bar. in l. pen. C. de his, q sibi asscrib. ꝙ regulariter, ubicunq error sit tolerabilis, præsumitur magis error, cū malitia, per tex. elegantem ibi, dum dicit, pœna legis Corneliæ tibi remittitur, in qua credo te magis errore, cū malitia incidisse. Et ista confirmantur ex notatis pulchrè per Bal. in l. unica, uer. modò sequit alia quæstio. C. de confes. & Bar. in l. j. §. si quis neget. ff. quemadmo. testa. ape. & in cons. incipiente, Tudertinus quidam. & in l. nec exemplum. C. de falsis. & Bald. in l. captatorias, uer. quintò oppono. C. de testa. milit. & do. Ant. & do. Abb. in c. ad audiētiam. ⁊. de præscri. & Bal. in l. ij. in princ. C. de erro. aduo. & Raph. in l. non fatetur. ff. de confes. & Bal. in l. j. uer. in glo. ibi, omnibus. C. communia de legatis. Ex quibus colligitur, ꝙ talis notarius errans non punietur de falso: quia falsum non cōmittitur sine dolo, d. l. nec exemplum. Et dolus non præsumitur in notario, ut est dictū.

4 Et hoc bene no. ¶Sed † limita aduertenter, nisi esset defectus solennitatis testamenti: quia error in tali solennitate inducit præsumptionē iuris, & de iure contra notarium de falso, l. iubemus. in fi. C. de testa. licet, quo ad alios effectus, testamentū nō habeatur pro falso, ut eleganter per Bal. in l. si post. C. de iuris & fac. ign. Et dicit Inno. in d. l. quoties. ꝙ in solennitatib. aliorū actuum, cū testamentorū, talis error non attribuitur dolo, arg. d. l. iubemus. à contrario, & per regulā, in pœnis. de reg. iur. in. vj. Et idem uidentur tenere Salic. & Fulgosius in d. l. iubemus. dicentes, ꝙ extra casum illius legis, ꝓpter defectū solennitatis nō uidetur præsumendum esse falsum, sed imperitia potiùs, uel error: arg. l. post legatum. §. j. ff. de his, quibus, ut indig. Idem Bal. in l. super chirographarijs. C. si cer. pe. dicens, ꝙ ꝓpter instrumentum nō solenne notarius non punitur de falso, nisi in casib. à iure expressis. Alleg. tex. in §. qa uerò leonis. cum gl. in uerbo, proferre. in authen. de non alie. Dic tamen, ꝙ quantū ad uim probationis, paria sunt, instrumētum non esse solenne, uel esse falsum: sed nō, quo ad uim punitionis. Cum prædictis etiā cōcordat Bar. in l. omnes. C. de petit. bonorum sublat. lib. x. & Pet. de Anch. consi. cclxxx. inci. Tria principaliter. Et ibi etiā dicit, ꝙ si notarius omittat scribere instrumentū secundum ordinem consuetum, nō per hoc est suspectū de falso: & ista pars est sustentabilis, licet sint alij dicentes, ꝙ omissio solennitatis semper inducat præsumptionē doli, ut per Bar. in l. nulli. C. de nume. & actua. lib. xij. & Bal. in l. quoties. & in d. l. iubemus. & ꝓ Paul. de Cast. consi. ccxiij. inci. Ad

5 primū quæsitum. ¶Vbi † aūt probatur de dolo ex cōiecturis, nō tenetur de falso, nisi dolus cōmissus fuerit in solennitatib. substātialibus, secundum Pet. de Anch. in d. consi. Si aūt in substātialibus, punitur & tenetur parti læsæ ex dicto errore ad interesse, secūdum Bar. & Bal. in l. fi. per illum tex. C. de magistra. cōue. & per Bar. in l. fi. ultra medium, ff. de tabulis exhiben. & Bal. post Bart. in d. l. imperator. in pen. col. & Bart. in l. generali. C. de decu. lib. x. & Ioā. And. in Spec. de instrumē. edi. §. ostenso. additione inci. ad materiā. ubi etiam tangit, an notarius, uel eius hæres teneatur, ꝙ nimis abbreuiatè & cōfusè scripsit: & de his etiā per Bal. in l. presbyteri. la j. in fi. C. de episc. & cler. Et ibi subdit idem esse in errore testis: quia error notarij & testis dicitur esse lata culpa, secundum eum, pro quo uide, quod no. Bal. & Ang. in l. ubi exigitur. ff. de eden. ubi dicunt arg. illius tex. ꝙ notarius tenetur solùm de dolo & lata culpa: & sic imputent sibi partes, quæ talem assumpserunt, sicut in mensore dicitur, in l. j. §. hæc actio. cum sequenti. ff. si mensor falsi. mod. dixerit. Et sic intellige, quod dictū est, notariū

6 teneri ad interesse. ¶Quarta cōclusio: Non † potest notarius errorem corrigere, nec defectū supplere, nisi interueniat authoritas iudicis, uel officialis ad hoc deputati, secundum Ioā. And. in data vj. lib. in ult. col. dicentem, ꝙ aliàs caueat, qa posset sibi impingi falsum, per l. eos. ff. de falsis. Est enim functus officio suo. Et sic de facto seruatur, secundum ipsum, & sequitur Imo. hîc, & in c. inter dilectos. ⁊. eo, pro quo uide omnino Ioā. And. in Spec. in d. uer. sed nunquid cōfecto. & Bal. in l. ambiguitates. in fi. C. de testa. & in l. ea, quæ. in prin. C. comminationes, epistolas. Et ibi dicit, ꝙ si post publicatū instrumentū adderet, in fi. Cassaui in tali loco: qa per errorē, etc. ista uerba uitiantur, & non uitiant. Et de hoc etiam per Bal. in rub. C. eo. ubi dicit, ꝙ nō potest cancellare, ꝓ tocollum, nisi diceret cancellatū: quia restitutum parti. Et de hoc etiam per Cald. in isto tit. consi. j. & omnino Dom. in c. abbate. in ult. col. de re iud. in vj. & Card. in proœmio Cle. §. fi. ¶Et uidetur ista conclusio cōmuniter teneri, nisi in quatuor casibus, in quib. nō requi-

7 ritur iuris authoritas. ¶Primus casus est, quando † esset error non uitians instrumentū, ut falsa Latinitas, secundum Bar. in d. l. si librarius. per d. l. imperator. & l. actorum uerba. ff. de re iud. de quo in sequēti casu. ¶Se-

8 cundus casus est, quando † instrumentū nondū est ꝓductum in iudicio, & sic nō est deductū in cōtrouersia; nec ꝙ copia data est parti aduersæ: nā tunc bene potest etiā sine iudice corrigi, secundū Ioā. And. in data vj. lib. & Dom. ubi s̄. & Imo. hîc, & Bal. in rub. C. eo. uer. sed pone, tabellio. Et ex his dicit Bal. hîc, ꝙ restituto instrumēto tabellio est adeò functus officio suo, ꝙ nec pūctum, nec syllabā intellectualiter mutare posset, nisi iudicis mandato. Alleg. d. l. imperator. Ex quo dubito de præcedenti casu, ne sub prætextu Latinitatis fieret fraus.

9 ¶Tertius casus est, quando † error est notorius: qa iudicis authoritas non requirit: uel si requirit, non est necessaria partis citatio, secundum Bal. in d. l. imperator. Alle. Cy. in l. j. C. de II. Secus dicit in errore latenti: qa exigitur & iudex & pars. ¶Quartus casus est, quādo uult corrigere eo modo, quo corrigit lex, ut errorē indictionis: qa potest propria authoritate, cū habeat iuris præsumptionē, ꝓ se: qa nō nocet alicui, cùm & sine hoc ius sic præsumeret, & ita esset, secūdum Bal. latè in l. unica, in fi. C. de iust. C. compo. licet in hoc de indictione referat alios contrariū tenere, cum quib. concor. Ioā. And. in d. data vj. & Imo. in d. c. inter dilectos. Sed eorū opinio posset fortè saluari, quando de tempore cōfecti instrumenti apparēret solùm de indictione: aliàs aūt, ubi anni exprimuntur, teneo cum Bal. quia ipsis calculatis habetur indictio, secundū do. Card. in d. c. inter. ¶Modò recipiunt ista vij. declarationes. Prima declaratio.

10 Non † potest notarius corrigere errorē etiam cum licētia iudicis, quando cōtractus est celebratus in scriptis, secundum Bar. in l. contractus. in prin. per illum tex. C. de fide instr. Vnde infert, ꝙ si notarius fuit rogatus de appellatione, uel de sententia, quæ debent emanare in scriptis, nō potest aliquid addere, uel detrahere: qa ante omnia debet esse dictata, & postea lecta, & contrafacientes errant, ut ibi per ipsum, & Bar. & Bal. in d. l. imperator. & Bar. in l. gallus. §. idem credendum. ff. de libe. & posth. & Sal. in d. l. contractus. Vnde dicūt Ang. & Imo. in l. quicquid astringendæ. ff. de uerb. obl. ꝙ illa uerba, ꝙ instrumentū extendatur ad consiliū sapientis, nihil operantur in actibus de sui substantia requirentib. scripturam: & sentit Bal. in d. l. contractus. ¶Secūda declaratio. Licet possit notarius emendare errorem surgentem ex inaduertētia, non tamen surgentem ex falsitate: quia ex hoc priuandus est authoritate scribendi, l. si aliquid. C. de suscep. & arca. lib. x. Ita Bal. in rub. C. de fide instru. uer. tu scias unum. ¶Tertia declaratio. Ad hoc, ut dicatur constare de errore, requiruntur tot testes, quot exigit cōtractus, in quo dicitur commissus error.

Vnde

t. ex literis.

Vnde in errore testamenti exiguntur vij. & codicilli v. & sic de similibus. Ita est glo. ualde singularis in l. cùm proponeretur. in glo. ij. ff. de leg. ij. & eam summè not. Bal. in c. si quis feudum. in princ. si de inuestit. inter do. & uasal. lis ori. & in l. fi. in pen. col. C. de eden. & in l. ij. C. de bon. poss. secundum tab. & in l. j. §. pro secundo. C. de cad. tol. & in l. j. in ult. col. C. de fideicõmissis. & in d. l. imperator. Et ibi etiam concludit, q̃ non poterit deferri hoc casu iuramentum in supplementum probationis. Sed tamẽ illam glo. declara, ut latè & subtiliter per Bal. in l. errore. C. de testam. ubi in effectu dicit, q̃ habet locum, quando probationes erroris cõcernunt errorem ipsius testamenti, ut quia dicatur erratũ in omittendo mutuam substitutionem in fideicõmisso, ut l. cùm proponeretur. præalle. uel simili: secus, si sint probationes extrinsecæ non ueniẽtes ex testamento, ut q̃ institutus sit incapax, uel spurius, uel inimicus, uel q̃ tabellio in solennitate instrumenti errauit, quia talia possunt examinari seorsum à principali: unde nõ sunt eiusdem naturæ, ut ibi latiùs per eum. ¶ Quarta declaratio. Si error non corrigatur, & cõcernat aliquam de solennitatibus necessarijs omissam errore, uel imperitia, ut qa nõ fuisset adhibitus numerus debitus testiũ, talis imperitia nocebit, & actus uitiabitur, secũdum Cyn. Bal. Ang. & Salic. in l. ambiguitates. propter gl. ibi. C. de testa. Vnde dicunt, q̃ si ex forma statuti bãna debent exemplari per tabellionem in libro cõmunis, aliàs nõ ualeant: & si contingat, q̃ per errorẽ tabellionis bannũ fuit omissum exemplari, uitiabitur bannũ, postquam exemplatio erat de substantia. Et idem dicit Bal. in l. fi. in fi. prin. C. de temp. ap. & in d. l. imperator. in fi. & Ang. & Imo. in l. j. §. fin aũt. ff. de hæred. instit. Non obst. l. errore. C. de testa. ubi error scribentis non nocet ueritati; qa procedit, quando illẽ, qui disponebat, seu conficiebat actũ: putà testator coram testib. expressit uoluntatẽ suam, & de ea rogauit notarium, ut scriberet: nam si omisit scribere p errorẽ, quamuis scriptura esset de substantia, tamen ualet testamentũ: sed in casu prædicto est actus, in quo nõ cõueniebat rogitus, seu expressio deponẽtis, ut in exẽplatione banni. Et istud reputatur dictũ solenne, pro quo faciunt etiam no. per Bal. Sali. & Ro. in l. iuris. C. q̃ admit. ubi dicunt, q̃ in his, quæ cõcernunt formam actus, uel rigorẽ iudiciarium, nemo excusatur propter ignorantiã iuris. Vnde inferunt, q̃ testamentũ rusticì factum non seruata forma erit nullum, per l. fi. C. de testa. ut ibi latiùs per eos, & aliquid p gl. in §. j. xxxvij. dist. & credo dixisse in c. qm̃. j. de symo. Sic in proposito ignorantia, uel error tabellionis nõ excusat in his, quæ sunt de forma: & sic intelligitur gl. fi. in l. fi. C. de fideiuſ. Et ideo dixit Bal. hîc, q̃ ubi per errorẽ substantialia sunt omissa, uel neglecta, etiã cessante dolo nõ ualet, q̃d scriptum est: qa imperfectum: alle. gl. Cyn. & seipsum in d. l. ambiguitates. & tex. in l. ita stipulatus. la grande, ff. de uerb. obl. ¶ Quinta declaratio. Vbi notarius facit aliquam interlineaturam, uel abrasionẽ, si uult ut omnis cesset suspicio, attestetur in fine instrumẽti, q̃ ipse illam interlineaturã, uel abrasionẽ fecit. Ita dicit Bar. in l. j. per illũ text. ff. de his, quæ in testa. dele. & Arch. in §. j. xxxv. q. ix. & sequitur do. Ant. & do. Abb. hîc: &, licet ipsi non exprimant, istud est necessariũ, ut latè per Imol. in d. l. j. per illum tex. quem dicit nõ esse alibi: & hãc practicam cõmendat Bar. in l. si unus. in fi. C. de testa. & in l. edicto. §. fin aũt. in j. col. C. de edicto diui Adri. tol. & in l. diuus. §. item senatus. ff. de falsis. & in l. j. §. fi. ff. de bo. pos. secundum tab. & do. Abb. in c. cùm uenerabilis. in fi. j. de religio. do. nisi ex præcedentibus, uel sequẽtibus posset elici ueritas eorũ, quæ sunt cancellata, secundum ipsum propter gl. ibi: & dicit Bar. in d. §. fin. q̃ creditur notario ita subscribẽti. ¶ Vbi aũt attestaretur hoc in margine, nõ aũt in subscriptione, uel corpore instrumenti, nõ adhiberetur fides tali apostillæ, etiãsi uideretur eadẽ manu scripta, ut latè p Ioã. And. in Spe. de instr. edi. §. ostenso. addi. inci. dixit Rolandinus. maximè, qa apostilla non habet requisita, ex quib. mereat fidem, uidelicet diẽ & alias solennitates: & qa de facili daretur uia fraudibus dissimulatis literis: & idẽ tenet eleganter Bal. in l. si unº. C. de testa. & ibi Ang. & Paul. de Cast. q̃ dicit ita de facto fuisse obtentũ: & ita consuluit Paul. de Cast. cõsi. xxxvj. inci. In Christi nomine: dubiũ facit. & idem no. Bal. in l. nostrã. in j & ij. col. C. de testa. & in l. ea, quæ in prin. C. cõmi. epistolas. & Bar. in d. l. imperator. in fi. & do. Ab. si bene legatur, in d. c. cùm uenerabilis. in fi. quãquam contrariũ dixerit Bal. in rub. C. eo. & in l. Labeo. ff. de pac. & in consi. inci. In libro sententiarũ. motus per authoritatem Bar. q̃ non loquit̃ in his terminis, in l. in fraudẽ. §. si cut. ff. de test. mili. & per l. si quis ex argẽtarijs. §. si initiũ. ff. de eden. Sed illa lex loquitur in scripturis habentib. ordinatã consequentiã, secundum Bal. ibi. Vnde secus in filcis, & alijs quinternis, uel scartafacijs nõ ligatis: in quib. scribitur ad placitũ non seruato ordine tẽporis. Et ita potest esse in his, quæ scribũtur in margine: qa cõmodè scribi potest quãdocunq̃, nõ seruato tẽporis ordine. Et ideo decisio Io. And. remanet uerior, ut etiã dixi, sed nõ ita clarè, in c. j. in fi. s̃. eo. ¶ Et istis adde, q̃ si dubitaretur, utrùm notarius emẽdasset ex interuallo, uel incõtinenti, staretur iuramẽto suo, arg. c. ad audiẽtiam. cum materia, j. de præscr. & eorũ, quæ no. Spec. in tit. de teste. §. j. uer. sed pone. cũ cõcor. quas dedi in c. cùm causam. in fi. s̃. de testi. in questione, quãdo testis dicit se nõ dixisse, ut notarius scripsit: qa non præsumitur in officio delinquere: & est imputandũ parti, quæ tẽpore publicationis instrumẽti non inspexit diligenter, an esset abrasum, uel cancellatum: & si dicit factum ex interuallo, habet hoc probare, per no. per gl. in cle. fi. de rescri. & Bar. in l. nõ solùm. §. sed ut probari. ff. de oper. no. nũ. & Ro. plenè in l. in illa. ff. de uerb. obl. ubi fundans se ex prioritate, uel posterioritate tẽporis, habet, p bare tempus, præsertim quãdo opponit delictũ, ut in d. §. sed ut probari. Et istud bene nota, & in eo cogita, qa tactũ nõ reperio. ¶ Sexta declaratio. Error commissus à notario propter consilium sapiẽtis, cui notarius submissus fuerat, nõ imputatur notario, etiamsi falsum cõmiserit, secundum Bal. in l. captatorias. C. de testa. mili. Vnde debet ad cautelã subscribere, q̃ sic fecit consilio sapientis, secundum ipsum ibi: cuius dictũ intellige in cõsistentibus in iure: sed scientia facti debet esse plena penes notariũ, secundum eundẽ in l. cõtractus. C. de fide instru. ¶ Quid aũt operetur ista clausula, q̃ instrumentũ extẽ datur ad consiliũ sapientis, uide solẽniter & meliùs, cũ alibi, p Io. And. in d. uer. qd si à contrahentib. & per do. Ant. & aliquid per Imo. hîc, & Ioã. And. in data vj. lib. & Bar. in l. illa institutio. ff. de hæres. instit. & Bal. in d. l. imperator. in ult. col. & Sal. in d. l. captatorias. & Bal. in l. humanitatis. in iiij. opposit. C. de impube. & alijs subst. & do. Ant. in c. clericus. de iureiu. & Bal. in l. sancimº. C. de uerb. sign. & in l. pen. C. de execu. rei iudic. & in rubrica, de reuoc. his, quæ in frau. credit. in ult. col. & Ang. consi.
11 ccix. ¶ Et † pro nunc dicas, q̃ operatur in testamẽtis, q̃ uoluntas testatoris & id quod sentit, describatur ordinatori & clariori modo, & magis, pprio, & in dubio opinionũ tutiori: & hoc fortiùs in contractibus, q̃ magis conferti possunt in alterius arbitrio, cũ ultimæ uoluntates, ut not. glo. j. in fi. in l. iij. ff. de testa. In illis ergo sapiens supplere potest de consuetis, licet non dictis, etiam apponendo pœnam extraneando, uel accidentialia, quæ bonus uir non arbitraretur: uel substantialia contractus supplere non potest, neq; aliquid in facto, sed solùm in iure, ut in dictis locis, in quibus est longa contentio, si testator simpliciter dixit, Relinquo: an notarius de consilio sapientis possit addere iure institutionis? & in effectu conclusio est, q̃ sic, ut latè per Imo. in l. j. §. si ex fundo. ff. de hære. instit. & per Oldrad. consi.

consi. cclxxvj. & facit, quod dicetur in sequenti declara
12 tione. ¶ Septima & ultima declaratio. Non † solùm potest ex se notarius corrigere errorem modis prædictis, sed etiam potest addere clausulas consuetas, licet de ipsis non fuerit dictum in rogatione, secundũ do. Ant. hîc. Allegat Ioã. And. de instru. edi. §. instrumentũ. uer. quid si à contrahentibus. ubi dixit ualde solenniter, q̃ ubi contractui uẽditionis, uel donationis notarius potest addere precariũ, quia illud cõsueuit fieri: efficaciùs peruenitur ad mentem contrahentiũ: & allegat quædã, de quibus hîc per do. Ant. Pro quo licet plurima adduci possint, tamen potissimè facit tex. elegans in l. fin. in fi. §. de fideiuſ. per quem dicit ibi Bal. q̃ notarius simpliciter rogatus, intelligitur rogatus cum clausulis cõsuetis. Et per illum tex. dicit Bal. in l. j. ad fi. ff. sol. mat. q̃ notarius in instrumento dotis debet apponere obligationem hypothecariã, etiamsi sibi non fuerit dictum: quia
3 consueta est apponi. Et per illum text. dicit Bal. in Rub. de fi. instru. q̃ si partes dicunt se rogasse notarium, ut amicum, & notarius dicat se rogatũ, ut notarium: creditur sibi: quia ita consueuit fieri. Et per illũ tex. dicit Bal. in l. fideicõmissa. §. si seruo. ff. de leg. iij. q̃ si clericus secularis impetrat beneficium nõ consuetũ dari clerico seculari, non ualet impetratio: quia Papa etiã motu proprio non præsumitur uelle aliter, quàm sit consuetũ rescribere. Et per illum tex. dicit Bal. in l. ita demum. §. j. ff. de procur. q̃ notarij possunt apponere clausulas cõsuetudinarias, quando sunt plenè rogati: quod ultimum no. & intelligitur fortè, ut ipse dixit in rubr. C. de reuoc. his, quæ in fraud. cred. ubi dicit, q̃ tunc potest hoc facere, quando habet facere cum consilio sapientis. Et hoc modo uidetur loqui Ioã. And. in d. additione. ¶ Sed tamen istud nõ uidetur necessariò sic intelligendum, sed q̃ imo simpliciter rogatus, intelligatur rogatus de consuetis, per d. l. fi. attenta etiam una magistrali doctrina Inno. in c. olim. post princ. j. de uerb. sign. ubi dicit, q̃ omnis dispositio, siue legalis, siue ultimarum uoluntatum, siue contractuum, recipit interpretationem à consuetudine. Facit c. cùm dilectus. suprà, de consue. & sequitur do. Abb. in c. certificari. in princ. j. de sepul. ¶ Et hinc est, q̃ si tecum contraho, uel te procuratorem constituo, uideor tibi expressè mandare, q̃ facias ea, quæ sunt de consuetudine, l. si pignore. §. fin. in uerbo, usu. & ibi no. Doct. ff. de pignor. act. facit. c. cæterùm. cum similibus. j. de dona. & no. Bar. pulchrè in l. si procurator. in princ. ff. de iure fisci. & in l. fin. in princ. ff. de his, quæ in frau. cre. & plenè Angel. in l. bene à Zenone. C. de quadru. præscri. & eleganter Ro. consil. cxiiij. incip. Visis suprà consultis. Et q̃ notarius rogatus, intelligatur rogatus de consuetis, tenet Bart. in l. si priùs. §. rectè. ff. de aqua plu. arc. per l. q̃ si nolit. §. quia assidua. ff. de ædil. e-
13 dic. ¶ Et † hinc uidemus, q̃ habens potestatem uendendi bona fiscalia, potest dare fideiussorem euictionis, & apponere omnia pacta pœnalia secundum morem regionis, secundũ Ang. in l. ij. ff. de iurisdi. om. iu. p. d. l. bene à Zenone. ¶ Et promissio prælati de renouãda emphyteusi intelligitur secundum quod est cõsuetum, ut per Ang. in §. emphyteusim. in authen. de non alienãd. ¶ Et præceptum iudicis de cogendis debitoribus fisci pro arbitrio exactoris intelligitur de coactione inducta de consuetudine, secundum Bal. in l. j. C. si propter publicas pensitationes. ¶ Et conducens simpliciter domum, uel fundum, intelligitur pro pensione consueta, secundum Salic. in l. excepto. §. locati. quæ est lex in hoc singularis, secundum eum. ¶ Et conducens operarios tenetur eis ministrare uictum & ferramenta, si sic est cõsuetum, pro domo conficienda, secundum Bal. in l. liberti. de ope. libe. ¶ Et si habẽtes uẽdere bona alicuius cõmunitatis faciunt pacta cõtra id, quod est consuetũ, non tenent, secundum Bar. in l. j. C. de pascuis publicis, uel priuatis. lib. xij. ¶ Et colonus ultra pensionẽ tenetur soluere illud, quod est consuetũ ultra pensionem soluere hoc nõ fuerit dictũ, secundum Bar. in l. dñi prædio. C. de agrico. & censi. lib. x. ¶ Et si episcopus citat nõ expresso loco, intelligitur ut cõpareat in consueto; secundum Pet. de Anch. in c. cùm episcopus. de offic. or. in vj. Et multa dicta in simili extendere potes uidendo quod no. Bar. in l. cùm hæres. §. cùm ita. ff. ad Treb. & qd̃ not. Bar. in l. ut iurisiur. §. si liberi. ff. de ope. libe. & quod no. Bal. in addi. Spec. tit. de locato. & in l. j. C. de fruc. & liti. expen. & in l. quicunq̃. C. de ser. fug. & in l. fi. C. de fideicõmis. & Imo. in c. potuit. in ult. col. j. de loca. cum multis alijs. ¶ Sed ad hæc & similia adhibenda est duplex consideratio: prima est, q̃ ea, quæ sunt consueta, aliquãdo concernunt substantiã actus, aliquando solennitatem: si substantiã, & tunc si pars non exprimit, licet sint consueta exprimi, nõ potest notarius ea exprimere: nã
3 sine illis cõtractus uitiat̃. Ita declarat Ioã. And. in d. uer. quid si à contrahentib. per l. testm̃. C. de testa. & c. tuæ. cũ seq. j. de spon. ¶ Et q̃ omissio substantialiũ consuetorũ in rescriptis uitiet, bene, pbatur in c. ad nostram. & in c. porrecta. j. de cõfirma. utili, uel inutili. Si aũt concernũt solennitatẽ, & si non exprimant, habentur pro expressis: ut est tex. in c. cùm M. Ferrariensis. ibi, sicut cõsueuit expressum. s̃. de constitu. & illum solenniter no. ibi do. Ant. do. Abb. & Imo. & dicit ibi Bal. non esse meliorem tex. in iure: q̃ illud, quod solet apponi in contractu, habetur pro apposito, etiamsi nõ fuerit scriptũ. Ad idem tex. in c. ij. ibi, & si non apponatur. s̃. de rescri. quem ibi no. do. Card. & Imo. Ad idem tex. in c. quo ad trãslationem. ibi, sæpe fuere. & ibi, iam licere. s̃. de offic. leg. & ibi solenniter do. Abb: & ad hoc tendunt multa ex prædictis. Et ad hanc differentiam inter substantialia & solennia uide Arch. in §. nunc aũt. xvj. q. vij. & pendent multùm ab alia quæstione. ¶ An & quado tacitum habeatur p expresso: de quo distingue, ut subtiliter per Bart. in l. quicquid. ad stringendæ. ff. de uerb. ob. ¶ Et ideo cõgitabam, q̃ attenta hac cõsideratione nõ uidetur multùm importare, q̃ notarius censeatur rogatus de consuetis: & pondero uerba Ioã. And. in d. uer. quid si à cõtrahentibus. dum dicit, q̃ exprimũtur consueta ad dubitationem tollendã, per l. q̃ mutuã. ff. mãda. sentiens: per hoc consueta subintelligi: facit cle. j. in fi. de pœnis. Et cogitabam, an dici posset, q̃ ista consideratio in eo, quod dixi de omissione substantialium, intelligatur de substantialibus ipsius contractus, s. q̃ exigant expressionem, sed substãtialia instrumenti, licet omissa à notario uitiẽt instrumentũ, ut habuimus in c. j. s̃. eo. tamen omissa à partibus non uitiant, & censetur notarius rogatus, putà de indictione & similibus, per prædicta. Et ista nota: quia non reperi per alios opportunè tacta: ¶ Secunda consideratio est, q̃ ubi in aliqua dispositione uidentur mandata ea, quæ cõsueta erant fieri, intelligitur de consuetis cõmuniter & utplurimùm: secùs, si raro, ut singulariter probatur in l. Seio. §. medico. ff. de annuis legatis. & ibi no. Bar. ita limitans, q̃ cõsueuit dici, procuratorẽ posse consueta: & alleg. in simili, l. fistulas. §. frumenta. ff. de cõtrah. empt. & bene facit d. c. quo ad trãslationẽ. in uerbo, sæpe. ¶ Et in hac materia not. ultimò incidẽter, q̃ si notarius ob multitudinẽ eorum, quæ dicta fuerunt in cõtractu, uel alia iusta causa, oblitus est de aliquo substantiali: potest instare coram iudice, ut examinentur testes, qui interfuerunt, secundum Bar. signanter in l. fi. ante finẽ, ff. de tab. exhiben. ¶ Item dum tetigi s̃. in fi. vj. declarationis, quis habeat probare, cùm dubitabatur, quo tempore sit facta emẽdatio: adde, q̃ si uera est opinio Imo. in d. l. j. de his, quæ in testamento delentur. q̃ in subscriptione requiratur mentio abrasionis, illa dubitatio nõ poterit occurrere: Sed tenendo, q̃ non sit necessaria mentio, prout expressè omnes sentiunt, & ipse Imo. hîc, dubium procedit: & cõsidera, quia non sine causa Bar. in d. l. si quis obtempserit: noluit

c. ex literis.

noluit affirmare, ꝙ talis mentio sit necessaria, ne fortè multa instrumenta corruerent. Et ad tex. in d. l. §. in quo se fundat Imol. dici potest, ꝙ narrat ita fuisse, sed nõ disponit, uel specialiter loquitur in testamẽto, in quo in hac materia specialiùs proceditur, arg. l. iubemus. in fi.
14 C. de testa. ¶ In gl. ij. in fi. Quando † abrasio noceat, distingue, ut hîc per Imo. concludentẽ in effectu, ꝙ rasura non uitiat, quando literæ emanant clausæ, ut est gl. hîc, & in c. licet in uerbo, tenuẽ. j. de crimine falsi. Et hoc bene no. & sequitur Imo. in l. proximè. ff. de his, quæ in testa. delen. & Bal. hîc, dicens esse optimũ tex. in l. tribun°. §. fin. ff. de testamento mili. ¶ Idem, si est rasura in non substantialibus, ut in isto tex. ¶ Idem, si in subscriptione dicitur de rasura, ut s̃. in vj. declaratiõe. ¶ Idem, si ex præcedentibus & sequentibus potest colligi, ꝙ ita debet stare, prout in rasura, ut etiã per do. Ab. in d. c. cùm uenerabilis. ¶ Idem, si per aliam scripturã publicam appareat rasuram fuisse bene factam. ¶ Idem, si ex cõparatione literarum apparet rasurã de eadem manu, secundum Gof. do. Ant. Card. Bald. & Imo. hîc, licet do. Abb. contrà propter gl. in d. c. cùm uenerabilis. dicentem, locum esse cõparationi, solùm, quando rasura est in loco non suspecto. Sed certè uidetur, ꝙ ubi non est locus suspectus, non sit locus cõparationi: quia, ut in alio loco dicit hîc do. Abb. potest pars radere instrumentũ continens superfluitatem extra circũstantias negotij, allegando Inno. in c. fraternitatis. j. de hære. & est de mente istius tex. Propter quod si locus est hîc cõparationi, nõ uidetur esse, nisi circa locum suspectũ rasum. Vnde pendet istud à quæstione, utrùm sit locus cõparationi extra apodissam: de quo s̃. c. prox. Et attẽto, ꝙ pauca uerba facilè fieri possent dissimulatis literis abrasis, istud non transit sine dubio. ¶ Et circa prædicta not. primò, ꝙ abrasio in loco nõ substãtiali, neq; periculoso, nunquam nocet, ut etiam per Bal. in l. edicto in iiij. oppositione. C. de edicto diui Adr. & ibi clariùs Bar. in §. fin autem. in j. col. sentit glo. in d. l. licet. Secus, si in loco suspecto etiam in uno uerbo, ut ibi, & facit c. inter. infrà, eod. ¶ No. secundò, ꝙ rasura dicitur fuisse in continenti: si enim notarius emendat in senio, quod scripsit in iuuentute, instrumẽtum est suspectũ, secundum Bal. hîc, arg. c. præterea. s̃. tit. proxi. nisi intellectus, quem sonat scriptura in loco abraso, surgeret necessariò ex præmissis, ubi non est uitium, secundum ipsum: cuius dictum declara, secundum ea quæ s̃. dicta sunt.
a ¶ Not. tertiò, ꝙ † si rasura [a] est in loco
15 suspecto, & agatur possessorio, reijcitur scriptura absq; alia inquisitiõe ueritatis, l. edicto. C. de edicto diui Adriani. ¶ Si uerò agitur petitorio, scriptura censetur suspecta, & propter hoc, proceditur ad inquisitionem ueritatis, secundum Bal. in l. si unus. C. de testam. Cui adde Pet. de Anch. consi. cccxxij. incip. Præmissa sine allegationib°. ubi declarat hoc procedere solùm in possessione adipiscendæ. ¶ Not. quartò, ꝙ si instrumentum meum, quod non solebat esse rasum, reperitur penes aduersariũ, & coactus ipsum reddidit, sed rasum in aliquo loco etiã substantiali, istud non nocet mihi, secundum Bal. in l. j. ante fi. C. de fid. instru. Allegat Ioã. And. j. c. proximo, qui hoc dicit, & sequũtur ibi omnes. ¶ No. quintò, ꝙ illud, quod est rasum, potest per uiuã uocẽ corroborari: & uidetur sufficere unus bonus testis. Ita uideť dicere Bald. licet habeatur corruptus in hoc, in l. si ueritas. in j. col. C. de fideicõmis. Sed ꝙ per duos possit probari tenor scripturæ uituperatæ, tenet Bald. quẽ uide, in l. fin. de fideicõmis. ad qd̃ uide eũdem in l. iubemus. quasi in fi. C. de proba. & reincidit in illam quæstionẽ, quomodo probetur tenor instrumenti perditi: de qua per Bar. in l. sicut iniquũ. C. de fide instru. & Bal. in c. j. quot testes sint necess. ad proba. nouæ inuest. per gl. fi. do. Ant. & do. Ab. in c. cùm olim. el j. j. de priuil. & dom. Card. consi. xxvij. & Bald. in l. gesta. C. de re iudi. cum concor. ¶ No. sextò iuxta hoc, ꝙ ubi sufficit summaria cognitio, debet instrumentum esse sine macula & abrasione, & non sufficit, ꝙ iuuetur testibus: aliàs aũt procedit notabile præcedens. Ita dixit Iac. Butr. in authen. si quis in aliquo. C. de eden. quẽ allegat & sequitur Bar. in l. j. post prin. C. ut in pos. legat. & in d. l. fi. C. de fideicommis. Et ideo ubicunq; statutum dicit, uisò instrumento fiat sic, dicitur esse scripturam sine uitio uisibili, secundum Bal. in d. l. fi. ¶ No. septimò, ꝙ rasura in uno loco suspecto non uitiat totum instrumentum in capitulis separatis, secundum Bal. do. Card. & do. Abb. hîc, dicentes: secus in dicto testis propter periurium amplectens totum testimonium, ut per Bal. in l. fi. in iiij. oppositione, C. de edicto diui Adrian. de quo satis dixi aliàs in c. fraternitatis. j. de hæret. ubi posui de utroq;. Et de rescripto uide bonum text. in c. si eo tempore. de rescript. in vj. ut latè do. Ant. & Imo. in c. constitutus. s̃. de rescrip. & ibi aliquãdo dicetur. ¶ Not.
16 octauò, ꝙ † in dispositione fauorabili, ut in legato libertatis, nulla cãcellatio uitiat, l. proximè. in fi. ff. de his quæ in testa. del. & hoc, quando dubitatur, an testator uoluerit debere, an incõsultè hoc processerit. Si autem apparet de uolũtate, tunc in dubio tolleretur legatum, l. cãcellauerat. eod. tit. Et quod dictũ est de legato libertatis extendit̃ ad legatũ pro anima, secundũ Bar. elegãter. in d. l. si un°. & in d. l. proximè. in fi. & sequit̃ do. Ab. hîc, & Ro. in authẽ. similiter. in primo priuilegio ultima rum uoluntatũ, C. ad l. Fal. æquiparando utrunq; legatum, ut per Bart. & Bal. in l. j. C. de sac. san. eccl. & Bald. & Ang. in l. captatorias. C. de test. milit. ¶ Not. nonò, ꝙ si instrumentum fuit productũ sine macula, & postea reperitur maculatum, non perit fides instrumenti, secundum Bal. in d. l. si unus. in fi. per l. j. ff. si tabulæ testamenti extabunt. ¶ No. decimò & ultimò, ꝙ in proposito dicitur locus suspectus, quando quis releuaretur per scripturam in loco abraso ab onere probandi. Et est locus non suspectus, quando quis habet docere de ueritate, secundũ Bal. hîc, ꝙ ponit quædã alia nõ multùm utilia.

a Si rasura] Ad de tu, & dic, ꝙ Felin. hoc malè dicit: nam iudi, ꝙ in possessorio indistinctè propter cãcellationẽ semper reijciatur scriptura et malè dic, aut cancellatio est in parte substantiali, aut in c. de quo erat quæstio: & tunc non proceditur ad inquisitionem ueritatis, per d. l. fi. C. de edic. diui Adrian. tollen. quæ loquitur in istis terminis. Aut cancellatio nõ est in parte substantiali, seu c. de quo erat quæstio: & tunc etiam in possessorio iudicio non nocet cancellatio, per gloss. in d. l. fin. in. uer. utiatur. quam omnes Docto. ibi sequuntur hoc modo: & debes intelligere Bart. in l. si unus. C. de testa. q̃ tenet opin. istam, quã tenuit hîc Feli. sed omnes Scribentes reprehendunt Bar. in d. l. si unus. & per conseqẽs sublata est ista opin. Feli. quã habuit à Bar. quã uis de eo nullã faciat mentionẽ.

SVMMARIVM.

1 Citatus de remotis partibus ut deferat munimenta, an teneatur deferre instrumenta.
2 Appellari an possit à præcepto periculoso, uel difficili.
3 Difficultas excusans à præcepto inferioris, an excuset à præcepto Papæ.
4 Papa si præcipit aliquid religioso, quod est cõtra regulam suam, an teneatur obedire.
5 Tantum iudicetur de eo, quod potest fieri absq; magna difficultate, quantum de impossibili.
6 Sententia diffinitiua põt ferri lite non contestata in casu hîc posito. Et hoc ampliùs declarat infrà nu. 7. 8 & 9.
10 Sententiæ si opponitur, quòd sit lata per falsos testes, uel falsa instrumenta, statur ei, quandiu cognitio pendet. nu. 11.
12 Lacerans instrumentum in præsentia iudicis, quod intendit arguere de falso, qualiter puniatur.

13 Et

13 Et quid de lacerante iura aduersarij.
14 Et quid de subtrahente instrumentum aduersarij, & proijciente in ignem proprium instrumentum.
15 Subtrahens aduersario facultatem probandi, debet perdere causam.

CAPITVLVM IIII.

Ccepimus. ¶ Redarguẽti priuilegium de falso iudex facit illud exhiberi coram iudice, & paucis personis in loco congruo & securo:
1 & interim stabitur sententiæ latæ per illud. H. D. ¶ In † tex. ibi, difficile & periculosum. Per hoc declarari debet glos. in c. cupientes. §. si uerò. in uerb. alibi. de elec. in vj. dum requirit, quòd citatus ex remotis partibus ut deferat munimenta, teneatur deferre instrumenta: & dixi in c. peruenit. el j. s̃. tit. j. ut nõ procedat in originalibus. Sed sufficit portare exempla facta solenniter, secũdum formam c. fi. j. eod. ut hîc per do. Abb. pro quo facit lex, unum testamẽtum. ff. de testa. ubi nauigaturus potest de testamento suo facere fieri exemplum: & facit, quod dixi post alios ĩ c. Albericus. s̃. de testib. ¶ Et per hoc in-
2 fert. Host. hîc, posse. † appellari à præcepto periculoso, uel difficili, quod cognoscetur superioris arbitrio, secundum ipsum: pro quo uide Bald. in l. si decesserit. in lectura antiqua, & ibi etiam Ange. ff. qui satisdare cog. ubi dicunt, quòd præceptum iudicis continens quid impossibile non tenet non facta distinctione, an iudex sciuerit, an ignoraueritut ibi & l. pen. & fi. ff. quæ sentẽtiæ sine appel. rescin. Si autem præceptũ contineret aliquid multùm difficile, adeò quòd ratione difficultatis excusationem habebat ille, cui præcipiebatur, tunc bene distinguitur aut præcepit scienter, & est nullum: aut ignoranter, & ualet, sed habet locum restitutio in iritegrum, l. quæsitum. cum glo. in uerbo, iudicata. & ibi per Bar. ff. de re iud. & de hoc per Domi. in c. nerui. xiij. dist.
3 & gl. & Arch. xj. q. iij. in summa. ¶ Et † addit hîc do. Abb. quòd non omnis difficultas excusans à præcepto inferioris à Papa excusaret à præcepto ipsius Papæ: nam iugum ab eo impositum, etiamsi esset durum, ferendum est, per c. in memoriã. xix. dist. licet gl. j. ibi aliud dicat, ut hîc per do. Abb. pro quo licet multa adduci possent, tamen simpliciter remitto ad Petrum de Monte in sua monarchia, ubi exclamat de tex. in d. c. in memoriam. dicens per ipsum multum temperari tritum dictũ Inn. in c. inquisitioni. j. de sen. excom. dum dicit, laicum, qui non est de temporali iurisd. ecclesiæ, non teneri ad obediendum Papæ in non concernentibus animam: licet ad illum text. posset dici, quòd non probat indistinctè quem teneri, dato quòd ille patientiam propriam cõmendet: & illud dictum Inn. approbat do. Abb. in c. ij. j. de uot o. & in c. cõstitutus. j. de reli. domi. & in c. si quãdo. s̃. de rescrip. & uide Host. quem omnes sibi sequuntur, in c. significauit. s̃. de offi. ord. dicit, non esse obediẽdum Papæ, ubi imminet peccatum per ipsum non remissibile. ¶ Et idẽ dicas, si scribat pro notoriè indigno, secundum Io. An. in c. cùm adeò. s̃. de rescri. de quo per omnes ibi, & in c. si quando. eo. tit. & de istis uide, quod no. In n. in c. quãto. prope fi. ibi, Ei enim in omnibus. s̃. de consue. & Imo. in c. quæ in ecclesiarum. s̃. de consti. & latè per Car. sancti Sixti in tractatu de potestate Papæ, q. xiiij. xv. & xlix. post beatũ Tho. in quarto contra gentiles, c. lxxvj. & secũda secũdæ, q. ij. arti. iij. ubi inuenies, an sit hæreticus recusans obedire Papæ, quasi nõ sit uerus successor Petri, & uide Domin. in §. hinc etiam. xvij. dist. ubi dicit, quòd Cardinales discedentes à uoluntate Papæ ante depositionẽ sunt schismatici, & infert ad Cardinales, qui decesserũt à Gregorio undecimo, & de Luca iuerunt Pisas ante depositionem, contra c. nõne. viij. q. iiij. & uide Inn. in c. nec Dei. in gl. ij. j. de symo. ubi
4 dicit, quòd si † Papa præcipit aliquid religioso cõtra regulam suam, nõ tenetur obedire: & uide gl. Deuteron. xviij. super illis uerbis, Prophetam suscitabo de fratribus uestris: quicunq; illum non audierit, illius ego ultor existam: & glos. dicit, quòd resistentes Pontifici sunt graui pœna puniendi. ¶ Et nota, quòd Papa non potest facere, quòd illud, quod est peccatum ueniale, sit mortale: posset tamẽ per præceptum obligare, ne illud fiat, & cõtraueniens peccabit mortaliter: ratione, quia contra præceptum, non quia ueniale sit effectum mortale, ut subtiliter per Franciscum de Marone in iiij. dist. xix. q. j. arti. j. & adde Petr. de Anch. consi. ccxxxv. incip. Per prædicta subtiliter. ubi eleganter consuluit, excommunicationem latam per executores uigore rescripti Apostolici ipso facto excõmunicatũ suspendi per appellationem præcedentẽ appositis legitimis exceptionibus: ad quod uide do. Card. Imol. & do. Abb. in d. c. si quando. Et ista no. de quib. aliàs diffusiùs. ¶ Et per istũ
5 tex. uidetur, quòd † tãtum iudicetur de eo, quod potest fieri absq; magna difficultate, quantum de impossibili: & ad hoc etiã adduci posset elegans decisio Domi. in c. ab exordio. in fi. xxxv. dist. & in c. in Canonicis. circa medium, xix. dist. ubi dicit, quòd sicut inferior à Papa potest conuertere in alium usum illud, quod est relictũ pro pio usu, si est impossibile, c. nos quidem. j. de testa. ita si est multùm difficile. Et est decisio Bar. licet non dicat, in l. apud Iulianũ. §. fi. in princ. ff. de leg. j. Et hinc est etiã, quòd sicut de iure ciuili potest appellari ab interlocutoria habente grauamen irreparabile, aliàs secus, ut per Bar. in l. ij. ff. de appe. recip. ita etiam, si est reparabile, sed cum magna difficultate, secundum Bar. in l. j. §. quæsitum. ff. de app. & in l. ij. C. de app. recip. Ad idem, quod no. Bar. in l. pe. in prin. ff. si cer. pe. ubi dixit, quòd sicut potest omitti principalis, & grauari fideiussor, qñ impossibile est, quòd principalis soluat, ut per Bart. in l. decem. ff. de uerb. obl. ita etiam, si sit ualde difficile, fortè propter eius impotentiam: tamen ista recipiunt instantiam, ex dicto Host. hîc, dum dicit à præcepto difficili posse appellari: & tamẽ si esset impossibile, nõ oporteret appellare, d. l. fi. ff. quæ sententiæ sine appel. rescin.
6 ¶ In † tex. ibi, si uerò nõ uenerit. Nota, quòd impugnãti priuilegia potest statui terminus, quo elapso silẽtium sibi imponatur: & sic fertur diffinitiua lite nõ contestata, cùm uideatur agi condictione ex l. diffamari. C. de ingenuis manumissis. quod intelligit hîc do. Ant. quãdo in assignatione terminí fit cõminatio de silentio imponẽdo. Et de huiusmodi edictis, quibus post tempus silentium inducitur, uide Inn. do. Ant. & alios in c. cùm in tua. j. qui matrimo. accu. pos. ubi bonus tex. & Ang. & Salic. in l. si ea. C. qui accus. non pos. & Bald. in authẽ. ad hæc. in pe. col. C. de usuris. & in d. l. diffamari. & in l. j. C. ut nemo inuitus. & omnes in c. fi. per illum text. de elec. in vj. & Imol. plenè post alios in l. quãdiu. ff. de acqui. hære. & Bartol. in l. Titia. ff. de accus. cum concor. Et quamuis Ang. in §. si quis autem nõ implens. in authẽ. de hære. & Falci. & in §. si quis autem pro redemptione. in authen. de ecclesiasticis tit. dicat, requiri binam monitionem ante impositionem talis silentij, tamen hoc nõ uidetur necessarium, ubi præcessit comminatio, ut dixi post do. Ant. & sentit Bart. in l. mancipiorum. in fi. ff. de optione legata. ¶ Et non solùm uidetur imponi silentium prælato, de quo hîc, sed etiam successoribus
suis, secundum Hostien. & alios hîc, per c. j. j. de sol. & sic
nedum sententia descendens ex discussis iuribus ecclesiæ nocet ecclesiæ, sed etiam descendens ex negligentia extendendi iura. Ex quo exclamat hîc do. Abb. & facit, quod no. Inno. in c. fraternitatem. j. de dona. & gl. in c. si episcopum. xvj. q. vj. & in regula, delictum. de reg. iu. in vj. ubi delictum in omittendo, uel in actibus iudicialibus, nocet ecclesiæ, ut latiùs per do. Ant. & do. Abb. in
7 c. j. s̃. de dolo & cont. ¶ Sed † istud declara primò, ut nõ procedat, quando ex impositione dicti silentij ecclesia patere

c. accepimus.

pateretur graue præiudicium: quia delictũ prælati non
nocet ecclesiæ, ut per do. Ant. in c. j. de dolo & cont. & fa
cit, quod ipse no. in c. fi. j. de dona. inter uir. & ux. & do.
Abb. in c. uerùm. j. de condi. appo. dum dicunt, negligẽ
tiam in omittendo non nocere ecclesiæ in legato sibi fa
cto, nisi delinqueretur cum cõuentu, iuxta gl. in c. cùm
dilectus. in uerbo, dolum. s. de ord. cogni. Sed fortè ista
declaratio procedit in extraiudicialibus, nõ autem in
iudicialibus, sicut hîc per notata in locis primò allega-
tis. ¶ Secũdò declara, ut nõ procedat ullo modo, quan
do prælatus cum conuentu dolosè distulisset compa-
rêre, fm Hosti. & alios hîc: & dic, quòd tunc etiam post
quadriennium ecclesia poterit petere restitutionem in
integrum, per c. j. de rest. in integ. in vj. Et idem cessante
dolo, quando de banno constaret euidentissimè, fm
gl. fi. in d. c. j. quam multùm no. do. Abb. in c. j. in j. col. s.
de resti. in integ. Et ita per hoc remedium saluari posset
8 præcedens declaratio. ¶ Et† idem, si esset grauamẽ suc-
cessiuũ: arg. eius, quod no. do. An. in c. ex parte. s. de re-
sti. spol. ubi dicit, quòd super continua læsione semper
potest peti restitutio in integrum: utputà, in causa ma-
trimoniali, in qua semper subest periculum animæ, si-
cut etiã dicitur, quòd à grauamine continuò consisten
te in facto, non in uerbo, putà carceratione, semper po-
test appellari, fm Bal. in l. j. circa fi. C. sententiam rescin.
non poss. & do. An. in c. cùm cessante. j. de appel. & Imo.
9 post Pau. in cle. causam. de elec. cum concor. ¶ Tertiò†
declara: quia contra prælatum negligentẽ in omittẽdo
potest ecclesia agere, ut de suo soluat, fm gl. in §. potest.
in uer. peruenianT. xvj. q. iij. quam facit sing. do. Abb. in
c. si de terra. j. de priuil. no. Arch. in c. quicunq; xij. q. iiij.
& potest agere cõtra omnes hæredes prælati, ut per do.
Abb. in c. j. s. de resti. in in teg. etiamsi esset damnũ lucri
cessantis, ut per gl. in uerbo, neglecta. in d. c. quicũq;. &
sentit gl. fi. in c. placuit. vij. q. j. Et de his per do. Ab. in d.
c. j. uer. nota bene. de dolo & contu. & in c. constitutus.
in pe. col. j. de religiosis domibus. ¶ In tex. ibi, sententiã
10 quę eorum obtentu. No.† bene, quòd si opponitur sen
tentiæ, quòd sit lata per falsos testes, uel falsa instrumẽ
ta, statur ei, donec pendet cognitio: quod inducit do.
Car. hîc ad quæstionem, quam habuit in facto: nam Iu
ristæ habebant sententiã latam super iuribus præemi-
nentiæ in uniuersitatem Medicorum & Artistarũ: & il-
li Artistę, s. opponebant nullitatem ex defectu procur.
quia dicebatur mãdatum falsum, quòd interim debet
11 seruari sententia. Quod bene no. ¶ Sit autẽ uigore isto-
rum priuilegiorum non fuisset lata sententia, an lite pẽ
dente esset locus exemptioni: uide Inn. in c. ex parte di-
lectæ in Christo. j. de uerb. sign. & do. Ant. & do. Abb. in
c. uenerabili. in ult. col. j. de cẽsi. post Inn. ibi: de quo me
minit Domi. in c. cùm personæ. §. fi. in ult. col. de priuil.
in vj. concludens, quòd sic, si prius abbas fuisset in pos
sessione exemptionis: aliàs non, per illum text. Et si de
possessione nõ apparet, præsumitur pro episcopo: arg.
d. c. cùm personæ. in fi. & c. cùm uenerabilis. j. de excep.
¶ Et si de paritate possessionis contenditur, recurritur
ad notata in c. licet. s. de prob. & uide Bal. in l. fi. uer. ult.
scias. C. si ex falsis instru. ubi dicit, quòd instrumentũ, li
cet pendeat quæstio falsi, non efficitur suspectũ per so-
lam litis pendentiam: sed si aliter esset suspectum, non
12 dareT ei fides. Alle. Inn. hîc. ¶ Vltimò† omissis his, quæ
super glossis clarè scribuntur, tene mente, quod dicit
Hosti. hîc, q; si archiepiscopus iste præsente iudice lace-
rasset ista priuilegia, fuisset punitus acriter & extra or-
dinariè. argu. c. peruenit. el j. s. tit. j. Et per hoc refert hîc
do. Car. se dixisse in quæstiõe facti, quòd reus, qui lace-
rauit libellum actoris in præsentia iudicis, debet puni-
ri ex officio iudicis, qui uidetur fuisse clusus: ex qua ra-
tione refert etiã se dixisse in alia q. quòd episcopus, qui
est præsens, qfi ds doctoratur, uel eius uicarius, si alius,
quàm qui solet, uult exigere iuramentum à doctoran-
do, potest & debet ex officio prohibere: nã ubicq; in sua
diœcesi habet sedẽ, c. cùm episcopus. de offi. ordi. in vj.
& sic tenetur ex officio impedire scãdala in actib. eccle-
siasticis: qualis est ille, cùm uniuersitas scholariũ pro-
pter mixturam clericorum dicitur ecclesiastica: ut per
ipsum & alios, ut in c. ex literis. s. de consti. Et isto lace-
rante uide etiam Bal. in l. j. C. eo tit. ubi allegando Host.
13 hîc, dicit, standum† esse iuramento aduersarij de cõten
tis in instrumento lacerato, per l. si de possessione. & ibi
etiam hoc dicit Bal. C. de prob. & uide eundem in l. qui
accusare. circa medium, C. de eden. & Spec. in ti. de teste.
§. satis utiliter. in fi. ubi dicunt, q; statur iuramento par-
tis, quæ perdidit probationẽ dolo aduersarij: & exem-
plificat Bal. in eo, qui deleuit instrumentum. Et de com
burente publicas scripturas, ut pridie in creatione ex-
celsi ducis nostri D. D. Herculis Astensis factũ fuit, qui
principatũ obtinuit die xx. August. Anno M. ccccl xxj.
uide tex. cũ gl. in l. Paulus. in uer. furripuerit. ff. de falsis.
& in l. j. §. qui in ratiõibus. ff. de falsis. & Sali. in l. eũ, qui.
C. de falsis. & Bal. in c. peruenit. el j. s. ti. j. ubi dicitur, q; si
hoc fit, ut ueritas nulli appareat, imminet pœna falsi:
aliàs autẽ extraordinaria, per l. iij. §. si quis dolo. ff. de ta
bulis exhibẽ. & cõuenirì potest Aquilia, l. in lege Aqui-
lia. si deletum, ff. ad l. Aquil. & l. qui tabulas. in fin. ff. de
14 fur. ¶ Et† de subtrahente instrumentũ aduersario, uide
Bal. & Sali. in d. l. eum, qui. per illũ text. cũ gl. ¶ Et de oc-
cultante testẽ dixi post Bald. in d. c. peruenit. el j. ¶ Et de
proijciẽte in ignem propriũ instrumentũ, qũ argueba-
tur de falso, uide pulchrè Pet. de Ancha. cõsi. clxix. inci.
Circa primũ. ubi cõsuluit ualde eleganter eũ teneri de
falso: quia non potuit pœnitere in præiudicium aduer
sarij: cui ex productione erat quæsitũ ius redarguendi,
& per consequens obtinendi, q; ille caderet à causa: &
loquitur in eo, qui dicebat fabricasse falsum: in eo au-
tẽ, qui simpliciter uteretur, uidetur distinguere, an post
protestationem aduersarij adhuc dixerit se uelle uti: &
tunc idem, quod in præcedenti propter ius aduersario
quæsitũ, argu. c. ab eo. de elec. in vj. Aut redargutus sta-
tim combussit, & excusatur: quia re integra potuit pœ-
nitere, fortè ignarus uitij, per l. qui falsos. ff. de falsis. ut
15 ibi latiùs per eum. ¶ Et† subdit hîc do. Abb. q; de istis
instrumẽtis laceratis corã iudice ita iudicatur, ac si ple-
nè probassent, per d. l. si de possessione. Et facit ad quę-
stionẽ, an subtrahens aduersario facultatem probandi
perdat causam, de quo dixi in d. c. peruenit. el j. Et dicit
hîc do. Ab. q; laceratio istius archiepiscopi, licet in alio
operaretur, quòd illa probatio destructa haberetur, p
facta, tamen in ipso hoc nõ operabitur: quia sua teme-
ritas noceret ecclesię: & licet in iudicialib. prelatus pre-
iudicet ecclesiæ, ut per gl. in d. regula, delictum. tamẽ ta
lis actus nõ attinet ad ordinẽ iudicij, & dicit esse bonũ
tex. i c. cùm uenerabilis. j. de exce. sed punieT ad interes-
se partis, per c. si quis de clericis. xij. q. ij. Et istud intelli-
gitur, qũ illud, quod cõtinetur in instrumentis lacera-
tis, põt etiã aliter probari. Sed si ex hoc perijsset eorum
uirtus, putat do. Abb. ultra alios, ita posse procedi, ac si
plenè continerẽt, quod pars allegabat: ex quo eorum
probatio est facta impossibilis ex facto archiepiscopi,
ut hîc per ipsum: cuius dictum nõ procedit sine dubio
propter rationẽ d. c. cùm uenerabilis. & quia delictum
cõsistit in omittendo, ideo stat regula, q; non nocet ec-
clesię dicta regula, delictũ. & nõ sumus in iudicialibus,
16 ut dictum est. ¶ Et† ista possunt induci ad notariũ, qui
negat se fuisse rogatũ, & conuincit de mẽdacio: de quo
per Bar. in l. eũ, qui. C. de falsis. & in l. fi. uer. sextò quæri-
tur. C. de eden. & in rub. C. de fi. instru. & Ang. & Imo. in
l. j. ff. de publi. iud. & Io. An. solenniter in Spe. in isto tit.
§. instrumentũ. in prin. Et est conclusio, q; si cõuincitur,
& factũ non sit antiquum, præsumitur negasse, & puni
tur de falso. Si aũt factum est antiquum, secus, nisi esset
factum notabile, ut per do. Ant. in c. ab excõmunicato.
s. de

s. de rescrip. per tex. in c. cùm illorum. ad fi. ibi, nisi gra-
ue. j. de sen. excom. & uide Fed. consil. cxiij. incip. legiti-
mus constituit. ubi dicit, quòd si notarius dicit se cõfe-
cisse instrumentum, tamen dicit, quòd amisit imbreuia
turam, non creditur iuramento suo, sed debet casum a-
missionis probare: & dicit esse gl. no. in l. si quis ex argẽ
tarijs. §. fin. ff. de eden. quia est in culpa, si non retinuit
penes se cũ diligenti custodia, & agitur de magno præ-
iudicio. Facit glos. in cle. j. §. cæterùm. de usuris. & quod
not. Ang. in l. ij. C. de testa. ¶ Non obst. l. fi. C. de fi. instru.
quia ibi pars, quæ produxit instrumentum suum, po-
steaquam fuit illi adhibita fides, non fuit in culpa, si di
ligenter ulterius non custodiuerit, cùm instrumentum
ad alium non pertineret, nec ipse ratione alicuius offi-
cij tenebatur ad custodiendũ, ut alteri exhiberet: me-
ritò statur iuramento suo. Tamen dicit Bal. in l. fi. C. de
eden. & in l. fi. in fi. C. de fi. instru. quòd si notarius perdi
disset originale propter incendium, audiretur hoc iu-
rans concurrente uerisimilitudine. Et intellige, dũ mo-
dò casus fuerit præter eius culpam, ut per Bal. in l. si cre
ditor. circa fi. C. de pig. ac. & Sal. in l. quæ fortuitis. C. eo.
& Imo. in c. j. j. de commodato. & Bar. in l. quod Nerua.
ff. deposi. ¶ Vltimò reprehendi potest, quod dicit do.
Abb. quòd stante periculo potuisset hîc fieri exempla-
tio parte non uocata: quia istud non fuisset sufficiens,
cùm falsitas originalium consistere possit & in rasura,
& in sigillo: ut s. c. proxi. & j. eod. inter dilectos. Et ita te-
net Dominicus in c. ut ueterum. in fi. ix. dist.

SVMMARIVM.

1 ¶ *Instrumentum originale si sit productum in iudicio, an debeat dimitti apud acta iudicij.*
2 *Statutum allegans, an teneatur producere totum statutum.*
3 *Solummodò, Tantummodò, Tantùm: hæ dictiones quid significent.*
4 *Priuilegium & indulgentia qualiter differunt.*

CAPITVLVM V.

Contingit. ¶ Instrumentum, uel priuilegiũ, quo quis
utitur aduersario, ab eorum iudice legi de
bet, & i eo solo capitulo, de quo agitur, edi.
H. D. ¶ Et per istum tex. maximè iuncta glos. j. dicit do.
1 Abb. esse bene notandum, quòd† utens priuilegio, uel
alio instrumento in iudicio, non tenetur originale di-
mittere apud acta, sed satis est præsentare i iudicio pre-
sente parte, & copiam capituli, in quo est quæstio ede-
re: & facit c. cùm personæ. in prin. de priui. in vj. & uide-
tur tex. iuncta glo. in l. fin. & ibi Bart. C. de fide instru. Et
quamuis per istum text. sufficiat legere audiente parte
contraria, tamen hodie secus, per d. c. cùm personæ. ubi
traditur ad legendum: & integraliter aduersario. Et ita
tenent Inn. do. Car. & do. Ant. hîc, dicentes: istum tex. in
hoc esse correctũ: & idem gl. in d. c. cùm personæ. in uer.
integraliter. propter quod uerũ uidetur etiã procœmiũ
esse legẽdũ, cùm ex eo plurimùm arguaT intẽtio dispo-
sitiõis, l. regula. §. j. ff. de iuris & facti igno. & l. fi. ff. de hæ
re. insti. & no. do. Ab. in c. ex. multa. j. de uoto. & in c. exa
minata. s. de iud. & Lapus allegatiõe cj. & do. Car. i c. pe.
j. de clericis cõiug. & Bal. in c. secũdò requiris. j. de ap. &
Ang. in l. item quia. §. idem Iulianus. ff. de pact. & Dom.
in c. quoniã. de immu. eccle. in vj. cum fi. ¶ Et fit ista tra-
ditio expensis priuilegiati, ut per Domin. in c. cùm per-
sonæ. post prin. ¶ Quid autẽ de alijs instrumentis, dixi
in c. j. in ix. fallentia, s. de prob. ¶ Et prædicta limita, nisi
in priuilegio, uel instrumento ultimo capitulũ, de quo
esset quæstio, esset aliquod aliud capitulum, sine quo
non posset bene intelligi capitulum, de quo est quæ-
stio: quia tunc etiã illud editur, fm do. Card. hîc: allegat
l. qui filiabus. in prin. & ibi etiam hoc tenent Bar. Bald.
& Ang. ff. de leg. j. & sentit Bar. in l. gallus. §. idem creden
dum. ff. de libe. & posthu. dum allegat l. si quis ex argẽ-

tarijs. §. si initiũ. ff. de eden. quia una oratio sæpe decla-
ratur per aliam positam in eodem instrumento, d. c. se-
cundò requiris. ¶ Et adde, quòd si iudici, uel istis depu
tatis uideretur ista electio nõ necessaria, potest omitti,
fm Host. & Bal. hîc. tum, quia non interest: tum, ut euitẽ
tur iurgia. ¶ Item per istum tex. tractant hîc do. Ant. do.
2 Abb. & aliquid Imol. utrùm† allegans statutum tenea-
tur producere totum uolumẽ, an statutum tantùm, an
particulam statuti? & simpliciter referunt Bar. in rub. ff.
de oper. no. nun. Sed quia ipsi etiam posuerun t in c. j.
prope fi. s. de proba. & ibi opportunè scripsi ad finem,
ideo non repeto. Sed adde unum, quòd ubi allegatur
statutũ continens idẽ, quod ius cõe habet, nõ est opus
statutũ edere. Ita signanter no. do. Abb. in c. pastoralis.
j. eo. ¶ Itẽ per istũ tex. dicit Bal. in l. eo, q; à multis. in fi. C.
fi. cer. pet. quòd aliud est ostẽdere instrumẽtũ, aliud uti
instrumento: ex quo infert elegãter, quòd si statutũ di-
cat, quòd utens instrumento, in quo filiusfamiliâs ob-
ligatus sit absq; consensu patris, incidat in pœnam: &
in eodem instrumẽto unus habeat obligatum filium-
familiâs, & alium correum, certè si utitur instrumento
cõtra correum, non incurrit pœnam. ¶ Nec obst. quòd
utatur instrumẽto, in quo est obligatus filiusfamiliâs:
quia non dicitur uti contra eũ, quem non producitur.
Aliud est enim ostendere, aliud uti, ut hîc fm ipsum.
¶ Item per istum tex. probantem, quòd ex sola lectione
alicuius rei nõ præsumitur tanta instructio, sicut ex cõ
modiori uisione, infert do. Ab. ad eum, qui uidit simpli
citer attestationes, an uideatur eas perconctatus? & re-
mittit ad dicta per se in c. ultra tertiam. s. de test. & ibi e-
tiam satis dixi. ¶ Item per istum tex. in uerbo, Tantum,
modò. dicit hîc do. Car. quòd dictio Tantummodò, est
3 dictio taxatiua, & sic cõcludit negationẽ in alijs. ¶ Et†
idem dicit de dictione Solummodò: & alle. l. Lucius. §.
quę habebat. ff. ad Treb. & c. cùm ecclesia. s. de cau. pos.
de quibus remittit ad Bar. & bene, in l. j. ff. si quis ius di
centi non obtem. ¶ Et de dictione Tantũmodò, idem
dicit Domi. in c. mos est. in j. col. j. dist. de quo etiam per
gl. fi. in c. cùm ad uerum. xcvj. dist. ¶ Et de dictione Tan
tùm, uide etiã Bart. in d. l. j. & Bal. in repe. l. cùm mulier.
in pe. char. ff. sol. mat. & Ang. cons. cclxxxviij. & do. Ant.
in d. c. cùm ecclesia. §. j. in j. col. & Domi. in c. quãuis. circa
prin. de procur. in vj. & Bart. in l. mutus. §. pœnam. ff.
de procur. & in l. seruũ quoq;. §. ait prætor. eo. tit. & Imo.
in cle. nõ potest. de procu. & Bar. in l. ratiões. C. de pro
ba. & in l. iij. §. cùm Titio. ff. de adimẽ. lega. & in l. cùm ita
legatum. ff. de cond. & demon. & Bal. in l. si quis ex con
sensu. circa princ. C. de episcopali aud. & in c. j. §. similis.
de l. Conradi. & glos. in uerbo, immobilium. in c. is, cui.
de elect. in vj. ¶ Et dic, quòd dictio taxatiua non ita ex
cludit, quin includat cuncta ad se pertinẽtia, ut est tex.
in cle. exiui. §. cùm autem natura. de uerb. sig. quem Ro
ma. facit ualde sing. in d. l. j. in prin. si quis ius dicenti. &
in l. stipulatio ista. in prin. ff. de uerb. obl. & consi. cxiiij.
ante fi. & facit, quod no. Bart. in d. §. pœna. & Imol. in d.
cle. non potest. & Rota in antiquis decisione ccclxij. in-
cip. an procurator. ubi dicitur, quòd procurator da-
tus ad audiendam sententiam duntaxat, potest etiam
appellare, licet non possit appellationẽ prosequi. ¶ Itẽ
4 facit iste tex. ad† differentiam inter priuilegiũ & indul-
gentiam: de quo per Arch. & Domi. in §. fi. ij. q. j. ubi ma-
ximè de uerbo Indulgentia. de quo etiam per Bald. &
Sal. in l. fi. C. de sententiam passis. & Bal. in c. j. s. de iud.
& in c. at si clerici. eo. tit. & gl. in uerbo, indulgentia. in c.
ex insinuatione. j. de symonia. & Ana. in c. uergentis. in
ij. notabili, j. de hære. & ibi tetigi. ¶ Vltimò istum text.
alleg. no. Bald. in l. fi. C. de precib. impera. offer. quòd li-
cet totum instrumentum edatur iudici, tamen sufficit
edere parti, quod ad eam spectat: & idem dicit Ang. in
l. fi. ff. de bo. author. iud. pos. & Bar. in l. argẽtarius. §. edi.
per illum text. ff. de eden. Et similiter non tenetur tutor

c. contingit.

edere totum inuentarium, ut per Bar. & Bal. in l. fi. C. de ali. pupillo præstãd. & Bal. in §. nouissimè. in fi. Inst. de suspec. tut. nisi accusaretur ut suspectus propter non cõfectum inuentarium, ut per Bal. in d. l. fi. Et adde, quòd uolens redarguere instrumentum de falso, nõ cogitur tãtùm editionem dicere, in qua parte uelit opponere, fm Bal. in l. fi. uer. tertiò notat. per illũ text. C. de fi. instr. ¶ Quid autem, si diceret eum simulatum? an teneatur exprimere speciem simulationis? dic, quòd sic, fm Bar. in consi. Petrus Nicol. & Pau. de Cast. in l. iurisgentiũ. §. pactorum. ff. de pact. & Bal. in l. ab Anastasio. in fi. C. mãdati. Et debet redarguturus de falso se inscribere, secundum Bar. in d. l. fi. & Bart. & Ang. in l. j. §. editiones. ff. de eden. etiamsi exciperet, ut per Bal. in l. fi. C. si ex falsis instru. Nec obst. c. super his. j. de accus. ubi excipiens non inscribit: qa fallit hoc casu, per d. l. fi. C. de fi. instru. simpliciter loquentem. Et est ratio: quia fit talis editio cum die & consule contra edictum prætoris, de quo in l. j. §. editiones. ff. de edend. & dixi in c. j. prope fi. §. de proba. Ideo talis grauatur necessitate inscriptionis, fm Bal. in d. l. fi. C. si ex falsis instru. quod no. ad d. c. super his. ¶ In gl. super uerbo, iudice. in prin. & tenendo, q̃ hîc ageretur criminaliter, colligit hîc do. Ant. quòd illud, quod de testibus dicitur in authen. apud eloquentissimũ. C. eod. non habet locũ in instrumentis, licet aliàs æquiparentur, ut in c. peruenit. el j. §. tit. proximo, & ibi hoc dictum retuli: pro quo facit, quia d. authẽ. apud. corrigit legem, iudices. C. eo. ti. quæ etiam loquitur in instrumẽtis, & tamen nihil dicitur in ipsa authen. de instrumentis. Et hoc admitterem saluo eo, quod de examinatiõe cõparationis dixi in c. ij. in fi. §. eo. ¶ Et per hanc gl. relatam ad tex. potest tangi, an sufficiat producere iura notario, an uerò oporteat producere iudici? de quo satis dixi in c. quoniã contra. in j. q. §. de proba. ¶ Et per eandem gl. inferri potest, utrùm in productione instrumẽtorũ requiratur citatio partis, sicut in productione testium: de quo dixi in c. ij. in iiij. q. principali, §. de testib. ¶ Vltimò ponit hîc Bal. quædã pulchra in materia editionis, de quibus aliquid dixi in c. j. ad fin. §. de proba. Plura non cadunt hîc necessaria.

SVMMARIVM.

1 Libellus, uel petitio si continet petitorium, siue rei uendicationẽ, an debeat peti restitutio, uel reum primò condemnari.
2 Restituere, uerbum designat possessorium.
Et ibi de uerbis Pertinere & competere.
3 Miles, uel eques factus episcopus, an amittat primam dignitatem.
4 Episcopus, uel alius prælatus, an posit esse delegatus principis.
5 Instrumenti fides per quæ diminuatur.
6 Confirmatio non tenet, si confirmatum est nullum.
7 Priuilegium confirmatorium cõtinens seriem priuilegij cõfirmati, utrùm probet, ita ut non sit necesse producere confirmatum.
8 Locatio an probet dominium.
9 Clausula, Saluo iure addendi, minuendi, &c. quæ solet poni in libellis, quare nihil operetur, rationem reddit.
10 Vasallus an posit legare feudum pro anima sua.
11 Indictio an sit necessaria in instrumentis.
12 Chronicæ, uel historiæ an faciant fidem in iudicio.
13 Confirmans quando uideatur de nouo dare & concedere.
Et ponit regulam: quòd confirmare non est de nouo dare.
14 Fallit, nisi actus confirmatus non tenuisset.
Alias duas fallentias uide nu. 15. & 16.
17 Meum ex una causa non potest fieri meum ex alia causa.
Fallit tribus modis, ut num. hoc, 18. & 19. per ordinem.
20 Conductor non potest exceptionem dominij opponere locatori.
Et qualiter hoc intelligatur: num. 21. & 22.
23 Conductor an posit opponere locatori exceptionẽ præscriptionis.
Et quid in emphyteuta.
24 Conductor an posit domum conductam locare alteri, & cui.
25 Notarius an posit instrumentum scribere per alium.
26 Ponit autem de hoc opiniones, ut num. hoc & 27.
28 Notarius an posit protocollum per alium scribere, uel dictare.

CAPITVLVM VI.

Nter dilectos. ¶ Instrumẽtũ manu publica non confectum, habens sigillum, cuius literæ non sunt legibiles, uel sculpturæ deletæ, uel enormẽ fracturam, non probat. H. D. ¶ Et ut dicam j. in uers. ultimò, ad plura colligi possent multa notabilia in diuersis materijs: sed quia aliquæ sunt aliàs tactæ, & aliquæ in suis locis tangentur, ideo noto textum solùm in his, quæ hîc naturaliter cadunt, quanto breuiùs possibile sit. ¶ In tex. ibi, restitui monasterio. per istum tex. dicit. Archid. in c. redintegranda. iij. q. j. & in §. sunt, quorũ. uers. de possessione. ij. q. vj. quòd † ubi agitur petitorio, uel rei uendicatione, sufficienter concludit libellus, si petit rem restitui: dato, quòd nõ dicatur priùs reum condemnari: quia istud subintelligitur. Et idem not. Bar. in l. ex diuerso. §. ubi autẽ. ff. de rei uen. ubi dixit, quòd eo ipso, quòd agens petitione hæreditatis, uel rei uendicatione petit restitutionem rei, uidetur petere, quòd iudex pronunciet ipsum heredem uel dominũ: quia petito consequenti uidetur peti antecedens, l. illud. ff. de acquir. hære. quod multum not. do. Abb. in c. accedens. el j. §. ut lite non contest. Bene facit glo. no. ualde in c. constitutus. in uerbo, iuxta ratã. j. de relig. do. quæ non probat, quòd ubi quis petit rem sibi restitui, & ad restitutionem illius rei obtinendam erat ne cesse primò rescindi contractũ, cuius occasione reus rem tenebat, satis uidetur actor petendo restitutionem rei, petere primò cõtractus rescissionem, quæ erat præambula. ¶ Et infert ibi do. Ant. quòd si minor tanquã læsus, uel ecclesia in contractu uenditionis petat rem, quam uendidit & tradidit, sibi restitui, satis uidetur petere per restitutionem in integrum rescindi cõtractum. Ad idem, quod no. Bal. in addi. Spec. tit. de sentẽ. & do. Ant. in c. examinata. §. de iudi. & latè do. Abb. in c. unico, §. de lit. contesta. ubi dicunt, quòd si in conclusione libelli dico, quare peto Titium cogi ad danda mihi dicta x. quamuis in eodem libello non petierim eum primò condemnari ad dandum x. quàm cogi: tamen, qa primò debet condemnari, quàm cogi, per l. j. C. de execu. rei iud. l. si cùm nulla. ff. de re iudi. uideor primò petijsse eum condemnari, postea cogi: arg. d. l. illud. licet alij dixerint aliter, ut per do. Abb. in d. c. unico. Et pro istis facit: quia sufficit libellum præsumptiuè concludere, l. omnes. §. Lucius. ff. de his, quæ in frau. cred. Vnde dixit gl. not. in c. quia præsulatus. j. q. iiij. quòd satis est spoliato in libello conqueri se spoliatũ: quia satis præsumitur cõclusisse, quòd restituatur: & aliquid dicetur j. eo. si cautio. Et per istum tex. dicit Bal. hîc, quòd in reali libello sufficit cõcludere rem ad se ex causa dominij pertinere: quia idẽ est, ac si peteret se dominum declarari: quia uerba enunciatiua causæ proferuntur principaliter propter se, & ideo conclusionẽ inducunt: quod est notandum, secundum ipsum. Et per istum tex. in eisdem uerbis colligit hîc do. Card. quòd ualet libellus, etiamsi conclusio præponatur narrationi, ut si dico, peto Titium cõdemnari ad x. quæ debet ex causa mutui, sicut hîc petijt abbas restitui in monasterio hæc iura, quę dixit pertinere ad monasterium: tamen regulariter ex ordine debito narratio debet præcedere, secundum ipsum. ¶ Et istis etiã adde Io. An. in Spec. de actione & petitione. §. j. uer. sed quem uocat. ubi dicit, quòd † uerbum Restituere, pertinet ad possessorium, & etiam ad petitorium: & refert do. An. in c. cùm ad sedem. §. de resti. spo. ¶ In text. ibi, ad monasteriũ omnia pertinere. Per

Per hoc uerbum Pertinere, intentari potest petitorium & possessoriũ, fm Rotam in formis decisione cccxcv. incip. si cõmittatur. per l. uerbum Pertinere. ff. de uerb. signi. & ad hoc istum tex. allegat Rota, licet ista allegatio sit omissa ab impressoribus: & idẽ tenet do. Abb. post do. Ant. in c. j. de sequestra. poss. & fru. quia istud uerbũ est ualde plenũ, d. l. uerbum. & facit d. c. cùm ad sedem. & c. cùm uenerabilis. j. de excep. & c. cùm uenerabilis. j. de relig. domibus. & c. cùm dilectus. §. de ord. cog. Et de hoc uerbo Pertinere, uide etiam do. Abb. in c. cùm contingat. in prin. j. de deci. ubi dicit per illum tex. quòd cõprehẽdit etiam id, quod pertinet per prescriptionem: quod est utile ad libellum, ut ibi per eũ: & de hoc etiam per do. Anto. in c. cùm ecclesia. §. de cau. pos. Et q̃ istud uerbum sufficiat ad petitoriũ & possessoriũ, alleg. Bal. hîc not. in l. si quis intẽtione. ff. de iudi. ¶ Et limitat, nisi ordo agẽdi esset datus à iure, primò possessorio, deinde petitorio. Nam tunc actor ad instantiã rei tenetur distinguere libellum, & non procedit libellus complexiuus, ubi requiritur ordo, fm ipsum. ¶ De uerbo autem Cõpetere, uide Dom. in c. omnes leges. in ult. col. j. dist. ubi colligit ex glos. in uerbo, Fas. quòd illud dicitur de iure competere, pro quo ius dat actionẽ: & non dicitur uerè de iure competere, qd̃ est in mea facultate, si actionem non habeam. Per quod dicit not. inferri, q̃ si testato relinqueret omnia, quæ sibi de iure competebant in tali loco, nõ uenirent nisi illa, in quibus habebat actionem ad petendum. ¶ In tex. ibi, cum omnib. fructibus. No. fm. do. Abb. q̃ ualet libellus incertus super accessorijs, dum modò sit certus super principali. Et de modo libellandi in petitione fructuum, dic, ut solenniter per do. Abb. in c. grauis. in ult. char. §. de resti. spo. post Bar. in l. ex diuerso. §. j. ff. de rei uen. cum concor. de quibus cõgruẽtiùs in d. c. grauis. ¶ Et adde, q̃ sufficit, si in libello petantur fructus perceptí. Nec est necesse, q̃ petãtur percipiẽdi, fm Host. do. Ant. & do. Abb. hîc: quia illi uenium officio iudicis, l. ædiles. §. item sciendũ. ff. de edil. edic. illi autem, qui potuissent percipi ante litẽ contest. debent peti: quia super accessorijs non impertitur iudex officium suum, nisi super occurrẽtibus post litem contest. ut per Bal. in l. ampliorem. in j. col. C. de appel. & Io. An. in Spe. de dispu. & alle. §. satis. uer. quid de fructibus. & Ang. in l. Paulus. ff. de re iud. & do. Ant. in d. c. grauis. in antep. col. & in c. cùm M. §. de const. & in c. ij. §. de proc. ¶ Et hodie est in practica utilis causula, uidelicet Peto rem cùm fructibus perceptis & percipiẽdis ex omni causa: quod uerbum Ex omni causa, importat restitutionem eius totius, quod actor consecutus fuisset ex re, uel propter rem, si tẽpore litis contestatæ res fuisset restituta, fm Ang. in l. ait prætor. §. per hanc. ff. de his, quæ in frau. cred. per l. præterea restituere. ff. de rei uẽdi. facit tex. in l. cùm fundus. in prin. ff. si cer. pet. ubi de isto uerbo Ex omni causa, est text. melior de iure, fm Ang. ibi, & in l. si de possessione. C. Vnde ui. & uide text. in l. sed & partus. ff. quod met. cau. & ibi gl. j. quæ fm Ang. non reperitur alibi, q̃ sub istis uerbis, Cum omni causa, uenit partus partuum & fructus fructuum, qui non uenirent sub appellatione fructuũ, nisi essent adiecta illa uerba. Et omni causa, ut patet ibi iuncto tex. Et dicit ibi Ang. q̃ prægnantiùs declaratur interpretatio horũ uerborũ in d. l. cùm fundus. facit l. uti, frui. §. Põponius. aliàs incipit, fructuario. ff. si usufr. peta. & l. si nulla. & ibi etiam Ang. C. de acquir. pos. ¶ In tex. ibi, Luitardi cõ
3 mitis. Nota, quem † posse esse comitem & episcopũ. Et ita tenent hîc omnes, & sentit Io. And. in c. fin. per illum tex. ne cleri. uel mona. in vj. & gl. in c. eos. in uerbo, seculares. xx. q. iij. quia una dignitas non tollitur per aliam cõpatibilem, l. si longiùs. in fi. ff. de iud. & l. fi. & ibi Bar. C. de præpo. agen. in rebus. lib. xij. l. pe. ff. de sena. no. gl. in uerbo, Andegauensis. in c. ex parte B. §. de foro cõpe. & gl. in uerbo, iurisdictionem. in c. fi. j. de paro. Vnde dicunt Bal. & Imol. in l. falsa demonstratio. ff. de condi. & demon. q̃ tabellio creatus doctor nõ desinit esse tabellio. Et subdit Bal. hîc, q̃ etiamsi haberet quis comitatũ in feudũ ab imperatore, nõ perditur per adeptionẽ episcopatus. ¶ Et ista limita, nisi quis efficeret pfessus: qa perdit comitatũ & oẽm nobilitatẽ, ut p̃ gl. in c. scripsit. per illum text. xxvij. q. ij. & in c. j. j. de purg. Cano. & Spe. de statu mona. §. j. uer. xj. cum concor. Et ita intelligitur c. præsens. xx. q. iij. licet gl. ibi colligat aliud generaliter. Sic etiam intelligitur c. j. de mil. uasal. qui arma bel. de pos. ubi miles Dei desinit esse miles seculi, ut intelligatur de professo: qa tales omnia abdicant, c. cùm ad monasteriũ. in fi. j. de sta. mo. Sed factus episcopus bene retinet patrimonialia, c. j. in fi. j. de testa. c. episcopi. xij. q. j. ¶ In tex. ibi, ex delegatione Ludouici imperatoris. No.
4 fm. do. Ab. q̃ † episcopus, uel alius prælatus potest esse delegatus principis. Et idem tenet latè Cal. in tit. de legat. consil. vj. & allegat istum tex. & multa alia. Et idem sentit Io. An. in Spe. tit. de assel. §. debet. uer. sed nũquid. dum dicit, non dicit in causa ciuili est uerum, q̃ clerici debent à talibus abstinere, per c. te quidem. xj. q. j. & c. de præsentiũ. xvj. q. j. & facit l. repetita. C. de episc. & cle. nisi materia concernat animã, ut per do. Abb. & Ioã. de Ana. in c. in archiepiscopatu. j. de rap. tamen iudicium non est nullũ, cùm iurisdictio sit habita penes ecclesiã, ut latiùs no. do. Anto. & do. Abb. in c. decernimus. §. de iud. & facit, quod no. Inn. in c. j. §. de obli. ad ratioci. ubi pro una causa potest clericus esse procurator laici, licet nõ in pluribus. No. do. Abb. in c. per uenerabilem. per illum text. j. qui fil. sint legi. & in c. in nostra. in prin. §. de procur. cum concor. quas aliàs dedi in c. cùm essent. in prin. j. de symo. ¶ In tex. ibi, sed contra priuilegium. iuncto uersi. sed & ipsum Henri. in uersi. instrumẽtũ quoq̃ sententiæ. not. plura de trahentia fidei instrumenti, uel priuilegij, uidelicet caducatio, uel abrasio super indictione. ¶ Itẽ recentia scripturæ in charta ueteri: quod tamen, fm Inno. & alios, inducit præsumptionem, sed nõ cõcludit. ¶ Item diuersitas literarum inter scripturam & subscriptionem: quę dicit omnia esse de eadẽ manu.
5 ¶ Itẽ † corruptio sigilli appositi in priuilegio, uel in instrumento nõ confecto manu publica: quę corruptio potest esse multiplex, ut in tex. & multùm uersabitur in hoc arbitrium iudicis, fm do. Abb. Et ista inducunt tantam præsumptionem contra instrumentum, uel priuilegium, q̃ nisi ille, qui ipsum producit, probet de eius ueritate, pronunciatur contra ipsum, fm Inno. & alios hîc, qui non negant, q̃ istę præsumptiones sufficiant: sed sentiunt, q̃ non sunt iuris & de iure, adeò q̃ nõ admittatur probatio in contrarium. Vbi autem probatio contraria nõ tollit ipsas, poterit ex his sequi condemnatio etiã in criminalibus, ut dicetur in c. quia uerissimile. j. tit. proxi. ¶ Et aduerte: quia quamuis corruptio sigilli sit magna præsumptio in priuilegijs & alijs, tamen secus in instrumento publico confecto manu notarij: quia illa solennitas nõ est in eo necessaria: ideo si in ea est defectus, nõ nocet, secundũ Inn. & alios hîc, & est singulare dictum, fm do. Abb. pro quo uide semper multa in simili, quæ allegat Ioã. An. in regula, accessoriũ. in primis argumentis, de reg. iur. in vj. probando, q̃ qui nõ tenetur ad actum, si ipsum attentat minùs solenniter, defectùs solennitatis non nocet, maximè per glo. ij. in c. cùm non deceat. & gl. ij. in c. si postquam. ij. respon. de elec. in vj. Ad idẽ not. per Cal. in disputa. Bononiensi statuto. dum tractat, quòd solennitas requisita in testamentis registrandis, si omittitur per institutum, qui aliàs ueniebat ab intestato, non nocet. Ad idẽ, quod habetur per do. Flo. in l. in sulam. ff. de præscri. uerb. ubi dicit, quòd ex quo quis non tenetur apponere diem cõmissi criminis in libello, l. libellorum. ff. de accus. si apponit, & non probat, sustinetur libellus: & refert Ioã. de Ana. in c. qualiter. el ij. §. debet. in ult. col. j. de accus. Ad idem,

c. inter dilectos.

idē, quod no. Pe. de Anch. consi. ccxx. inci. iste D. executor. in j. col. ubi dicit, quòd ex quo merus executor nō tenetur citare, ut per Doc. in cle. j. de off. dele. si citat, nō efficitur mixtus: quia iste error in actu non necessario non uitiat: alle. bonum tex. in c. bonæ. el j. s̄. de elec. quē etiā nō. ibi do. Abb. & est text. optimus in l. j. C. de rei uxor. act. dicens, quòd in dote competit actio ex stipulatu: & fingitur stipulatio intercessisse, etiāsi omittatur: si tamen interponitur ineptè, non uitiat: & dicit ibi tex. si omissa non uitiat, multo minùs inualidè interposita. Et multa alia adduci possent, sed quia istud examinaui prò & cōtrà in c. qualiter. el j. in j. char. j. de accus. ideo dic, ut ibi. ¶ In tex. ibi, sed cùm propriū nomen h: per istū tex. dicūt hîc do. Ant. & do. Ab. ꝙ ex qualitate & quātitate extremorū præsumit̄ de medijs: qa si ratio, quæ est in aliquo uerbo, nō est tāta, ꝙ inter extrema non rasa, uel non consumpta, nō possit cadere, nisi una litera, nō est præsumēdū, quòd duæ adessent literæ. Et quòd extrema probent medium, est gl. in c. accedens. in uerbo, temporis. j. de conuer. coniug. & in c. quia sunt culpæ. xxviij. dist. & in c. in die resurrectionis. in uerbo, Romani. de cons̄e. dist. v. & in c. legē. in gl. j. liij. dist. & in c. per tuas. j. de condi. appo. & in c. ex parte decani. in uerbo, mandato. s̄. de rescrip. Et per ipsum dicit ibi Imo, quòd si probetur aliquem dedisse mandatū procuratori ad impetrandū, & probet se recepisse ab eo literas, de quibus mandauerat, satis uidet̄ probatū, quòd per ipsum procuratorē fuerunt impetratæ: quia illa extrema probant hoc mediū. Facit text. in l. talis scriptura. ff. de leg. j. uers. si in annos. ibi, initium. coniuncta gl. ex qua colligit Bal. ibi, quòd illud dicitur esse tempus certū, cuius finis & principium est declaratū: & dicit, quòd in probatione temporis debet probari initium & finis: aliter non probaretur processus temporis: & ita dicit tenere Iac. de Are. in l. testium. C. de testi. ¶ Ex quibus inferri solet, quòd uolens probare se possedisse tempore requisito ad præscriptionem complendam, dicitur probasse continuam possessionem totius temporis, si probat, ꝙ in initio & fine totius tēporis possedit, licet de medio tempore nihil probauerit, iuxta gl. ord. in c. uolumus. in uerbo, inconcussam. xvj. q. iiij. quæ licet fortè aliter loquatur, tamen ita allegatur per Pet. de Anc. consi. v. & do. Ant. & Imol. s̄. in prooemio Decretalium, & Ro. in l. sciendum. de uerb. obli. & do. Abb. in c. cùm ecclesia. de causa pos. & ,pprie. & Mathes̄. notabili cxv. & do. Anto. & do. Abb. in accedētibus. j. de priuil. & Pet. de Ancha. in c. i. de præscrip. in vj. cum concordan. de quibus per Ro. in l. Celsus. ff. de usucap. Et declara, ut eleganter per Bal. in l. fi. in xv. opposi. C. de edic. diui. Adri. tol. ubi dicit, quòd testes deponentes de tali tempore debent deponere de uisu, non de opinione. Idem debent deponere de tempore eodem, & in specie, & non in genere. Vnde si dicāt possedisse decē annis, & non dicunt, de quibus, nō probant: quia ita possunt esse singulares, sicut contestes: quia nescimus, an uoluerint deponere de eisdem x. annis, an de alijs. Alleg. c. nihilo minus. jij. q. ix. Item debent asserere tempus esse completū, & nō adijcere aliquam diminutiuam dictionem, ut Quasi, Vix, Ferè, &c. Et pro prædictis etiā facit l. cuicūq̄. C. de apo. pu. lib. x. per quā mouetur glo. in d. c. uolumus. ubi, qui soluit trib. annis proximè præteritis, præsumitur semper in præteritum soluisse: & notant omnes in c. literæ. cum concor. s̄. de dila. ¶ In tex. ibi, ex forma petitionis. Not. pro intellectu priuilegij concessi recurrendū esse semper ad formam petitionis, secundū Bald. hîc. Vnde dicit do. Abb. in c. ij. s̄. de treu. & pace. quòd si bannitus impetrat saluum cōductum pro x. diebus, & simpliciter concedatur, intelligitur pro x. diebus nomine petitionis. Et idem dicit in alijs materijs. Et istud de bannito ponit etiā Bar. in l. j. uer. quartò quæro. ff. ad l. Iul. maiest. allegando §. præterea. cū sim. Insti. de inuti. stip. ubi responsio refertur ad interrogata: sic etiam sententia refertur ad libellum, c. licet Heli. j. de symo. etiam impropriando, ut ibi dixi allegando gl. in l. & puto. ff. fami. her. cum concor. Et quòd simplex concessio referatur ad uerba narrationis, uel petitionis, consuluit do. Ant. consi. xxiij. incip, quia hîc agitur. Et ista limitat do. Abb. hîc, & in d. c. ij. nisi ex confessione excederetur clarè forma petitionis, per istum tex. Et istis adde omnino do. Abb. in c. cùm pro causæ. j. de sent. excom. ubi dicit, quòd licet excommunicatus pluribus excommunicationibus petendo generaliter absolutionem, uideatur eam consequi ab omnibus, tamē si petit ab una, & absoluitur generaliter, absolutio restringitur ad causam expressam tantùm: quia species præcedēs restringit genus sequēs, c. sedes. s̄. de rescri. & cle. non potest. de procur. sicut transactio generalis sequens restringitur ad specialem petitionem præcedentem, l. age. & l. si de certa. C. de transac. secundū ipsum. Et adde, quòd si de intellectu petitionis sit dubium, attenditur ipsius cōclusio, non narratio, secundum Ludo. Ro. cōsi. suo cxxxij. incip. Vt retulit s̄. & Ant. alleg. Inn. in c. super literis. de rescrip. & Bald. in l. j. C. de peti. hære. ¶ In text. ibi, cùm
6 igitur. Nota, quòd † confirmatio non ualet, ubi confirmatum est nullum. Ad idem c. quia diuersitatem. j. de conces. præben. & c. pen. j. de confirm. uti. uel inut. & consuluit Pe. de Anch. consil. cccl xxxij. incip. Visis diligenter. ¶ Nec obst. c. quoties. s̄. de pac. & c. j. s̄. de translat. ubi confirmatio operatur supplemētum defectus existentis in confirmato: quia intelligitur, quando superior intelligit supplere, & aliqd agere ultra cōfirmatum: sed ubi simpliciter innititur primæ concessioni, & illa reperitur falsa, nihil prodest confirmatio, nisi uteretur uerbis nouum ius conferentibus: putà, talia & talia tibi cōcedimus & cōfirmamus: uel, si tenuit, uel non tenuit, de nouo damus: ut eleganter declarāt hîc Inn. Io. An. do. Car. & do. Ant. quibus addit do. Ab. multùm solenniter, quòd ubi priuilegia reperirētur falsa, confirmatio qualitercunq̄ clausulata etiam ex certa scientia non prodest: & facit l. Lucius. ff. ad Turp. & quod per ipsam not. Bart. ibi, & Ang. in disput. exorta guerra. & Pet. de Anch. in repe. c. j. in xxxix. char. uersic. unde si statuto. s̄. de consti. ubi dicunt, in generali sermone remissionis delictorum nunquam comprehendi crimen falsi: nec mirum: quia uidemus, quòd sublata omni exceptione non intelligitur de illa, per quam negatur actum esse ullo modò uerum, ut per Bar. in l. j. §. & parui. ff. quod ui, aut clām. & do. Ant. & do. Abb. in c. ex parte. el ij. s̄. de offi. dele. cum cōcor. Nec obst. quòd confirmatio ualidet sententiam latam ab incompetēti, ut per Inn. in c. j. j. de confir. uti. cum concor. quia aliud est confirmare sententiam: nam ibi incompetentia nō est causa confirmationis, sed ipsa sententia: ideo nō deficit ueritas in cōfirmatione, quæ innititur processui, l. illicitas. §. ueritas. ff. de offic. præsid. Sed hoc priuilegiū falsum est causa cōfirmationis. Ideo in eo non habēte aliquod esse, non firmatur confirmatio. Est uerū, quòd si superior diceret se confirmare nō obstante falsitate, secus esset, per tex. cum gl. in uerbo, sopitum. in l. si docueris. C. de fal. & in d. l. Lucius. licet non specificaretur qualitas falsitatis, ut probant illæ gl. dum dicunt, siue generalis, siue specialis. Et inquātum do. Abb. hîc subdit de clausula, Supplentes, confirmat, ut dixi in c. testimonium. s̄. tit. ij. & est dicēdum in c. j. s̄. de transact. ¶ Et iuxta hæc subdit hîc magistraliter Inn. quē alij sequun-
7 tur latè, quòd † ubi priuilegium confirmatorium non narrat simpliciter primā concessionem, dicendo, habita & habenda confirmamus, sed continet tenorem cōfirmati narrando seriosè primam concessionē, si negatur tenorem confirmati ita se habuisse, non tenetur priuilegiatus ipsum producere: & sequitur multū dò. Car. consi. cxix. inci. monasterium sancti Iuliani. in ij. char. & allegat

allegat etiam glo. quā dicit sing. in c. si Romanorum. in uerbo, quæ desint. xix. dist. de quo etiā per gl. in c. ut uerum. ix. dist. & in c. pe. j. de confir. util. & in c. abbate. j. de uerb. sig. & in c. cùm in iure. s̄. de offi. deleg. & in c. cōtra morem. c. dist. & Archi. in c. præsentiū. vij. q. j. & in c. in synodo. lxiij. dist. & do. Ant. in c. ex insinuatione. s̄. de rescri. & gl. & Ang. in l. si donatio. C. de dona. & Dom. in c. j. in prin. de sen. excom. in vj. Spe. de instru. edi. §. nunc autē. in j. col. Pro hoc etiam facit: quia si statutum facit mentionem de alio statuto, dato ꝙ illud nō appareat, si tamen constat per hanc mentionem de eius tenore, nō est necessaria eius copia, ut per Bart. in l. admonēdi. ff. de iureiur. & Bal. in d. l. si donatio. & in l. j. in fin. C. de episc. & cleri. & in c. j. §. fin. qualiter olim feud. alie. pot. & in l. in ciuile. ff. de legi. & in l. unica, uer. in omnibus. C. de cadu. tol. ¶ Secus dicit hîc Inn. si priuilegiū primum non esset confirmatū eo modo, quo fm: sed diceretur, ad instar talis, &c. quia oportet, ut exhibeatur illud, ad quod fit relatio, ut hîc per ipsum & alios: quib. etiā in prædictis adde text. & ibi Bar. in l. in testamēto. la j. ff. de condi. & demon. & in l. si testamentū. C. de instit. & substit. sub cōdi. fac. & gl. ul. & quod ibi dixi in c. j. s̄. eo. Et de istis priuilegijs ad instar, uide utiles quæstiōes per do. Abb. in c. super specula. j. ne cle. uel mona. post Bal. in l. omnia. C. de episc. & cle. Et ad istud adde, ꝙ ubi exprimitur tenor rei confirmatę alio nō expresso, uidetur princeps confirmare certa scientia, etiamsi in literis confirmationis sit apposita clausula, Si sine prauitate, &c. cōsueta apponi in forma cōmuni. Ita probatur in c. pe. j. de cōfir. uti. & ibi no. do. Ab. in j. no. Et adde tex. i c. cùm uenissent. s̄. de restit. spo. in uer. dedisset, & per rescriptū proprium cōfirmasset. Et ibi collígit do. Abb. ꝙ ab eodem potest aliquid priùs concedi, & ab eodem confirmari scripturā faciēdo: & dicit ꝙ iste tex. debet intelligi, qñ quis uidetur idem donare & confirmare. Et illū tex. allegat etiā do. Car. in d. cōsi. exponendo, Cōfirmauit, id est per rescriptū firmiorem reddidit. ¶ In text. ibi, nō
8 sufficiebat facta locatio. No. per † locationem non probari dñium. Ad idē l. ad probationem. allegata in glos. etiamsi in locatione diceretur Rem meā, ut per Bal. ibi ad fi. Nec etiam probatur possessio ad plenum, ut hîc, cùm locatio fieri possit & de re aliena & ab alio possessa, l. nemo. C. loca. Quæ procedunt, quo ad extraneos. Sed inter ipsos cōtrahentes ex locatione probatur possessio, fm Rotam in antiquis, deci. cij. inci. Itē no. quòd instrumentū. arg. l. prædia. ff. de acqui. pos. Item secus, si ultra instrumentū locationis alia concurrent: putà, ꝙ nedum locauí fundum Titio, sed ꝙ tanquā colonus laborauit longo tēpore, ut per Bar. in d. l. ad probationē. ¶ Et non solùm locatio, sed etiā perceptio pēsionis nō
10 probat possessionē, dū modò alius sit in possessione, ut per Bar. in l. quāuis. la j. §. si conductor. per illum tex. ff. de acqui. pos. & Spe. in tit. de loc. §. nunc aliqua. uersi. liij. & Bal. in l. j. uer. pone, aliquis soluit censum. C. de fideicō. & hîc, & in l. indicia. uer. fm exemplum, C. de rei uen. & Bart. in l. litibus. in j. col. C. de agri. & cēsi. lib. xj. & Ang. in l. si quis cōductionis. C. loca. & Bal. in l. ad probationem. C. loca. & do. Ant. in c. cùm uenissent. s̄. de restit. spo. & gl. in c. cùm Bertoldus. in uerbo, pro quodam iure. de re iud. & in c. bonæ. in uerbo, procurationē. j. de appel. ¶ Vltimò ad plura alia facit iste tex. in quib. non insisto: qa facit ad materiā c. edoceri. s̄. de rescri. de qua tetigi in c. ex literis. super glo. j. s̄. de proba. uidelicet an prælatus possit agere sine capitulo, & an agat nomine suo, uel ecclesiæ: de quo ibi. ¶ Itē facit ad illa uerba, honor, districtus & iurisdictio: de quibus dixi in c. licet. in j. notabili. s̄. de probatio. ¶ Item facit in uerbo, quinquaginta annis. & j. ad ea, quæ dixi in d. c. licet. in x. no. ¶ Item facit ibi, fama publica. ad ea, quæ dixi in c. uenien. el j. s̄. de testi. ¶ Item facit ibi, attestationes. ad ea, quæ dixi in c. causam. el j. s̄. de testi. quòd cui nō nocet sententia, non nocent acta. ¶ Item facit in uerbo, nulla est habita mentio. quòd omissio eius, quod consueuit memorari, inducit præsumptionē falsitatis: ex quo dicit Bal. hîc, fuisse pridie allegatū hoc capitulum in causa cuiusdā testamenti, cùm codicilli ultimi fuissent facti ad primum testamentum, & de secundo prætenso non faciebat mentionem, quòd secundum dicebatur factum in partibus extraneis & coram testibus ignotis: ideo erat ualde suspectum, secundum eum. ¶ Item facit in fi. quòd pro reo iudicatur: de quo dixi in c. ex literis. in ulti. not. s̄. de probat. & ista meliùs stant in dictis locis, quàm hîc: & facit ad alia, de quibus super glos.
9 ¶ In gl. in uerbo, addendi, uel minuendi. No. ꝙ † clausula, Saluo iure addēdi, &c. nihil operatur: qa hoc nō pendet à potestate protestantis, l. edita. C. de eden. Ideo protestatio super hoc nō iuuat, l. alimenta. cū materia, C. de neg. gest. ¶ Itē quia, fm do. Card. hîc, induceret in certitudinē: qa est, ac si diceret plus, uel minus, &c. contra j. & ij. s̄. c. de lib. obla. & cū ista gl. concordāt oēs hîc, & Bar. in d. l. edita. & i l. nō solùm. §. morte. ff. de ope. no. nun. & in l. cùm procurator. §. dño. circa mediū, eo. ti. & in l. Nesennius. & ibi Bal. ff. de neg. gest. do. Anto. & do. Ab. in c. ij. in ult. char. s̄. de lib. obla. Ang. in §. oēm. in authen. de litig. & Dom. post alios in c. ab eo. de elec. in vj. licet aliud senserit Spe. de libel. concep. §. nunc ostendamus. in fi. quē improbant Doct. in d. c. ij. ¶ Et procedit hæc gl. etiamsi aduersarius consentiret, fm Bald. in d. l. edita. in pe. char. Itē, procedit in exceptiōe, quæ saperet actionem, ut illa, quæ fit electo, fm Domi. in d. c. ab eo. d. licet secus in exceptiōe exclusiua actionis, ut ibi per eū ponentē aliam rationē prædictorum: quia mutatio libelli facit censeri nouum libellum: & sic uideretur procedi super eo, in quo nō esset lis contestata: propter qd fortè motus Bal. in d. l. edita. dixit, consensum aduersarij nō operari, per no. per gl. in c. de causis. cū simi. s̄. de offi. deleg. operatur tñ ista clausula, ꝙ propositio eorū, quæ debentur in libello, non uidetur facta cōiunctim, nec uidetur cōnexè agere, nec se astringere: quia astringere se stat in eo, fm Bal. in d. l. Nesennius. & i d. l. edita. in iij. col. & ibidē in repet. Perusina in xxxiij. col. uer. de sexta. quod est mirabile ad materiā c. licet causam. cum gl. in uerbo, astrinxit. s̄. de prob. Sed habet æquitatē & rationem: quia etiamsi proponeret qualificatiuè, quo casu ad utrunq̄ astringitur, ut ibi dixi, tñ hîc nō astringetur per illud uerbū Minuendi: quia ab ipso dependet, nō insistere super expressis: & sic poterit tollere illā qualitatē: quia cessant rationes prædictæ. Et hoc bene not. quia est pulcher effectus istius clausulæ. ¶ In gl. in uerbo, conferebat. in princ. Per hāc gl. uidetur decisum, quòd † etiam de iure Canonico uasallus non possit legare, uel donare feudum pro anima sua: & uidetur tex. in c. j. §. donare. ibi, aut pro anima. qualiter olim feud. alie. pot. per quem ita tenet Bald. in c. clerici. in ij. col. s̄. de iudi. & Rot. in authen. similiter. in xv. priuilegio, circa contractus. C. ad l. Fal. quod procedit in dispositione facta in ecclesiam, quoniam est nimis præiudiciale domino feudi, ut contractus teneat post mortem uasalli, c. si clientibus. de feud. ali. Sed in uita tenere potest, ut declarat Bald. hîc, & idem dicunt do. Abba. & Imol. in c quæ in ecclesiarum. suprà de constit. Et dicit ibi Imol. quòd alicui pauperi bene posset legari feudum pro anima, sed non ecclesiæ, per rationem prædictam. ¶ Sed in hoc de directo contrarium tenet Bal. in d. §. donare. quia ille text. non potuit nocere ecclesiæ, sed bene alteri pauperi: & allegat quendam Theologum. ¶ Sed Hostien. in Sum. de immut. eccles. §. in quantum, uersic. nec illa. per multa tenet, quòd feudū potest legari, uel donari ecclesiæ pro anima, quando seruitium est præstabile per ecclesiam. Et hanc opinionem approbat Ro. in sing. ccccxl. inci. tu scis, quòd uasallus & reprehendit dicta sua in d. authen. similiter. & hoc

c. inter dilectos.

hoc ſequitur etiã Ro.conſil. cxcix.incip. præſens ſtatuti
particula.in fi.Et idẽ conſuluit Cal.in tit.de feu.conſi.x.
inci.an feudatarius.& faciunt optimè, quę dicta fuerũt
in c.in præſentia. in v.q.s.de prob.in q. an monaſteriũ
ſuccedat in feudo ? & illa quæſtio dependet ab iſta, ſm
do.Ab.in c.fi.in fi.j.de immu.eccle.& opinionẽ Hoſt.te-
net etiam Spec.in tit.de feu.§.j.uer.xix.& do.Ant.in d.c.
fi.ante fin.quia d.§.donare. cum ſimili.nõ potuit diſpo
nere cõtra eccleſiam, ex qua ratione fortè ſtaret, quod
dixit Bal.in d.§.donare.cp alteri pauperi nõ poterit do
nari, per d.§.donare.licet de illo tex.pluribus modis ui
deatur mirari Bal.ibi in j.col.& non malè. ¶ In gl.in uer
bo, indictionis.in fin.De hac indictione ponit etiã glo.
magna in l.j.C.de Iuſtinia. C. confir.& omnes Doc.hîc,
11 & meliùs Spe.in iſto tit.in j.col.uer.poſt annos.Et† cp ſit
de ſubſtantia inſtrumenti, tenent omnes hîc,& Bart.in
l.ſi librarius.ff.de reg.iur. ¶ Valet tamen conſuetudo, cp
omittat, ſm Spe.ubi s.& Ioã.An.in data vj.libri: de qua
conſuetudine poterit conſtare uiſis multis inſtrumẽtis
in loco cõfectis ea omiſſa, ut in ſimili per Bal.in l.j.ante
fi.C.ad Velleia.& ſi erratur in ea cõputanda, non uitia-
tur inſtrumentum, ſi ex alijs apparet de indictione, pu
tà ex annis, ſm Dy. in quodam conſi. quẽ ſequitur Bal.
& do.Car.hîc: & idem Bar.& Imo. in l.nominatim.ff.de
hære.inſt.& Ang.in authen. ut præpo.nomen imper. &
Bald.in l.imperator.la j.in iiij.col.ff.de ſtat.homi.& in l.
cùm proponeretur.ff.de leg.ij. & in d.l.j.in ult.col. C.de
Iuſti.C.confir. Et ibi dicit poſt Dy. cp data diſcordia in-
ſtrumenti in annis & in indictione potiùs præſumitur
error indictionis: quia in ea faciliùs erratur. Et ſubdit
Bal.hîc, nõ uitiari inſtrumentũ, ſi notarius dimiſit ſpa-
ciũ pro indictione. Vbi autẽ nõ conſtat de annis, error
indictionis uitiat, ut per Io. An.in d.data,& do.Ant.in
c.cùm uenerabilis.j.de reli.domi. & hîc. Vnde dicit Im.
in l.j.ff.de his, quæ in teſt.del.cp ſi eſt erronea & conſum
pta ex toto indictio, & de annis non apparet, inſtrumẽ
tum non probat: & ſic intelligit Bal.ibi. ¶ Et modũ in-
ueniendi indictionẽ ponit Spe.ubi s. & Imol.hîc: & dic
breuiter, cp anno dñi M. cccclxx. fuerũt anni diuiſi per
xv. multiplicatos à tempore natiuitatis Dñi: unde iſtis
duobus adduntur tres, qui pręterierant ante ipſam na
tiuitatẽ, & ſic iſto anno M.cccclxxij. ſumus in indictiõe
quinta, & ſequenti erimus in vj. Et ſic in poſterum fini-
tis quindecim annis computando illos tres inuenies
per te in indictionẽ per hæc pauca uerba. ¶ In glo.in uer-
bo, magis.ibi, per chronicam. Per iſtã gl. dicunt hîc Bal.
12 & do.Ant.& alij, cp † chronicis creditur etiã in iudicio.
Ad idem gl.in uerbo, tranſtulit. in c.uenerabilem.s.de
elec.& gl.j.circa mèdiũ, & in c.cùm ex literis.s.de reſt.in
inte.not.Bar.in l.j.ff.ſi cer.pet.& gl. & Dom.in c.placuit.
xvj.diſt.& gl.ij.& Dom. in c.in nomine Dñi. xxiij.diſt.&
gl.iij.& Domi.in c.j.xxvij.diſt.& gl.& Domi.in c. abſit.l.
diſt.& gl.in prologo ff.§.hęc autem tria.in uerbo, urbi-
bus. ¶ Et idẽ de libris hiſtoriarũ, quo ad facta antiqua,
dicit Domi. in c. quamuis . ante fin.xxj.diſt. & faciunt,
quæ dixi in c. cùm cauſam. s. de proba. & ibi uide do.
Abb.intelligentẽ prædicta, quando ab antiquo eſt ad-
hibita fides talibus: aliàs non, ut etiam per Bar.in d.l.j.
& ibi latiùs per Roma. ¶ In gl.ſuper uerbo, inter alios.
Quare autem ſententia nõ nocuit huic archiepiſcopo,
cùm ſciuerit cauſam agi, modò eſſet iudex, contra l.ſæ-
pe.ff.de re iudic.Dic, quòd ignorabat ius eccleſiæ, uel ſi
ſciebat, nõ potuit nocere eccleſiæ in quæſitis, ut per gl.
in regula, delictũ.de reg.iu.in vj. ut hîc latiùs per Doc.
maximè do.Abb. Et per hanc gl.iuncto text.infert Ioã.
And.utile eſſe, quòd in inſtrumento ſentẽtiæ epilogen
tur acta: de quo dixi in c.quoniam contra.in v.conclu-
ſione, s.de proba. ¶ In gl.in uerbo, nocumentum. Not.
quòd tertius poteſt approbare atteſtatiões inter alios
factas: & confirma, ut dixi in c.cùm cauſam. s. de teſti.
ubi eſt gloſ.ſi, quòd de conſenſu partium atteſtationes
inualidæ efficiũtur ualidæ: & intelligẽ iſtam gl.quo ad
præiudicium approbantis, non autem aduerſarij, niſi
eſſet ille, qui feciſſet fieri atteſtationes. Et de materia gl.
quando atteſtationes in una cauſa noceant in alia, dic-
tũ fuit in c.cauſam, el j.s.de teſtibus. ¶ In gl. in uerbo,
nequiuiſſet. No.gl. quia eſt ſingularis, ſm do. Car. hîc,
quòd talia ſunt ſubiecta, qualia prædicata demõſtrãt:
quia à quo remouetur prædicatum, remouetur & ſub-
iectum: quia prædicatum, id eſt, quòd dicitur de alio,
qualificat illud, ut ſic ſubiectum intelligatur ſm natu-
ram prædicati: & in propoſito facit ad tex. quia eadem
res non poteſt donari & confirmari: quia reſpectu eiuſ-
dem donantis & confirmantis ſunt qualitates contra-
riæ: modò donare & confirmare ſunt prædicata, ſeu
qualitates. ¶ In gl.in uerbo, confirmari.in fi. Quando
13 cõfirmans† uideatur dare, diſtingue, ut plenè per Bar.
in l.& quia.ff.de iuriſd.om.iud. quem ad literam ſequi-
tur hîc Imol. & plenius diſtinguit Bal.in l.ex placito.in
iij. col.C.de rerum permu. & aliquid etiã per ipſum in
l.j.C.de manumiſ.teſt.& in l.nominationes. in princ.C.
de appel.& in l.ſi donatio. C. de donat.& in c.ex parte.
s.de conſti.& in l.aduerſus.C.ſi aduer. rem iudic. & per
gl. & Doc.in l.ex his uerbis.C.de dona. & Bal.in l.leges
& conſtitutiones.in ulti. col. C. de legi.Ang.in l.à diuo
Pio.la ij.ff.de appel.& Albe.in j.parte ſtatu. q.xx.uerſic.
item quæro, ſi ſtatuta confirmentur. Et dic, quòd regu-
lariter confirmare non eſt de nouo dare, ut hîc in text.
14 cum concor. ¶ Fallit† primò, niſi actus confirmatus nõ
tenuiſſet, l.adoptio.ff.de adop. & confirmatio fieret ex
certa ſcientia, iuxta c.j.& ij.j.de confir.uti.& facit c.j.s.de
tranſac.& licet ſit dare reſpectu iuris, quod non erat col
latum, tamen poteſt appellari confirmatio reſpectu fa-
cti, quod pręceſſit, ſm Imo.hîc: pro quo facit optimè l.
ſi donante.§.j.ff.de dona.inter uirum & uxo. & l.j. C. de
manumiſ.teſt. Per quam dicit ibi Bal.quòd quando tẽ-
pus confirmationis eſt inualidum, & tempus rei confir
matæ eſt ualidum, trahitur ultimum ad primum. Facit
etiam, quia confirmatio præſupponit ſemper aliquid
eſſe, licet minùs perfectum, ſecundum Bal.in d.l.nomi
nationes.in prin. Et hîc adde, qd no.Inn.in c.dudũ.ad
fi.j.de deci.& ex ibi nota. per eum iũcto text.probatur,
quòd quando non apparet principem confirmantem
uoluiſſe de nouo inducere, & actus cõfirmatus erat pro
parte ualidus, & pro parte nõ, præſumitur uoluiſſe po-
tiùs cõfirmare actum in caſu, quo ualere poſſet, quàm
de nouo dare: & dicit ibi do. Ant. quòd illud dictum de
facili non inuenitur alibi, & de ipſo etiã meminit Bald.
in l.bonorũ.in j.col.C.qui admit. & in c.j. per quos fiat
15 inueſti.ubi uide. ¶ Fallit† ſecundò, niſi actus tenuiſſet,
ſed eſſet imperfectus: & tũc licet confirmare nõ ſit pro-
priè dare, eſt tamen perficere, ſicut confirmatio electio-
nis, ſm Bar.ubi s.& Imo.hîc: quibus etiam adde Bal.in
l.j.C.de teſt.manu.ubi dicit, cp quando id, quod confir
matur, eſt principiatũ, ſed non perfectũ, nec conſuma-
tum reſpectu finis, ad quẽ ordinatur, ut electio, quæ cõ
firmationem deſiderat, tunc confirmator dicitur cõfir-
mare, id eſt, cum alio firmare, nec pro ſe diſponere: al-
16 leg.d.l.& quia. ¶ Fallit tertiò, quãdo † confirmans eſt ta
lis, qui poſſet actum perfectum reuocare: quia tunc cõ-
firmando poteſt dici etiam dare, ſm Imo.hîc, qui ſic in-
telligit c.in ſynodo. allegatũ in gl. ubi Papa confirmat
& concedit priuilegia imperialia ſuper electione Põtifi
cis: & quia poterat: reuocare, dicitur dare ſecũdum eũ,
qui ita etiam reſpondet ad c. in nomine. allegatum in
gl.& in hoc malè, ut in ſequẽti fallẽtia. Sed adde, quòd
Bar.in d.l.& quia.dicit, quòd iſto caſu intelligitur dare,
qñ hoc intendit: aliàs intelligitur confirmare. Et idem
clarè Bal.in l.j.C.de manu.teſt. allegãdo gl.j.in l.manu
miſsiões.ff.de iuſti.& iure.per quã dicit, cp in actu perfe
cto ex toto cõfirmãs nõ inducit de nouo. ¶ Fallit quar-
to in eo, qui põt cõfirmãdo dare, & dãdo cõfirmare: qa
simpliciter

ſimpliciter prouidendo facit utrunq, ut not.gloſ.in c.j.
& gl.ij.in c.ut circa.de elec. in vj.& eleganter do.Abb.in
c.cauſam.de elec.& aliquid per Ana. in c.accedens.in j.
col.j.de accuſ.per gl.j.in c.in ſynodo.lxiij.diſt.& per do.
Ant.in c.ſignificaſti. ad fi.de iure patro.& Domi.in c.u-
no.§.uerum.de iure patro.in vj.& Inn.in c.cùm olim.in
princ.de cauſa poſ.& proprie.& eleganter do. Car.cõſi.
lxiij.incip.in eccleſia Bellunenſi.in tertio dubio, dũ mo
dò dare & confirmare competat eidem perſonæ eodẽ
iure: ſecus, ſi diuerſo: putà, ſi tanquam arbiter quis eli-
geret, & poſtea haberet, ut ſuperior, confirmare: quia
actus debent eſſe diſtincti, ut per gloſ.in uerbo, confir-
mauit. in c.cùm inter. allegato in gloſ. & clarè Domi.
poſt Pau.in d.c.ut circa.in j.col. ¶ In glo.in uerbo, quod
17 meum. Iſtud† quod meum ex una cauſa, &c. ¶ Fallit pri
mò, niſi plures cauſæ eodem tempore concurrerent, ut
l.in numerationibus. in prin.ff.de ſolu.& not.do.Abb.
hîc,& gl. magna in l.iij.§.ex pluribus. putà, ſi uenderes
mihi librum: quia tunc liber fit meus ex ſtipulatione,
quæ præcedit: & etiam fit meus ex ſolutione tibi facta,
18 ubi ſemper uide Bar.ff.de acquir.poſ. ¶ Secundò † fal-
lit, niſi pinguius ſubueniretur per ſecundam cauſam,
quàm per primam, uel ſecunda eſſet reſolutiua prime:
putà, ſi teſtator dixerit, relinquo uxori meæ talem do-
mũ, ſi poſt mortem meã filios fecerit, & interim hæres
teſtatoris moriens reliquit illam domũ illi mulieri tu
re legati: & tunc addit mulier domũ, tunc ſi hæres ſecũ-
di teſtatoris uult detrahere Falcidiam dicti legati, non
poteſt: quia ex ſecunda cauſa, ſi filios fecerit, domus ef-
ficitur mulieris, ſecundum Imo.hîc, & Do.poſt Io.And.
in c.cùm perſonæ.§. quòd ſi tales.in ult. col.de priuil.in
vj.ubi etiam dicit, quòd illud, quod eſt meũ, poteſt con
firmari meũ ex approbatione ſuperioris, ut in toto tit.
19 j.de confir.uti. ¶ Fallit† tertiò, niſi eſſet dubium de pri-
ma cauſa, per c.poſt electionem.j.de conceſ. præb.facit
c.cùm dilectus.s. de conſue.ſm Dom.in d.§.quòd ſi ta-
les. Et hîc nota, quòd ille, qui petit poſſeſsionem bene-
ficij, poteſt uti duplici titulo. Ita latiſsimè cõſuluit Cal.
in tit.de elec.conſi.vij.incip. An capitulũ, ut quis duas.
& ibi dat differentiam inter petentẽ confirmationẽ ele
ctionis, qui hoc non poteſt, c.ut quis duas.de elec.in vj.
& inter petentẽ poſſeſsionem. Et aliam rationẽ differẽ-
tiæ ponit etiã Dom.in d.cõſi. in certis apoſtillis, & in d.
c.ut quis duas.in ult.col. Et idem conſuluit Lapus alle-
gatione ult.motus per tex.in d.c. poſt electionẽ. Et licet
multa dicãt, eorum deciſio eſt mirabilis: quia collatio
acceptata facit beneficium dici meũ, c.ſi tibi abſenti.de
præb.in.vj. Vnde ſi eſt meum ex una cauſa, non poteſt
eſſe meum ex alia: maximè agendo, ut in iſto tex. Et ad
c.poſt elect. dici poſſet, ut ibi per do. Abb. quòd loquí-
tur in eo, qui ſe defendebat, qui poteſt uti pluribus de-
fenſionibus, dicendo, ſi iſtud non iuuat, adduco iſtud,
ut in regula, nullus pluribus. de reg. iur. in vj. Et ad hoc
dicit illum tex. non eſſe alibi: & hoc ſentit gl. in dicta re-
gula, nullus. dum dicit, quòd licet ex titulo duplicato
non agatur, ut hîc, tamen bene excipitur per d. c. poſt
electionem. Vnde de dicto conſilio poſſet dubitari, niſi
dicatur, quòd iſte tex. non loquitur, qñ eſt dubium de
prima cauſa: quia poteſt allegari etiam ſecunda, ſm Io.
And. in d.c.cùm perſonæ. Sed tamen non dicit ipſe, cp
agendo utraq; cauſa deduci poſsit: & ideo cogitabis.
Et dicit hîc do. Car. & etiam do. Abb. in d.c. poſt electio-
nem. quòd utile eſt beneficiato, ut quando dubitatur,
ad quem pertineat collatio, obtineat collationẽ à plu-
ribus, per d.c.poſt electionem. licet agendo non poſſet
deducere plures titulos, d.c.ut quis duas. Quando au
tẽ poſsit quis uti exceptionibus contrarijs, de quo ali-
quid in iſta gloſ. dicetur in c.auditis.j.de præſcrip. ¶ In
20 glo.in uerbo, locatio. Nota, quòd † conductor non po
teſt excipere de dñio contra locatorem: & facit in ſimili
c.illud.j.de exceſ. prælat. Et hoc habet locum nõ ſolùm
in conductore, ſed in alijs tenentibus alieno nomine,
ut ſentit hęc gl.in iuribus, quæ primò allegat, & firmat
Imo.hîc, & Pau.de Caſ.in l.qui rem ſuã.ff.depo.& Bald.
in l.ſi quis, uel pecunias.C.depoſi.& Bar.& Pau.de Caſ.
21 in l.cõmodare.ff.cõmo. ¶ Item† habet locum in hære-
de conductoris, ut per Pet. de Anch.conſil.ccx.incip.in
quęſtiõe uertente.uer.his itacp premiſsis. ¶ Et intellige
22 de quæſtione dominij, ſcilicet tertij: ſed† quæſtio domi-
nij conducentis, uel recipientis in pignus, uel cõmoda
tũ, rem, quã dicit eſſe ſuam, quam fortè ignorauit ſuã
tempore cõtractus, bene poteſt opponi: quia reddit cõ
tractum retrò nullum, cùm in re propria non cadat cõ
ductio, uel pignꝰ, uel aliud, l.necp pignus.ff.de reg. iur.
& l.ei, à quo.ff.de uſuca.ſm Imol. hîc. De dominio autẽ
tertij opponi non poteſt, ut in iuribus alleg.in glo.niſi
tertius aſsiſteret, l.bona fides.ff.depoſi. uel niſi eſſet du
bium de locatione, l.litibus.C.de agri.& cenſi.libr.x. Et
hoc, ubi agitur actione locati. ¶ Vbi autem locator age
ret conditione ex l.ſi quis conductionis.C.loca.nõ ex-
cipitur de dominio proprio, nec alieno: ſed oportet, cp
res priùs reſtituatur, & hoc in odium illorum, qui per
uarias exceptiones uolebant illudere locatoribus, ut
per Bar.in d.l.ſi quis conductionis, cum quo tranſeunt
do. Ant. & Abb. hîc. ¶ Quibus adde Bal.in l.plures apo
23 chis.C. de fide inſtru. ubi dicit, quòd † cõductor poteſt
obijcere exceptionem præſcriptionis locatori, non ex
eo quòd ceſſauit à ſolutione, per illum textũ: ſed ex eo,
quia interuerſa poſſeſsione locatoris proprio nomine
poſſedit, iuxta l.ſicut.& l.ſi quis emptiõis.C. de præſcri.
xxx.anno.& not.gl.fin.in l.cùm notiſsimi. eodem tt.de
quo aliquid per Bald.in c.j.§.rurſus. de contro. inue.&
do. Ant.in c.ad audientiam.j.de præſcript. ¶ Et an em-
phyteota poſsit referre quæſtionem dominij, uide om
nino Spec.in tit. de loca.§.nunc aliqua.uer.lij. ¶ Et ad-
de, quòd conductor recuſans reſtituere rem conductã,
ſi expectat ſententiam, nedum condemnatur in re, ſed
in eius æſtimationem, l.conductores.C.loca. ¶ Et idem
de hærede, ut ibi in uerbo, ſeu eorum hæredes. Si tamẽ
ſucceſſori prælati locantis refricaret dubium dominij
conductor, maximè non finita locatione, non incurre-
ret dictam pœnam, ſecundum Rotam in formis, deci-
ſione ccxxxiij.incip.ex præmiſsis. quia poterat habere
iuſtam contradictionis cauſam, licet in ſummario dic-
tæ deciſionis per errorem, ut puto, cõtrarium dicatur.
¶ Et iſtis adde, quod not. Innoc.& do.Anto. in rubri.s.
quod met.cau.& do.Anto.& Imol.in c.ad audientiam.
eod.tit.ubi dicunt, quòd licet habens cauſam, id eſt ius
ab aliquo, uoluntariè non poſsit eidem refricare quæ-
ſtionem dominij, ut eſt dictum: tamen ſecus, ſi non ha-
bet ab eo cauſam uoluntariam: putà, quia per uim ſibi
abſtulit: quia poteſt eidem, ſcilicet qui dedit cauſam al
teri per uim agenti, quod metus cauſa, obijcere exce-
ptionem dominij: ſed ſuper uiolentia aliter illi ſuccur-
reretur, ut ibi per eos. ¶ In eadem gloſ. in fi. Intellige,
24 quòd † conductor poteſt locare alteri æquè idoneo, &
ad eundem uſum, ut l.nemo.allegata in gloſ. Secus ta-
men in ſocio recedente, qui non poteſt inuito altero ſo
cio pro iure, quod habet in domo conducta, alteri lo-
care: quia uidetur electa induſtria perſonæ, iuxta l. qui
admittitur. & l.de illo.ff. pro ſoc.& ita gl. in §. fin. Inſtit.
loca.& Spec.in tit.de iudic.§.ij.uerſic.circa hoc.& ſequi-
tur hîc do. Anto. Imol. & do. Abb. latiùs, quàm opor-
teret. Et declara, ut per Bald. in d.l.nemo. niſi poneret
æquè idoneum non ad conuiuendum, ſed ad habitan
dum. Et quòd ſocius non poſsit locare alteri non ho-
neſto, uide Bald. in l.j.in penultima colum.uerſic.ulti-
mò quæro. C. qui teſta. fac. poſſ. ¶ Et ex iſtis infertur,
quòd ſocij ſimul habitantes in eadem domo, non ſunt
propriè ſocij, ut hîc per do. Abba. ita dicentem ſe re-
ſpondiſſe in facto. Et de iſtis, tanquam parum utilibus
& claris, dic, ut hîc per ipſum & alios extendentes
dicta

c.inter di lectos.

dicta Spec. in d. uers. circa hoc. ¶ In glos. pen. dic, ut per Doct. in d. c. querelam. maximè per do. Abb. & gl. & do. Abb. in c. suscitata. s. de resti. in integ. & per Bal. in l. j. C. de senten. ubi dicit inter alia, quòd sicut sententia condemnatoria lata contra dñm, qui non fuit in iudicio, omisso procuratore, non ualet, ut ibi, ita absolutoria: & dicit esse gl. sing. in l. si remunerãdi. §. si Maurus. ff. mãd. Sed ex text. hîc, quem Rom. facit sing. in suo singulari cccclviij. dicẽs se mirari, ꝙ Bal. istũ tex. nesciuerit. ¶ Extra† gl. plenè tangitur hîc per oẽs, utrùm notarius possit scribere instrumentũ per alium: & reperitur triplex opinio. Prima est, ꝙ non: quasi sit electa industria personæ, per text. cũ gl. in §. nos autẽ. in uerbo, per se. in authen. de tabel. & ibi hoc tenet Ang. & Io. An. in Spec. de instru. edit. §. instrumentũ. uer. itẽ opponitur, ꝙ non est confectum. & gl. fi. c. cùm P. j. eo. & Ang. in authen. de instru. cau. §. is uerò. & gl. in l. generali. C. de tabu. libr. x. & Imo. in c. fin. s. de offi. deleg. & do. Ant. post Hostiẽ. in c. quoniam contra. s. de prob. & do. An. & Imo. hîc, nisi esset magister stationis, & discipulus, & unus scribat, & alius subscribat, ut hîc per eos post Io. An. in d. additione. Vel nisi esset mortuus notarius rogatus ante leuatũ instrumentum, ut dicetur in c. cùm P. j. eo. ¶ Secũda est opinio, quòd si† notarius sit impeditus legitimo impedimento, potest scribere per alium: aliàs non. Et hãc tenet Bar. in d. l. generali. & in l. j. ultra mediũ, ff. de offic. consu. & in l. quædam. §. nihil. ff. de eden. & in l. diuus. Ia j. §. item senatus. ff. de fal. & do. Ant. post Car. in c. fi. in fin. s. de offi. deleg. & Ang. in authen. de tabel. in prin. in ij. col. & in d. §. nihil. & Bal. in c. cùm P. j. eo. & in rubr. C. eo: in xj. col. uer. & dubitatur. & in l. j. §. ne autẽ. C. de cad. tol. in iij. col. & in authen. si quis in aliquo. in iiij. col. C. de eden. Et quòd cessante impedimento non possit, allegatur c. cùm P. j. eod. & quia uidetur electa industria personæ. Et intelligunt isti, dum modò se subscribat & attestetur de impedimento, & quòd perlegit totũ illud instrumentum, quod de tali materia loquitur, fm Bar. in d. §. item senatus. & do. Anto. in d. c. fi. & quasi omnes prædictos. ¶ Tertia† est opinio, quòd etiam cessante impedimento possit per alium conficere instrumentũ se subscribendo: quia industria tabellionis non intelligitur in scribẽdo, sed ut det fidem gestis: quam satis præstat dictando & subscribendo. Et hanc tenet do. Car. dicens se ita cõsuluisse, in c. pe. j. eo. & Bart. in l. argẽtarius. in prin. ff. de eden. & do. Abb. post Inn. in d. c. quoniam contra. & hîc, dicens esse tex. sing. hîc à contrario sensu: & facit c. cùm redemptor. xij. q. ij. ibi, scribendum dictauimus & manu propria subscripsimus, prout allegat do. Car. sed ruditer, in d. c. pen. Et cum ista opinio. transeo, & est approbata à consuetudine, nec differt, siue alius, qui scripserit, sit tabellio, siue non: quia tota uirtus consistit in persona subscribẽte, ut per Inn. in d. c. quoniam contra. & ibi dixi. & not. Imo. referendo Car. in d. c. fi. in fi. neq; puto oportere, quòd notarius dictauerit: quia non præsumitur subscripsisse, nisi uiderit bene dictatũ, nec requiritur subscriptio adeò specialis, ut exigit Bar. in d. §. item senatus. quia contra ipsum consuluit Pet. de Anch. cons. ccxxxvij. incip. Priùs de iuribus. allegando Bal. & bene, in d. authen. si quis in aliquo. & est satis specialis, ex quo se refert ad præcedentia, l. ait prætor. §. j. ff. de re iudic. & de hoc etiam dixi in d. c. qm̃ contra. in q. iiij. uer. limita sextò. ¶ Et ista non intelligas habere locum in protocollo: quia† illud semper debet esse de manu notarij rogati, ut per Ang. in d. authen. de tabel. in princ. & ita propriè loquitur ille text. & ita no. Bal. in d. rubr. C. de fid. instru. ¶ Cæterùm ubi non esset subscriptio notarij in instrumento, per quod alius extendit rogationem notarij, prædicta non procederent, nisi in tribus casibus. ¶ Primus, ubi consuetudo aliud disponeret, per c. cùm dilectus. j. eo. ¶ Secundus, nisi cõmissio fiat de licentia iudicis, ut per Hostiẽ. in d. c. quoniam contra. & facit d. c. cùm. P. ¶ Tertius, nisi partes cõsentiant, per nota. in d. c. fin. de offi. deleg. ¶ Vlterius dicit hîc Inn. inter cætera, quòd confirmatio dominij circa donationes, quas facit uasallus, operatur solùm respectu utilis dominij, quod transfert uasallus non respectu directi existenti penes dominũ: & sequitur Bal. hîc, & in c. j. §. præterea. circa princ. quibus. mod. feud. amit. Facit, quod not. glo. j. in c. pastoralis. j. de dona. & Dominicus i c. j. in fi. prin. de iure patro. in vj. & do. Ant. post Cal. in c. illud. j. de iure patro. ubi dicunt, quòd cõfirmatio episcopi, quã de iure patronatus facit laicus monasterio, non operatur circa ius instituendi competens episcopo: quod limitat do. Abb. in d. c. de monachis. j. de præben. nisi patronus præsente episcopo diceret, Donamus, referendo illud plurale etiam ad episcopum. ¶ Vltimò facit iste text. secundum Hosti. quando possit princeps donare iura principatus: de quo aliqd dixi. in c. j. in j. not. s. de probat. sed plenius dicetur in c. intellecto. j. tit. ij. ubi omnes ponunt. Dicit etiã hîc Bald. unum ad materiam c. fi. j. de re iud. de quo ibi dicetur. Et ista sufficiant dicta breuiter, nec sequentes decretales careant dote sua.

25

26

27

28

SVMMARIVM.

1 ¶ *Episcopus an possit dispensare super uoto peregrinationis.*
2 *Dispensatio an uitietur per falsam causam.*
3 *Legitimatio utrùm uitietur per falsam causam.*
4 *Falsa causa an uitiet unionem ecclesiarum, reseruationem Papæ, & appellationem. nu. 5. 6.*
7 *Sigillum ignotum an faciat aliquam fidem.*
8 *Cardinalis si dicat, se esse legatum, an credatur eidem solo uerbo. & nume. 9.*
10 *Delegatus nemo esse creditur, nisi literis id doceat. nu. 11.*
12 *Cardinalis existens in curia, si dicit se esse legatum, an ei credi debeat, cùm faciliter possit haberi recursus ad Pap. an.*
13 *Excommunicatio lata ex falsa causa, aut absolutio data ex causa falsa, an teneant.*
14 *Cardinalis an sit maior episcopo in officio.*

CAPITVLVM VII.

Vod super his. ¶ Nõ ualent literæ, quas super absolutione uoti cruce signatus obtinuit per falsitatem tacitam, uel ueritatẽ non expressam. ¶ No. † primò ibi, Cardinalium. supple, qui hoc faciunt de mandato Papę, secũdum Car. hîc: nam talis dispensatio spectat ad Papam, ut in c. ex multa. j. de uot. & in Spe. de lega. §. nũc ostendẽdum. uer. lxxxv. & in §. nunc de episcoporum. uersic. cxxxiiij. & per gl. in c. quo ad trãslationem s. de offi. leg. dum modò sit uotum pro succursu Terrę sanctę: quia si esset aliter, quàm pro ipsius succursu, episcopus posset dispensare, ut per gl. in uerbo, incumbit. & ibi do. Ant. & do. Ab. in d. c. ex multa. & do. Ant. hîc, dicẽtem idem de omni alio uoto peregrinationis, dum modò episcopus dispenset per uiam commutationis, ut per Spec. in d. §. nunc ostendẽdum. uer. xxiiij. & per do. Ant. in c. quãto. in pe. col. j. de iureiu. nisi ex iusta causa in totũ tolleret omissa cõmutatione, ut ibi per do Abb. & de his per beatum Tho. in quarto sententiarũ, dist. xxxvij. q. j. arti. iij. & secũda sedæ, q. lxxxviij. art. ult. ¶ In tex. ibi, falsitatis expressionẽ. Per istum tex. infert hîc Inn. & do. Ant. & alij, quòd falsa causa uitiat absolutionem à uoto. Ad idem alle. l. j. ff. de nata. restit. ¶ Et idem de absolutione à iuramento dicit Pe. de Ancha. cõs. cxcvij. inci. prædictis subtiliter. ¶ Itẽ† de dispẽsatiõe dicit Bal. hîc, dicẽs, nõ tenere indulgẽtiã obtentam à religioso, qui ficta infirmitate petijt posse transferri ad laxiorem uitam: & idem in hoc dicit do. Ant. in c. nõ est. j. de uoto. propter gl. singularẽ ibi. Et ꝙ falsa causa uitiet dispensationem, uide tex. cum gl. fi. in c. quia

1

2

c. quia circa. & ibi omnes, j. de consan. & affini. & Bart. in d. l. j. & do. Ant. in c. ex parte. s. de offi. ord. & Io. An. in Spec. in rub. de clandesti. despon. circa medium, siue uerum taceatur, siue falsum exprimatur, secũdum ipsum, & Oldra. plenè cons. cclvj. incip. Clemens episcopus. & per eundem cons. ccxv. incip. puncta breuia. ¶ An† autẽ falsa causa uitiet legitimationẽ, uide Pet. de Anc. cõs. ccxlvj. incip. ex tenore. ubi consuluit, quòd legitimatio facta infanti propter mores & qualitates, quæ adhuc in ipso esse non poterant, non ualet. ¶ Et de legitimatione uide etiam latè Old. cons. ccxlvij. inci. factum tale est: quidã rex. ¶ Et an falsa causa uitiet priuilegiũ. uide Inn. in c. cùm dilecta. s. de rescri. ¶ Et an uitiet inuestituram feudi, uide Bal. in c. j. post princ. de feudo guardiæ. ¶ Et an uitiet decretum, uide Bar. Imo. & Ro. in l. iustè possidet. ff. de acqui. pos. & do. Ab. in c. j. j. de re iudi. & ibi dicetur. ¶ Et an uitiet sententiã, dixi in c. licet causam. super gl. in uerbo, apponi. s. de proba. ¶ Et† an uitiet unionem ecclesiarum, uide Rotam in antiquis decis. clxxxij. incip. Item no. quòd falsitas causæ. & in eisdem decis. ccclxxviij. inci. utrùm unio de quodam beneficio. & eleganter do. Car. cons. xcvij. inci. Papa uniuit quandam abbatiam. ¶ Et an uitiet professionem, uide do. Abb. in c. ex parte. el ij. post glos. j. de conuer. cõiug. ¶ Et an uitiet stipulationem, uide text. & Doc. in l. si diuortiũ. ff. de uerb. obli. ¶ Et † an uitiet reseruationem Papæ, uide Rotam in antiquis decis. ccv. inci. Item no. quòd ubi Papa. ¶ Et an uitiet prouisionem Papę in præiudicium expectantium, uide Rotam in antiquis decis. liiij. inci. Item no. quòd ubi Papa prouidet. ¶ Et an uitiet laudum, uide Pe. de Anch. cõsi. j. ¶ Et an uitiet inuestituram feudi, uel emphyteusis, uide do. Car. cõsi. xciiij. inci. nobiles uiri, domini de Vuinciguerra. & ibi notanter uult, quòd si exprimitur una causa falsa, & re uera suberat una alia uera, quæ non fuit expressa, actus non sustentatur. ¶ Et an falsa causa, uel falsa demõstratio uitiet appellationem, uide Bal. in l. etiam. C. de falsa causa adiecta legato. ¶ Et† an uitiet gratiam Papæ concessam motu proprio, uide Pe. de Ancha. cõsi. clxxxiij. inci. Visis consilijs. & Car. d. consil. xcvij. & do. Abb. in c. quia circa. j. de consan. & affi. ¶ Et an uitiet laudũ collationem beneficij, aditionem hæreditatis, hæredis institutiones, uide Pe. de Anc. consil. cciij. inci. iudex, id est de iure iudicaturus. ¶ Et an uitiet excõmunicationem & absolutionem, dicetur j. super gl. pen. ¶ Et pro doctrina in hac materia uide, quod dicit Bal. in l. demonstratio falsa. ff. de cond. & demon. ubi dicit, quòd falsa causa non uitiat, nisi requiratur ad substantiam. Allegat l. ij. §. circa. ff. de doli excep. & uide Bar. in d. l. demonstratio. & in l. cùm te. ff. de pac. & in l. damus. ff. de condi. & demon. & Bart. & Bal. in l. si sic. ff. de leg. j. & do. Car. in d. c. quia circa. Et ista no. quia sæpissimè inseruient. ¶ In gl. in uerb. ignot. Dic in fi. quòd† aut sigilla, & illi, quorum nomine sigillatur, sunt penitus ignota, & non creditur, etiam si essent mille: quia eadem ratio in mille penitus ignotis, quæ in uno, ut dicit glos. notabilis in c. j. lxxxix. dist. Aut habetur aliqualis cognitio sigillorum, uel sigillantium, & tunc si non agitur de alterius præiudicio speciali, credatur, si sunt quinq; & sic intellige iura gl. & sentit Inn. in c. j. de cle. peregri. Aut tractatur de præiudicio alterius, & non creditur: & sic intellige dicta Ioã. An. hîc: quia ubi agitur de præiudicio alterius, debent probationes necessariò concludere, c. in præsentia. s. de probatio. & facit tex. s. c. prox. in fi. & facit regula, cùm sint. de reg. iur. in vj. Nec obst. tex. iste, ubi agitur de præiudicio Terræ sanctæ: & tamen si sigilla fuissent nota, probassent: quia procedit, quando literæ impetrantur in forma iusticiæ, licet contineant aliquam gratiam, ut probatur in uerbo, ad quod. ut hîc latiùs per do. Abb. ¶ Ex quibus tractant hîc do. Ant. Imol. & do. Abb. an & quando credatur Cardinalibus: de quo nõ fuit dictũ in c. cùm à nobis. s. de testi. neq; in c. post cessionem. de prob. Sed ex dictis suis & aliorum alibi collige tres conclusiones. ¶ Prima conclusio. Solo† uerbo Cardinalis dicentis se legatũ Papæ creditur in his, quę ueniunt generaliter in legatione. Ita concludunt hîc prædicti, & Spe. in tit. de lega. §. superest. uer. quid si legati, per c. nobilissimus. xcvij. dist. & ibi per gl. in uerbo, nihilo minùs. & per gl. in c. cùm olim. el j. in uerbo, fratrũ. de priuil. & in c. ad Apostolicæ. in uerbo, proponi. de reiud. in vj. & quia raro exeunt Cardinales curiam absq; legatione: & pro hac ratione facit optimè tex. in l. fi. ff. quod cum eo. Per quem dicit not. Bar. in l. si mei causa. §. fi. ff. cõmodati. quòd si ego credidi alicui asserenti se esse nuncium, qui cõmuniter cõsueuerat mitti pro nũcio à dño, præsumitur mandatum, & iusta causa credẽdi: & hanc conclusionẽ tenet do. An. in c. cùm literis, de resti. in inte. & Lap. allegatione xv. inci. Idem est dicere, & allegatione xxx. incipiẽte, an si frater minor. & Rota in antiquis decis. cxc. incip. Item nota, quòd legatus, & Cal. in tit. de officio lega. consil. ij. Bal. in l. iurisiur. C. de testi. Et idem dicit hîc Abb. de alia persona, quàm de illustri, arg. d. c. nobilissimus. dicens, de stylo curiæ nulli credatur sine literis, nisi sit Cardinalis, secundũ ipsum. Et quòd alibi credat̃ personę ualde notabili, uide glo. magnam in d. c. cùm olim. el j. & Spec. in tit. de legato. §. superest. uers. quid de legati iurisdictione. & in §. excipi. uer. item excipitur, quod non ostendit. & gl. pe. in c. ego enim. de iureiur. & Pau. de Cast. consil. cccvij. inci. in decem, &c. prius quàm iura fierent. & in simili Spec. in tit. de cita. §. sequitur. uer. utrùm autẽ citatus. nisi ageretur de magno præiudicio, ut per Bart. in l. Palatinos. C. de colla. fisc. lib. x. per tex. in l. missi opinatores. de exactionib. tributorum, lib. x. & in l. facultas. C. de iure fisci. eo. libr. Quòd autem ignoto non credatur, facit, quod de nuncio scribit Bar. in l. j. §. cura carnis. ff. de offi. præfec. urb. & in l. neminẽ. ff. de exhibẽ. reis. & do. Ant. in c. cùm parati. j. de ap. cum similibus. Et adde, quòd nõ solùm creditur Cardinali, si dicat esse legatum in prouincia, sed etiam super his, quæ exponit alicui, ad quem dicit se missum: patet in tex. & gl. in d. c. ad Apostolicæ. in uerbo, proponi. ¶ Et† habet locum ista conclusio, ut in ea dictum est, in his, quæ ueniunt in generali cõmissione: secus in alijs, secundum Bal. Imo. & do. Ab. hîc, & Dom. post Host. in c. j. de offi. leg. in vj. & Bal. in l. si qua per calumniam. in ult. col. C. de epis. & cle. & do. Ant. in c. cùm in iure. & ibi do. Abb. de offic. deleg. & in c. causa. de off. uicar. & do. Abb. in c. quo ad translationem. de offi. deleg. & Io. An. & do. Abb. in c. ad audientiam. j. de fen. excom. & Domi. in c. eos. §. j. circa fi. de sen. excom. in vj. & Ro. in l. sciendum. ff. de uer. obli. & Pet. de Anch. latè in cle. j. de prob. & ibi reprehendit Ang. qui consuluit debere credi dicto Cardinalium super potestate dispensandi, ubi nõ agitur de damno alterius: quia, secundũ Pet. de Anch. dictum c. nobilissimus. non loquitur in reseruatis, in quibus stat regula legis primæ, C. de mandatis princip. Dicit tamen Bal. in l. exemplo. in fi. C. de proba. quem alleg. hîc do. Abb. quòd etiam creditur in talibus, quando pluries ea exercuisset, tum propter cõmunem opinionem, tum propter assertionem tanti uiri. Et ex prædictis est cautela in his, quæ gerit ex speciali potestate is, cum quo actus geritur, ut habeat copiã literarum, in quib. appareat de mãdato, & faciat literas insinuari, fm Spe. in d. uer. quid si delegati. Imò cõiuncti in talib. ponunt in gratia totam literã cõmissionis eis factę de illis, fm Ioan. And. ibi in additionibus. ¶ Secunda conclusio. Sicut † dicenti se delegatũ nõ creditur, nisi ostensis literis, ut in c. cùm in iure. de offi. deleg. ita nec Cardinalibus: & si literis attestatur, tantum eis creditur, quantũ de aliorum literis dicitur in c. post cessionem. s. de prob. secundũ do. Ant. & Imol. hîc, arg. eorum, quæ habentur in c. sicut. j. de sen. exc. & facit lex unica

c. quod sup his.

8

3

9

10

unica ibi, nec ullius dignitate terreri. C. de mãda. prin. & lex, prohibitum. ibi, cùm literis nostris, non ex arbitrio suo Cesarianos, &c. C. de iure fisc. lib. x. facit etiam lex, prohibitorias. C. de diuer. off. lib. xij. ibi, nõ passim, nec latenter solis eorum authoritatibus, nec sacrarum literarum exemplaribus, sed authenticis tantum modò nostra manu subscriptis. Et idem rectè sentit Inn. in c. cùm olim. el j. in gl. fi. de priuile. dum dicit, quòd legato creditur, si est persona nobilis: postea subdẽs de delegato, dicit, quòd opus est literis: & non limitat, prout dixi de legato. Idem firmat do. Abb. in c. præterea. de dila. dicens, quòd non est credendum asserenti se delegatum, quantumcunq; sit persona authorizabilis, nisi cõstet priùs de mãdato plenè: & ideo nec ordinarius debet exequi sententiam suam, uel mãdatum alteri præiudicabile, nec pars respondere debet coram eo, nisi priùs fiat plena fides de mandato, nec sufficit simplex copia: & ita dicit intelligi text. in d. c. cùm in iure. & hoc, ubi agitur de grauissimo præiudicio. Si uerò de graui, oportebit saltem exhiberi copiam rescripti, ut ibi per eum: & idem ipse sentit in d. c. cùm olim. el j. quasi in fidum allegat. d. c. cùm in iure. ¶ Sed do. Abb. hîc dicit se
11 credere, quòd † sicut Cardinali creduntur maiora, scilicet cùm asserit se legatum, ita credi debeant minora, scilicet delegatum. Ad idem conatur inducere istum text. & ita dicit quotidie seruari in curia: quia Cardinalib. cõmittuntur causæ uiua uoce Papæ, nec de delegatione requiritur probatio ultra dictum Cardinalis. Dicit tamen se non putare, quòd credatur ei dicenti aliquid præiudiciale ultra generalem cõmissionẽ, propter glo. in c. sicut. j. de sen. excom. In inferiori autem procedit opinio cõtraria, ut hîc per eum: pro quo adduci potest, quod no. Io. Mo. in c. j. de schisma. in vj. etiam refert ibi Io. An. & Domi. ubi dixit, quòd sub uerbis generalibus legum, uel Canonum pœnalium non comprehendun tur Cardinales, nisi exprimantur, prout fit in illo c. j. Ex quo dicto latè & eleganter consuluit Pet. de Anch. cõsi. ccxc. incip. Pro clariori euidentia. quòd regulæ cancellariæ pœnales nunquam comprehẽdunt Cardinales, nisi exprimantur: sicut non comprehendunt Papam, cum quo ipsi faciunt unum corpus, ut ibi per eum: & idem Host. & do. Ant. in c. ij. j. de cleri. non resi. dicentes, c. quia periculosum. de sen. excom. in vj. habere locum in Cardinalibus: & idem do. Abb. in cle. j. circa prin. de excess. præla. & sentit Ioã. An. in Spe. de legat. §. sequitur.
12 in fin. dum alleg. d. c. quia periculosum. ¶ Sed † quod dixi in conclusione, uerius puto limitando, ut hîc per Imo. uidelicet ut non procedat, quando Cardinalis est in curia, ita quòd de facili potest haberi recursus ad Papam pro ueritate, aliàs non: & alleg. Spe. in tit. de prob. §. uidendum. uer. quid de auditoribus. & seipsum in cle j. de proba. & plus dicit Spe. ibi, quòd nõ solùm Cardinalibus, sed auditorib. sacri palatij & alijs creditur de delegatione commissa sibi aliquando per cursores, aliquando per ostiarios Papæ, aliquando per Cardinales, etiamsi non appareant: quia de facili potest recurri ad Papam præsentem. Imò dicit, idem esse de quolibet auditore dato à quolibet ordinario præsente. Et dicit, quòd lex prima C. de mand. princ. & d. c. cùm in iure. loquuntur, quando delegans est absens & remotus. Et istud bene no. quia sic saluatur opi. do. Abb. qui fortè idem sentit, dum dicit de stylo curiæ. ¶ Quòd autem dispositio d. c. cùm in iure. generaliter cesset in Cardinali, non habeo pro indubitato: imò cõtrarium dicitur in locis alle. in conclus. præsertim cùm agitur de præiudicio partis. Vnde dicit do. Ab. post alios ibi, quòd ideo non præsumitur quis bonus, & sic non mentiens in casu illo: quia est materia preiudicialis: tum, quia iudiciũ redditur in uitum, l. inter stipulantem. §. j. ff. de uerb. oblig. tum propter periculum litigandi corã iudice incompetenti: unde succedit regula c. cùm à nobis. s̃. de testi. quòd uni quantęcunq; authoritatis non creditur in præiudicialibus. Patet in c. licet ex quadã. in uerbo, præsidiali. eod. tit. no. gl. in d. c. sicut. & ibi do. Ant. & do. Abb. ¶ Et quando dicitur, quòd in lege debet fieri mẽtio de Cardinalibus, ut comprehendantur, istud tollitur multipliciter. ¶ Primò: quia Archi. Ioã. An. & Domi. in c. nemo deinceps. de elec. in vj. dicunt, quod ille text. in uerb. nemo. comprehendat Cardinales: de quibus non oportet fieri mentionem, cùm indefinita æquipol leat uniuersali, ut ibi per eos: & dicit ibi Domi. quòd dictum Io. Mo. in d. c. j. potest procedere in re, quæ de sui natura non est mala, sed per legem efficitur mala: quia oportet exprimere Cardinalem, ut ibi factum fuit: uel dicit ipse, & meliùs, Io. Mo. non creditur in hoc, cùm esset Cardinalis: & idem dicit Dom. in d. c. j. ¶ Secundò: quia dicit Io. de Ana. & bene, in rub. j. de cleri. excom. in ult. col. quod c. quia periculosum. de sent. excom. in vj. non habet locum in Cardinali non episcopo: quia in eo cessat ratio illius c. scilicet impediendi officium episcopale: & licet Dominicus aliter dicat in d. c. quia. tamen istud fortè uerius: quia, ut patet ex glos. ibi in uerbo, suspensione. illa decretalis non extenditur. ¶ Tertiò: quia sequeretur, quòd ferè nulla lex Canonica ligaret Cardinales: quia rarissimè de ipsis fit mentio: & ita in casu c. si quis suadente. xvij. q. iiij. cum simili. non comprehenderentur, quod non est dicendum. ¶ Quartò: quia sequeretur, quòd etiam in episcopo non haberet locum, c. cùm in iure. per c. inquisitores. de hæret. in vj. & d. c. quia periculosum. cũ simili. quia de ipsis oportet fieri mentionem: & hoc non est dicendum: quia legalitas personę, uel dignitas nihil operatur, ubi agitur de præiudicio alterius, ut dicit Bal. in c. iurauit. s̃. de, p̃ba. Et contrarium in proposito tenet hîc do. Abb. Nec est uerum, quòd constitutio simpliciter loquens nõ includat episcopus: patet ex gl. in uerbo, suspensione. in d. c. quia periculosum. sed habet locum in casibus à iure expressis, ut in d. c. inquisitores. & c. fi. de priuil. eod. lib. & c. fi. de reiud. eo. lib. quæ probant regulam esse in contrarium per locum à speciali: si enim talia eis de iure competerent, superfluæ essent illæ constitutiones. ¶ Item facit: quia credere alicui propter eius dignitatẽ, est stare præsumptiõi: sed tex. in c. cùm in iure. dicit, certus extiteris: & sic requirit certitudinem: ergo non sufficit iuris præsumptio, ut no. Bar. in l. j. C. de fi. instru. & iure hastæ fisc. lib. x. Et quando dicitur, quòd dum creditur Cardinali in legatione, respondet do. Car. in cle. ne Romani. §. eo tamen. de elec. quòd illud est de stylo, nõ de iure: & maximè, quia legatio non est alteri præiudicialis in his, quæ non indigent speciali cõmissione: in illis enim, quæ indigent, non creditur, ut s̃. dictum est. ¶ Et ideo dicit eleganter Archi. ut refert ibi Domini. in d. c. nobilissimus. quòd licet legatus notus & honestus recipiendus sit sine literis, & ei credi debeat, ut ibi, non tamen audent tanquam tales iudicare. Dicit ibi tamen Domi. quòd si iudicaret, & postea disputaretur de eius gestis, sufficit, quòd habeatur tunc pro legato: & ista omnia sint dicta pro ueritate, salua semper consuetudine stylo inuiolabili curiæ Romanæ. ¶ Tertia cõclusio. Testimoniũ solius Cardinalis etiam iurati nõ probat plenè contra aliquem, secundũ do. Ant. & do. Abb. hîc per c. cùm à nobis in uerbo. quãtęcunq; dignitatis. s̃. de testi. & est gl. no. in d. c. sicut. quam etiam multùm no. do. Ant. & do. Abb. ibi, & do. Abb. in c. cùm in ecclesijs. de maio. & obed. & in d. c. cùm olim. el j. & ibi bona gl. in uerbo, quorundam. facit l. iureiur. in fi. C. de testi. cum si. Et ideo consuluit do. Car. cons. cliiij. incip. Redẽptoris, &c. in quæstione, quæ uertitur. Quòd dispositio cle. j. de appel. habet locum in inferiore à Papa. ¶ Sed limitatur ista cõclusio, nisi attestaretur de actis factis coram eo, sm Inn. in c. cùm dilecti. super uerbo, respõsionem, de accus. & Bal. in d. l. si qua per calumniam. in ult. col.

col. C. de episc. & cle. & Spec. in tit. de lega. §. sequitur. circa fin. uer. item quòd eis creditur super actis. & do. Ant. in c. quoniam contra. s̃. de proba. & ibi dixi in v. conclusione: sed tamen istud non procedit de iuris rigore, sm Spec. in tit. de testi. §. j. uer. quid si aduocatus. ubi refert ita dixisse Clementẽ iiii. & sequitur do. Ant. & do. Car. in c. constitutus. el ij. j. de app. Et hoc tenendo potest responderi ad illũ tex. quòd sit speciale in Cardinale attestante de actis etiã coram alio, super quibus adhibuit cognitionem, quando uertitur causa electionis, cui in hoc fauetur ob celeriorem expeditionem, arg. c. quàm
13 sit. de elect. in vj. ¶ In gl. pen. in fin. Et † quare excommunicatio lata ex falsa causa noceat, & absolutio facta ex falsa causa non prosit, remittit hîc Imol. ad gloss. ultimam in c. ex parte. de off. ord. quia, secundũ eum, quando fertur excõmunicatio, licet ex falsa causa, iudex agit excommunicare, & reputatur excommunicatio medicinalis potiùs, quàm mortalis, c. j. de sent. excom. in vj. Ideo tenet. Sed ubi fit absolutio ex falsa causa, nõ prodest ex quo nõ est facta à uera causa: nã etiamsi quis esset excommunicatus ex duplici causa, si fieret absolutio de una, nihilo minùs remaneret excommunicatus in alia, c. cùm pro causa. j. de sent. excom. ¶ Item, secundum Bald. hîc, ualiditas excõmunicationis est propter rigorem censuræ, sicut propter rigorem diffinitiuæ uaet sententia erronea, ut not. in l. si is, ad quẽ. ff. de acqui. hære. in l. seruo inuito. §. cùm prætor. ff. ad Treb. Secus, si non est diffinitiua, ut l. tutor petitus. ff. de tuto. & cura. & l. qui testamẽtum. ff. de excus. tuto. secundum ipsum. ¶ Item in excommunicatione defectus surgit à iudice: in absolutione uerò defectus surgit à parte, cuius subreptio uitiat, secundum do. Ant. & Imol. in d. c. ex parte. ¶ Sed do. Card. in repe. c. perpendimus. uer. quæro circa hoc. j. de sent. excom. dicit, quòd licet omnes teneãt gloss. in d. c. ex parte. tamen nõ procedit, secundũ eum: quia imo excommunicatio lata ex falsa causa, quam si excommunicans sciuisset non esse ueram, non erat excommunicaturus, nõ tenet: & dicit se dixisse in c. ab excommunicato. de rescript. quia omnis dispẽsatio ex falsa causa uitiatur, quando causa est adæquata effectui. Item, quando disponens cessante causa non erat dispositurus. Ita dicit esse casum not. in l. j. C. de fal. causa adiec. leg. & idem probaui expressè in d. c. quia circa. secundum intellectum, quem dicit se posuisse ibi, scilicet ꝙ causa intelligitur ibi apposita conditionaliter: quia clausula, Si ita est, adiecta in rescripto, quæ etiam omissa subintelligitur, c. ij. de rescript. facit rescriptum conditionale: cùm autem causa apponitur conditionaliter, habetur p̃ finali, adeò quòd si est falsa, uitiat, l. demonstratio. §. fin. ff. de condi. & demon. Et ita saluatur intellectus illius c. quia circa. per quem concludit do. Car. contra gloss. in d. c. ex parte. sed non exprimit, an absolutio ex falsa causa teneat, licet in sequenti q. dicat, quòd absolutio etiam iniusta teneat, per text. allegatum in c. uenerabilibus. §. ubi autem. de sent. excom. in vj. ¶ Sed dicit do. Card. hîc, quòd inter absolutionem & excommunicationem non est differẽtia in proposito: & ita dicit se dixisse in c. ab excommunicato. de rescript. & in d. c. ex parte. Et quòd excõmunicatio & absolutio ex falsa causa non teneat, sentit Ang. in l. ij. §. ignominiæ. ff. de infa. iuncta gloss. ij. q. j. in Summa: & not. per Domi. in c. ij. de sent. excom. in vj. & idem sentit Cald. in tit. de sent. excom. consil. xj. ¶ Sed do. Abb. in d. c. ex parte. dicit se credere, quantum ad excommunicationem, quòd si excommunicator ignorauit causam esse falsam, non tenet excommunicatio, licet cautum sit petere absolutionem, iuxta not. in c. j. s̃. tit. j. Sed si excommunicator intenderet omnino excommunicare, tunc excommunicatio tenet, licet sit iniusta. Idem dicit in absolutione: quia si absoluẽs intendebat omnino absoluere, etiamsi causa expressa omnino esset falsa, uel iniusta, tenebit absolutio, per d. §. ubi autem. Et nõ declarat, quid si absoluens nõ absoluisset, si sciuisset causam falsam, an absolutio teneat: nam text. indistinctè loquens in d. §. ubi autem. probat, quòd teneat. ¶ Quapropter quando constat de falsitate causæ, & non apparet de intentione superioris, remanet dubium, an falsa causa uitiet absolutionem: & in hoc do. Iac. in d. c. quia circa. dicit se repetẽdo c. ab excommunicato. tenuisse, quòd absolutio non teneat, quando est falsa causa: & faciunt illæ rationes, propter quas excommunicatio etiã nõ tenet. Item quia ista duo æquiparantur, excommunicatio & absolutio, cùm utrunq; tendat ad salutẽ. Nec obst. §. ubi aũt. quia, secũdum eum, intellligitur de alia iniustitia, quàm de iustitia ex expressione falsæ causæ, ut de iniustitia ordinis absolutionis, ut quia non uocata parte, ad cuius instantiam lata fuit excõmunicatio, c. Romana. §. si aũt. de app. in vj. secundum ipsum. ¶ Sed domini de Rota deci. cccxcix. incip. si pronuncietur. in formis, tenent, ꝙ excõmunicatio ex falsa causa & sine ordine iuris ualet & tenet, p̃ c. sacro. j. de sent. excom. & c. j. eo. tit. in vj. & ita absolutio: quia pari passu procedũt, c. uerbũ. de pœnit. dist. j. & pulchrè no. Innoc. secundũ eos in c. ab excõmunicato. super uerbo, obtentis. de rescr. & gl. pe. in fi. in c. inferior. xxj. dist. Et ex hoc decîdũt, ꝙ licet malè absolutus à censura legis reincidat statim, si non parcat, c. eos. de sent. excom. in vj. tamẽ absolutus malè à sentẽtia hominis non reincidit, nisi solenniter reintroducatur: qa ita tenuit absolutio, sicut tenuit excõmunicatio. Et pro hoc etiã uide Innoc. in d. c. sacro. in uerbo, aliò quin. ubi sentit, ꝙ absolutio ex falsa causa teneat: & ideo dicit gl. in c. de manifesta. in uerbo, absens. ij. q. j. quòd sicut uaet excommunicatio lata non seruata debita forma, ita absolutio: ideo dicit, ꝙ licet absens nõ debeat absolui, tamẽ si absoluit, erit absolutus. Et idem Archi. in c. cùm aliquis. xj. q. iij. & gloss. in cle. j. in uerbo, nullatenus. de sequest. pos. & fru. & no. do. Abb. in c. cùm pro causa. de sent. excom. & est tex. in d. §. ubi autem. maximè, cùm superior petitus debeat absoluere, c. qua fronte. ij. respon. de appella. & c. cùm contingat. ad fin. de offic. deleg. nec probatur in d. c. ex parte. quòd absolutio ex falsa causa non teneat, sed quòd taliter absolutus remittendus est ad dominum Papam. ¶ Ex quibus omnibus deuenitur ad hoc, ꝙ si excommunicatio ex falsa causa tenet, tenet absolutio. Si autem excommunicatio non tenet, ut uoluit do. Card. tunc ista probant, quòd non tenet absolutio. ¶ Sed cogitabam, an dici posset, quòd ista quæstio non differt ab illa, de qua per gloss. in c. ij. s̃. de test. cogen. Et sicut dicit ibi do. Abb. cui satis adhæsi, ꝙ subsistente impedimento excommunicatio illa non tenet propter intentionem proferentis, ita hîc nõ teneat excommunicatio, ut dicit do. Card. & per consequens nec absolutio, etiamsi constet de intentione superioris: quia uideretur subesse error intolerabilis in excommunicatione, ubi fundaretur in causa falsa: quãdo autem excommunicatio est iniusta, tenet, c. j. xj. q. iij. & sic etiam absolutio, d. §. ubi autem. ¶ Et adde, quòd ubi uelles dare instantiam inter absolutionem & absolutionem, potes uidere, quod not. gloss. in uerbo, uacuamus. in c. j. quod met. cau. lib. vj. de qua facit festum do. Abb. in c. abbas. in pen. col. quod met. cau. Item facit, quod not. Spec. in tit. de fer. §. sequitur. in j. col. uer. & in his, quæ dilationem. & do. Ant. & do. Abb. in c. fin. de ferijs. ¶ Vltimò dicit hîc do. Abb. quòd † Cardinalis est maior epi
14 scopo in officio. Allegat Hosti. in c. ecclesia. el ij. de elect. & quod not. Ioan. Mo. in c. super eod. de hæret. in vj. & text. notab. in c. per uenerabilem. §. rationibus. j. qui filij sint legi. & text. cum gloss. in c. quanquam. ij. q. vij. & idem dicit do. Abb. in d. c. ecclesia. el ij. & sentit Dom. in c. j. de offi. deleg. in vj. post Ioan. An. & facit in simili not. gloss. in c. j. de offic. archiepiscopo. & quod not. Bart. in l. j. §. si quis in appellatione. circa princ. ff. de app. Secus est

c. quod super his.

est ratione ordinis. Et sic ꝓcedit c. quanquam. & quod not. gloss. ibi, & in c. cleros. xxj. distinct. Et idem de canonicis respectu sacerdotum, ut hîc per do. Abb. in lectura antiqua. Vnde difficiliùs dispensatur cum illegitimo ad canonicatum, quàm ad sacerdotium, ut latissimè per Domi. in c. j. de fil. presby. in vj. cum concord.

SVMMARIVM.

1 ¶ *Extrauagans disponens idem, quod ius commune, an dicatur ius commune.*
2 *Statutum disponens idem, quod ius commune, an ius commune dicatur.*
3 *Superior est consulendus super dubio intellectu iuris.*
4 *Extrauagans si discrepat à iure communi, cadit super ea probabilis dubitatio. 5.*
6 *Sententia contra extrauagantem lata, non est nulla.*
Hoc dictum declarat quatuor modis, num. 7. 8. 9. 10.
11 *Et quid in regulis cancellariæ.*

CAPITVLVM VIII.

Astoralis. ¶ Si de extrauaganti dubitatur, an sit decretalis, si est iuri consona, iudicatur secundum illam: si uerò est dissona iuri, consulitur Papa. H. D. ¶ In text. ibi, iuris communis. Nota,
1 quòd † extrauagans disponens idem, quod ius commune, non censetur differre à iure communi, quòd inducunt do. Ant. & Imol. hîc ad notata per gloss. maiorē
2 in c. j. de constit. in vj. ¶ An † ita tutum disponens idem, quod ius commune, censeatur ius commune? & dicit Imol. se consuetum dicere plenè in d. c. j. & in l. j. post Bartol. ibi, ff. ad l. Falcid. & per Ioan. de Lig. & do. Ant. in c. j. s. de rescript. & ibi etiam uide Innocen. in ult. char. & plenè Domi. in d. c. j. de constit. in vj. Et per hoc infert hic do. Abb. quòd licet statuta, quæ allegantur in alieno foro, debeant produci, ut per Bart. in rub. ff. de oper. no. nun. & tetigi s. eod. contingit tamen, si continent id, quod ius commune, non est opus producere: & istud credo notabile & clarum, nec pendet à ueritate quæstionis præcedētis: quia dato, quòd esset dubium, an tale statutum sit merè ius commune, an debeat interpretari, ut addat iuri communi, ut per Bart. in l. j. ff. de leg. iij. & in l. iiij. §. prætor. ff. de dam. infe. cum concor. uel an sublato iure communi sit sublatum tale statutū, quod fortè habet aliam rationem urgentem in loco, quàm habeat ius commune, de quibus dubijs aliàs dicetur: tamen quantum ad euictionem, non uideo, in quo possit esse necessaria, quando dicitur, quòd non continet aliud, quàm ius commune. ¶ In text. ibi,
3 consulat. Nota † superiorem consulendum super dubio intellectu iuris. Ad idem c. ij. s. de off. deleg. & c. cùm uenissent. s. de iudi. & l. fin. C. de legi. quia eius est interpretari, & c. c. inter alia, j. de sent. excom. in §. ex his. xj. q. j. & not. Innocen. in c. cùm speciali. in fi. gloss. quæ incip. iste recusans. j. de app. dicens se tamen fateri, quòd in causis, quas coram se habent inferiores iudices, bene possunt, quantum ad ius litigatoris pertinent superiu tibus & interrogationibus & inter ius & æquitatem interpretari, ut dicit no. in c. j. s. de postu. præla. quæ uerba tanquam multùm notanda refert & sequitur do. Abb. in d. c. cùm uenissent. & in c. j. in j. not. s. de iura. cal. & in c. capellanus. in j. col. s. de fer. & in c. inter alia. j. de immu. & Pet. de Ancha. in c. j. in v. char. s. de constit. & ibi Imol. & in c. ueniens. s. de renun. & uide omnino do. Abb. post do. Ant. in c. licet ex suscepto. s. de foro compet. ubi dicit, quòd interpretatio dubiorum legalium spectat ad imperatorem, & Canonum ad Papam, iuxta l. j. C. de legibus. Et sic debent intelligi, quæ not. do. Ant. in c. per uenerabilem. in pen. col. j. qui filij sint legi. & in c. super literis. in iiij. not. s. de rescript. cum simi. ubi per illa iura dicit, quòd si aliquid est decisum per Papam, debent Legistæ stare illi decisioni, licet antea dubitauerint: & dixi in c. fraternitatis. s. de testi. quia licet illi decisioni factæ sit standum, tamen stante dubio interpretatio spectat in legibus ad imperatorem, ut est dictum. De interpretatione autem statutorum, ad quos pertineat, dic, ut per Bart. in l. ambitiosa. ff. de decre. ab ordi. facien. & do. Abb. in c. ex parte. el iij. j. de uerb. signif. & in c. cùm olim. s. de arbi. cum concor. de quibus aliàs.

4 ¶ Vltimò per istum text. dum probat, quòd † super extrauaganti discrepante à iure communi cadit probabilis dubitatio, infertur ad id, quod not. Bartol. in l. cùm prolatis. ff. de re iud. ubi dixit, quòd licet sententia lata contra ius expresso iuris errore in sententia sit nulla, c. j. j. de re iud. l. ij. C. quando prouoc. non est necess. illud est uerum, quando est lata contra ius commune: secus, si sit lata contra extrauagantem: quia de illa potest probabiliter dubitari, & superior non fuit consultus: & sequitur hîc do. Anton. do. Card. & Imol. & Roma. in d. l. cùm prolatis. & do. Anton. in c. j. in ult. col. j. de re iud. & in c. per tuas. j. de sent. excom. & in c. ab excommunicato. s. de rescript. & Domi. in c. in tantum. in pen. col. xxj. dist. & in prooemio Sexti. §. sanè. & Bald. in l. ij. circa prin. C. quando prouo. & Bart. & Bald. in l. ij. C. eo. tit. & Bald. in l. j. C. quot testes sint necess. ad prob. ingrat. & ratio est, ut dixi, quia de ipsa est probabilis ignorantia, ut in isto text. qui optimè facit, quemadmodū etiam dicit Imol. hîc post Bart. in d. l. cum prolatis. de sententia lata contra legem obscuram, ut non sit statim nulla: ut per Domi. in c. in tantum. præalleg. cum concor. de quibus dicetur in c. j. j. de re iudi. ¶ Et ista est communis opi. licet contra ipsam do. Abb. hîc opponat, & non soluat de notatis in c. ij. de constit. ubi constitutio ligat post duos menses à die publicationis: sed ad hoc sufficienter respondent do. Anton. & Imol. hîc, quòd illud est uerum, quando constat de publicatione: secus est, si de illa non constat, & ita erat hîc: & non dicat, quòd secundum istam solutionem ista decretalis nihil operaretur, cùm sit in dubitatum, quòd iudex non tenetur sequi l. allegatam per partem, nisi de ea plenè doceatur: quia, ut dicit do. Card. in prima oppositione, potest esse,
5 quòd † extrauagans producebatur in forma publica, ut sub bulla, & tamē dubitabatur, ut quia reperitur diuersa litera in diuersis extrauagantibus in eadē dispositione, iuxta gloss. pen. in c. nemo deinceps. de elect. in vj. Non ergo est standum in continenti, l. ij. C. de legi. Et quòd ita oporteat dicere, patet, secundum eum: quia aut extrauagans producebatur in forma publica, ut publica, ut sub bulla: & non uidebatur de ea posse dubitari: aut nō est in forma publica, & non est standum, sicut nec scripturæ priuatæ, c. ij. s. eod. Ideo responde, ut
6 est dictum. ¶ Retenta ergo opi. communi, quòd † sententia contra extrauagātem non sit nulla, declara eam primò, nisi pars petijsset, ut iudex dubitans de extrauaganti consuleret superiorem: quia si petitus hoc non fecit, sententia non tenet, secundum Bald. hîc: allegat l. uerum. §. ex facto. ff. de mino. Sed in hoc contrarium sentiunt hîc do. Anton. & Imol. dicentes, quòd si iudici nō uidetur, potest omittere istam consultationem, iuxta l. cùm de nouo. C. de legi. Et istud admittit do. Abb. quando de extrauaganti allegata non habetur aliqua notitia: aliàs si iudex omittit dictam consultationem, uidetur puniendus, per istum text. in uerbo, consulat. non tamen sententia est nulla, tanquam lata solùm contra ius litigatoris, arg. c. uenerabilem. de elect. & ita sentit hîc gloss. fin. secundum ipsum. ¶ Secundò declara,
7 ut † non habeat locum in extrauaganti ualde nota, ut extrauagans, execrabilis, & similes; quia in ipsis non cadit

cadit probabilis ignorantia, arg. c. quod dicitis. xvj. distinct. & c. j. de post. præla. secundum do. Abb. hîc, & Bal. in l. leges sacratissimæ. in ij. q. C. de legi. & Pet. de Anch: in repet. c. canonum. in xxx. char. de constit. & do. Abb. in c. j. j. de re iud. & do. Ant. & Imol. in prooemio Decret: ubi idem dicunt, si de extrauaganti est facta fides in iudicio: quia satis dicitur notoria, ex quo Pet. acta constat de ipsa: arg. c. fin. j. de coha. cle. & mul. & per not. in c. cùm olim. de uer. sig. Et non dicas, quòd probatio nō noceat sententię, & quòd ipsi loquantur, quando fides fit post sententiam: quia nullo modo istud senserunt: imo apertè loquuntur, quando ante sententiam fit fides de extrauaganti: quia causatur notorietas ipsius, & habet locum ista declaratio: si autem fieret fides de extrauaganti in causa appellationis nō diceretur sententiam esse nullam, sed retractaretur, tanquam de eius iniustitia ex nouiter deductis constaret, ut per Domi. in prooemio vj. §. sanè. ¶ Tertiò declara prædicta exten-
8 dendo, ut † habeant locum etiam in statutis: quia licet sententia lata contra statutum sit nulla, sicut quando contra legem, ut per Ioan. An. in Spec. de execu. sentent. §. iusta. v. item nulla ratione litigatoris. & Bal. in disput. statuto cauetur. & in l. scire oportet. §. cùm sequens. ff. de excu. tut. & in l. cùm lege. ff. de testa. & in l. non dubium. ad fin. C. de legi. & in l. j. in ult. col. C. de hære. instit. cum concor. tamen si est lata contra prouisionem, uel reformationem non insertam in uolumine statutorum, ualebit ipso iure, ut hîc per do. Abb. & Bart. & Ang. in d. l. cùm prolatis. dum modò non sit notata per prædicta, & dicit Bald. in authen. habita. in fin. C. ne fil. pro pa. ꝓ statutum extrauagans registratum in uolu. statu. non dicitur amplius extrauagās, ex quo est incorporatum. Et differentiam inter extrauagantem & statutum, uide per Bald. in l. ij. ante fin. C. de prob. ¶ Quartò declara extendendo, ut habeant locum etiam in sententia prin-
9 cipis, secundum Car. hîc: quia licet habeamus, ꝓ † sententia principis facit ius, ut habetur, licet nihil alleget, in c. in causis. de re iud. tamen habetur pro lege extrauagans: unde sententia lata contra illam non est ipso iure
10 nulla. ¶ Et † idem est de decisionibus Rotæ, secundū ipsum, cum quo in hoc ultimo concordat Dominic. dicens, auditores non habere authoritatem legis cōden-
11 dæ, in c. duobus. de rescript. in vj. ¶ Et † idem credo de regulis cancellariæ Apostolicæ: quia non sunt constitutiones generales, ut dicit Pet. de Ancha. consilio ccxcij. incip. Efficacibus. Vnde non ligant gratias factas à successore Pontificis, qui eas condit, ut per eundem in c. j. de constit. in vj. ¶ Et idem credo de epistolis principis: & sic limito, quod dicit Angel. in l. j. in penult. col. ff. de ferijs. & in l. item ueniūt. §. cæterùm. ff. de peti. hæred. quia istæ uidentur extrauagantes, ut infertur ex dictis do. Card. hîc, qui non exprimit, an sententia ualde nota liget: si enim æquiparat extrauaganti, uidetur, quòd sic, per prædicta. ¶ Et idem fortè secus, cùm non sint leges generales, ut est dictum: & not. quia sæpe interrogaberis, utrùm extrauagantes Apostolicæ, præsertim aliqualiter notæ, licet non uniuersaliter ligent propter censuras in eis appositas: & uidetur, quòd non, quando non apparet, quòd nunquam fuerit moribus utentium approbata, propter gloss. in c. j. s. de treug. & pace. cum his, quæ eleganter tradidit hîc do. Abb. & latiùs Dominic. in §. hæc & si legibus. iiij. distinct. & sic sententia contra tales lata etiam notas teneret, sicut in simili dicit Pet. de Anch. in clemen. j. de reb. eccl. nō alie. quòd ualet sententia contra statutum antiquum non usitatum. Et totam hanc declarationem accuratè & bene nota: quia continet noua & non parum importantia. ¶ Demum in hac materia quærit Bald. hîc, quando sit probabile dubium de extrauaganti, de quo dixi aliquid s. uer. & ista est communis. & refert hîc Innocent. dicentem, quòd si aduocati allegēt quotidie eam, præsumitur pro ipsa: quod dicit esse menti tenendum. c. pastoralis. ¶ Et adde, quòd non dicitur constare de extrauaganti, licet in aliquibus libris sit inserta, sed non in omnibus, secundum Hostien. do. Anton. & do. Abb. hîc, & Domi. xix. distinct. in summa. ¶ Item scias, quòd si dubitatur, an extrauagans faciat ius, cùm ista sit quæstio facti, non iuris, & factum non præsumitur, allegans habebit probare, quòd faciat ius, secundum Archi. xix. distinct. in Summa: quòd dicit Domi. ibi ualde notandum, & ex hoc limitari gloss. in c. j. de confes. in vj. uolentem, ꝓ positio continens id, quod ius commune, non est admittenda: quia non est necesse, quòd probetur dispositio iuris communis. Sed si sit positio de extrauaganti, debet admitti. Et idem in hoc ultimo tenet Bart. in l. ornamentorum. ff. de aur. & arg. leg. & do. Ant. & Imol. in prooemio Decretalium, §. sanè. & do. Ant. in c. sæpe. de appel. & Domi. in c. ij. in pen. col. de confes. in vj. Item dicit hîc not. Bald. quòd aliud est iudicare secundum aliquod statutum, & aliud per aliquod statutum: quia quando concordat iuri, dicitur iudicari secundum ipsum, & non per ipsum, secundum istum text. ¶ In gloss. j. ibi. §. diuus. ibi ius prævalet consuetudini contra c. fin. de consue. sed dicit hîc do. Card. quòd in repe. sua c. quæ in ecclesiarum. s. de const. reprobauit omnes solutiones, quæ dantur ad illum §. & dedit intellectum, uidelicet quòd ibi tollitur consuetudo per constitutionem iuris communis non faciētem mentionem de ea: quia ex ratione infertur consuetudinem, uel statutum municipale non ualuisse: sic enim fuit in illo §. disponebat constitutio municipij corpora tumulari in ciuitatibus. §. diuus. dicit cōtrarium: ratio eius est, ne deformetur ciuitas, l. mortuorum. C. de reli. & sumpt. fune. & hoc est de iuribus regalibus pertinentibus ad solum principem, x. Coll. quæ sint rega. & sic infertur statutum non ualuisse, tanquam de non pertinentibus ad magistratum, secundum ipsum ultra alios. ¶ Extra gloss. dicit hîc Hostien. ut refert Bald. hîc, quòd tabellio laicus cōficere potest instrumēta super spiritualibus, de quo dicetur in c. seq. ¶ Item incidenter dicit Bald. hîc, quòd cassatis priuilegijs tanquam irrationabilibus, intelliguntur etiam cassata cōcedenda: alleg. cle. dudum. §. uerùm. de sepul. & l. talis scriptura. de leg. j. & c. quia sæpe. de elect. in vj. & c. unicum, de cleri. non resi. eo. lib. & cle. ut hi, qui. de æta. & quali. ubi est omnino uidendum, secundum ipsum: & facit ad quæstionem, an damnata consuetudine intelligatur etiam de futura: de quo aliquid dixi in c. ij. de proba.

SVMMARIVM.

1 ¶ *Conclusio in causa excludit omnes probationes, & producit alios effectus. num. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.*
13 *Conclusio si facta sit in causa, possunt fieri probationes, quando iudex procedit ex officio suo, si uiderit expedire.*
14 *Item ubi uertitur periculum animæ.*
15 *Item in causa criminali.*
16 *Item, quando instrumenta sunt de nouo reperta. num. 18.*
17 *Item, nisi instrumenta recipiantur post conclusionem de consensu partium.*
18 *Item quid in causa pupilli, uel ecclesiæ, si essent instrumenta de nouo reperta, an possint produci.*
19 *Item in causis summarijs.*
20 *Item, nisi subesset aliqua euidens ratio, propter quam instrumenta essent accipienda post conclusionem.*
21 *Item, nisi agatur de probanda excommunicatione, & tunc non obstabit conclusio.*
22 *Item, nisi uolens aliquid probare ante conclusionem, fuisset à iudice iniustè repulsus.*

23 *Item, nisi per beneficium restitutionis in integrum subueniretur ecclesiæ, uel minori.*

24 *In renunciatione probationum si fiat mentio de causa appellationis, quid iuris.*

25 *Item fallit iste text. in productionibus iuris: quia tales possunt produci post conclusionem. Et adde num. 26.*

27 *Conclusio in causa quot modis fieri dicatur. 28. 29. 30. 32.*

31 *Conclusio quando fit in causa, an requiratur de necessitate consensus iudicis.*

33 *Conclusio in causa est de substantia iudicij.*

34 *Textus huius intellectus, si quando ante conclusionem fuit datus terminus ad producenda instrumenta, uel datus non fuit.*

35 *Consuetudo potest facere probationē ualidā, quæ aliàs est inualida.*

36 *Consuetudo ut faciat scripturam simplicem haberi pro ualida, requiritur, quòd sit introducta à tanto tempore, cuius initij non sit memoria.*

37 *Et talis scriptura non haberetur pro authentica extra locum, ubi talis consuetudo niget.*

38 *Si res, de qua in text. non fuisset tantæ honestatis & authoritatis, sed infamis, ista consuetudo non ualeret.*

39 *Instrumenta confecta ab infame ualent in certis casibus, quos habes 40. 41.*

42 *Consuetudo, de qua hic, an nedum inter laicos, sed etiam inter ecclesiasticos possit operari.*

43 *Notarius laicus an possit rogari de negotijs spiritualibus.*

CAPITVLVM IX.

Vm dilectus. ¶ Publicatis attestationib. uscq; ad conclusionem in causa possunt instrumenta produci. H. D. primò. Consuetudo facit instrumentum authenticum. Hoc dicit secun-
1 dò. ¶ In text. ibi, conclusum. Nota † terminum exclusum omnium probationum: uidelicet cōclusionem in causa: quæ quomodo fiat, dicitur infrà: & ratio est, quia facta conclusione dicitur omnino liquere de causa, ut per gloss. in c. significarunt. in uerbo, liquere. & ibi dixi, §. de testi. & multoties eosdem effectus producit cōclusio in causa, quos producit sententia, ut per Ioan. Mona. Ioan. An. & Domi. in c. ij. de rest. in integ. in vj. & Bald. in l. error. C. de iur. & fac. ignor. & in l. incerti. C. de interdict. & est bonus text. in c. auditis. de procur. & in c. auditis. de resti. in integ. & c. pastoralis. de cau. posses. & proprie. ¶ Et hinc est, quòd post conclusionem in causa non est cognoscēdum, sed cognitum esse, secundum Bald. in authen. at qui semel. in fin. C. de prob. ¶ Sed post conclusionē in causa non prodest emptori denunciare litem uenditori, secundum gloss. in l. si rem. §. quo-
2 libet tempore. ff. de euict. Et † post conclusionem in causa potest quis cōparēre per procuratorem in causa criminali, secundum gloss. in l. quamuis in dubitari. C. de
3 adulter. Et † post cōclusionem in causa non admittitur exceptio, quòd accusator se non inscripserit, secundum Bart. in l. is, qui reus. ff. de pub. iud. Et post cōclusionem in causa non tenetur reus respondere positionibus, se-
4 cundum Dom. in c. j. in pen. col. de confes. in vj. Et † post conclusionem in causa non potest opponi exceptio excommunicationis, secundū do. Car. in cle. j. in j. opposi.
5 de excep. Et † post cōclusionēm in causa nō potest peti deferri iuramentum, secundum Bald. in l. in bonę fidei. C. de iureiur. Et consuetudo noua disponens de descendentibus non extenditur ad ea, in quibus est cōclusum in causa, secundum Imol. in c. fi. §. de consti. Et post conclusionem in causa nō iuratur de calumnia, secundum
6 gloss. in c. ex literis. de iureiur. Et † non dicitur iudex suspectus, ut plenè per omnes post Lapum in c. iudex. de
7 off. dele. in vj. Sed † nō emendat libellus in repe. l. edita.

8 C. de eden. Et † non fit reconuentio, ut per gloss. mag. in c. j. de mut. peti. Et exceptio superueniens post cōclusionem in causa potest opponi, secundū Ioan. An. do. Ant. & alios in c. cùm dilectus. §. de or. cog. & in c. pastoralis. de except. cum concor. Et non dicitur uenisse, qui uenit post conclusionem in causa, secundū Bart. in l. si mater. §. eandem. in fin. ff. de excep. rei iudi. Et potest fideiussor petere liberari post conclusionem in causa, secundum Bald. in l. si pro ea. in vj. q. C. man. Et post conclu. in causa non potest peti compromissum inter cōsanguineos, secundum Bald. in l. j. ff. de transact. Et non potest attentari remedium attentatorum lite pendente, secundum
9 do. Ant. in c. j. in ult. col. ut lite pen. Et † non potest reuocari cōfessio, secundum Domi. in c. ij. in ult. col. de restit. in inte. in vj. & do. Ant. in c. fi. de cōfes. Et nō potest opponi exceptio peremptoria, secūdum gl. & Innoc. in c. exceptione. de except. Et nō fit aliqua productio probationum, secundum do. Ant. in c. auditis. uer. not. nonò. de
10 resti. in inte. & in c. fraternitatis. §. de testi. Et † si litigans super beneficio, pbat Canonicā institutionem, & post conclusionem in causa probat de literis ordinum, succumbit: quia non probauit, cp probare oportebat tempore debito, scilicet ordines, qui nō præsumuntur, c. ex literis. de transact. secundum do. Card. in cle. cōstitutionem. in prin. in vj. q. de elect. ita dicentem in facto obti-
11 nuisse Arch. cōtra Ia. de Are. ¶ Et † amplia primò istū text. prohibentem productionem instrumētorum post cōclusionem in causa, ut habeat locum etiam coram arbitro, uel arbitratore, secundum Rom. in l. j. ff. de arbitr. ¶ Secundò amplia, etiamsi producātur nō ad probandum, sed ad declarandum priores probationes, secundum Roma. in l. admonendi. ff. de iureiur. dicentem esse text. singularē in c. auditis. de resti. in inte. Sed ibi hoc non probatur. Ideo fortè contrarium est uerius, sicut uidemus, quòd prohibitus probare nō prohibetur prohibitionem factam declarare, secundū Domi. in proœ. vj. in fi. prin. & in c. si quis uiduam. xxxiiij. dist. cum concor. quas dedi in c. licet causam. in x. limitatione, §. de proba. & intelige, ut ibi dixi. ¶ Tertiò amplia, etiamsi statim posi sentētiam quis uellet producere, secundum Bald. hic: mouetur, quia cùm est quæstio momenti, ea quæ fiunt pòst, licet in cōtinenti, non uidentur inesse. l. Thais. §. intra certa. ff. de fideic. liber. Secus dicit, si iudice incipiente loqui antè quàm profert uerbū Absoluo, uel Condemno, producta sint instrumēta. Sed aduerte: quia si intelligitur hoc dictū Bald. de productione, quæ fit in actu sententiæ post cōclusionem in causa, est cōtra istum tex. Vnde potest intelligi dupliciter: uel de productione facta in sentētia, quam cōclusio nō præcesset fortè ex natura causæ, uel de productione facta in interlocutoria, per quam iudex facit cōclusionem in causa eo modo, quo aliquādo potest, ut dicetur in gl. ¶ Quartò notabiliter amplia, etiamsi sit talis, pbatio facti, quæ potest opponi post sentētiam: quia nō sequitur, quòd posit opponi post cōclusionem in causa, ut singulariter per do. Car. in c. licet causam. in prin. in pe. quæst. de prob. ubi dicit, se uidisse obtineri in facto, quòd post cōclusionem in causa non potest opponi exceptio falsitatis, per istū text. Nec obstat, quòd posit post sentētiam:
12 quia † tunc est noua instantia, & nouus modus procedendi. Sed quòd post conclusionem possint produci consistentia in facto, repugnat iuri, secundum ipsum: & pro hoc facit: quia, secundum ipsum hic, & dicetur in c. sequenti, conclusio in principali non nocet in appellatione, in qua non deductum deducitur, &c. Ex quibus uerbis tolli potest una ratio in contrarium, uidelicet quòd cui non nocet sententia, non nocent acta, c. inter dilectos. §. eod. ut non procedat in conclusione in causa: aliàs sequeretur, quòd sicut omnia non deducta in principali possent produci in appellatione nō obstante sententia, ita post conclusionem: quod est inconueniens.

13 niens. Et istud bene no. ¶ Modò † istum text. limitat primò do. Abb. hîc, nō procedere in casibus, in quibus iudex procedit ex officio, si uiderit expedire, per text. in d. c. Pastoralis. de causa pos. & proprie. ibi, nisi iudex. & notat Rota decis. v. in formis incip. Si post cōclusionē. & do. Ant. in c. auditis. §. de procur. & do. Abb. in c. cùm clamor. §. de testi. & Spec. de renunc. & concl. §. j. uer. & scias. & Bald. in l. j. circa fi. C. sent. rescin. non pos. & Rom. in l. j. ff. de arbitr. & in suo eleganti cons. clxxv. incip. Istæ sunt responsiones. ad fi. & in l. admonendi. ff. de iureiur. facit text. j. c. proxi. & quod ibi dicetur. In quibus locis habes, quòd conclusio in causa non ligat iudicem. Et dicit do. Card. consil. lxxiiij. incip. Titius: nunc sunt de-
14 cem & nouem anni. &c. quòd † in causis, in quibus uertitur periculum animæ, potest iudex ex officio recipere probationes post conclusionem in causa. Alle. Hostien. & Ioan. An. in c. ad petitionem. j. de caus. pos. ad quod uide omnino Rotam d. decl. v. in add. nouis, ubi dicitur, quòd in causa beneficij curati iudex etiam inuita parte potest recipere probationes post conclusionem in causa. Et istis adde do. Anton. in c. j. circa fi. ut lit. pen-den. ubi dicit, quòd in remedio attentatorum lite pendente iudex supplere potest post conclusionem in causa. Et adde Bald. in l. cùm propria. in fi. C. si quis alt. uel sibi. ubi dicit, quòd fructus percepti post cōclusionem in causa debentur, sicut alij, cùm debeantur iudicis officio. Et adde Pet. de Anch. post Ioan. An. in c. j. de iur. cal. in vj. ubi dicit, quòd iudex ex officio post cōclusionem in causa potest exigere iuramentum calumniæ. Et ista
15 confirma ex dicendis j. c. proxi. ¶ Secundò † limitat do. Abb. istum text. non procedere in causa criminali. Alleg. Bart. in l. diui fratres. ff. de pœnis. & in l. j. §. si quis ultimò. ff. de quæstio. & idem Bal. in l. j. uer. quartò quærit. C. de cond. inde. & Roma. in d. l. j. ff. de arbi. & in locis allegatis in limitatione præcedenti, dicēs, quòd in causa criminali non concluditur, quin semper uscq; ad sententiam possit deduci innocentia rei, per d. §. fi. quis ultimò. licet Ang. aliud dicat, & nō bene, secundum eum in l. pactum inter hæredem. ff. de pact. & reprobat gl. in d. l. quamuis indubitati. C. de adult. de quo etiam per Bald. in authen. iubemus. in ult. col. C. de iudi. & in l. si accusatoribus. circa fin. ubi uide, C. de accus. & in c. pastoralis. de cau. poss. & uide Rot. in formis deci. xxx. inc. fuit dubitatum. ubi post prin. uidentur expressè tenere contra istam limitationem, sed in additionibus nouis approbatur dictum Bart. in d. l. j. & dicitur perpetuò tenendum menti: & pendet hoc ab alio dubio, utrùm in criminalibus liceat renunciare defensionibus, quæ renunciatio est cōclusio, ut j. dicetur: & in hoc regulariter dicitur, quòd non, per rationem l. ita uulneratus. ff. ad l. Aquil. cum concor. quas dedi in c. cùm uenissent. in ij. concl. de testib. §. ubi etiam dixi circa nouem fallētias: & secundum illas adaptanda est hæc limitatio. ¶ Ter-
16 tiò † limitat do. Abb. non procedere hoc in instrumentis de nouo repertis post cōclusionem in causa: & idem dicunt do. Ant. & Imol. hîc: allegant omnes Bar. in l. admonendi. ff. de iureiur. & idem Bald. in l. j. C. de cond. indeb. Roma. in d. l. admonendi. & in d. consil. clxxv. & do. Card. d. consil. lxxiiij. facit, quod not. Bald. in l. inuitus. in ult. col. C. de proc. ubi dicit, quòd statutum prohibens in causa nullitatis nouas probationes recipi, non intelligitur de emergentibus de nouo: & ita dicit notabiliter consuluisse Dy. ¶ Sed contra istam limitationem uidetur tenere Pau. de Cast. in d. l. admonendi. dicens, eam non probari in isto text. Sed post multa adducunt opi. Bart. quādo causa esset talis, in qua post sententiam non posset appellari. Et pro hac parte facit, quod not. do. Ant. & do. Abb. in c. pastoralis. de except. ubi allegantes Rotam decis. xxix. dicunt, quòd post cōclusionem in causa non admittitur exceptio etiam nō-uiter superueniens, per c. auditis. de rest. in inte. & idem sentit Ioan. An. in d. c. cùm dilectus. de causa pos. & propri. secundum eos. ¶ Sed potest saluari ista limitatio, ubi quis nullam negligentiam commisit in perquisitione instrumentorum nunc nouiter repertorum post conclusionem in causa, ut quia probabiliter ea ignorauit: nam possunt produci post conclusionem mediante restitutione in integ. talis enim producere potest instrumenta nouiter reperta, ne dum post conclusionem in causa, sed etiam post sententiam, ex clausula generali, Si qua mihi, &c. ut not. Io. An. post Spec. in tit. de exec. sent. §. fin. uers. illud. & Bart. in l. j. C. de sent. aduer. fis. latis: & facit, quod not. Imol. in l. imperatores. ff. de re iud. Et hoc potest procedere, etiamsi essemus in casu, in quo si fertur sentētia, potest appellari: quia pinguiùs subuenitur per restit. in integ. quàm per remedium ordinariū appellationis. Vnde unum non tollit aliud, ut not. in l. fi. C. si aduer. rem iudic. & tanto magis: quia utilius est intacta iura seruare, quàm post causam uulneratam remedium exhibere, l. fi. C. in quib. cau. in integ. restit. non est necē. Ergo utilius est prouidere, ne feratur sentētia, contra quam appellatur aduersus eam latā. ¶ Quar-
17 tò limitat do. Abb. nisi † instrumenta recipiantur post conclusionem in causa præsentibus partibus, & nō contradicentibus, quòd ualeat receptio: & uidetur iudex reuocare tacitè interlocutoriā. Idem Pau. de Cast. in d. l. admonendi. & do. Abb. eleganter in c. quoniam cōtra. de prob. & ibi dixi super glos. in uerbo, productionis. & iudex sciens esse conclusum in causa, si admittit probationes, uidetur reuocare conclusionem, & pro reuocata habere, concurrentibus his, quę necessaria sunt in reuocatione interlocutoriæ, secundum Rotam in d. conclusione, arg. l. illud ff. de acq. hær. & sequitur Io. de Imol. post do. Ant. in c. auditis. in fi. de procu. & Bal. in l. peremptorias. C. sent. rescin. non pos. & do. Card. in clem. ij. de testib. & do. Abb. in d. c. quoniam contra. licet aliud dixerit Pau. de Cast. in d. l. admonendi. ¶ Quintò limitat
18 Roma. in d. l. admonēdi. nisi † in causa pupilli, uel ecclesiæ, & essent instrumenta de nouo reperta: quia in talibus causis etiā non obstaret sentētia, quin possint produci instrumenta de nouo reperta, l. imperatores. cum gl. ff. de re iud. & no. gl. fi. in c. inter monasterium. j. de re iud. Vnde multo minùs cōclusio, secundum ipsum: cuius dictum intelligi potest etiam data negligētia in perquirendis ipsis instrumētis, ad hoc ut sit differētia inter tales personas & alias, per id quod dictū est in iij. limi. Quòd autem etiā tales personæ sint sub regula huius literæ in instrumentis nō de nouo repertis, probatur in c. auditis. de resti. in integ. ubi est opus remedio restitutionis in integ. ¶ Sextò limitat Roma. in d. l. admonendi. nisi producātur instrumēta de nouo celebrata, propter quæ nō expectata sentētia intendūt partes à lite recedere: quoniā etiam illa poterūt produci post cōclusionem in causa, & iudex tenetur ea admittere, secundum ipsum dicentem ita expressè probari in l. j. §. unde queritur. ff. de ope. no. nun. & idem latiùs dixit in d. cōs. clxxv. Sed si hoc dictum intelligitur, quādo utraq; pars producitur, parum importat attēta quarta, de qua §. Si autē loquitur, quādo una pars producit, & alia opponitur de cōclusione facta in causa, tūc est dictum ualde
19 pulchrū. ¶ Septimò limitat Roma. ubi §. istum † text. nō procedere in causis summarijs, per id, quod in simili not. gl. in uerbo, interrogauit. in cle. sæpe. de uer. sig. dicēs, in talibus iudicem posse interrogare post cōclusionem in causa, etiam ad instātiam partis: & idem in proposito dicit Roma. per illam gl. d. cons. clxxv. & Rota in antiq. deci. x. incip. Item, quòd postquam. & in formis, deci. xxx. præallegata: licet secus dicant in causis profanis, in quibus etiam de æquitate seruatur iste text. per multas rationes, quas ipsi adducunt, licet aliud dicant incidenter decisione clxv. incip. Iatis tribus. in fin. & nō bene; quia nimiùm eneruaretur hæc decretalis.

c. cùm dilectus.

¶ Octauò

¶ Octauò limitat Bald. in l. j. in fin. C. senten. rescin. non
20 poss. nisi † subesset aliqua euidens ratio, propter quam admittenda essent instrumēta: quia eorum productioni non obstabit conclusio in causa. Allegat Spec. de renun. & conclu. §. j. uer. & scias. Idem Rom. in l. j. ff. de arb. per c. ad nostram. el iij. ī. de iureiu. & sentit Bald. in l. j. C. ut quæ desunt aduo. Simile not. do. Ant. in c. dudum. el j. in iiij. not. de elect. dicens, exceptionem notoriam superuenientem post conclusionem in causa posse opponi. Sed quòd ista limitatio nihil importat, ostenditur hoc modo: quia Spec. in d. uers. & scias. & Bal. in d. l. j. loquuntur in iudice mouente se ex officio. Et hoc dictum est post do. Abb. in prima limitatione text. in d. c. ad nostram. qui loquitur in probatione notoria: & ita Bar. in d. l. j. Sed attento, quòd probatio resultās ex instrumento, est notoria, c. licet. in uerbo, euidentissimè. & ibi dixi in vj. not. de proba. si istud esset uerum, semper possent produci instrumenta contra istum text. Vbi autem superuenirent de nouo, secus, ut s̄. dictum est. Et hîc adde,
21 quæ dixi in c. quoniā contra. uer. fallit secundò, nisi apparet. ¶ Nonò limitat Spe. in d. uer. & scias. nisi † agatur de probanda excommunicatione: quia non obstabit cōclusio in causa: & sequitur do. Abb. in c. exceptionem. de except. & facit text. in c. pia. de except. in vj. & in cle. unica, cum gloss. fin. de except. & quod not. Spec. in tit. de except. §. nunc uidendum. uersic. porro exceptio. quia semper imminet periculum animæ propter communionē, ut dicit text. in d. c. exceptionē. ¶ Sed quòd ista limitatio sit falsa, uide expressè Car. in d. cle. j. in prima opposi. ubi ad literam dicit, quòd licet dicat, quòd excommunicatio opponi potest usq; ad sententiam, ut in dictis iuribus, non tamē per hoc sequitur, quòd post conclusionem proponi possit, cùm post eam statim debeat ferri sententia: & ita dicit sentire Innoc. in c. pastoralis. ad fi. de except. dum loquitur de termino dato ad peremptorias proponendas: quo lapso dicit non posse opponi excommunicationem: quia, secundum do.
Card. ille terminus uidetur habere uim conclusionis, post quàm nihil potest proponi consistens in facto, per istum text. & non admittit ipse illam differētiam, quam in hoc sensit do. Ant. in d. c. pastoralis. in penult. col. an proponatur in uim dilatoriæ, uel peremptoriæ: quia utroque casu stat regula huius decretalis: sed bene dicit, ubi nō est terminus ad peremptorias, sed terminus ad dilatorias, illo elapso adhuc posset opponi, non ex eo, quia differant ista eo modo, quo dixit do. Ant. sed quia terminus ad dilatorias non habet uim conclusionis in causa, prout alius: & ad periculum communionis prouidetur: tum, quia expectantes sententiam amplius in iudicio non communicant de necessitate facta conclusione: tum, quia iudex ex officio prouidere potest, d. c. pia. in fin. & ita not. quia sic debent intelligi, & sunt singularia, secundum do. Bart. in d. cle. j. ¶ Decimò uidetur limitari, ut non procedat, ubicunq; obstat sentētia, ut ibi etiam nō obstet conclusio, per regulam c. inter. s̄. eo. & dixi in c. causam. el j. s̄. de testi. Sed istud non credo uerum, quo ad cōclusionem in causa, per ea quæ dicta
22 sunt s̄. in iiij. amplia. ¶ Vndecimò † limitat do. Ant. in c. tam literis. in j. col. de testib. nisi uolēs aliud probare ante cōclusionē in causa fuisset à iudice iniustè repulsus, per illum text. & per gl. in uerbo, & post. in c. ex conquestione. de rest. spol. Idem, si propter negligentiam iudicis, secundū Spec. de renunc. & conclu. §. j. uer. & scias. per c. per tuas. s̄. de testi. Sed aduerte: quia si intelligitur ista limitatio de conclusione, quæ fit per renunciationē probationum factam sponte à partibus, non credo, q̄ sit uera: quia imputatur parti, quæ sponte cōduxit sciēs se non probasse: unde uidetur renunciasse beneficio, p̄bationis omissæ. Facit regula, damnum. de regul. iur. in vj. & c. cùm uenissent. cum ibi alleg. in j. gloss. s̄. de testi. Vbi autem cogeretur concludere, uel à iudice, uel à statuto, procedere posset hæc limitatio, circa quam dubitatur, utrùm in eo tempore, in quo taliter exclusus probat post conclusionem, possit etiam alia pars probare: & uidetur, quòd sic, arg. l. petendæ. C. de temp. in integ. resti. petenda. etiamsi ipse, qui posset producere, nollet producere, per id, quod dicit Spec. in tit. de dila. §. uidendum. uer. quid si reus petita. dum dicit, partē non posse renunciare dilationi in præiudiciū alterius, cui est quæsitum ius beneficio d. l. petēdæ. Sed utrunq; dictū indubitanter est falsum. Primum: quia beneficiū l. petendæ. nō habet locum in parte, quæ iam renunciasset probationibus, secundū Iac. But. & Bald. in authen. iubemus. per illum text. C. de iud. & ita est hic: quia renunciatum est mediante conclusione. Secundum dictum non procedit per eandem rationem: & etiam, quia Spec. loquitur, quando est acceptata dilatio: sed hîc non dicitur, q̄ sit acceptata, sed quòd nō curat de ista facultate producendi: & etiamsi curaret, stat dictum Bald. in d. authent.
23 in contrariam, &c. ¶ Duodecimò † limitat Specul. de instru. edit. §. nunc uidendum. in princ. nisi ex beneficio restitutionis in integrum subueniretur ecclesiæ, uel minori: & probatur in c. auditis. ubi omnes ponunt de restit. in integ. Et idem posset dici de maiore, cui cōpetere posset beneficium restitutionis ex clausula, Si qua mihi iusta causa, ut dixi s̄. in iij. limitatione. Et not. pulchrè do. Card. in proposito consil. xxv. incip. In causa Amareti. & in simili habetur in c. intimauit. s̄. de testib. ubi uide, quæ dixi super gloss. j. Idem etiam dicit Spec. ubi s̄. si capitula noua orirentur ex ueteribus: quod intellige, ut dixi in secunda ampliatione. ¶ Tertiodecimò limitant hîc Ioan. And. do. Ant. & alij, nisi essemus in causa appellationis: quia ea, quibus in principali obstabat conclusio, poterunt nunc produci, per l. per hanc. C. de temp. appel. Et idem tenet do. Anton.
& do. Abb. in c. cùm uenissent. s̄. de testi. & alij, quos ibi allegaui in tertia
24 conclusione, nisi † in [a] renunciatione
a probationum fieret mentio etiam de causa appellationis, secundum do.
25 Card. hic. ¶ Vltimò † limitat do. Card. d. consil. lxxiiij. nisi post conclusionem producant probationes iuris: putà, allegationes, uel consilia Doctorum: quia iste text. cum similib. loquitur de probationibus consistentibus in facto: & idem consuluit Roma. consil. clxxv. in v. col. & nihil allegant, sed addo Bald. idem tenentem in c. fin. in ult. col. de probat. & ibi per hoc notanter decīdit, quòd post conclusionem in causa reus potest dicere, quòd non fuit lis contestata: quia hæc allegatio constat ex actis: nam quòd in corpore actorum non continetur, non uidetur factum: & talis allegatio est potiùs iuris, quàm facti: quia probatur per rationem disputandi, & acta loquuntur: & ubi non loquuntur acta, nec nos loquimur, ut ibi per ipsum: cuius dictum est notabile in materia huius capituli. ¶ Sed contra istam limitationem tenet Specul. in titul. de renunc. & conclus. uer. & not. & Innocent. in d. c.
26 pastoralis. quòd † post conclusionem in causa, nec in iure, nec in facto aliquid proponi potest. Idem gloss. in capit. quoniam contra. in uerbo, renunciationes. ibi, uel allegatio. de prob. & gloss. hîc in uerbo, conclusum. ibi, allegationibus. Idem Baldus in d. capit. pastoralis. dicens, quòd si post conclusionem producantur consilia sapientum & magnorum Doctorum, iudex non debet ea facere poni in

a Nisi in] Adde & dic, quòd idem est, quando est facta generalis renunciatio in principali causa, ut putà conclusum est in causa cum generali renunciatione probationum: quia tunc talis renunciatio in principali causa, nocet, etiā in causa appellationis. Vide Angel. in authent. de testib. §. quia. Bald. in authent. iubemus. in ij. col. C. de iudic. & Angel. in authent. ut cùm de appel. cognosc. §. sed hoc.

ni in actis. ¶ Item dicit, quòd licet possit ex forma statuti peti consilium sapientis, tamen postquam est conclusum in causa, non potest peti. ¶ Item nec debet dari aliqua dilatio ad allegandum: quia conclusio est ultimum uerbum scriptum, uel probatū, arg. l. fi. C. de fid. instrumentorum. Et illud est ultimum, post quod nihil sequitur, l. qui duos. ff. de reb. dub. Et hanc partem tenet etiam Bald. in l. ne causis. C. de appell.
¶ Sed posset distingui, ut per Bald. in d. c. pastoralis. q̄ aut partes renunciant probationibus, & intelligitur de consistentibus in facto, nō in iure: sed si concludunt in causa, comprehenditur utrunq;, secundū eum: uel posset dici, ut per Bal. in authē. iubemus. in ult. col. de iudi. quòd non pōt fieri allegatio in iure, quæ amplius producatur inter acta, sed tamen nō potest claudi os, quin possint allegari leges: uel, secundum do. Car. in d. c. pastoralis. dictum Inn. ibi intelligitur super producendis: quia super productis bene potest allegari etiam in ipsa prolatione sententiæ: quia nihil repugnat, secundum ipsum: uel meliùs dici potest, ut per do. Card. in d. cons. utrùm uidelicet ad allegationes iuris petatur dilatio, & procedant cōtraria: quia nulla dilatio amplius danda est, l. cùm à nobis. C. de dil. aut non petit dilatio, & procedit ista limitatio. Et ista bene not. ¶ In gl. in uerbo,
27 conclusum. Concludit † aut in causa uno modo, s. cùm partes renunciant allegationibus, secundū Inn. Io. An. & alios in c. pastoralis. de causa pos. & propr. & Io. And. & alios in c. ij. de resti. in integ. in vj. & Archi. in c. iudicātem. xxx. q. v. & Bald. in l. si super delictis. C. de rela. & in
32 authen. iubemus. in ult. col. de iudi. Et non omnis renunciatio habet uim conclusionis: quia si esset renunciatum testibus, possent produci instrumenta, ut hîc secundum domi. Cardi. in d. c. pastoralis. Vnde oportet, quòd sit renūciatum omnibus probationibus, ad hoc ut renunciatio habeat uim conclusionis, secundum i-
28 psum, & Spe. in ti. de renun. & conclu. in prin. ¶ Alio † modo fit conclusio in causa à lege, ut l. properandum. in prin. in uerbo, conclusit. C. de iudi. uel à statuto, per quod datur terminus conclusionis in causa post certa tempora: & uult eam haberi pro facta. Et istum modū ponit Bald. in l. si accusatoribus. in fi. C. de accus. Et dicit Bald. in d. c. pastoralis. quòd quando statutum dicit usq; ad talem terminū debet esse probatum, lapsus termini habetur pro conclusione. Alleg. l. si de meis. §. fin. ff. de arbi. Similiter dicit Inn. in c. super eo. el ij. super uerbo, certum. in prin. de appe. quòd quando præfixus est certus terminus partibus ad probandum, peremptorius ille habetur pro conclusione in causa: & idem do. Car. in cle. unica, de excep. ut retuli s̄. in ix. limitatione.
¶ Alio modo fit conclusio in causa, ut per gl. in cle. sæpe. in uerbo, conclusione. de uerb. sig. quæ extendendo
29 authen. iubemus. dicit, quòd † sicut quādo una partiū 34
renūciauit allegationibus, iudex quo ad alteram, quæ non uult renunciare post certas dilationes, potest pronunciare conclusum esse in causa, ita quòd si nulla partiū renunciauit post sufficientes dilationes, iudex possit pnunciare conclusum esse in causa inuitis partibus.
¶ Alio modo concluditur etiam tacitè, putà si de con-
30 sensu partiū cōmittitur causa consilio sapientis: quia † coram eo possunt fieri allegationes solùm super productis: & nihil potest de nouo produci, secundum do. 35
mi. Card. in d. c. pastoralis. per l. cùm à nobis. C. de dila. & ibi etiam uide Bar. & Bal. in l. ne causas. circa prin. C. de app. Et quòd consultor [a] nō possit nouas probationes recipere, sed solùm super actis consulere, tenet Bar. in l. j. §. j. ff. de app. & in l. j. C. de rela. & in l. j. in fi. ff. de fer. & latè habetur per do. Car. consi. xxv. incip. In causa Amareti. ¶ Et in hac materia scias primò, quòd licet iura utantur

a Cōsultor] Adde tu, quòd istud est uerum, q. consultor non potest nouas probationes admittere: & ratio est, secundū Bal. in l. final. ff.

uerbo Renunciatum, uel Conclusum, d. c. pastoralis. & c. quoniam. de prob. tamen conclusio importat renunciationē, sed ponitur Et, pro id est, secundum do. Cardi. in d. c. pastoralis. Sed Ro. in d. consil. clxxv. intelligit dictos tex. q̄ innuant conclusionē posse fieri etiam aliter, quàm renūciatione: & in hoc facit magnū fundamentū ad intellectum statuti uolentis, q̄ post certum tēpus nulla fiat, p̄batio: quia dicit per hoc induci tacitè conclusionē absq; renunciatione: & per hoc facit, qd' dixi s̄. de consul. & ita etiā no. do. Ab. in c. pastoralis. dicēs cōclusionem fieri posse etiā absq; renūciatione inuitis partibus, ut per gl. in d. cle. sæpe.
31 quā facit sing. ¶ Secundò scias, q̄ † in conclusione in causa nō requiritur de necessitate cōsensus iudicis: & hoc est, quod latè probat Ro. consi. præallegato, maximè per regulam l. si cōuenerit. ff. de re iudi. & per rationem l. j. §. unde quærit. ibi, qd enim aliud prætor, &c. ff. de oper. noui nun. & dicit uideri casum in l. duobus. §. fi. ff. de iure iur. ubi ualet cōsensus partiū absq; iudice, inducens probationē iuramenti
32 litis decisiuam. ¶ Tertiò † scias, q̄ si partes uolunt, possunt concludere in causa super uno articulo, & nō super alio, secundum Bal. in l. si accusatoribus. in ult. col. C. de accus. & dicit esse gl. ord. in §. quia uerò sæpe. in authen.
33 de testi. ¶ Quartò scias, q̄ † conclusio in causa est de substantia iudicij in foro ecclesiastico in causis plenarijs, secundum gl. do. Car. & do. Abb. in d. cle. sæpe. in uerbo, conclusione. & Rotam concl. v. in formis: ubi maximè in additionibus dicitur, q̄ eius omissio reddit sentētiam nullam: & allegat ibi Bal. in suo Repertorio Inn. in uerbo, renunciatio. in vij. q. Sed in summarijs non est necessaria, ut in d. cle. sæpe. nec in foro ciuili, ut ibi per gl. & do. Abb. & per eū in d. c. pastoralis. & Bald. in d. l. ne causas. Et sm hæc intellige Bal. in c. j. circa medīū, si de inuestit. inter do. & uas. lis ori. dum dicit, partem posse cōpelere aliam partē, ut cōcludat in causa, quando est plenè probatum: & iuxta hoc tangit hîc solus do. Abb. utrùm publicatio attestationum sit de substātia: de quo erit dicendum in c. cùm I. & A. de re iudi. ubi omnes ponunt per illū tex. cum gl. probantē, q̄ non. ¶ Vltimò † scias, q̄ iste tex. intelligit, qñ ante cōclusionē nō fuit datus terminus ad producēda instrumēta. Si aūt fuit datus & elapsus, an possint amplius p̄ducī dic, ut hîc per Bal. do. Ant. do. Car. & do. Abb. quib. nihil addo, cùm satis scripserim alio anno post eos in c. licet causam. de prob. tenēdo, q̄ etiam re integra, i. dato q̄ ius aduersarij sit integrū, nō ualebit, p̄batio post terminū regulariter: & limitaui pluribus modis. Et p hæc sit expedita prima pars huius capituli. ¶ In † secūdo respōso ibi, si cōsuetudo illius patriæ. no. tex. meliorē de iure, & singularē, secundum omnes, q̄ cōsuetudo potest facere, p̄bationem inualidā ualidā: & istum tex. in hoc sufficienter declaraui in c. ij. in secūda cōclus. post do. Abb. ibi de prob. ubi uide: & inuenies per illum tex. examinatū, quid ecōtrà utrùm probationē ualidā possit facere inualidāt & de isto text. fuit facta mētio sæpe in c. j. s̄. eo. dicendo, q̄ consuetudo pōt disponere sup solēnitatibus instrumētorū ibi enumeratis. Itē memini in c. ij. s̄. eo. in prima conclusiōe, uer. fallit quintò. tangēdo de cōsuetudine, quæ dat

c. cùm dilectus.

de fer. in vij. col. quòd cōmittendo consultari uidentur partes renunciare probationibus. Et idem tenet Bart. in l. in offerrēdis. C. de appellat. Bald. in l. j. C. de dilatio. Adde, quòd nedum ipse consultor nō potest nouas probationes admittere, imò nec ordinarium. Text. est singu. in l. ex illo. & ibi ad hoc not. Bart. C. de appella. Adde Bald. in c. cæterum. de rescript. ubi dicit, q̄ consultor, cui cōmissus est unus articulus ad consulendum, de partium uoluntate, nullum aliū articulū debet admittere. Item adde, q. talis consultor nō potest cognoscere de errore, si aliquā partiū allegaret, & diceret, se erraſſe. Ita Bal. in c. final. in ult. col. de confes.

fidem libris mercatorum. Et repetere habita in dictis locis, esset solùm implere folium. Sed circa istum tex. col-
36 lige quatuor declarationes. Prima † declaratio est ad hoc, ut ex cõsuetudine scriptura simplex habeatur pro instrumento, requiritur quòd sit introducta à tanto tẽpore, cuius initij memoria non existat. Ad istud moueor, licet alij non tangant: quia domi. Abb. no. istum tex. quòd consuetudo potest esse reseruata principi: nam potest dare alicui potestatem tabellionatus, ut hîc. Probatur autem ista declaratio ex text. in c. super quibus-
43 dam. j. de uerb. sig. ubi probatur, quòd cõsuetudo non disponit circa reseruata principi, nisi sit talis, qualẽ suprà dixi: & ita per illum tex. no. domi. Abb. ibi, & in c. quo ad translationem. in j. col. de offic. leg. & in c. cùm à nobis. in j. col. de præscrip. & Doct. in locis, de quibus aliàs reprobantes gloss. in c. j. de cler. ægro. in vj. Et per hanc declarationem apparet, quòd non sufficeret id, quod dicit Bald. in simili, in l. j. C. ad Velle. quòd sufficiat pluries in loco datam fuisse fidem talibus scripturis.
37 ¶ Secunda declaratio. Extra † locum, in quo uiget talis consuetudo, non haberetur pro authentica scriptura, de qua hîc, secundum Io. And. in Specu. in tit. de instru. edi. §. nunc dicendum. in addit. mag. uersi. sextum est, temporis obseruatio. & Bald. hîc, & Pet. in repe. c. canonum. in xxvij. char. uer. sequitur alia quęstio. de consti. & Bal. in l. exemplo. in j. col. de proba. ubi hoc limitat, nisi extra territorium uerteretur quæstio inter homines loci, ubi est consuetudo. Et idem fortè dici posset, ubi essent ciuitates confœderatæ, per id, quod in simili not. Bald. in rub. C. eod. in fi. per l. non dubito. in fi. ff. de capti. Et ad hanc declarationem uide no. per Bart.
38 in l. cunctos. C. de sum. tri. ¶ Tertia declaratio. Si † res, de qua in tex. non fuisset tantę authoritatis & honestatis, sed infamis, consuetudo ista non ualuisset, secundum Hosti. & domi. Anto. & alios hîc: ex quorum dictis infertur, quòd tabellio infamis non potest conficere instrumenta, sicut de teste dicitur in l. iij. ff. de testi. Et ita de tabellione tenet gloss. in l. j. §. miles. ff. de his, qui no. infa. quod procedit maximè, si esset tabellio principis, qui habet dignitatem, l. j. & ibi hoc no. Barto. C. de mand. prin. & idem de notario ad banchum iuris, secundum Barto. in l. eadem. ff. ad leg. Iul. repe. ubi uide: & Cald. in isto text. consil. ij. & domi. Abb. hîc. ¶ Sed tamen in certis casibus ualerent instrumenta facta ab infame. Primus, quando eius infamia esset occulta, secundum Bal. in l. cunctos. in lectu. in v. opposi. de sum. tri. & gloss. in §. pen. in authen. de tabell. cum concord. quas ad eas dedi in c. fraternitatis. infrà de hæret.
39 ¶ Secundus casus est, quando † infamia non descendit ex delicto, sed ex aliqua actionum ciuilium infamantium, de quibus in §. porro. iij. quæst. vij. & per gloss. in §. ex quibusdam. Inst. de pœna teme. litig. & in l. furti. §. pen. ff. de infa. Ita declarat Bald. in l. qui depositum. C. depo. quia, secundum Inno. in c. qualiter. el ij. in ult. col. de accus. minor est infamia surgens ex contractibus, quàm ex maleficio: & sequitur Bald. in l. re
40 manda. C. manda. ¶ Tertius casus est, quando † est infamis infamia facti, non iuris: quia creditur sibi, licet minùs, quàm si non esset infamis, secundum domi. Abb. hîc signanter per ea, quæ ipse dixit in c. testimonium. de testi. & in c. sciscitatus. de rescript. ¶ Quartus
41 casus, quando † infamis etiam ex delicto & notorius rogatur à partibus, ut conficiat instrumenta: quia ex quo partes eum habilitãt, ualebit instrumentum: quia possunt partes communi consensu sibi præiudicare, sicut testis inhabilis de consensu partium potest effici habilis, iuxta gloss. in §. & licet. in uerbo, supplicijs. in authen. de testi. Ita not. Bar. in d. l. eadem. & Cald. in d. consi. & domi. Card. hîc. Et intellige, nisi esset priuatus propter delictum, & sciretur, ut per Bald. in d. l. qui depositum. & l. Cassius. ff. de sena. Item intellige, quòd constet, quòd partes scienter rogauerunt eum inhabilem, ut hîc per do. Abb. qui non intelligit simpliciter, quòd constare debeat de rogatione: quia etiam sine infamia, si de rogatione non constat, instrumentum non tener, ut dixi in c. j. suprà eod. sed dicit, quòd constet de rogatione facta de eo, tanquam inhabili. ¶ Quarta declaratio. Nedum † inter seculares, sed etiam inter ecclesiasticos poterat operari consuetudo: de qua hîc, secun
42 dum Host. domi. Card. domi. Ant. & domi. Ab. hîc contra quosdam antiquos. Vnde † inferunt isti, notarium laicum posse rogari de negotijs spiritualibus: pro quo
43 etiam facit c. j. de procurat. in vj. Et quia tabellio dicitur testis, l. Domitius. ff. de testa. Et ita etiã not. Io. And. Bald. & domi. Anto. in c. Massana. suprà de elec. & Bald. in c. decernimus. in ult. col. suprà de iudi. & in c. pastoralis. in j. col. suprà eod. in proœmio Gregoriano, & domi. Abb. in c. quia propter. suprà de elec. & in c. sicut. in pe. col. infrà ne clc. uel mona. Et ex eo, quod dictum est tabellionem esse testem, uideri posset, quòd sicut laicus non potest esse testis in criminali contra clericum, c. de cætero. suprà de testibus. ita nec tabellio: quod tamen non concedo: tum, quia non reperitur iure cautum: tum, quia crimen probatur testibus. Ideo lex uult testem non suspectum contra clericum: sed per instrumentum, uel acta, non probatur delictum, sed refertur probatio facta. ¶ Vltimò, dum dixi suprà in prima declaratione, quòd in casu huius decretalis requiritur tempus, cuius initij, &c. si diceretur, quòd non poterat decursum etiam tantum tempus in uita huius regis: posset dici, quòd ista prærogatiua erat data, non tam personæ, quàm regiæ maiestati. Sed si instares, quòd text. notat honestatem hominis tunc uiuentis, oportet tollere dictam declarationem, & dicere, quòd notata in d. c. super quibusdam. non procedant in casu isto. Et ideo cogitabis.

SVMMARIVM.

1 ¶ *Compensatio potest opponi per reum, etiam de non liquido.*
2 *Modus largè loquendo potest sumi pro conditione.*
3 *Verba sententiæ ponentis abusiuè conditionem pro modo, possunt saluari impropriando.*
4 *Onus annexum in contractu minuit pretium rei, de qua agitur: est enim pretij pars.*
5 *Res tantum ualet, quantum uendi potest.*
6 *Cautela ad probandum unitatem actus ponitur.*
7 *Pluralitas actuum non præsumitur in dubio, nisi probetur.*
Fallit duobus modis, ut num. 8. 9.
10 *Probatio unius partis dubia dilucidatur, & clarificatur per confessionem alterius partis.*
11 *Iudex potest usq; ad diffinitiuam sententiam, & post litem contestatam interrogare partes. Adde num. 12.*
13 *Iudex appellationis potest primam sententiam non solùm simpliciter, sed expressè reformare.*
14 *Iudex appellationis tenetur pronunciare sententiam iustam, uel iniustam.*
15 *Iudex appellationis si inueniat primam sententiam, qualiter debeat pronunciare.*
16 *Iudex appellationis debet exprimere causam in sua sententia.*
17 *Causa appellationis est huiusmodi, quòd non deductum, uel nõ probatum in prima causa, potest deduci, uel probari in causa appellationis: & num. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25.*
26 *Appellatio si fiat ab interlocutoria, illa iustificatur tantùm ex actis primò factis.*

27 Non

27 *Non probatum in causa principali potest probari in causa appellationis, nisi id quod deducitur, fuisset scienter omissum, & dolosè. nu. 28. 29.*
30 *Iudex appellationis potest sententiam primi iudicis pro parte infirmare, & pro parte confirmare.*
31 *Possessio non dicitur uacua, si alius eam detineat, posito quòd non possideat: quia fortè sit in possessione causa rei seruandæ.*
32 *Et si tradatur res, quæ alteri debet aliquam seruitutem realem, adhuc dicitur possessio uacua.*
33 *Venditor si dixit rem nemini obligatam, cùm esset obligata, tenetur crimine falsi.*
34 *Venditor si habet rem, tenetur eam tradere præcisè: & si uenditor est dominus, tenetur emptorem facere dominum rei uenditæ.*
35 *Testes duo non descripti in instrumento, possunt ipsum reprobare: num. 36. 41. 42. 43. 44. 45.*
37 *Probatio potest fieri contra instrumentum in certis casibus, licet instrumentum non recipiat impugnationem: 38. 39.*
40 *Simulatio ubi potest opponi, an etiam possit opponi exceptio falsitatis: & econtrà.*
46 *Instrumentum potest reprobari per testes descriptos in instrumento. num. 47. 48. 49.*
50 *Testis unus solus contradicens instrumento, an & qualiter uitiet instrumentum.*
51 *Notarius an examinari possit pro supplenda solennitate instrumenti, quando dicta testium annullantur.*
52 *Compensatio si non fuit opposita ante sententiam, an possit opponi post sententiam in executione.*

CAPITVLVM X.

Vm Ioannes. ¶ Falsitas instrumẽti, uel id, quod deest in instrumento, potest probari per testes. H. D. & habet aliqua multùm utilia, quorum maior pars secundum stylum domi. Ab. & Imo. expedietur cum gloss. ¶ In tex. ibi, compensa-
1 re. No. secundum domi. Ab. quòd † quando debitum est liquidum ex parte actoris per confessionem rei, admittitur compensatio apposita per ipsum reum, licet debitum suum non sit liquidum. Hîc enim debitum ex mutuo constabat per confessionem rei, debitum uerò ipsi reo uigore uenditionis trahebatur in litigium, & tamen admittitur compẽsatio. Et quamuis ad istum tex. posset dici, quòd hîc non est contentio super pretio domus uenditæ, sed solùm dilata traditione rei differebatur traditio pretij, l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. emp. tamen istud uoluit Cy. in l. fi. C. de compen. secundum domi. Abb. hîc: quia subuenitur reo, ex quo per confessionem suam subleuauit actorem ab onere probandi. Vnde conceditur, quòd opponat compensationem de non liquido, sed liquidando. Et idem dicit gloss. in d. l. fi. in uerbo, conuicta est. & in l. nemo ex his. ff. de reg. iur. & clarè not. domi. Abb. in c. bona fides. j. de depo. Et ibi etiam ponit alium casum, in quo de nõ liquido fit compensatio. uidelicet quando non liquidum liquidatur intra tantum tempus, quantum daretur pro ipsius executione, si super eo emanasset condemnatio. Et idem not. Bar. in l. auferetur. §. qui cõpensationem. ff. de compens. & Pet. de Anch. & Imo. in d. c. bona fides. Sed dicit Bal. in d. l. fi. quòd siue creditum actoris cõstet per probationes, siue per confessionem rei, in arbitrio iudicis est, intra quantum tempus sit liquidandum. ¶ Item facit iste tex. ad dictum Bar. in l. in rebus. §. fi. ff. commo. & gloss. ij. in l. cùm Papinianus. C. de sen. & interlo. om. iud. & Bald. in l. si tutores. C. de compens. ubi dicitur, quòd si quantitas, quam deducit reus in compensatione, est maior quantitate, cum qua uult compensare, licet iudex approbet compensationem, non tamen cõdemnat actorem in illo pluri, quod excedit compensa-
2 tionem. ¶ In † tex. ibi, tali adiecta conditione, ut tu, &c. No. primò ex istis uerbis, secundum domi. Abb. hîc, quòd modus largè sumendo potest appellari conditio: quia hîc non interuenit uera conditio, quæ de sui natura habet suspendere effectum actus, ut plenè habetur in c. uerùm. j. de cond. appo. & in l. j. C. de cond. inser. sed propriè fuit modus, qui non suspendit, sed qualificat actum gestum, prout erat hîc: quia emptio habebat certum modum, quo non obstante pretium statim debebatur. Et ideo dicit Bal. hîc, quòd modus non facit contractum conditionalem: quia cõditio est præ, adiacens rei determinatæ, ita quòd se habent ut extrema opposita tempore. Item modus inducit obligationem, per quam potest peti modi impletio: sed conditionis impletio peti non potest. Et ideo dicit gloss. in l. si quis cum debitore. ff. de iureiur. quòd modus est obligare ualens, scilicet de se implendo, & de obligãdo: sed conditio non est obligare ualens de se implenda, ut hîc latiùs per Bald. ¶ Secundò no. ex eisdẽ uerbis, quòd etiam si dictio Vt, quid importet, sequitur post ista uerba, adiecta conditione, tamen importat modum. Et idem no. Bald. in l. cùm res. per illum text. C. de dona. & Ang. in l. ij. per illum text. ff. de dona. & Bart. in l. quibus diebus. la ij. ff. de condi. & demonst. Et ibi latè ponit de natura huius dictionis Vt, de qua etiam per Domi. in c. sæpe. circa medium, l. dist. & gloss. & Doc. in c. uerùm. infrà de condi. appo. cum concor. ¶ Tertiò no. ex eisdem uerbis iuncto fine ibi, conditionaliter celebratam.
3 quòd † uerba sententiæ ponentis abusiuè cõditionem pro modo, possunt saluari etiam impropriando: quod tenuit etiam glo. in l. & puto. §. Iulianus. in uerbo, communicari. ff. fami. hercis. quam sequitur Bald. in c. contingit. suprà de dolo & contu. & in c. fin. suprà de transl. a. præla. & idem dicit domi. Anto. in c. cùm Bertoldus. uersi. ultimò dicunt. infrà de re iudi. & in c. cùm ad sedem. suprà de resti. spoli. facit l. si uno. ff. loca. & quod no. Barto. in l. si olei. C. eod. & domi. Cardi. consil. xvij.
4 cum multis alijs similibus. ¶ In † textu ibi, cuius conditionis intuitu, &c. No. secundum domi. Abb. & Imol. quòd ratione oneris annexi res ualet minus iusto pretio. Et idem probatur in l. fundi partem. ff. de contrah. empt. not. gloss. & Barto. in l. mortis causa capimus. §. fi. ff. de dona. causa mor. Et propter hoc dicit Bald. in d. l. fundi. quòd si prohibitus uendere frumentum pro maiori pretio, uẽdat cum pacto, quòd alia res ematur pro certo pretio, incurrit pœnam: quia illud onus est pars pretij frumenti, ut hîc. Vnde dicitur ipsum uẽdere plus, quàm statutum uelit. Et idem dixit Bald. in l. non dubium. C. de legibus & in l. ab Anastasio. C. mand. & Pet. de Anch. in repe. c. j. suprà de constit. Facit regula, cùm quid una uia, cum ibi allegatis in gloss. de reg. iur. in vj. ¶ In tex. ibi, potuit habere, & cætera. No. secundum do-
5 mi. Anton. & domi. Abba. & Imol. quòd † res tantum ualet, quantum uendi potest: quod tamen non probatur hîc, secundum eos: quibus adde, quæ diximus in c. cùm causa. suprà de testi. ubi hoc declaratum fuit: de quo ultra ibi dicta uide etiam Barto. Pau. de Cast. & Imo. in l. pretia rerum. ff. ad l. Fal. Barto. Angel. & Rom. latè in d. l. mortis causa capimus. & latè Pet. de Ancho: in repe. clem. j. in ij. nota. de concef. præben. & Albe. in prima parte statu. quæst. cxvij. & Sal. in l. hac edictali. §. his illud. C. de secun. nupt. Bartol. & Bald. in l. fin. C. de mag. conue. & Bald. in repetit. l. data opera. C. qui accus. & Salic. in l. ij. C. de rescin. uend. & Flor. latè in l. si seruum. ff. ad l. Aquil. & latè Pau. de Cast. in l. in lege Falcidia. §. corpora. ff. ad l. Fal. ¶ In text. ibi, anni uerò, uel mensis. Nota, quòd non solùm ualet dictum

c. cùm Ioannes.

testis

testis dicentis se non recordari de die, sed etiam, si dicit se nõ recordari de mense, uel anno: de quo facit festum Bald. hîc, & in c. cùm causam. s̃. de testib. Et non insisto hîc, quia sufficienter dixi ibi post omnes Scribentes.

¶ In text. ibi, unica tantùm uenditio. No. perpetuò cau
6 telam optimam, quòd † ad hoc, ut constet de unitate
actus, fiat positio, quòd plura deducta fuerũt facta eo-
dem tempore. Vnde per istum tex. docet Specu. in ti. de
teste. §. iam de interrogatorijs. uersicul. quid. si unus te-
stis. quòd ad euitandum, ne testes discordantes concor
dẽtur per multiplicationem actuum fiat interrogatio
de unitate actus: & retuli in c. cùm tu. uersi. modò istis
decursis. s̃. de testi. Sic etiam per istum text. dicit Barto.
in l. j. §. si quis neget. circa fi. ff. quemad. testa. ape. quòd
quando est discordia inter instrumentum & testes in
eo nõ descriptos, fieri debet articulus de unitate actus.
Sic etiam Barto. & Bald. in l. ij. C. de bon. pos. secundum
tab. latè no. istum text. quòd ex confessione aduersarij
potest probari unicum fuisse testamẽtum, etiamsi pro-
bationes uiderentur innuere de diuersis testamentis.

¶ Dicunt tamen hîc Inn. domi. Ant. & Imo. quòd in ca-
su huius decretalis interrogatio de unitate non fuit ne-
cessaria: quia licet in instrumento diceretur domũ uen-
ditam, non negabatur, quin potuisset interuenire con-
ditio: & ex quo instrumentum simpliciter loquitur, &
testes addunt illum contractum fuisse conditionalem,
licet nõ recordentur de tempore, debet præsumi, quòd
de eodem deponant: quia potuit esse contractus con-
ditionalis, & tamen notarius non fuit rogatus de con-
ditione, uel per obliuionẽ notarius omisit: & ideo cùm
inter instrumentum & testes nõ sit contrarietas, sed ha-
beant se tanquam supplens & suppletum, admittenda
erat probatio instrumento nõ contraria: nec erat opus
præsumere multiplicitatem contractus, quæ aliàs præ-
sumitur, ubi est contrarietas, ut statim dicetur, secun-
dum eos, cum quibus transit hîc domi. Abb. addens,
quòd si fuisset contrarietas aperta, quia instrumentum
dixisset contractum purum, & testes conditionalem,
tunc debuisset presumi actus multiplicatus, ex quo nõ
recordabatur de tempore, ne aut testis, aut instrumen-
tum reprobentur, arg. c. cùm tu. suprà de testi. ¶ Sed
domi. Cardi. hîc, & fortè meliùs, dicit se omnino tenere
contra prædictos: quia probatio instrumenti erat sim-
plex & sufficiens ad inferendum intentionem Ioannis:
& probatio Petri de directo nõ interrupisset hanc pro-
bationem sine interrogatione iudicis, de qua hîc: & sic
succubuisset per c. in præsentia. suprà de proba. Et se-
cundum hunc intellectum tex. probat expressè, quòd
oportet probari identitatem contractus: & sic licet non
presumatur pluralitas, l. idem Pomponius scribit, si fru
mentum. in fi. ff. de rei uendi. nec etiam præsumitur i-
dentitas, seu unitas: nisi enim confessus fuisset aduer-
sarius, quòd uenditio erat unita, testes excipientes non
concludebãt: & in hoc dicit istum text. esse singularem,
& dicit se putare, quòd imò ad saluandum utramque
probationem fuisset præsumendum de pluralitate con
tractuum, per d. c. cùm tu. postea signanter dicit per i-
stum tex. quòd cùm in difficillima lite producta esset
instrumentum testamenti, & pars aduersa ad ipsum re-
probandũ produxisset aliquos testes nominatos, pro-
ut nominabantur aliqui inscripti in testamento, qui di
cebant se non interfuisse, ipse dixit, testamentum nõ re-
probari: quia nõ erat probatum, quòd essent illi idem
descripti, cùm multi reperirentur, qui uocabantur eo-
dem nomine, & per istum text. non præsumitur identi-
tas. Itẽ dicit se dixisse, quòd fuisset opus probari, quòd
inducti ad probandum uocarentur illis uocabulis: ali-
às non staretur assertioni partis nihil inducentis, sed
simpliciter asserentis, quòd sic uocarentur, cùm potuis-
sent falsò mutare sibi nomina, l. j. C. de fal. nomi. muta.
quod etsi non presumatur, non tamen, quòd sic uocen
tur, potest præsumi in præiudicium aduersarij, & in ca-
su tam arduo, in quo ad reprobationem instrumenti
tenditur, & maximè testamenti, quod fit cum multa so
lennitate, secundum ipsum, qui aliud non dicit. Et sunt
ista dicta ualde signanda, & non usitata. ¶ Sed pri-
7 mò, in quantum ipse dicit, quòd † nõ præsumitur plu-
ralitas actuum, adde Bald. latè idem tenentem per plu
res leges in l. ij. C. de erro. aduo. post la. But. & gloss. or-
di. in l. eum, qui. §. in popularibus. ff. de iureiur. & Bald.
in l. j. C. quando prouo. non est nec. & in l. neque nata-
les. uersicul. circa hoc tamen. C. de proba. & domi. Ant.
in c. in præsentia. suprà de proba. per illum tex. in uersi.
uerùm cùm constet bis. & Bald. in l. conuenticulam. C.
de epis. & cle. & Imol. & Ro. pulchrè in l. scire debemus.
in fin. princ. ff. de uerb. obli. & Iac. But. in l. optimam. C.
8 de contrah. stip. ¶ Fallit † primò, nisi actus appareat
factus sub duplici forma: quia præsumitur fuisse itera-
tus, secundum Bald. hîc per istum tex. in uer. ad hoc au-
tem. & iste tex. non habet comparem iure, secundum i-
psum: & ad hoc non aduertit domi. Cardi. qui licet sa-
pienter notet istum tex. quòd non præsumitur unitas
contractus, nisi probetur, non tamen no. quòd præsu-
mitur pluralitas, ubi apparet de duplici actu per istum
tex. considerando, quid si interrogatio non fuisset fa-
cta. Et pro hac fallentia facit, quod no. Bald. & Ange. in
d. l. scire debemus. ubi dicunt contra Bart. quòd si petij
quinquaginta, tanquam mihi promissa, & probaui cẽ-
tum fuisse promissa, non obtinebo: quia de diuersita-
te & pluralitate stipulationum constat ex diuersitate
summarum, ut per Barto. & Bald. in d. l. ij. C. de bo. pos.
Vnde debet actor facere positionem, quòd non inter-
uenit duplex stipulatio, ut docet iste text. Facit etiam
pro prædictis, quod not. Bart. in l. edita. C. de eden. ubi
dicit, egi contra te, dicens, quòd tu promisisti mihi pu-
rẽ, & probo sub conditione quæ extitit, uel sub die quæ
præteriit, an sit probatus libellus? & dicit, quòd non:
quia non constat, quòd sit idem actus: & allegat istum
tex. licet in hoc aliud dixerit Ang. cons. xx. in cip. Viso li-
bello. Et aduerte: quia contra hunc tex. potest subtili-
ter opponi, quòd ratio Papæ non concludat: quia pos-
sibile est, quòd fuisset unica uenditio, & tamen ex inter-
uallo post, uel ante ipsam fuisset opposita cõditio. Sed
respondet hîc Bald. quòd testes probauerũt, quòd in-
terfuerunt eidem contractui, & postea constat unicum
fuisse contractum: ergo in contractu fuit apposita con-
9 ditio. ¶ Fallit † secundò, quod est dictum non præ-
sumi in dubio pluralitatem actuũ, nisi ageretur de con
cordandis dictis testium contrarijs, per c. cùm tu. suprà
de testi. qui tex. secundum domi. Card. ibi in prin. & ante
fin. ponit casum singularem, in quo præsumitur plu-
ralitas actuum: & hoc, quia ita suffragantur atque sua-
dent coniecturæ stantibus dictis contrarijs testium, qui
non præsumuntur falsum dicere. Vnde una præsump-
tio tollit aliam. Et illum modum saluandi testes de-
clara secundum ibi dicta: quibus adde Bald. in l. in ex-
ercendis. uersicul. adde in ista materia. C. de fide instru.
ubi dicit, quòd per distinctionem temporum, uel loco-
rum in actu iterabili saluantur probationes, nisi per
confessionem partium, uel testium constet de unico ac-
tu: nam tunc interdum facit probationem concluden
tem trahendo dictum ad dictum, ut in isto text. inter-
dum facit eam contrariantem, ut in testibus Susannæ,
secundum ipsum. ¶ Secundò in quantum do. Car-
di. hîc dicit, quòd oportet probare, quòd testes, qui
sic uocantur, prout descripti in instrumento, sunt il-
li, qui sunt descripti: adde optimè, quod no. Bartol.
in l. j. C. si unus ex plu. ubi dixit, se docuisse aliàs u-
nam practicam: quòd si producitur instrumentum, su-
per quo iam fuit facta condemnatio, ego possum ti-
bi facere articulum, quòd instrumentum illud, de quo
fit mentio in sentẽtia. & id instrumentũ, qd' hodie pro-
ducit.

ducit, est unum & idem: & idem de cõfinibus, ut ibi per
eum. Vnde docet ipse Bar. aliam cautelam in l. demon-
stratio. in pe. col. ff. de cond. & demon. & in l. inter stipu-
lantem. §. si Stichum. de uerb. oblig. & in l. diuus. circa
prin. ff. de custo. reo. & Ang. in l. fi. C. de sen. quæ sine cer.
quan. & Bal. in c. j. de feu. sine cul. non amit. & Bal. & An-
gel. in l. hac consultissima. C. qui testa. fac. pos. & Ang. &
Imo. in l. nominatim. ff. de lib. & posthu. quòd quando
captus est Titius bannitus, debet ante omnia iudex fa-
cere, quòd confiteatur se esse illum Titium, de quo lo-
quitur bannum. ¶ Sed dictum do. Cardi. hîc & præ-
dicta procedunt, quando constat plures esse eiusdem
nominis: secus, si non cõstat, secundum Bal. in suo bre-
ui consilio in c. cùm apparet de cõdemnatione Petri. u-
bi dicit, q̃ si apparet de condemnatione Petri Gulielmi
de tali loco, quamuis nõ sit articulatũ de corporis uni-
tate, si nõ constat plures esse eiusdem nominis, nõ præ-
sumitur pluralitas: aliàs semper sequeretur, sententiam
tanquam obscuram nõ ualere: quod est ridiculũ: & ubi
est nominis conformitas, præsumit̃ corporis identitas,
secundũ ipsum, per l. qui habebat. ff. de manu. test. Et di
cit, q̃ Bart. in dictis locis loquit̃ de cautela: & si aliter in-
tellexisset, malè considerasset, secundũ eum: & ita in ca-
su do. Car. hîc, ubi non essẽt alij eorundẽ nominũ, nõ
requireretur alia probatio. Quòd aũt nõ stetur simpli-
ci dicto producentis, q̃ testes illis nominibus uocẽtur,
nisi aliter cõstet, credo esse uerum, & bene notandum.

10 ¶ In † tex. ibi, in iure confessa. No. secundũ do. Abb. q̃
probatio unius partis dubia clarificat̃ & certificatur ex
confessione alterius partis: ex quo sumit ipse limitatio-
nem ad dictum Inn. in c. cùm cõtingat. s̃. de of. deleg. u-
bi dicit, q̃ dicta testium obscura non reuelant̃ per con-
fessionem, seu articulũ per partẽ formatũ: debet enim
intelligi in confessione propria, quæ nõ prodest confi-
tenti, xiij. q. j. in prin. & probatur clarè dictum Inn. in c.
in præsentia. s̃. de prob. secus in cõfessione alterius par-
tis, quæ ualet contra eam, ut hîc, per quam dicta testiũ
alterius partis possunt declarari. Etiam ponit do. Abb.
in c. causa. s̃. de testi. & ibi latè instetit in v. conclu. Ideo
transeo. ¶ Et ex hoc, & ex. tex. not. q̃ ubi ad probandũ
unum totum, uel quid certũ, inducuntur testes, non est
necesse, q̃ deponant super toto, sed satis est, q̃ ex dictis
omnium testium & partiũ confessione eliciatur id, qd'
erat necessariò probandum, ut hîc not. probatur secun
dũ do. Abb. cui in hoc adde, quæ dixi latè in c. cùm cau
sam. s̃. de prob. ¶ In tex. ibi, quoties aliquid dubita-
11 tionis occurrit. Nota † accuratè, secũdũ omnes, tex. qui
quotidie allegatur, q̃ iudex potest uscq̃ ad sententiã, &
sic post conclusionẽ in causa, partes interrogare ad cla-
rificãda dubia circa merita causæ, etiamsi procedat ad
utilitatẽ priuatã: quod tamen limitat hîc solẽniter Inn.
in quadã additione, dum modò interroget circa dubia
eorum, quæ acta sunt ante conclusionem: de alijs uerò
quærere nõ posset, licet alij cõtrà, secundũ eum. Et dicit
hîc do. Card. q̃ hoc dictũ est ignotum, & q̃ sæpe uidi e-
tiam inter eos, qui reputabant̃ in iure peritissimi, hoc
ignorari: & non est alibi, & est signandũ singulariter, se-
cundũ ipsum: & cum hoc dicto Inn. concordat Spec. in
tit. de posit. §. iiij. uer. sed si ante. & Bal. in l. per hanc. circa
prin. C. de temp. app. & Pet. de Anch. dicens se ita cõsu-
luisse in c. j. in j. col. de cõfes. in vj. & Ro. in l. iiij. §. hoc aũt
iudiciũ. in ult. col. ff. de dam. infec. & sentit Domi. in c. ij.
in ult. col. de testi. in integ. lib. vj. & Spe. in ti. de teste. §. sa
tis utiliter. uersic. quid ergo si peto. Et ita consuluit do-
mi. Card. consil. lxxiij. inci. Titius: nunc sunt. ad idem al
legans glos. mag. circa medium, in §. illud. in authen. de
testi. quæ dicit, iudicem posse interrogare, nõ ut addat,
sed ut rationem dictorum habeat. Et ista intelliguntur
in iudicijs ordinarijs: quoniam in summarijs iudex in-
terrogat quandocunq̃ etiam ad partis instantiam, se-
cundum glos. no. in cle. sæpe. in uerbo, interrogabit. de
uer. sig. & facit tex. ibi per locum à speciali, & nõt. Ro. in
l. admonẽdi. ff. de iureiuran. & Domi. in c. j. in pe. col. de
confes. in vj. & in c. ij. in ult. col. de restit. in integ. eod. lib.
& Imo. in l. hactenus. §. fi. ff. de aqua plu. arc. & do. Abb.
s̃. c. proxi. & hîc. ¶ Sed etiam in plenarijs dicunt hîc
Io. An. do. Abb. & do. Ant. in c. j. s̃. de iudi. & ibi Imol. &
do. Anto. & Imo. in c. cùm causam. s̃. de iura. cal. & Rom.
12 in d. l. admonendi. quòd † etiã ad fundandam nouam
intentionem potest iudex interrogare post conclusio-
nem in causa, per d. l. ubi cunq̃. cum si. & facit optimè c.
pastoralis. s̃. de causa pos. & propri. & quod dixi suprà
c. proxi. in prima limitatione, s. quòd iudici non cõclu-
ditur, sed partibus tantùm. Et ista pars est æquior, se-
cundum Imo. hîc: sed propter authoritatem Inn. hîc, &
gloss. in d. §. illud. prima opinio esset in practica susten-
tabilior, quàm confirma, ut per Ro. in d. §. hoc autem iu
dicium. Et in materia uide do. Car. in c. ad petitionem. j̃.
de accus. ubi dicit, secundum quod refert ibi Ana. quòd
ipse obtinuit in quadã causa usuraria, ut staretur pro-
bationibus factis post conclusionem in causa: quia cõ-
clusio intelligitur facta, quo ad partes, non quo ad iu-
dicem: & dicit, quòd conclusio est quædam interlocu-
toria, quæ potest per iudicem reuocari tacitè & expres-
sè: & ideo dicit, quòd etiam in alia materia, in qua non
exuberat officium iudicis, si post conclusionem in cau-
sa recipiantur probationes, intelligitur recessum à con
clusione, & ualent probationes, nisi appelletur, secun-
dum ipsum, qui hæc eadem posuit consil. xxv. incip. in
causa Amareti. ex quibus prædicta confirmantur. ¶ In
tex. ibi, pronunciauimus uendictionem. No. secundum
13 do. Ant. & Abb. & Imo. quòd † iudex appellationis po-
test pronunciare non solùm simpliciter dicendo bene,
uel malè appellatum, ut l. eos. C. de ap. sed etiam potest
primam sententiam reformare declarando meliùs iura
partiũ: & hoc, quando ex nouiter deductis in causa ap-
pellationis apparet primam sententiam mutandã, se-
cũdum Imol. hîc, & Bal. in d. l. eos. Et istum tex. not. etiã
Imo. in c. in præsentia. in ij. no. s̃. de renun. & do. Abb. in
c. cùm inter. in ult. col. s̃. de cõsue. Idem Bald. in c. frater-
nitatis. s̃. de testibus allegando c. Raynaldus. j̃. de testa.
ubi idem tenet domi. Anto. Sed dic, quòd potest etiam
condemnare, uel absoluere ex primis actis, ut conclu-
dit gloss. in l. in summa. ff. de re iud. & probatur in l. cùm
apud. ff. iudi. sol. & in l. creditor. §. j. ff. de solu. & in c.
Raynutius. infrà de testa. per quem tex. ita dicit ibi do-
mi. Abb. latè, & allegat etiam c. cùm causam. infrà de re
iudi. addens, quòd iudex appellationis potest refor-
mare sententiam, ubi perpendit eam de iure reforman-
dam, etiamsi non allegaretur per partem. Et idem sentit
hîc domi. Ab. in fi. Et sunt hæc notanda ad intellectum
d. l. eos. in uerbo, tantum. quod non excludit ea, quæ
sunt de natura sententiæ, ut est condemnatio, uel ab so-
lutio, ut dixi in c. contingit. super uerbo, tantummo-
14 do. suprà eod. ¶ Quòd † autem dictum est sufficere
regulariter pronũciare appellationem esse iustam, uel
iniustam, habet locum, etiamsi præcesserit absolutoria
& iniusta: quia sufficeret dicere bene appellatum, per
d. l. eos. in prin. in uerbo, omni causa. & ibi glo. Cy. Bar-
to. & Bald. & Imol. in d. l. in summa. & in l. ex consensu. §.
j. ff. de appell. quamuis gloss. reputata singularis dicat
contrarium in l. Offidius. in uerbo, appellare. ff. de leg.
iij. quam sequitur Bar. in l. cùm apud. in prin. ff. iud. sol.
& in l. j. §. libelli. in ulti. col. ff. de appel. & Io. And. in Spe-
cul. de senten. §. j. uersicul. in iudice. ubi etiam per Spe-
cul. in uersicul. sed pone, ecce. & idem tenet domi. Anto.
in c. cùm causam. j̃. de re iud. Sed do. Abb. ibi eleganter
tenet primam opin. per d. l. eos. & per rationes ibi alle-
gatas p Bar. Et ad d. l. cùm apud. & d. c. cùm causam. re-
spondetur, q̃ licet dicant iudicẽ appellationis posse cõ-
dẽnare, nõ dicãt, q̃ nõ sit æquipollens pronũciare iustè
appellatũ: rectiùs tñ facit iudex addẽdo uerbũ Condẽ-
no: &

c. cùm Ioannes.

no: & maximè, ubi ueniret, p parte cõdemnãdus, & pro parte absoluendus: tunc enim specificare debet iudex,
15 ut sua sentẽtia sit iusta, ut per d.c. Rainutius. ¶ Quid † autem, si iudex appellationis inueniat primam sententiam nullam, qualiter debeat pronunciare, uide per gl. & Doc. in l.j. C. quando prouo. & pleniùs Bar. in l.si expressim. ff. de appell. & Ioan. And. in d. §. ut autem. & Imo. in d.l. ex consensu. §.j. Et istis adde, quòd si ille, pro quo est lata sententia, appellat, potest iudex appellationis pronunciare, si ei uidebitur, malè appellatum & bene iudicatum in præiudicium appellantis, ut est tex. in l. Titiæ amicæ. ff. de aur. & argen. leg. de quo facit festum Bald. in l. præses. C. de sen. & bene faciunt no. per
16 Bald. in l.j. C. de erro. aduoc. ¶ In † tex. ibi, cùm huius exceptio. Not. secundum domi. Anto. quòd quando in causa appellationis fertur sententia, in ea est exprimenda causa: & ita per istum tex. tenet gloss. in c. sicut. infrà de re iud. & ibi Bald. domi. Anto. & alij, & Domi. in c. in tantum. xxj. dist. & Imo. in clem. sepe. de uerb. sign. & Specu. in tit. de sen. §. qualiter. uer. uerùm. & eod. tit. §. ut autem. uersi. sed pone, ego opposui. & idem probatur in c. cùm Bertoldus. circa fi. infrà de re iud. & in d. c. Raynaldus. Et hoc propter honorem primi iudicis conseruandum, ut hîc, & in c. cùm olim. el ij. in fi. infrà de priuil. secundum prædictos. Istud tamen fit ad cautelam, secundum Imo. hîc, & domi. Abb. in c. sicut. infrà de re iudi. quæ cautela non uidetur necessaria, quando uel prima sententia confirmatur, uel ex primis actis infirmatur, cùm tunc cessat ratio de honore iudicis, ut expressè declarat domi. Card. in d.c. sicut. in j. col. uersic. ut
17 concludas. ¶ In † tex. ibi, nec probata fuerit, nec obiecta. No. quòd coram iudice appellationis potest deduci & probari, quod non fuit deductum, neque probatum in causa principali. Et ad hanc regulam quotidie allegatur tex. hîc, & in l. per hanc. C. de temp. appell. & in l. Seio. ff. de appell. & in c. fraternitatis. suprà de testi. Et ideo dicit Bald. ibi, quòd si in prima causa recepti sunt testes & reprobati, quia infames, in causa appellationis poterit probari, quòd fuerunt famæ restituti. Itẽ, si in causa principali non fuit probata existentia conditionis, poterit suppleri in causa appellationis, ut hîc. Item, si in prima causa non fuit probatum mandatum sufficiens, poterit probari in causa appellationis, ut dicit esse casum, l. Titianus. ff. quod cum eo. Et dicit breuiter concludendum, quòd omne faciens ad causam omissum examinari potest in causa appellationis suppleri: super ueteribus autem actis testes non producuntur, si præcesserit publicatio in principali, ut ibi per eum ponentem de eo qui in prima causa dixit rem ad se pertinere iure dominij, quod intelligitur de naturali, l.j. ff. si ager uectig. uel emphy. pet. & in appellatione allegauit præscriptionem, per quam non inducitur dominium naturale, sed ciuile: & dicit, quòd potest, allegando gl. quam dicit ualde nota. in d.l. per hanc. quia prescriptio non minus operatur, quàm ueritas, ut sing. not. in l.j. C. de serui. & aqua. secundum ipsum ponentem etiam quædam alia, de quibus ibi latiùs per eum.
18 ¶ Amplia primò illa regulam, non deductum, &c. ut † procedat nedum in appellante, sed etiam in appellato, secundum Rot. in formis decis. ccclxv. incip. si à diffinitiua. & sequitur hîc domi. Anto. Imol. & do. Abb. & etiam do. Abb. in c. significauerunt, j. de excep. quia cùm per appellationem sententia suspendatur, c. uenientes. j. de iureiuran. ipse, qui non appellauit, consequitur cõmodum ex facto partis, iuxta l. petendæ. C. de temp. in integ. restit. pet. & facit d.l. per hanc. in uerb. tam appellatori, quàm parti aduersę. & in l. ampliorem. in prin. C. de appell. ubi est casus: & idem no. Arch. Io. de Fantu. & Domi. in §. biduum. uer. quandoq; ij. q. vj. & Ioan. An. & Spec. in tit. de appell. §. j. uers. sed pone. dicentes, appellatum posse uti nouis probationibus: quod est clarum per dictas leges. Sed fortiùs dicunt do. de Rota in d. deci. quòd potest instare, ut reformetur sentẽtia in aliquibus sibi iniustè nocentibus, uel omissis, à quibus dato quòd non appellauerit, tamen propter generalem appellationem aduersarij impeditus fuit transitus in rem iudicatam, ut ibi per eos multùm singulariter loquentes: & adduci potest gloss. j. in §. si uerò neutrum. in authen. de his, qui ingred. ad appell. quæ dicit, quòd uictor potest petere aliqua alia plura in causa appellationis, dum modò sint accessoria principalis. Quod
19 nota. ¶ Hanc † ampliationem restringe primò, nisi appellans renunciasset appellationi ante quàm incipiat eam prosequi, cùm sibi liceat renunciare, c. si quis libellos. ij. q. vj. Ita no. Io. An. in d. uersi. sed pone. & Domi. in d. §. quandoq; sentiẽtes, quòd si cœpit prosequi appellationem, nequeat renunciare in præiudicium appellati: quod confirmari potest ex dicto Spec. in tit. de dilat. §. uidendum. uer. quid si reus petita. & Bal. in d.l. petendæ. in ult. col. & in l. postquam liti. in ult. col. de pac. & in l. amicissimos. §. Lucius. ff. de excus. tu. cum si. In quibus dicitur acceptantem dilationẽ non posse ei renunciare in præiudicium aduersarij, cui est quæsitum ius beneficio d.l. petendæ. ¶ Secundò † restringe dictam ampliationem, nisi esset sententia continens duos articulos: unum cõdemnatorium, & alium absolutorium: & condemnatus nõ appellet, nisi ab articulo condemnatorio: nam tunc appellatus non potest petere reuocationem illius absolutionis: quia ex quo nõ appellauit, sententia respectu illius articuli transiuit in rem iudicatam, c. quo ad cõsultationem, j. de re iud. Et d.l. ampliorem. intelligitur, quando simpliciter appellauit à sententia. Ita dicit ad literam Domi. in d. §. quandoq; pro quo facit optimè sequens restrictio, parum differrẽs ab
21 ista. ¶ Tertiò restringe, nisi † appellans restrinxisset se in appellando ad ea, quæ faciunt contra se tantùm, ut hîc pulchrè per Imol. & do. Abb. & Bal. in conclus. Spe. in ti. de appel. Ex quibus datur practica, ut dicatur, Appello in parte & partibus contra me faciente & facientibus: propter quod tollitur appellatio remedium appellationis cessante suspensione sententiæ in facientibus contra ipsum, secundum do. Abb. hîc, & Imol. in c. ex parte S. s̃. de rescrip. & in c. Rainutius. j. de testa. licet cõtra illam cautelam sit alia, ut idem dicat appellatus, ut hîc per do. Abb. ¶ Amplia secundò dictam regu-
22 lam, nõ deductum, &c. ut † habeat locum etiam coram iudice recursus, qui habet reuidere arbitramẽtum, tanquam bonus uir, secundum Fede. plenè cons. cclxxxvj. inci. Petrus rector ecclesiæ. in pen. & ult. col. & do. Anto. in c. Quintauallis. uersic. uenio ad sextum. & ibi Imo. in xxxiij. char. in eo. uer. de iureiu. ¶ Hanc ampliationẽ
23 restringe primò, nisi † ageretur de probando dolo arbitratoris: quia nõ probabitur ex nouis actis, ut per Bar. in l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro soc. & do. Anto. & Imol. in d.c. Quintauallis. nisi facto arbitratoris occurrisset, quòd non fierent probationes: quia illæ poterũt modò fieri ad probandũ eius dolum, secundũ ipsos: pro quibus facit, quòd solenniter no. Arch. Io. And. & Domi. in c. uenerabilibus. §. secus. de sent. excom. in vj. limitantes. cle. appellanti. de appel. ut non procedat in probationibus priùs non adductis ex facto iudicis, sicut in simili dicit gl. in c. ex conquestione. s̃. de rest. spol. Exceptionem dilatoriam posse opponi post litẽ cont. quando facto iudicis, uel partis fuit quis impeditus antè. Et similiter no. do. Ant. in c. tam literis. per illum tex. s̃. de testi. quòd post terminum fieri potest probatio nõ admissa iniustè per iudicem in termino. Et hæc not.
24 ¶ Secundò restringe, nisi † pars scienter & dolosè omisisset producere probationẽ corã arbitratore: quia non deducet coram iudice recursus, secundum Bar. in d. §. si societatem. & do. Anto. in d.c. Quintauallis. & Fed. in d. consil. Vbi secus dicunt, si ex quadam negligentia, uel simplicitate

simplicitate omisisset. Et huic restrictiõi adde, quod statim dicetur in secunda limi. ad regulam. ¶ Amplia tertiò dictam regulam ex eo, quod scribit Bart. in l. inui-
25 tus. in ult. col. C. de proc. dum dicit, quòd † licet statutum, uel ius commune dictet, quòd in causa nullitatis, uel appellationis nõ debent recipi nouæ probationes, tamen debent recipi, si emergãt de nouo: quia cùm non potuerint claudi in præcedenti iudicio, ne frustra oriantur, possunt de nouo allegari: arg. l. si fullo. ff. de condi. sine cau. Ita dicit consuluisse Dy. & esse dictũ ualde notandum. ¶ Amplia quartò, ut procedat, etiam
30 si sit dictum de nullitate sententiæ: quia potest non deductũ deduci, secundũ Bal. in l.j. in antepe. col. C. quando prouo. nõ est neces. ¶ Modò dictam regulam, nõ
26 deductum, &c. limita primò, nisi † sit appellatum ab interlocutoria: quia illa iustificatur solùm ex actis primo factis, cle. appellanti. de appel. Et dicit Bald. in l. eos. §. si quid autem. ad fi. C. de app. quòd appellatio ab interlocutoria, etsi aliquando est tolerabilis, semper tamen est odiosa, quia derogat ordinariæ iurisdictioni: sed appellatio à diffinitiua est magis fauorabilis: ideo magis adiuuanda per quascunq; probationes. Et istam dicit esse rationem d. cle. appellãti. Item appellatio ab interlocutoria trahit oculos retrò deducẽs dedecus iudicis, ut traditur in c. ut debitus. j. de ap. Sed appellatio à diffinitiua habet oculos in supremum finem, ut ibi per ipsum. ¶ Hanc limitationem intellige, nisi ipse iudex impediuisset uolentem probare, ut per Domi. in d. §. secus. Itẽ intellige, ut per Bal. in l. generaliter. §. j. in pe. col. C. de reb. credi. nisi grauamen illatum ab interlocutoria discutiatur cum appellatiõe à diffinitiua, per illum tex. quem dicit procedere in terris imperij: sed in terris ecclesię adhuc tenet illud, quod est dictum per d. cle. ap-
27 pellanti. ¶ Secundò limita dictam regulam, non deductum, &c. nisi † id, quod deducitur, fuisset scienter & dolosè omissum in causa principali: quia non deducitur in appellatione, secundũ glo. maiorem circa med. & ibi do. Ant. in c. ad audientiam. el ij. s̃. de rescri. & gloss. & do. Ant. in c. inter monasterium. j. de re iudi. & do. Anto. & do. Abb. in c. exceptionem. j. de excep. & domi. Ab. in c. j. eod. tit. & Ro. in l. admonendi. ff. de iureiur. & domi. Ant. in d.c. Quintauallis. & facit glo. fin. in c. pastoralis. j. de excep. ¶ Sed contrarium tenet Imo. in d.c. ad au-
28 dientiã. & in d.c. Quintauallis. quia † regula huius tex. & aliorum simpliciter loquitur, & quantum ad hoc, nõ reperitur per alia iura declarata: poterit tamen talis cõdemnari in expẽsis, iuxta c. exceptionem. j. de excep. &
29 istud est fortè uerius. ¶ Sed posito, quòd † ista limitatio esset uera, procedit, ubi de dolo constat: secus, si ex negligẽtia, uel simplicitate probationes essent omissæ, secundum Fede. in d. consi. & domi. Anto. & Imo. in d.c. Quintauallis. licet aliud sentiat Ro. in d.l. admonendi. Item non procedit in prælato omittente probationes dolosè, secundũ eosdem sentientes per hoc non esse ueram gloss. in regula, delictũ. lib. vj. quòd in iudicialibus illa regula non procedat. Et contra illam gloss. sentit etiam gloss. quam ad hoc ibi no. domi. Abb. in c. cùm uenerabilis. infrà de excep. dixi aliquid s̃. eo. accepimus. Tertiò limita dictam regulam, ut non procedat in exceptionibus dilatorijs, per tex. in l. ita demum. C. de procu. ubi exceptio dilatoria, quæ nõ fuit opposita in causa principali, nõ potest opponi in causa appellationis, & nõ est alibi, secundum Bald. ibi, & rationem ponit ibi Bard. quia appellatio non restituit ad eũ casum, in quo causa erat ante litẽ contest. sed ad eum, in quo erat post litem contest. ut ibi. Hoc tamen limitabat domi. Ant. in c. pastoralis. j. de except. non habere locum in termino præfixo ab homine, id est, à iudice statuente terminum ad opponendas dilatorias: nam si non opposuit pars in causa principali, poterit proponere in causa appellationis, per d.l. per hanc. sed in termino legali procedit, d.l. ita demum. Sed domi. Abb. ibi in ult. col. tenet contrarium, & meliùs: quia terminus hominis succedit loco termini legalis: & allegata per domi. Ant. loquuntur in exceptionibus peremptorijs. Et per hoc facit: quia dato, quòd iste nõ sit exclusus uigore termini præfixi à iudice, saltem erit exclusus propter litis contestationem factam in causa principali, per d.l. ita demum. Item facit l. Celsus. ff. de arb. Crederẽ tamen, quòd his casibus, quibus dilatoria posset opponi post litem contest. de quibus in d.c. pastoralis. eisdẽm posset in causa appel-
30 lationis. ¶ In † tex. ibi, infirmantes. No. secundum Imol. & domi. Ab. quòd iudex potest sententiam primi iudicis pro parte infirmare, & pro parte confirmare. Idem probat in c. Rainutius. & c. Raynaldus. j. de testa. & in l. Carmelia Pia. ff. de iure pa. & in l. quædam mulier. ff. fa. herci. dum modò sententia habeat plura capitula separata: secus, si connexa, iuxta l. ordinariam in l. hoc iudicio. ff. fa. her. & in c. cum tempore. s̃. de arbit. & in c. placet. j. de conuers. coniug. & Barto. in l. fi. ff. de iur. om. iud. facit in materia tex. & gloss. in l. etiam. §. ex causa. ff. de min. & in §. si quis ex pluribus. ij. quæst. vj. & latè per Bald. in l. ij. C. de re iud. & domi. Ant. post Inno. in c. dilecti. el ij. j. de appel. & Bal. in c. breui. uersic. quid si in sententia. j. de iureiur. Et quomodo cognoscatur, quòd sententia, uel actus contineat unũ, uel plura capitula connexa, uel separata, declarat Barto. in l. Aurelius. §. idem quæsijt. ff. de lib. lega. & gloss. in d.l. etiam. §. ex causa. & Bald. in l. ampliorem. in prin. uersic. quæro, quæ dicantur. C. de appel. & in l. ij. uersic. sed hîc dubitatur. C. de re
31 iudic. ¶ In † gloss. ij. ibi, quod fieri debuit. Et dicit hîc Imo. quòd possessio non diceretur uacua, si alius detineat eã, dato quòd non possideat: quia fortè sit in possessione causa rei seruandæ, per l. ij. §. j. alleg. in gloss. & idem domi. Ant. & domi. Abb. hîc: quibus adde Bart. in l. ratio. §. j. ff. de act. emp. ubi dicit, quòd si promittẽs restituere quoddam castrum uult postea ibi erigere fortilicium, etiam tanquam simplex detentator non potest: & dicit esse expressum in c. Pisanis. s̃. de resti. spo. & idem latè Angel. in l. in conuentionalibus. §. si quis uacuam. ff. de uerb. obl. Et per hoc de fortilicio intulit generaliter Bald. in l. fi. C. de pac. inter emp. & uend. quòd nõ sufficit rem plenè tradere, sed tutè. Vnde dicit, quòd qui in uenditione reseruat sibi certum locum, non potest in eo facere fortilicium prædominans loco uendito. ¶ Subdit † etiam Imol. hîc, quòd si tradatur res,
32 quæ alteri debet aliquam seruitutem realem, adhuc dicitur possessio uacua. Allegat Iac. Butr. & Bar. in l. Mæuius. §. fundum. de leg. iij. & quæ habentur per Bar. in d. l. ij. §. j. alleg. in gloss. iuncta l. quod ad seruitutes. ff. de euic. Sed non dicetur libera possessio, & ideo practici notarij apponunt in instrumento, quòd uenditor promittit dare rem uacuam liberam & expeditam: aliàs non committeretur stipulatio de euictione, si alius euinceret seruitutem, secundum ipsum.

33 ¶ Et † istis adde, quòd si uẽditor[a] di-
a xit rem nemini obligatam, cùm esset obligata, tenetur crimine falsi, secundum Bar. in l. qui duobus. & expressiùs in l. si à debitore. ff. de fal. & ibi limitat, nisi uenditor luat, id est, satisfaciat, ante sententiam: quia tunc fidem implet: & sequitur Bald. hîc allegando l.j. C. de dol. ¶ Et adde, quòd si quis promisit plenam possessionem tradere, intelligit cum fructibus. Idẽ, si uacuam: secus, si simpliciter. Ita dicit Bald. in l. si plures. C. de condi. inser. per tex. in l. si stipulatus sis. ff. de usur. ¶ Et adde, quòd si fit mentio de possessione pacifica, intelligitur, ubi cessat controuersia iudicialis, uel ex-

a Quòd si uenditor] Adde, q; qui uẽdit rẽ duobus, punitur pœna falsi, l. q duobus. ff. de fals. Adde, et intellige legem illã, nisi emptor cessasset in pretij solutione: quia tũc si cessat, impune res potest uendi alteri emptori: Bal. in l. quoties. C. de rei uend. in j. col. in uersic.

c. cùm Ioannes.

uerſic. aut reſpectu delicti. item limita, ſi facta eſt prima uenditio p̃ executione ſentẽtiæ non præſenti pecunia: quia ex quo pretium non eſt ſolutum, poteſt iterum uendi. Ita Imol. in l. à diuo Pio. §. ſed ſtem ptor. ff. de re iud. in ij. col. in uerſic. item not. & ibi etiam Angel. Adde d. l. qui duobus. utrim habeat locum in pignorãte eandem rem duobus? & Bart. in l. ſi quis. §. ſed & ſi quis. tenet, q̃ non: quia iure non eſt cautum, quòd in alijs contractibus committatur pœna falſi, niſi in uẽdẽte duobus. Item adde An. in d. l. qui duobus. an habeat locum in petente iterũ debitũ ſolutum? Et Bald. in l. j. C. de cõdict. indeb. in ij. col. in uerſi. ſecundò reuoco in dubium. tenet, quòd non, niſi ipſe petens uſus fuiſſet falſis, p̃ationibus.

traiũ dicialis iuris, uel facti, ſecundum Paul. in cle. gratia. de reſcrip. & ibi per domi. Card. aliquid in xiij. q. ¶ Et adde, quòd locus interdũ dicitur plenus, ut quando fundus poſsidetur: interdũ ſemiplenus, ut cùm quis poſſidet cauſa legatorũ, uel cauſa rei ſeruandæ: interdum uacuus, ut propter abſentiam, uel negligentiam domini, uel quia deceſsit ſine ſucceſſore. Ita dicit gloſſ. in uerbo, uacantis. in §. quod autem. Inſt. de uſuc. de qua facit teſtũ Ang. in l. ſi me in uacuam. ff. de acqu. poſſ. Et adde Sal. in l. ſi pro fundo. C. de tranſac. ubi dicit per illũ tex. quòd fundus dicitur dari liber, quando nõ eſt alteri obligatus, nec eſt alienus in totum, uel in partem. Et adde, quòd ubi ſimpliciter promittitur dari fundus, tamen ſubintelligitur liber, l. ex prædijs. & ibi per Bald. C. de euict. & l. j. §. j. ff. de act. em. & l. quoties. la ultima, ff. de ædil. edi. & l. cùm uenderes. cum ibi no. ff. de contrah. emp. ¶ Et per prædicta tangunt hîc domi. Ant. Ab. & domi. Imo, utrùm uenditor cogatur præciſè rem tradere, an uerò liberetur præſtando intereſſe: de quo per gloſſ. ordi. in §. pretium. in uerbo, tradatur. Inſt. de emp. & uend. & Ioan. An. in Spec. de emp. & uen. §. in anterioribus. circa prin. & Archi. in c. qui ſtudet. j. quæſt. j. & Bart. & alios in l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de uer. obl. & pulchrè Bar. in l. j. in prin. in pe. col. ff. de actio. emp. & in l. certi condictio. in prin. ff. ſi cer. pet. & Bal. in l. contractus. C. de fide inſtru. & in l. traditio. in j. col. C. de act. emp. & in l. unica, C. de ſen. quæ pro eo, quod intereſt. & Innoc. in c. olim. circa prin. j. de cenſi. Et magis communis opinio eſt, ſecũdum Imol. hîc, quòd ſi † uenditor habet rem, præciſè compellitur ad eam

34

tradendam, per iſtum tex. cum glo. & ſi uenditor eſt dominus, nõ ſufficit ſimpliciter tradere, ſed dare, id eſt, dominum facere, ſecũdum Bar. in d. l. certi condictio. & in l. j. & in l. ex empto. ff. de act. empti. Si uerò non habet eam, ſed dolo, uel culpa deſijt habere, tenetur ad intereſſe. Si autem ſine dolo, uel culpa deſijt habere, ad nihilum tenetur. Vtrùm autem debeat priùs tradi res, an pretium, uide gloſ. in uer. priùs. in c. in tantum. j. de ſim. & quod ibi dixi. ¶ Subdunt etiam hîc domi. Ant. & Imo. quòd emptor condemnatus ad ſoluendum uenditori, poteſt in executione ſentẽtiæ obijcere exceptionem rei ſibi non traditæ: & hoc, quando nihil fuit diſceptatum in iudicio de hac exceptione, & illa non impugnat ſententiam: quia fatetur emptor ſe debere prætium, ſed dicit rem ſibi tradi: ideo tunc poterit opponi. Facit, quod habetur in l. Neſennius. ff. de re iudi. ſecùs, ſi fuiſſet deducta in iudicio dicta exceptio, & illa nõ obſtante ſententia lata: quia tunc uideẽr reiecta. Vnde non opponetur in executione, ſed ſalua remanet actio emptori, ut poſsit petere rem ſibi tradi, ut per Spec. de execut. ſen. §. fi. uer. item pone. Cuius dictum ſic debet intelligi, ſecundum prædictos. ¶ Quibus adde no. altiùs per Bald. in l. peremptorias. C. ſen. reſcin. nõ poſ. & in c. cùm inter. in pen. col. j. de excep. & in l. j. C. de iur. & fac. igno. & in l. j. §. non tantùm. ff. de tute. & rat. diſtrahen. & in conclu. Spec. de excep. circa fin. & in l. per hanc. C. de temp. appell. & in l. ſi pater. in fi. C. de act. empt. & Paul. de Caſt. poſt Bart. in l. eum, qui. §. qui ita. de uerb. oblig. & in l. ſi duo patroni. §. ſi qs iurauerit. el j. ff. de iureiur. & conſil. cxlj. ubi de hac materia fiunt multa uerba. Sed uidetur indiſtinctè dici, quòd imo talis exceptio dilatoria non opposita tempore debito, nõ impediat executionem ſententiæ, quæ tranſiuit in rem iudicatam. Et ita etiam dicitur, ſi uenditor condemnatus tradere, opponat in executione pretium non ſolum. ¶ In gloſſ. in uerbo, ad audientiam. in fi. Et ſic, ubi non eſſemus in terris eccleſiæ, non teneret appellatio ad Papam, per d. c. ſi duobus. quod limitant Hoſt. & alij hîc, niſi ſuperior illius loci non recognoſceret ſuperiorem: quia appellabitur ad Papam, per c. per uenerabilem. §. rationibus. j. qui filij ſint legi. cum concor. quas dedi in c. j. in ij. no. ſ̃. de prob. Alias limitationes ad d. c. ſi duobus. ponam ibi in gloſſ. in uerſi. pendebat. in fi. ¶ Et ſi diceretur, q̃ hoc c. erat directò contrarium capitulo antiquo, cùm Ioannes aſſeruiſſet domum uenditam purè, & ſic erat pronunciatum, & ſuper directò contrarijs non admittũtur teſtes in appellatione, cle. teſtibus. de teſtibus. reſpondet Inno. quòd non debet ponderari, quid includat petitio, ſicut hîc petitio Ioannis includebat uenditionem fuiſſe puram, ſed debet ponderari, quid capitulatur. Ex quo dicto ualde not. do. Card. hîc maximam differentiam, an aliquid ſurgat ex petitione, an ex capitulis: unde dicit, quòd ſi in petitione narrauit Ioannes uenditionem fuiſſe puram, poſſet dici arg. huius literę, quòd ſi produxiſſet teſtes ſuper petitione, qui probauerunt, quòd fuit pura, admittetur capitulans de conditionalitate. Et d. cle. non obſtat: quia ſolùm prohibet ſuper capitulis directò cõtrarijs: & ſic ratio differentiæ, ſecundum eum: quia quando ſpecificè aliquid capitulatur, faciliùs poteſt fieri ſubornatio: ideo magis timetur, ſi admitterentur teſtes ſuper capitulis contrarijs, q̃ ſi admitterentur ſuper contrario, quod eſt in petitione. Et ex hoc dicit iuſtificari intellectum c. ex tenore. ſ̃. de teſti. Et iſtud dictum fuiſſet optimum alio anno in c. fraternitatis. ſ̃. de teſti. ubi hoc adde. ¶ In gloſſ. in uerbo, *inſtrumentum*. in fi. Tractant hîc omnes difficilem materiam huius capituli, quando per teſtes reprobentur inſtrumenta: &, ut habeas potiora dicta Doctorum hîc, & alibi, omiſſo labyrintho opinionum, facias duas plenas concluſiones, quarũ prima demonſtrabit, quãdo producuntur teſtes nõ deſcripti in inſtrumento: ſecunda, quãdo producuntur deſcripti. ¶ Prima con-

35

cluſio. Duo † teſtes nõ deſcripti in inſtrumẽto poſſunt ipſum reprobare, ſecundum Inno. Cald. do. Ant. domi. Card. Imo. & do. Abb. hîc, & Pau. de Leaza. domi. Ant. & do. Abb. in c. tertio loco. ſ̃. de prob. & Specu. & Io. And. de inſtr. edi. §. reſtat. uer. ſed quæro, quot teſtes. & Cy. & Sal. in l. in exercendis. C. de fi. inſtru. & Imo. latè in l. j. §. ſi quis neget. ff. quemad. teſt. ape. & do. Ant. in c. cùm à nobis. in vj. col. ſ̃. de teſti. & Bartol. in l. hæredes palàm. in prin. ff. de teſta. non diſtinguendo, ut quidam, inter factum recens, & antiquum: & inter probationem directam, uel indirectam: quia inſtrumentum habet authoritatem ab authoritate tabellionis, cui authoritati æquum & iuſtum eſt præferri dictum duorũ teſtium, per quos inducitur probatio uera & naturalis meritò excedens probationẽ inſtrumenti, quàm Inn. dicit miraculoſam in c. cùm P. j. eo. & eius uirtus ſtat in præſumptione, quæ eſt pro notario, c. ad audientiam. j. de præſcri. q̃ præſumptionẽ tollit fortior præſumptio teſtiũ, c. ꝓpoſuiſti. ſ̃. de proba. ut hîc latiùs per prædictos reſpõdentes ad iſtum tex. & hanc concluſionẽ perſuaſiuè confirmantes, licet alij ponant hîc in arbitrio iudicis, ut per Bar. Bal. & Ang. in d. §. ſi quis neget. & Ang. in §. ſi quis igitur. in authen. de inſtr. cau. & fide. & Bal. in d. l. in exercendis. & hîc: de quo etiam per Arch. in §. ſi teſtes. iiij. quæſt. iij. & Bald. & Ang. in l. optimam. C. de contrah. ſtipu. & Bal. in l. ob carmen. in apoſtil. ff. de teſti. & Flor. in

l. cùm

l. cùm de ætate. ff. de proba. & Bal. in l. ij. C. de bo. poſ. ſecundum tab. & Bal. Sali. & Flor. in l. cenſus. ff. de proba. Et habet locum iſta concluſio, etiamſi teſtes deponant per probationes diuerſi generis adductas ad conclu- 39
dendum unum totum, ut latè per Pet. de Anch. conſi. lxxiij. in ci. Viſa limitata commiſsione. ¶ Declara pri-
36 mò iſtam concluſionem, ut † non procedat, quando eſſet caſus, in quo ex diſpoſitione legis inſtrumentum nõ admittit probationem in contrariũ, ut in caſu legis antiquæ. C. ad Velleia. & l. fin. C. arbitriũ tute. Vult enim lex in dictis caſibus eſſe præſumptionem iuris & de iure, contra quàm non admittitur probatio in contrarium, ſaltem per teſtes, per ea, quæ habentur in c. is, qui fidem. de ſponſa. & in cle. j. de proba. licet per confeſsionem partis poſsit interdum admitti, ut per gloſſ. in authen. iam neceſſe. & in corpore, unde ſumitur, C. de dona. inter uir. & ux. & Inn. in c. quia plerique. j. de immu. eccleſ. cum concor. Et iſtud extendit do. Ãto. hîc parí ratione ad ſtatuta diſponentia, quòd contra inſtrumentum guarentigiatum non admittatur probatio in con-
37 trarium. ¶ Sed enumerat † hîc eleganter do. Ant. certos caſus, in quibus contra inſtrumentum non recipiens impugnationem poteſt fieri probatio. Primus eſt de mente Inn. hîc, quando quis non uult probare contra contenta in ipſo inſtrumento, fatendo inſtrumentũ uerum eſſe: ſed uult dicere inſtrumentum eſſe falſum & falſò fabricatum: quia talis probatio per teſtes non reiciturà dictis legibus, ſecundum ipſum, quem ſequitur hîc Imo. & not. Bart. & Bald. in l. diuus. ff. de mili. teſta. & Barto. in l. ij. §. prætor. in fi. ff. qui ſatiſda. cog. quia nulla uis uerborum tollit exceptionem, quæ funditùs negat eſſentiam actus, ut per Bart. in l. j. §. & parui. ff. quod ui, aut clàm. & gl. in cle. j. in uerb. nullatenus. de ſequeſtra. poſſ. & fruc. & domi. Abb. & Imo. in c. ex parte. el ij. ſ̃. de
38 off. dele. cum concor. ¶ Secundus caſus eſt, quãdo † quis non uult reprobare factum directè, ſed dicit ſolennitatem facti, uel aliud non interceſsiſſe, per quod annihilatur factum in iuris effectu ſtante facto. Talis enim auditur contra inſtrumentum, nõ recipiens de iure, uel ſtatuto probationem in contrarium, ſecundum domi. Ant. & Imo. hîc, per ea, quæ no. gloſſ. ord. in cle. j. in uerſ. feciſſe. ibi, quod intellige. de proba. Per quã glo. limitat̃ etiã regula c. is, qui fidem. de ſpon. ut ibi per domi. Ant. & do. Abb. & do. Ant. in c. uidua. j. de reg. & in c. fi. in pe. col. ſ̃. de confeſſ. & Domi. in c. ferrum. circa fi. l. diſt. ¶ Et hinc eſt, quòd quando lex, uel ſtatutum dicit, non ad- 40
mitti probationem in contrarium, intelligitur de probatione directò cõtraria: non autem de illa, per quam remanet eliſa intentio aduerſarij, ſecundum Domi. in c. filij. de hære. in vj. dicentem hoc ſingulariter notandum: quia quotidie occurrit. ¶ Sic etiam conſuluit Pet. de Anc. conſi. cclxv. in c. in primo dubio. quòd ſtante ſtatuto, quòd bona adiudicata creditoribus mercatorum deficientium ſint poſt tempus pleno iure ſua, & non audiantur ipſa repetentes, tamẽ audiretur ille, qui diceret, quòd bona adiudicata non erant deficientis. ¶ Similiter dicit Domi. in c. cupientes. §. quòd ſi per xx. de elec. in vj. quòd ſtante ſtatuto, quòd qui non ſeruat talem ſolennitatem certo tempore, nõ audiatur, tamen ſi tempore elapſo uis probare, quòd caſus tuus non erat ille, cui ſtatutum dat legem, audieris, propter gl. ibi in uerbo, comparẽre. quod dicit eſſe practicabile. ¶ Similiter dixit Bar. in l. quicunq̃. per illum tex. C. de apochis publi. & in l. ſciendum. ff. de uerb. ob. & ibi Ro. & gl. in uer. uidebantur. & clariùs ibi Ang. & Imo. in l. reos. §. cùm in tabulis. ff. de duob. reis. & Bal. in l. generaliter. in ij. oppoſitione, C. de non nu. pec. quòd quando contra inſtrumentum non poteſt fieri probatio per teſtes, poterit tamen reprobari præſumptio reſultans ex inſtrumento. Vnde dicit Bar. in l. iuriſgentium. §. quod ferè. ff. de pac. quòd ſtatutum uolens, quòd contra inſtrumentum non admittatur probatio per teſtes, intelligitur de probatione, quæ fieret contra tenorẽ ipſius inſtrumenti: ſed contra ſolennitatem inſtrumenti bene poterit fieri probatio per teſtes. ¶ Tertius caſus eſt, quando † 39
præcluſio facultatis probãdi eſſet nutritiua peccati: q̃a audiretur uolens probare cõtra inſtrumentum ſaltem per uiam denunciationis Euãgelicæ, ſecundum domi. Ant. hîc ualde ſingulariter per no. in c. nouit. ſ̃. de iudi. & hoc dictum retuli in c. ij. in iij. cõcluſi. uerſ. quartò intellige. ſ̃. de proba. ubi etiam latè habes, quãdo ille, qui non poteſt probare, niſi per inſtrumentum, poſsit ſeiuuare alia probatione. ¶ Quartus caſus eſt, quando excluſus à facultate probandi cõtra inſtrumentũ fatetur inſtrumentum proceſsiſſe in forma, prout eſt conditum, ſed uult probare per teſtes ſimulationem: quia non detrahitur probationi, ex quo non cõcluditur inſtrumentum ſine forma deſcriptum. Ita dicit do. Ãto. hîc, & etiam Bald. dicentes eſſe gl. ſingularẽ in d. §. quod ferè. & ſentit gloſ. in l. illicitas. §. ueritas. ff. de offi. præſi. & no. Bal. in l. j. uer. ſubſequenter. C. plus ualere, quod agitur. & Iac. Bu. & Bald. latè in l. generaliter. in iij. oppoſitione, C. de nõ nu. pec. idem dicentes, etiamſi ſtatutum dicat, quòd contra tale inſtrumentum non poſsit fieri probatio, niſi per aliam ſcripturam: quod etiam ſenſit Bar. in d. l. j. C. plus ualere. licet gloſſ. & Bar. in hoc de ſimulatione aliter ſentiant in d. l. generaliter. per illũ text. quorum opi. dicit hîc Imo. in fi. eſſe ueriorem, ſed iſtam procedere de æquitate. ¶ Sed iſta procedunt, quando ſtatutum ſimpliciter diſponeret, quòd infra tale inſtrumentum non admittatur probatio: uel ſi dicat, non admittatur, niſi per aliam ſcripturã: aliàs uerò, ſi ſtatutum diſponeret, ut contra inſtrumentum non admittatur aliqua exceptio, niſi falſitatis, uel ſolutionis, tunc non poterit opponi exceptio ſimulationis, cùm & ipſa uideatur reiecta, ſicut & aliæ, ex quo non eſt permiſſa. Ita in terminis no. Bar. in d. l. j. §. j. ff. quod uí, aut clàm. & Bald. in l. ita pudor. C. de adul. & in d. l. j. C. plus ualere. quod eſt uerũ, quando allegatur ſimulatio contractus: aliàs ſi allegaretur ſimulatio rogitus, ut quia diceretur, quòd partes ſimulauerunt rogare notarium, ut conficeret inſtrumentũ, quem tamen non rogarunt, talis exceptio bene admitteret̃, cùm in effectu concludat illud non eſſe inſtrumentum, ex quo in ueritate non fuit rogatus, ſecundum Bald. in d. l. j. quem ſequitur Imo. hîc dicens, eſſe bene notandum ad intellectum Bart. in d. §. & parui. ¶ Et † licet cum iſtis tranſiri poſſet, tñ Bald. in l. fi. §. in computatione. ad fi. C. de iure deli. apertiſsimè ſentit, quòd ubi poteſt opponi exceptio falſitatis, ibi etiam poſsit opponi ſimulatio: & dicit, quòd talia ſtatuta debent intelligi de inſtrumentis efficacibus, non de nullis. Et quòd inſtrumentum ſimulatum nõ eſt inſtrumentum, cùm non faciat fidem ſimulatione probata: quinimò dicit, quòd ſi ſtatutum expreſsè remoueret exceptionem ſimulationis propter iniquitatem ſtatuti, recurreretur ad ſubſidium eccleſiæ. Ex quibus uerbis non dubito eum ſenſiſſe contra Bart. in d. §. & parui. Et hoc ultimum de ſubſidio eccleſiæ no. contra Ang. in l. j. §. pueritiam. ff. de poſtu. quẽ allegaui in d. c. ij. in iij. conclu. de proba. Item contra Bart. in d. §. & parui. expreſsè tenet Bald. in l. ſi nõ uerum. C. de do. inter uir. & uxo. dicens, quòd contractus ſimulatus eſt non uerus: & q̃ ſtante ſtatuto, quòd non poſsit opponi, niſi exceptio ſolutionis, uel falſi, poterit opponi ſimulatio, quæ largo modo eſt falſitas. Et iſta bene no. tanquã alibi nõ reducta. ¶ Et iſti quatuor caſus habent locum, ſecundũ do. Ant. hîc, etiam quando contra inſtrumentum non admittitur probatio, niſi per aliud inſtrumentum. Sed hoc caſu adde, quòd etiam tunc per quinq̃ teſtes poterit inſtrumentum reprobari, ſecundum do. Ab. in c. ij. ſ̃. de proba. per l. teſtiũ. C. de teſti. Idem, ſi aduerſario præſente & tacente admitterent teſtes, ſecundũ Bal. in l. cer-

c. cùm Ioannes.

ti contradictio. §. quoniam. ff. si cer. pet. Idem, si esset instrumentum assumens partem iurium à depositionibus testium: quia ad illud poterũt produci testes in cõtrarium, secundum Bald. in l. generaliter. in pe. col. C. de non nu. pec. Idem, si instrumentum impugnaretur per scripturam priuatam coadiutam uiua uoce testium, secundum Bald. in d. l. certi condictio. Idem, si fieret probatio per testes & instrumenta simul, secundum Angel. in d. §. quoniam. pro quo facit c. series. & quod ibi dixi, s̃. de testi. Et istis adde, quæ dixi in d. c. ij. de proba. & qd̃ no. Bal. in l. iij. in apostil. ff. de usufru. & in l. quoties. §. fi. in lec. antiqua, C. de proba. & glo. in c. j. de sen. excom. in vj. & glos. & Bald. in §. idem uerborum. Inst. de inut. stip. & gloss. & Domi. in c. Romana. §. postquã. de censi. in vj. & gloss. in l. pactum, quod bona fide. C. de pact. & Bald. in l. gesta. C. de re iud. & Bart. in l. emancipatione. in fi. & in l. sicut iniquum. C. de fide instru. & Host. in isto tit. §. quid sit instrumentum. & §. sequenti. Et hęc ad primam declarationem. ¶ Secundò declara dictã conclusio-

41 nem primam, ut † habeat locum, quãdo ex parte actoris est instrumentum, ex parte uerò rei producunt duo testes illi contradicentes: sed si econtrà ex parte actoris producerentur testes, ex parte uerò rei instrumentum, dixit Goffre. in c. cùm à nobis. s̃. de testi. quòd standum est instrumento, nisi plures, quàm duo, contra ipsum producantur: quia parem uim habent testes & instrumenta, ut hîc dicitur: & licet testes præponderent, ut est dictum in conclusione, tamen attento fauore dato reis uidetur instrumentum præponderatum, per id, quod in simili dixit glo. uulgata in c. clerici. lxxxj. dist. de qua dixi in c. ex literis. s̃. de proba. Et licet hoc dictum sit coloratum, tamen ipsum nõ admittit do. Abb. in c. tertio loco. s̃. de proba. nec ꝑ Bal. in d. l. in exercendis. quia uirtus testium prædominatur ultra fauorẽ datum reo, per rationes dictas in conclusione. ¶ Tertiò declara di-

42 ctam conclusionẽ, dum † modò testes deponentes contra instrumentum, assignẽt rationem dicti sui etiam nõ interrogati: aliàs enim nõ reprobarent instrumentum, etiamsi deponant super tabibus, super quibus aliàs nõ tenerentur reddere rationem dicti, secundum Bal. in l. presbyteri. la j. in ult. col. C. de epi. & cle. allegando Ia. Bu. in quadam disputatione: & idem sensit Imo. hîc sæpe, & Bald. in c. ad audientiam. el j. circa medium, de rescri. Quod limita non procedere, ubi reprobaretur scriptura authentica, nõ tamen publica, per tex. in c. tertio loco. de prob. secundum unam ponderationem, quam facit ibi dominus meus in ij. char. nã illi testes non assignabant cõcludentem causam dicti sui, dicendo quòd capitulum nunquam fuit congregatum, quin ipsi non

43 interfuerint. ¶ Quartò declara, ut † habeat locum, quando pro instrumento non est, pbatio coadiuuans: aliàs si aliquis testis descriptus, uel nõ descriptus coadiuuaret instrumentũ, requirerentur plures ad probandum instrumentum, secundum qualitatem & numerũ adiuuantium. Ita declarat do. Ab. & Imo. hîc per istum tex. & dicit Imo. secus, si solus tabellio deponeret uiua uoce pro instrumento à se confecto: quia omnis uirtus instrumenti dependet ab authoritate tabellionis: ideo eius testimonium nõ geminat eandem probationem, & sic duo testes contrarij sufficient. ¶ Quintò decla-

44 ra, dum † modò testes reprobantes instrumentum sint undiq; idonei, & omni exceptione maiores: non enim sufficeret, quòd essent aliàs simpliciter idonei, secundũ Cal. do. Ab. Imo. & alios hîc allegantes tex. in l. optimã. C. de contrah. stip. facit tex. cum glo. in uerbo, idoneos. in §. item uerborum. Insti. de inut. stip. & sentit glos. magna in c. tertio loco. s̃. de proba. & firmat Sal. in d. l. in exercendis. & Bal. hîc, qui declarãs istud uerbum, Omni exceptione maior, dicit, quòd exceptionum quædam omnino perimunt testimonium, quædam debilitant, & neutri istarum debet hîc esse locus: unde modicus defectus uitiat tales testes, secundum ipsum: cui pro intellectu huius uerbi adde gl. in c. j. in uerb. maiores. j̃. de consan. & affi. & in d. §. item uerborum. in uerb. idoneos. & do. Ab. in c. at si clerici. §. de adulterijs. s̃. de iudi. Et dicit Bal. in d. l. optimam. quòd ille est omni exceptione maior, qui superat omnem friuolam exceptionem, adeò quòd nulla exceptio uera, uel legitima opponi potest. Et in hoc multùm uersabitur arbitrium iudicis, secundum do. Abb. hîc signanter. ¶ An autem oporteat articulare & probare, quòd testes producti in tali casu sint tales? Ang. dixit, quòd sic, in d. §. si quis neget. dicẽs esse optimã cautelam: sed in contrariũ facit, quia quilibet præsumitur idoneus & sine defectu, c. fi. j̃. tit. proxi. Ergo frustra probatur: & ita fert tenere Francis. de Ram po. in authen. sed cùm testator. C. ad l. Fal. ¶ Sextò & ultimò declara ex eo, quod no. Sali. in d. l. in exercen-

45 dis. ubi dicit, quòd † quamuis duo testes sufficiant ad reprobandum instrumentũ, non tamẽ sufficient, adeò quòd per hoc notarius possit condẽnari de falso: quia in criminalibus exigũtur probationes ualde claræ, l. fi. C. de proba. sed sufficient, ut fiat acerrima indagatio de falso, secundum ipsum sentientẽ per hoc, ꝓ operabuntur torturam: & faciũt not. per Bart. in l. fi. ff. de quæstio. & Sal. in l. fi. C. eo. ¶ Postea subdit Sali. in d. l. in exercẽdis. ꝓ si essent tres, uel plures testes omni exceptione maiores deponentes contra instrumentum aliter non coadiutum, bene sufficient ad puniendum notarium de falso: quod est notandum, si est uerum. ¶ Sed fortè pendet à lõgiori dubio, uidelicet utrùm acta, uel sententia super falsitate instrumenti noceant notario non conuento? qd̃ decidi potest ex notatis per Bar. in l. denunciasse. §. quæritur. ff. de adul. & Bar. & Bal. in l. si uteris. C. de fid. instru. & Bal. & Ang. in l. Lucius. ff. de infa. ubi tractat, an sententia lata cõtra aliquem, quòd produxit falsos testes, noceat testibus? & dicitur, quòd nõ. Similiter dicit Spec. in isto tit. §. restat. uer. quid si unus. & in tit. de teste. §. j. uer. sed pone, ecce. quem sequitur domi. Ant. in c. ad audientiam. j̃. de præscri. & idem Sal. in l. si quis decurio. C. de fal. quòd his casibus, quibus statur dicto testis dicentis se aliter deposuisse, quàm scripserit notarius, uel econtrà, hoc nõ sufficiet ad puniendum alterum de falso: & etiam dicetur in d. c. ad audientiam. Ex quibus uidetur, ꝓ de dicto Sali. in d. l. in exercendis. non sit multùm clamandum. ¶ Secunda cõ-

46 clusio. Sicut † per testes non descriptos potest reprobari instrumẽtum, ut est dictum, ita, & fortiùs, per ipsos testes descriptos, secundũ Inn. & omnes alios hîc per tex. in c. tam literis. in fi. s̃. de testi. & in d. c. tertio loco. ꝓ statim quòd testes impugnant instrumentum, remanet sine solennitate testiũ. Ergo non probat, ut per Bar. & alios in d. §. si qs neget. & Doc. hîc in uerbo, abundantes. Sed superflua relecãdo collige dicta eorum primò ampliando conclu. postea limitando. ¶ Amplia primò

47 istam conclusionẽ: siue † testes in instrumento descripti reprobãtes ipsum, sint de testibus necessarijs instrumẽti, siue de nõ necessarijs: quia fortè ultra cõpetentem numerum alij fuerũt descripti: licet ista distinctio aliter fiat, quando unus solus cõtradicit, ut j̃. dicetur. Ita sentit Bal. in d. l. in exercendis. in ult. col. uer. uenio ad secun-

48 dum membrũ. ¶ Amplia secundò, ut † procedat nõ solùm, si reprobent aliter narrando, quàm sit scriptum: sed etiam, si simpliciter dicat se non interfuisse: quia instrumentũ corruit, non quia contractus nõ probet per testes, qui remanent, ex quo sunt tot, quot sufficiunt ad instrumentũ: sed quia scriptũ est in eo fuisse præsentes, qui fuerunt absentes, quæ pars falsa totũ ipsum uitiat, c. quãto. de his, quæ fiunt à præla. & c. si ad sacras. ix. dist. dixi post Inn. in c. fraternitatis. j̃. de hære. Ita dicunt Inn. & alij hîc. ¶ Hanc ampliationem limita primò, nisi alij testes descripti, uel nõ descripti, iuuando instrumentum dicant, imò illos fuisse præsentes: quia staretur instrumento,

strumento, secundum do. Ant. hîc, nisi ex altera parte essent probationes luce meridiana clariores, per d. l. opti-

49 mam. ¶ Secundò limita, dum † modò testes dicẽtes se non interfuisse, probent hoc per aliòs testes: si enim hoc ipsi soli dicerent, non probant tanquam singulares, secũdum Inn. & do. Ant. hîc: quia licet aliàs testes dicantur contestes, quando affirmant se uidisse, uel audiuisse: quia respectu sensati, licet nõ respectu sensus, sunt concordes: & illa appropinquatio sensati attrahat sensus plurium in unum: tamen hæc abstractio, scilicet nõ interfuisse, non potest abstrahere, nisi singulariter: quia illud, de quo agitur, non fuit appropinquatum sensui meo, nec tuo, nec etiã omnibus in simul, nisi, secũdum ipsos, dicerent se fuisse omnes in certo loco. Et istam opi. sequitur do. Abb. hîc, ubi testes non sunt de necessarijs. Si autem sunt de necessarijs, tunc procedit opinio, de qua statim dicetur: nam contradictio etiã unius necessarij facit uacillare, ut j̃. dicetur. ¶ Sed quòd isti nõ dicãtur singulares, & per ipsos indirectè reprobetur instrumentum, firmat Bar. in d. §. si quis neget. & Cal. & Imo. hîc, & Imo. in l. cùm ab initio. ff. quemad. testa. aperi. quia testes describuntur in instrumento, ut per eos illi imponatur fides: & ideo non imponitur: quia si negant se interfuisse, remanet instrumentũ sine debita solennitate. Ad rationem de singularitate respondet hîc multipliciter Imol. sed maximè, quòd dicti testes non censentur singulares: quia concordant in dicto: quia q̃ iliber dicit instrumentum falsum, & ideo non curatur, licet sint singulares, per id, quod no. Inno. in c. qualiter. el ij. j̃. de accus. & dixi in c. licet ex quadam. s̃. de testi. quia coniunguntur eorum dicta ad unum integrale, ut hîc per ipsum: pro quo facit, quod no. Bald. in l. ij. uer. hîc quæro. C. de secundum tabulas. & in l. j. ad fi. C. si unus ex pluri. & idem tenet do. Car. hîc dicens, quòd nõ omnis singularitas uitiat, & quòd dicta istorum inferunt, quòd si interfuissent, seu uidissent, & sic sunt contestes de eadem interessentia, ut hîc per ipsum. ¶ Amplia tertiò conclusionem, etiamsi † esset unus solus

50 testis de descriptis in instrumento contradicens instrumento: quia si probat per alios se non interfuisse, siue sit de necessarijs, siue non: uitiat instrumentum, secundum omnes hîc: quia ratione partis falsæ, s. quòd falsò sit descriptus, uitiatur totum instrumentum, ut s̃. dixi. ¶ Hanc ampliationẽ intellige primò, ut dixi, dum modò per alios probet se non interfuisse. Si autem diceret solus hoc, uel solus impugnat, concludunt Cald. domi. Ant. & domi. Abb. quòd si non est de descriptis, uel est ultra numerum necessarium, nõ uitiat instrumentum: si autem est de necessarijs, eius contradictio facit uacillare instrumentum, l. j. §. fi. ff. quemadmo. test. aper. Ideo instrumentum non probabit, nisi aliter adiuuetur, l. iubemus. C. de proba. Et idem Spe. in isto ti. §. instrumentum. uer. item quòd testis inscriptus. & Ang. in §. si quis igitur. authen. de instrumen. cau. & Bart. in l. j. ff. quemad. testa. aper. & domi. Abb. & Imo. hîc, dicentes, hanc esse communem, quæ procedit, secundum Imol. non ex ea ratione, quòd semiplena probatio confundat plenam, sed quia instrumẽtum remanet sine debita solennitate: & hoc, siue impugnet dicendo nõ interfuisse, uel rem aliter se habuisse: sed tunc dicunt Cald. & domi. Card. hîc, quòd utile esset facere examinari alios testes, si uiuunt. ¶ Secundò intellige, quòd unus impugnare potest, quando est scriptura, quæ non innititur proprijs uiribus: sed eget coadiuuatione testium, ut scriptura priuata: quia illa non faciebat fidem sine testibus: ergo data repugnãtia unius necessarij cessat eius uirtus: sed si scriptura innititur uiribus suis ex authoritate scribentis, ut instrumentum publicum cum suis solennitatibus: & illud non eneruatur per unum testem etiam descriptum & necessariũ: quia remanet authoritas notarij, qui posset, ut testis, examinari ad cõfirmationem

instrumenti. Ita ad literam dicit Imo. in d. §. si quis neget. in iij. & penul. col. dicens, hanc opinionem fortè esse ueriorem & notabiliorem de iure. ¶ Sed contrarium, & meliùs, tenent hîc Cal. domi. Ant. & domi. Abb. & Sal. in d. l. in exercendis. & Bart. Bald. & Ang. in d. §. si quis neget. Et ibi fatetur Imo. hanc esse communem: &

51 hanc ipse uidetur tenere hîc, quia † deficientibus testibus necessarijs deficit solennitas instrumenti, & fides: & non est uerum, quòd notarius possit examinari, ut ipse dicit: quia contrarium ipse tenet hîc, ut retuli suprà in iij. declaratione. ¶ Tertiò intellige dictam ampliationem in materia præiudiciali, in qua unus testis impediet uictoriam, ut si ageretur petitorio: secus in his, quæ sunt leuis præiudicij, ut in possessorio: quia propter unum testem instrumentum non uacillabit, secundum Bald. & Angel. singulariter in d. §. si quis neget. Pro quibus facit, quod no. Bart. in l. admonendi. in pe. col. ff. de iureiu. dicens, iuramentum semper posse deferri in supplementum, quando agitur possessorio: sed contra eos tenet Imo. ibi, dicẽs, quòd præsuppositа cõmuni opinione non uidetur uerũ, quod dicunt de possessorio, per tex. in §. cõmodum. Insti. de interdi. & istud est uerius. Secus sentit, ubi esset omnino leue præiudicium. ¶ Ex prædictis ampliationibus limita primò dictam conclusionem, nisi testes descripti producti ad impugnandum non dicerent aliud, nisi quòd non recordantur se interfuisse, uel de his quæ dicuntur in instrumento fuisse gesta: quia dubitatio, uel suspicio extrinseca non facit uacillare instrumentum: pro quo in dubio fit interpretatio, ut ualeat, arg. c. abbate. de uerb. sig. Ita no. Inn. domi. Ant. & Imol. hîc, & Bald. & Imo. in d. §. si quis neget. & Sal. in d. l. in exercendis. C. de fid. instr. Et dicit Bald. in l. j. in princip. C. de sen. quæ sine cer. quant. quòd si testes dicerent, notarius errauit, quia nõ audiuimus hæc uerba, sed quædam alia, de quibus nõ recordamur, probant negatiuam, sed non affirmatiuam, dum modò sint in numero sufficienti. ¶ Sed hanc limitationem intellige, quando testes sunt descripti in scriptura publica, quæ ex se facit fidem: si autem esset priuata, secus esset: quia oportet, quòd coadiuuetur testibus, secundum Bal. in d. §. si quis neget. de mente gloss. ibi, & sequitur ibi Imo. dicens, hoc esse bene notandum: & licet nõ aperiant, intelligo, quando isti non recordantur de confectione scripturæ: secus, si non recordantur de tenore, sed bene de cõfectione: quia tunc non uidentur deficere in coadiuuatione sufficienti, per no. in c. ij. s̃. eod. Frustra enim exigeretur scriptura, si de tenore oporteret eos recordari. Posset etiam dici, quòd eo casu, quo non recordantur de confectione, illa scriptura tantum probat, quantum alia mortuis testibus in ea descriptis, iuxta no. in d. c. ij. Sed hoc non admitterem: quia ubi sunt mortui, est aliqualis præsumptio, ex quo non discrepant: sed ex quo dicunt non recordari, statim scriptura spoliatur eorum auxilio. ¶ Limita secundò, nisi pro instrumento essent duo testes: quia eis stabitur & probabitur saltem eius tenor: ut hîc per Cald. domi. Ant. & Bar. in d. l. si quis neget. etiamsi illi iuuantes non sint de descriptis, neque fuerint aliàs in contractu rogati, secundum Cy. Bal. & Sali. in d. l. in exercendis. quia nõ adhibentur ad originalem essentiam probationis testamenti, sed ad illius coadiuuationem: quia facilius admittitur coadiuuatio, quàm fundatio, l. fi. C. de eden. ¶ Sed hanc limitationem intellige primò secundum Ang. in d. §. si quis neget. dum modò impugnantes non excedant numerum coadiuuantium: quia tunc reiecta authoritate notarij staretur impugnantibus: sed si coadiuuantes sunt plures, uel numerus hincinde æqualis, stabitur instrumento propter authoritatem notarij, secundum ipsum: cùm quo transit ibi Imo. intelligens, nisi stantes pro instrumento etiam pauciores essent maioris meriti: quia præferuntur per

c. cùm Ioannes.

c. in nostra. suprà de testi. ut ibi per eum, post Ang. Quibus adde, quòd dicta eorũ procedunt, ubi impugnantes narrando seriem facti, dicunt rem aliter fuisse, uel non interfuisse: sed ubi uterentur uerbis merè negatiuis, etiamsi essent plurimi, non præualerent duobus affirmantibus & sustentantibus instrumentum, secundum Inno. & domi. Anto. hîc: quia plus creditur duobus affirmantibus, quàm pluribus negantibus, secundum gloss. in l. diem proferre. §. si plures. ff. de arbit. & Innocen. in c. super hoc. suprà de renun. & in c. quid per nouale. infrà de uerb. signifi. Quod intellige & declara, ut dixi in d. c. in nostra. ¶ Secundò intellige hanc limitationem, dum modò testes coadiuuantes deponãt de directo contra impugnãtes: quia si illi dicant se non interfuisse, isti dicent interfuisse: & si dixerunt rem se aliter habuisse, isti dicent sic se habuisse tempore confecti instrumenti, ut est in eo descriptum: aliàs enim, si coadiuuantes simpliciter attestarentur rem ita fuisse, & non dicerent tempore scripturæ, non probarent pro instrumento: quia ista stant simul, factum à principio sic se habuisse, & tamen tempore confecti instrumenti non sic fuisse dictum à partibus, uel non sic à notario lectum, secundum Salic. in d. l. in exercendis. in pe. col. Quod no. pro formandis capitulis. ¶ Tertiò intellige, dum modò coadiuuantes deponant in numero sufficienti: nam si esset instrumentum, in quo requirerentur quinque testes, ut codicillus, nõ sufficeret ad ipsum coadiuuandum producere duos, sed debent esse quinque, secundum Innoc. & alios hîc: quod uidetur procedere, quo ad hoc, ut tenor instrumenti & eius continentia probetur, adeò quòd ex illa probatione obtineat: sed quo ad hoc, ut ipsum instrumentum adiuuetur in rãtum, quòd probet, satis uidetur sufficere, quòd duo deponãt super præsentia ipsorum contradicentiũ & negãtium se interfuisse, etiamsi sit talis actus, in quo requirantur plures, quàm duo testes: quia talis solennitas, uidelicet quòd duo testes fuerunt præsentes, potest per duos testes probari, l. ij. C. de secundum tabu.

¶ Limita tertiò dictam conclusionem, nisi factum sic se habendo, prout dicunt testes impugnantes, posset stare cum instrumento, & non contradiceret sibi, sed potiùs in scriptura probetur omissio: quia tunc statur instrumento & testibus, secundum Innoc. & Doc. hîc, & Sal. in d. l. in exercendis. dicentem esse casum hîc, dum instrumentum stat cum testibus supplentibus. ¶ Limita quartò & ultimò, dum modò probetur, quòd reprobatorij sint illi, qui sunt descripti in instrumento, & quòd uocentur eisdem nominibus: nec sufficit, quòd pars hoc dicat, nisi probet, secundum domi. Car. hîc, quem retuli super tex. & sequitur simpliciter domi. Ab. hîc: ex quibus remanet ista materia restricta longè clariùs, quàm antea consuetum fuerit. ¶ In † gloss. si. ibi, quod in diem. §. j. No. istam gloss. secundum Imo. hîc, quæ uidetur uelle, quòd quando non fuit opposita compensatio ante sententiam, poterit opponi etiam post sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam ad impediendum executionem sententiæ: quia cui datur actio, multo fortiùs exceptio, l. inuitus. §. cui damus. ff. de reg. iur. Et est casus de hoc in l. ij. C. de compens. Et rationem assignat ibi Bald. quia ille, qui compensat, uidetur exequi, cùm compensatio sit quædam solutio, l. si debitor. in fi. ibi, nihil interest, soluerit, an compensauerit. ff. qui pot. in pig. hab. & idem dicit Bald. in l. peremptorias. C. senten. rescin. non posse. Item, quia talis exceptio non est impugnatiua sententiæ, ideo potest opponi, ut per Angel. consil. xix. incip. Iudæi, &c. uisis dictis dubijs. Et dicit Bald. in l. filium. C. famil. ercis. quòd satis restituit, qui compensat. Et dicit Bald. in l. fi. C. de eden. quòd objiciens compensationem, non dicitur propriè excipere. Et secundum prædicta dicit hîc Imol. se iudicasse in facto, & etiam dixisse partem astringi posse ad respondendum positionibus factis super compensatione: quia si potest probare, potest etiam facere positiones, per not. in c. j. de confes. in vj. dixi suprà. in rub. de prob. Et si negetur positio, debet intra breue tempus probari: quia in executione sententiæ non admittuntur requirentia altiorem indaginem, ut per Barto. in l. facta. §. condemnationes. aliàs in l. si is, à quo. ff. ut in posses. lega. & maximè compensatio, quæ uult de facili posse liquidari, l. fi. C. de compen. Quòd autem actio competat, & remaneat salua, ut hîc in gloss. probatur in l. si cùm dos. in princip. ff. rerum amo. & in l. quod dicitur. la j. §. si dos data. ff. de impens. no. Pet. de Ancho. in c. j. in ult. col. de resti. spol. in vj. allegando Innoc. in c. fi. s̃. de resti. spo. Idem Arch. in c. Osius. circa fi. vj. q. iiij.

Finita est die XXII. *Februarij hæc decretalis.*

SVMMARIVM.

1 ✠ *Rescriptum non uitiatur propter defectum literæ, per quem sensus non mutatur.*

2 *Latinitas falsa an uitiet instrumentum.*

CAPITVLVM XI.

1 EXparte. ¶ Defectus † literæ, per quem sensus non mutatur, non uitiat rescriptum. H.D. Et sic secus, si mutatur. Quod no. ¶ Not. summarium, & ueciara generaliter in omni defectu, siue syllabæ, siue dictionis, dum modò sensus scribentis non mutetur: quia literæ sortiuntur effectum ex ipsa bulla, per cuius solennitatem, constito de consensu, tales defectus non sunt in consideratione. Vnde consuluit domi. Cardi. consil. xcv. inc. Nobilis & præstans amice. quòd non uitiantur literæ dicentes præsentibus & futuris temporibus duraturis: cùm deberet dicere, duraturas: quia per alia uerba constabat de sensu literarum: & sic procedit iste text. nedum si litera omittatur, sed etiam si una ponitur pro alia. Vnde restringitur c. ad audientiam. el j. suprà de rescrip. ut procedat, quando falsa Latinitas procedit ex alio defectu, quàm unius literæ: quia talis exiguus defectus potest contingere etiamsi sæpe inspiciatur unum rescriptum, nisi uariatio unius literæ induceret uariationem sensus, ut faciebat in c. inter dilectos. suprà eod. scilicet an esset Loitardus, an Lotardus: & subdit domi. Cardi. in eodem consil. quòd curia Romana hodie non admittit tales exceptiones, maximè Latinitatis: sed de rigore iuris, quòd plures in illo casu consulerent contrarium: ad quod euitandum suadet, ut reficiantur literæ: quod ultimum uerbum non refert domi. Abba. hîc, facta implicitè mentione de dicto consil. ¶ Sed tamen hanc declarationem expressè firmant hîc domi. Cardi. & domi. Abb. dantes etiam exemplum de literis, in quibus dicebatur, ecclesiam sancti Pancratij. & de illis, in quibus dicebatur, inducas incorporalem & deficiebat possessionem: ut hîc per eos post Innoc. reprobantes Host. hîc, qui distinxit inter literas gratiæ & iustitiæ: & cum eo transit hîc Ioan. Anto. Bald. domi. Anton. & Imola. sed opinionem Innoc. sequitur Archid. in c. Apostolicæ. xxxv. quæst. ix. & Domi. in c. in memoriam. xix. distinct. & pro ipso allegat domi. Abb. notata in c. cùm uenerabilis. infrà de relig. domi. & in l. j. & ij. ff. de his, quæ in test. delen. concludens, quòd d. c. ad audiẽtiam loquitur,

loquitur, quando cõtingit falsa Latinitas apparenter, non autem ex transcursu pennæ, seu mutatione unius
2 literæ loco alterius: quod faciliùs contingit. ¶ Et † ista habent locum etiam in instrumentis: imò falsa Latinitas non uitiat ipsa & eo casu, quo uitiarent rescriptum: quia non transeunt per tot manus, ut per Guil. de Cu. & Angel. in l. qui habebat. in princ. per illum text. ff. de manumis. testa. per Bald. in l. cùm ante. C. de dona. ante nup. & hîc per Specul. de rescript. præsent. §. primò igitur. uer. item quòd litera. per Bald. in l. j. C. de formulis. & in proœ. C. in fin. principij, per Bart. in l. demonstratio. in fin. in princ. ff. de condi. & demon. per Bald. in l. j. imperator. la j. in j. col. ff. de statu homi. & in l. cõtractus. uersic. quæro circa istam regulam. C. de fide instrum. & gloss. in uerb. si cognouisses. in c. & hæc diximus. xvj. q. vij. & gloss. & Bald. in d. c. ad audientiam. el j. ¶ Sed contra id, quod dicit hîc do. Card. se obtinuisse defectũ illius uerbi, Possessionem non uitiare, adduci potest, quod scribit Bart. in l. præses. C. de sentent. & Roma. in repet. l. j. ff. de re iud. & Bald. & Angel. in l. j. §. fin. ff. de hered. instit. ubi per multa dicunt, quòd dispositio l. Verbum, uolo. C. de fideicom. & d. §. fin. & l. Titia. §. qui Marco. ff. de annuis leg. cum simi. ubi dicitur, defectũ unius uerbi non uitiare ultimam uoluntatem, procedit fauore ultimæ uoluntatis, præsertim quia testatores affecti debilitate non semper proferunt omnia uerba. Sed in alijs materijs secus est, secundũ eos: nam dispositiones, quæ aliàs solenniter fiunt, nõ recipiunt subauditiones, sed truncatus sermo uitiat eas, per l. ij. C. de constit. pecu. Vnde dicunt, quòd si in sententia sunt omnia uerba excepto uerbo Condemnamus, erit nullam: nec subintelligitur: propter quod non uidetur dictum do. Card. procedere, nisi quando scriberetur in materia merè fauorabili, sicut dicitur de ultimis uoluntatibus. ¶ Nihilo minùs ubi ex alijs uerbis clarè constat de mente scribentis, uidetur in rescripto, quamuis odioso, posse subaudiri unum uerbum omissum, per rationes do. Card. hîc. Quibus non obstãt proximè adducta: quia non sunt uera, uel saltem absq; dubio: quoniam Bart. Raph. Cuma. & Paul. de Cast. in d. §. fin. & Nic. de Matarellis, Bald. & Paul. de Cast. in l. errore. C. de testa. tenent contrarium, quòd ualeat sententia carens uerbo Condemnamus, si per alia uerba comprehenditur, per id quod dicitur de ultima uoluntate: quod est ex duplici ratione, tum fauore testamenti, & ista cessat in sententia: tum propter reliqua uerba testamenti denotantia mentem testatoris: & ista ratio nõ cessat in casu nostro: ergo nec lex, ut in §. affinitatis. Instit. de nupt. & per glo. in uersic. malignantium. aliàs in uerb. periculosis. in c. cupientes. in princ. de elect. in vj. Et sicut potest sententia per impropriationem saluari, ut dixi s̃. c. proxi. super text. ita per subauditionem. ¶ De falsa autem Latinitate, an indistinctè uitiet, non est locus hîc, sed in d. c. ad audientiam. el j. ubi uide.

SVMMARIVM.

1 ✠ *Vicarius perpetuus ordinari potest in ecclesia habente rectorẽ.*

2 *Vicarij perpetui sunt alij temporales.*

3 *Vicarius an possit dare uicarium.*

4 *Vicarius potest agere pro iuribus concernentibus suam uicariam absq; alio mandato.*

Hæc conclusio declaratur quatuor modis, ut num. 5. 6. 7. & uer. declara quartò.

8 *Vsufructuarius an debeat facere expensas necessarias in re, qua fruitur.*

9 *Debita hæreditatis quis soluere teneatur, hæres, an proprietarius.*

10 *Appellatus iussus à iudice ut sententiam exhibeat, & ipse negat sententiam latam, qualiter pronunciare debeat.*

11 *Appellatio si est interiecta à sententia, sufficit, quòd contineat tenorem sententiæ. num. 12. 13. 14.*

c. G. perpetuus.

CAPITVLVM XII.

C. Perpetuus. ¶ Licitè appellatur à iudice, q parti petenti non facit edi cõmunia instrumenta. H.D. ¶ Et de materia editionis dicunt Doct. hîc, ie oportunè dixisse in c. j. s̃. de proba. ideo ex toto omittũt: & ibi etiam alio anno dictum fuit per regulam cum fallentijs rememoratis dictis quibusdam Bald. & Imol. hîc. ¶ In text. ibi, perpetuus uicarius.
1 not. † quòd in ecclesia, quæ habeat rectorem, potest esse uicarius perpetuus: & de hoc loquitur c. primũ, secundum, & fin. s̃. de off. uic. & c. extirpandæ. §. qui uerò. j. de præben. & uide gloss. in cle. unica, in uer. sacerdotium. de off. uicarij. quæ dicit, quòd ius permittens dispensari cum obtinẽtibus ecclesias secundum formam c. cùm ex eod. de elect. in vj. habet locum in uicarijs perpetuis: & eam facit sing. do. Card. hîc, dicens per hoc haberi, q uicarij perpetui obtinent ecclesias, & per consequens possunt pro ipsis agere. Et quòd isti æquiparentur uero rectori, facit c. constitutus. & c. Michael. s̃. de fil. presby. & c. postulasti. s̃. de rescript. Vnde potest quis ordinari ad titulum uicariæ perpetuæ, secundum do. Card. in d. cle. unica, in viij. q. Et talibus debetur quarta Canonica, secundum do. Card. in cle. dudum. §. uerùm. in xxij. q. de sepul. & Pet. de Perusio. in iiij. c. Canonicæ parochialis. ad fin. ¶ Alij † sunt uicarij non perpetui, sed
2 temporales, ut substituti loco rectorum legitimè absentium: de quibus in c. peruenit. j. de appell. & in d. c. cùm ex eod. & in c. nemo deinceps. de elect. in vj. Et isti non sunt propriè uicarij, secundum Vinc. do. Anton. & do. Abb. hîc. Vnde appellatio uicariorum non intelligitur de talibus, sed de his, qui authoritate superioris ponuntur ut perpetui, iuxta d. §. qui uerò. & facit c. ad hæc. s̃. de offic. uic. Vnde uidetur, quòd appellatione uicarij non ueniat uicarius episcopi, cùm non sit perpetuus. Sed potest dici contrarium: quia tantum est, quod aliquid sit aptum esse perpetuum, quantum quod dicatur perpetuum, l. iuris peritos. in princip. & ibi Bartol. ff. de excusat. tut. & gloss. in uerbo, perpetuas. in fin. in c. fin. de rescript. in vj. & ibi Domi. & per do. Abb. in c. unico, j. de cogna. lega. & do. Card. in cle. j. in x. q. de elec. cum simi. Sed ubi poneretur expressè ad tempus, adhuc fortè idem ex alia ratione, scilicet propter communem usum loquendi: qui etiam in statutis præualet, ut per Bartol. & alios in rub. ff. de oper. no. nun. & dom. Anton. & do. Abb. in proœmio Decretal. dixi in capit. per tuas. s̃. de proba. ¶ Et in quantum dicit hîc domi. Anton.
3 quòd † uicarius non potest dare uicarium: adde, quod not. Bald. in c. fin. in j. colum. s̃. de offic. deleg. & in l. aliquando. ff. de offic. proconf. & leg. & gloss. in uerb. ipsius. & ibi Domi. & alios in c. Romana. de offic. uic. in sexto, & latè domi. Card. in cle. j. in xj. xiiij. & xix. q. de offi. uicar. & in cle. & si principalis. in ij. q. de rescript. & dom. Anton. in c. clericos. ubi est text. s̃. de offic. uic. Et dicitur, quòd absentaturus se ex magna causa non sæpe, & pro modico tempore, potest alium uicarium dare, ut per gloss. & Doct. in cle. j. in uer. uel loco aliorum. de regula. & Domi. post Ioan. An. in d. c. cùm ex eod. §. porrò. ¶ In gloss. j. ibi, sicut usufructuarius. Ista non est mala solutio, secundum Imol. hîc: imò talis uicarius perpetuus habet tantum ius, quantum emphyteuta, uel feudatarius: & isti omnes possunt conuenirj, ut not. in c. quoniam. allegato in gloss. Et similiter potuit iste uicarius agere propter utile ius, quod habet etiam sine mandato: nam censetur habere mandatum à prin-

cipali rectore, quatenus est sibi expediens pro iure suo consequendo, cùm & fructuarius censeatur habere mandatum à domino etiam deducendi ius proprietatis in iudicio, quatenus est sibi expediens pro iure suo cõsequendo, l.j. in fi. cum ibi notatis, ff. usufru. quemad. caueat. no. Bart. in l. quamuis. ff. de dam. infe. Nec sententia contra ipsum lata nocet domino, nisi sciat causam agi, & non contradicat, per not. in l. sæpe. ff. de re iudi.

¶ Et cp isti æquiparentur emphyteutæ, uide do. Card.
4 in cle. j. in princ. in j. opp. de off. uic. ¶ Ex † quibus nascitur conclusio, quam firmant hîc do. Card. do. Ant. & do. Abb. quòd uicarius potest agere pro iuribus cõcernentibus uicariam suam absq; alio mandato: quia habet titulum d. cle. unicæ, & d. §. qui uerò. Sicut Canonicus agit nomine præbendæ suæ, licet præbenda sit capituli, ut in c. iij. & ibi dixi, s̃. de proba. Et ideo per istum text. dicit Rota in antiquis, decisione cccxlv. incip. item not. quòd cùm uicarius. quòd talis uicarius habet fundatam intentionem suam pro decimis sibi ad sustentatio-
5 nem deputatis, & pro ipsis agere potest. ¶ Quam † conclusionem declara primò, nisi esset uicarius temporalis, & non perpetuus: quia sine mandato non potest agere: quia non habet titulum in ecclesia, uel administrationem, licet aliquid detur sibi pro sua sustentatione. Facit per locum à speciali, d. cle. unica. ut hîc per do.
6 Abb. ¶ Declara † secundò, nisi uelit agere, non pro iuribus uicariæ, sed pro alijs iuribus ecclesiæ, quæ remanserunt apud rectorem: quia in illis nullum titulum habet:
7 & ita procedit ista glos. ¶ Declara tertiò, nisi † rector ecclesiæ uellet sibi asistere in lite ratione præiudicij, qd̃ sibi ex cõtrario litis euentu irrogari posset: nam perditis bonis uicario deputatis habet de alijs prouidere iudex, c. de monachis. cum materia, j̃. de præben. facit l. à sententia. ff. de appell. secundum do. Abb. in c. ij. in fin. de procur. in vj. Si tamen ignoraret causam agi, acta sibi non obessent, ut s̃. post Imol. ¶ Declara quatò ampliando, ut etiam tales agendo pro iuribus suis præferantur uero rectori: quia satis dicũtur domini ratione utilis iuris, quod habent, ut singulariter per Imo.
in d. cle. unica, sicut de procuratore in rem suam dicit
text. & ibi Bart. in l. procuratore. ff. de procur. & Bart. in
8 l. iij. C. de noua. ¶ In † ea. gloss. ibi, ad refectionem. Hoc est uerum, secundum Imol. hîc, quando expensa est modica: sed si esset magna, non teneretur reficere suis expensis, ut l. hactenus. allegata in gloss. not. Bart. in l. cotem. §. qui maximos. ff. de publicanis. Si autem domus totaliter destrueretur, extinctus esset usus fructus, ut traditur in l. quid tamen. ff. qui. mo. usus fruc. amit. Et de materia per Bart. in l. quæro. per illum text. ff. de
9 usufruct. lega. ¶ Et † quis soluere debeat debita hæreditatis, an hæres, an usufructuarius, uide Bar. in l. fin. circa fin. ff. de usufruct. leg. & Paul. de Cast. in l. fin. §. sin autem æs alienum. per illum text. C. de iur. deli. & consilio ccclxxxv. ¶ Et an prædicta de refectione & impensa procedant in colono, uel inquilino, uide latè Bart. in l. pen. ff. de impens. & in l. prædia. §. pen. ff. de fund. instr. & Bart. ponentem de purgatione uiæ publicæ, in l. ædiles. ff. de uia publi. cum simi. Et uidetur in effectu, quòd non tenetur, nisi ad impensas momentaneas & modi-
10 cas, nisi aliud habeat consuetudo. ¶ Extra. † gloss. dicit hîc Innocent. quòd si appellatus iussus à iudice, ut exhibeat sentẽtiam, negat eam fuisse latam, iudex pronunciabit, quòd si qua sententia unquam apparuerit pro ipso in ea re lata, nullas uires habeat: argument. l. non alienum. ff. de interrog. actio. Et hoc dictum sequuntur latè omnes Doct. hîc, & sequitur Lap. alleg. x. in fin. & Bald. in repet. l. ij. in vj. char. ff. de iureiur. & in Repertorio Innocent. in uerbo, appellatio. in xxxvij. q. & Specul. de instrum. edi. §. nunc dicamus. uer. sed pone, coram iudice. & Ioan. An. & Domi. in c. Romana. §. si uerò. de appell. in vj. & Angel. consilio cxcij. circa fin. & Pet. de Anch. in c. j. de appell. in vj. & Bart. in l. j. §. edenda. ff. de eden. & in l. si appellationem. in fin. C. de appel. Et si diceretur, prout dicebat Feder. consilio ccij. incip. Audiui sæpe uos. quòd non uidetur iudex appellationis esse competens, nisi constet sibi de appellatione, & quòd appellans debet exprimere sententiam & iustificare appellationem, d. §. si uerò. quæ non uidentur fieri
11 posse non habita sententia: responde, secundum Bald. in l. ij. C. ut lit. pen. quòd † sufficit in appellatione ponere substantiam sententiæ, licet non ponatur tenor: alle. l. ij. & fin. C. de preci. impe. offe. ¶ Et istud uulgatum dictum Innocent. amplia primò non solùm, si appellatus dicit sententiam non fuisset latam, sed etiam, si fateretur eam latam: sed dicit se non habere. Ita dicit Bart. in l. ij. C. de eden. & alleg. Innocent. hîc, qui hoc non uidetur dicere secundũ Pau. de Cas. ibi. Sed mihi uidetur, quòd Inn. idem dicat in prin. Et pro hac ampliatione facit text. cum gloss. in l. sed & si per prætorem. §. sed si dum decreto. ff. ex quibus. cau. maio. & quod no. Lap. alle. lix. inci. Iudæi, &c. prælatus ecclesiæ. ubi dicit, quòd quando actor confitetur de debito confectum instrumentum, & iudex iubet, ut ipsum exhibeat: si non exhibet, potest iurisdictionem ei denegare & licentiare reũ. Ad idem, quod no. Bart. in l. Aristo. post princ. ff. de acquir. hær. ubi dicit, quòd iudex potest præcipere, quòd habens instrumẽtum de certa materia, utatur eo: aliàs non prosit sibi in posterum: & idem no. in c. cùm in tua. j̃. qui mat. acc. pos. & per Cy. & alios in l. si ea. C. qui accus. non pos. & Bart. & alios in l. si finita. §. si de uectigalibus. ff. de dam. infect. ¶ Amplia † secundo, etiã quando petens reductionem ad arbitrium boni uiri peteret
12 per aduersarium exhiberi laudum cõtra se latum: cùm ista sit species appellationis, l. nõ distinguemus. §. cùm quidam. ff. de arbitr. Ita ampliat Bart. in d. l. ij. C. ut lit. pend. ¶ Amplia tertiò, etiam quando iudicium processit sine aduersario, ut quia iudex ex officio processit per uiam inquisitionis: quia tunc, si iudex appellationis sentit pro appellante, pronũciabit: quòd si qua sententia apparuerit in tali forma, sit nulla. Si autem sentit contra appellantem, pronunciabit, quòd ualeat. Ita docet Bald. in d. l. ij. C. ut li. pen. dicens hoc purè colligi ex dicto Innocent. hîc. Bene facit, quod not. idem Bald. in l. nostram. in ult. col. C. de testa. ubi dicit, quòd si bannũ debet cancellari, & non reperitur, practica est, ut pronuncietur, quòd si aliquod bannum de tali homine reperietur, non habeat uires: & alleg. Innoc. hîc. ¶ Am-
13 plia † quartò in omnibus casibus, in quibus non dico, quòd negaretur, sed esset quis cõtumax in edendo, ubi tenetur: quia poterit iudex pronunciare, quòd editio habeatur pro facta, ac si probasset per omnia contra contumacẽ. Ita ampliat Pet. de Anch. in cle. j. §. cæterùm. in fin. de usur. dicens, uidendum esse Bar. in l. si priùs. ff. de no. ope. nun. & facit gloss. in c. cùm causam. in uerb. compellens. ff. de testi. & quod ibi dixi. ¶ Sed tamen istud dictum Innoc. limitatur primò, nisi appellatus diceret sententiam fuisse latam, sed quòd non recordatur qualiter: & iurat penes se eam nõ habere, nec dolo desijsse habere: quia non imponetur ei istud silentium, secundum Bald. in l. ij, qui ad ciuilia. in iij. col. C. de appel. per l. fin. C. de fid. instrum. ¶ Secundò limita, nisi quis probabiliter deceptus, falsum respondisset: quia succurritur sibi, satisfacto tamen aduersario de interesse suo. Ita dicit ipsemet Innoc. hîc, cùm quo alij transeunt,
14 per l. de ætate. §. ex causa. ff. de interro. act. ¶ Limita † tertiò, & fortiter, nisi appellans potuisset aliàs habere copiam sententiæ, & non curasset: quia fuisset in culpa, & sibi imputabitur: & stabit regula, Actore non probante reus absoluitur. Ita dicunt hîc Ioan. An. do. Card. do. Abb. & Imol. quia debet appellans ire cum instrumentis sententiæ, iuxta d. §. si uerò. Et ideo dicit hîc do. Card. se putare, quòd in omnibus exemplis similibus

similibus tunc demum competat remedium prædictũ, quando non subest alius modus habendi instrumentum, cùm sit remedium non ordinarium. ¶ Ex quibus uerbis infero, quòd oportebit appellantem probare se usum fuisse omni remedio ad cogendum notarium primi iudicis super editione, & non potuisse eam consequi: nec in hoc staretur soli assertioni suæ, cùm nõ præsumatur notarius denegasse, per c. quoniam. §. de proba. iuncto c. ad audientiam. j̃. de præscript. nec pars tenetur edere acta à se redempta, quandiu originalia extant, ut hîc per Imol.

SVMMARIVM.

1 ✠ *Contrarietas sicut uitiat, ita & incertitudo.*
2 *Contrarietas literarum & signi notarij, quẽ recepit duo instrumenta, facit uacillare fidem utriusq;.*
3 *Contrarietas si est inter scripturam publicam & priuatã, uitiatur.*
4 *Scripturæ contrariæ ab eodem productæ fidem non faciunt in omnibus scripturis, quarum contrarietas præuideri potest.*
5 *Reus licet possit uti exceptionibus & allegationibus contrarijs, non tamen auditur uolens probare contraria circa idem.*
6 *Scriptura una sibijpsi contraria non ualet. & num. 7.*
8 *Scripturæ contrariæ quando producuntur à diuersis, in dubio fertur sententia absolutoria.*
9 *Contrarietas scripturarum tollenda est per aliquam interpretationem, aut commodam diuisionem sententiarum, locorum, & temporum. num. 10.*
11 *Producere in iudicio saccum instrumentorum, licitum est, nec erit probatio incerta.*
12 *Comparitio procuratoris dicẽtis, Compareo pro omnibus meis causis coram uobis pendentibus, ualet.*
13 *Protestatio talis, Produco in parte & partibus pro me facientibus, an ualeat.*

CAPITVLVM XIII.

Mputari. ¶ Scripturæ contrariæ ab eodem productæ fidem non faciunt. H.D. Et ideo dicit Spec. in isto tit. §. uidendum restat. circa princ. quòd habens producere instrumenta, debet ea accuratè perlegere. ¶ Et hanc decretalem expedies per declaratio-
1 nes, quarum prima sit hæc: Sicut † uitiat cõtrarietas, ita incertitudo. Vnde si dati sunt duo procuratores ab eadem persona per duo instrumenta diuisim, nec apparet, quod sit confectum priùs, nullum ex ipsis fidem facit, secundum gloss. in uer. nominatus. in c. si quis iusto. de elect. in vj. & Ioan. An. in Spec. de proc. §. ratione autem formæ. uer. item quòd licet plures. & Domi. in c. si duo. in princ. in iij. col. de proc. in vj. & Old. cons. j. in iij. col. & Rom. in singul. cclxj. incip. tu habes. & facit, quod not. Bart. in l. j. circa med. ff. de procu. allegando l. duo sunt Titij. ff. de test. tut. & hoc procedit, nisi in uno instrumento daretur minor potestas, quàm in alio, secũdum Bald. in l. falsus. in xiij. col. uer. scias etiam. C. de furt. per l. Sempronius Proculo. de leg. ij. nam in minori ambo concordant, l. diem. §. si plures. ff. de arbitr. ut ibi per eũ. Item procedit, nisi in aliquo illorum instrumentorum esset clausula de non per hoc reuocando aliquem aliũ suum procuratorem, secundum Ioan. An. in d. uer. item quòd licet plures. quem sequitur Domi. in d. c. si duo.
2 ¶ Secunda declaratio. Sicut † contrarietas contentorum in instrumentis uitiat, ita contrarietas identitatis instrumentorum: putà, si sub nomine eiusdem notarij producuntur duo instrumenta nullam cõformitatem literarum habentia, & in signo notarij diuersa: nam ista dissimilitudo tollit fidem utriusque, secundum Bald. & Sali. in l. scripturæ. in ult. col. C. de fin. instru. ¶ Tertia
3 declaratio. Etiamsi † esset contrarietas inter scripturas priuatas, & unam publicam & aliam priuatam, habet locum iste text. secundum Ioan. An. & alios hîc contra gl. in l. scripturas. C. qui po. in pig. hab. quæ dixit, standum publicæ scripturæ: nam text. hîc, & in d. l. scripturę. utuntur hoc uerbo Scripturæ: quod uerificatur in omnibus prædictis: & idem Sali. in d. l. scripturæ. ¶ Quar-
4 ta declaratio. In † omnibus scripturis, quarum contrarietas præuideri potest, habet locum iste text. Ita dicit Bald. hîc. Vnde etiam in testibus contrarijs aliquando potest habere locum: putà, quando actor fecit capitula sibijpsis contraria, secundum ipsum dicentem glos. hîc procedere, quando testes primo motu deponunt contraria. Ex qua declaratione sequitur, quòd iste tex. procedit in producente attestationes alias publicatas contrarias: quia potuit præuidere: quod not. & facit præcedens declaratio notando uerbũ Scripturas. ¶ Quin-
5 ta declaratio. Quamuis † reo liceat uti exceptionibus & allegationibus contrarijs, regula, nullus pluribus. de reg. iur. in vj. tamen in eo procedit hæc decret. quia non auditur uolens probare cõtraria circa idem, secundum omnes hîc contra Goffr. & Hostien. & idem Bald. & Salic. in d. l. scripturæ. ad fin. quod limitat do. Card. nisi in eodem instanti uellet producere contrarias scripturas conditionales: putà, unam ut probet se nõ obligatum: & in quantum esset, producit aliam, per quam dicit se fuisse absolutum per acceptilationem. Allegat not. per Dy. in d. regula, nullus. & Bald. in l. j. C. de fur. &
6 idem sentit Imol. hîc. ¶ Sexta declaratio. Etiamsi † esset una tantùm scriptura sibijpsi contraria, habet locũ iste text. secundum Bart. & Bald. in d. l. scripturæ. & Doc. hîc: nam licet iste tex. loquatur de pluribus, tamen eius ratio, quòd potuit præuidere, habet locum etiã in una: & facit c. inter dilectos. s̃. eo. ubi reprobatur instrumentum, quod dicebatur confirmatorium & noui iuris cõcessorium: quia respectu eiusdem rei repugnabat.
7 ¶ Septima & ultima declaratio. Etiamsi † quis uellet reuocare talem productionem, quasi erroneam, nõ potest: quia imputatur sibi, cùm potuerit præuidere, & est acquisitum ius aduersario, cui præiudicaretur, ut latè per Specul. & Ioan. And. de instrum. edict. §. uidendum. uersi. quid si aliquid. & do. Anton. hîc, & Imol. s̃. c. prox. & Innocent. in c. cùm olim. j̃. de censi. & ibi do. Anton. in ult. col. licet aliud sentiat Bald. in l. alia. in j. col. C. de ijs, qui. ut in dig. & in c. præsentium. in ij. col. s̃. de testi. Est uerum, quòd ubi quis produxit unum instrumentum tantùm, & non uult directè ipsum improbare, sed per aliud ostendere primum malè productum, potest, ut per do. Anton. in d. c. cùm olim. & Bal. in d. l. alia. & do. Anton. in c. fin. in penult. charta, s̃. de confes. ubi etiam dicit, quòd post productionem instrumẽti potest quis dare intellectum dubiæ confessioni resultanti ex productione, per c. cùm dilecti. j̃. de accus. Directè autem reprobare non posset: quia uidetur confessus, quæ sunt in instrumento, secundum Innocent. in c. cùm uenerabilis. j̃. de except. & confessio scripta non reuocatur, ut per do. Abb. post alios in c. fin. ad fin. s̃. de confes. nisi pars aduersa impugnasset talem productionẽ, per id, quod singulariter not. Innocent. in c. mulieri. j̃. de iureiuran. cum concor. quas ibi dicam: & in specie hoc not. Bald. in d. c. fin. in vij. col. uer. quæro, produxi. ¶ Mo-
8 dò istam decretalem limita primò, nisi † scripturæ contrariæ producantur à diuersis personis: quia tunc non procedit simpliciter dispositio huius capit. sed cæteris paribus fertur absolutoria, quòd habens probare non probauerit, cùm inuicem se elidant probationes, ut latè per Specul. in isto titul. §. postremo, uersic. sed pone, produco. & Bart. & Bald. & Salic. in d. l. scripturæ. & do. Anton. & do. Abb. hîc. Est autem dictum, cæteris paribus:

c. imputari.

paribus: quia si una esset scriptura priuata, alia esset publica, præferretur publica, per d. l. scripturas. C. qui potio. & l. optimam. C. de contrah. stipu. secundum prædictos, nisi illa priuata pluribus testibus coadiuuaretur, secundum Sali. in d. l. scripturæ. in pen. col. Item ubi ex una parte cõcurrerent aliqui casus fauorabiles, de quibus in c. fin. ī. de re iudi. non dicerentur omnia paria, & pro illa parte iudicabitur. Item si possent scripturæ aliquo modo concordari, ut etiam in sequenti limitatione: & de alijs etiam aliquid per Bart. in l. Sempronius Proculo. de leg. ij. & Bald. in l. imperator. la j. ff. de statuho. & Bald. & Imo. in l. cùm proponeretur. de leg. ij. & in l. à iudice. & in l. iudices. C. de iudi. & in l. fin. C. commi-
9 nationes, epistolas. ¶ Limita secundò, nisi † contrarietas scripturarum posset tolli per aliquam diuisionẽ, uel sanam considerationem: putà, per distinctionẽ temporum & locorum: quia tunc utrique scripturæ creditur in suo casu & tempore, secundum Bald. in l. in exercendis. in iiij. col. C. de fin. instrum. Alleg. l. item uidendum. & l. illud. ff. de peti. here. & quædam alia: & sequitur Sal. in d. l. scripturæ. in ult. col. pro quibus est text. not. in c. inter dilectos. ad fin. ibi, eo modo, quo magis. s̄. eo. per quem notant ibi Doct. quòd instrumentum habens in se repugnantiam in uerbis sub diuisione, ad cõcordantiam reducitur: & not. Bart. in l. fin. §. idem quæsijt. ff. de condi. inde. & do. Anton. in c. cùm tu. in vj. col. s̄. de testi. per d. c. inter. facit c. periculosè. de pœni. distinct. j. & c. cùm dilectus. cum gloss. in uer. iuri communi. s̄. de consue. Et hoc siue ab uno, siue à diuersis producantur, ut
10 per do. Anton. in d. c. cùm tut. Et hæc not. ¶ Limita † tertiò, nisi producẽs scripturas contrarias esset mulier, uel rusticus, & non potuerit consulere peritiores: quia parcitur eorum simplicitati, secundum Bald. in d. l. scripturæ. uersus fin. arg. l. cùm de indebito. circa medium, ff. de proba. Per quam l. dicit Bald. idem de rustico non reuocante confessionem aduocati, in c. fin. in vij. col. s̄. de confess. & similem dixit Bald. per illam l. j. c. proxi. in ij. col. Sed quia difficile esset probare, quòd non potuit consulere peritiores, præcipuè in hoc casu, in quo accessit ad iudicium plenum peritis, ideo fortè melius dicit Sal. in d. l. scripturæ. tenens contra hanc limitationem. Et generaliter, quando rusticitati parcatur, uide etiam per gloss. & Bart. in l. j. C. de interdict. matri. & gloss. in l. athletæ. §. fin. ff. de excus. tut. & do. Anton. & Imol. in c. ij. de constit. cum multis alijs. ¶ Limita quartò & ultimò, nisi contrarietas notata in unica scriptura esset inter millesimum & indictionem: quia talis nõ nocet, sed præsumitur error in indictione, tanquam minùs nota, secundum Sal. in d. l. scripturæ. in ult. col. Alleg. Dy. & Ioan. An. in data Sexti: & facit, quod not. Bart. in l. si librarius. ff. de reg. iur. & quod dixi s̄. eod. inter dilectos. & in c. ex literis. s̄. eod. Ex quibus idem uidetur generaliùs dici posse in omni contrarietate procedente ab errore tolerabili. ¶ Vltimò dicit hîc do. Anton. & sequitur hîc do. Abb. in lectura antiqua, & Imol. s̄. c. proxi.
11 quòd † licitum est producere in iudicio saccum instrumentorum, ut latè notauit Ioan. An. post Specul. in isto tit. §. uidendum. uer. item not. exhibens. Et non dicitur probatio incerta, ex quo est restricta ad contenta in sacco, iuxta l. pen. C. de sent. quæ sine cer. quan. facit, quod not. Bart. in l. accepimus. ff. de autho. tut. & in l. si finita.
12 §. Iulianus. ff. de dam. infec. dicens, ualere † comparitionem procuratoris dicentis, Compareo generaliter pro omnibus meis causis coram uobis pendentibus. Ad idem, quod dicebat Bart. de reproductione omnium scripturarum coram nouo iudice, in l. ij. C. de eden.
¶ Et subdunt prædicti, quòd si talis producens dicat se producere solùm facientia ad causam, admittitur talis protestatio, si eam excusat iusta causa, putà difficultas in eis præuidendis ob termini angustiam, & loci distantiam: aliàs talis protestatio non ualeret, quin in aliquo ex illis instrumentis posset alius se fundare. Quæ dicta
13 pendent ab alia quæstione: ¶ Vtrùm ualeat † protestatio, Produco in parte & partibus pro me faciẽtibus. Quam quia Doct. hîc non examinant, ideo de ipsa dic, ut per Rotam in formis, decisio. cclxxxij. incipiente, Licet quis producat. per do. Anton. in c. cùm uenerabilis. ī. de except. & in c. cùm olim. ī. de censi. per Bal. in c. præsentium. in ij. col. s̄. de testi. per Bald. & Paul. de Cast. in l. j. C. ut quæ desunt aduoc. per Iacob. But. in l. nimis graue. C. de testibus. per Bald. in c. cùm dilectus. in ult. col. s̄. de consue. & in l. unica, in v. col. C. de confes. per Imol. in c. cùm uenerabilis. ī. de except. Et communis opi. est illa, quam ponit Imol. s̄. c. prox. quòd protestatio iuuet producentem instrumentum etiam proprium in certis capitulis omnino separatis. Et ita sentit Bar. in l. Publia. §. fin. ff. depositi. remittendo ad dicta sua in l. Aurelius. §. idem quæsijt. ff. de lib. leg.

Die xxvij, Februarij, Mccccl xxij.

SVMMARIVM.

1 ¶ *Cautio sine causa est omnino inefficax. & num. 2. 3.*
4 *Cautio sine causa est inefficax, nisi quis diceret, Promitto tibi donare decem: nam tunc liberalitas donatoris est causa promissionis.*
5 *Donatio quando colligitur ex coniecturis.*
6 *Cautio sine causa non uitiatur, quando quis promisit dare alicui pio loco: uidetur enim se obligasse fauore pij loci.*
7 *Item fallit in confessione liberatoria.*
8 *Item in reali: nam si confiteor rem meam esse tuam, non adiecta causa, præiudico mihi confitendo.*
9 *Confessio facta in ultima uoluntate etiam sine causa, ualet.*
10 *Confessio facta in iudicio sine causa, an ualeat: & num. 11. & 12.*
13 *De confessione scripta habente causam coniecturalem, quid iuris? Confessionis non scriptæ probanda est ueritas.*
14 *Confessio facta sine causa, & geminata, an ualeat.*
15 *Confessio facta in instrumento guarentigiato, ualet etiam sine causa.*
16 *Idem in stipulatione conditionali: quia talis ualet facta sine causa.*
17 *Confessio facta sine causa ualet, si stipulationem præcesserit aliqua causa, ad quam possit stipulatio referri. & num. 18. 19. 20. 21.*
22 *Confessio facta etiam cum causa absente parte non probat. num. 23.*
24 *Confessio facta in ultima uoluntate, an & quando noceat.*
25 *Confessio facta absente parte extra iudicium, regulariter non ualet. Fallit, nisi confessio talis sit iurata. & numero 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39.*
40 *Geminatio uerborum quid operetur. num. 41. 42. 43. 44.*
45 *Confessus se pecuniam mutuam recepisse, potest nihilo minùs intra biennium opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ. & num. 46. 47. 48. 49. 50. 51.*
52 *Exceptio non nu. pecu. non habet locum, quando ex tenore instrumenti constaret de actuali numeratione, & recipiens non simpliciter confiteretur, sed notarius hoc assereret.*
53 *Exceptio non numeratæ pecuniæ potest opponi, si ex priuata scriptura non constet de uera numeratione.*
54 *Exceptio non numeratæ pecuniæ cessat in confessione facta in extremis.*
55 *Exceptio nõ nu. pec. non potest opponi, si in loco sit statutum, quòd non possit opponi exceptio non nu. pec. intra biennium.*
56 *Exceptio non nu. pec. an cesset in confessione geminata. Exceptio non nu. pec. cesset, quando ex interuallo præteritæ confessionis confitens soluit partem debiti. Post nu. 56. uer. fallit sextò. Exceptio non nu. pec. cessat in confessione debiti facta ex aliqua causa, putà uenditionis, uel similis. Post num. 56. uer. fallit septimò.*
57 *Exceptio non nu. pecu. non potest opponi post biennium.*
58 *Ecclesia potest leges accipere pro se, & recusare contra se.*

59 Exceptio

59 *Exceptio non nu. pecu. an competat clerico in patrimonialibus post biennium.*
60 *Exceptio non nu. pec. non competit post biennium, si debitor ualt probare pecuniam non fuisse numeratam.*
61 *Fallit hæc regula de æquitate Canonica.*
62 *Item in foro conscientiæ.*
63 *Item fallit in confessione mutui facta, de qua constat per testes, & non per scripturam: quia potest opponi etiam post biennium. Adde num. 64.*
65 *Item fallit, quando debitor molestatus post biennium à creditore, implorat officium iudicis: nam succurreretur eidem.*
66 *Item fallit, si constat creditorem confessum fuisse non numerasse pecuniam: nam hoc dicto non obstat confitenti lapsus biennij.*
67 *Instrumentum qualiter probatur esse simulatum. Vide hic remissiuè.*
68 *Venditio simulata qualiter probetur.*
69 *Notarius si hodie conficit instrumentum mutui, & asserit, quòd heri fuit numerata pecunia, an probet.*
70 *Dicens contractum à seipso celebratum, esse fictum, an sit audiendus.*
71 *Maritus si constante matrimonio confiteatur se dotem recepisse, quam non recepit, non præsumitur confiteri animo donandi. nu. 72. & 73.*
74 *Maritus confitens dotem sibi numeratam, non sibi præiudicat, quando eam non recepit. Fallit, nisi coniuges inter quos sit talis confessio, sint inæquales genere, uel aliter.*
75 *Fallit etiam, nisi simplex confessio fieret in ultima uoluntate.*
76 *Maritus confitens in ultima uoluntate sibi dotem numeratam, si superuixerit, an possit confessionem reuocare.*
77 *Maritus confitendo dotem sibi fuisse numeratã, sibi præiudicat, quando euidenter constat, quòd confessus est animo donandi.*
78 *Maritus cõfitens dotem sibi fuisse numeratam, quam non recepit, potest intra decem annos opponere exceptionem non numeratæ dotis.*
79 *Fallit hæc conclusio aliquot casibus. Vt num. hoc & aliquot sequentibus.*
80 *Exceptio non numeratæ dotis non potest opponi, quando statutum loci disponit, quòd instrumenta confessionis dotis habeant uim rei iudicatæ.*
81 *Exceptio non numeratæ dotis non competit marito, si confessio eius sit per coniecturas confirmata.*
82 *Exceptio non numeratæ dotis non competit marito, quando confessionem suam de accepta dote præcessit instrumentum dotale, uel alia legitima probatio.*
83 *Exceptio non nu. pec. non competit marito, quando post confessionem receptæ dotis interuenit aliud, scilicet quòd tertius promisit istam dotem, & eius promissionem maritus acceptauit.*
84 *Item si interuenit iuramentum.*
85 *Agens ex causa mutui si non probat de numeratione, sed de confessione recepti mutui, an obtinere debeat.*
86 *Actio an oriatur contra dominum, qui constituit procuratorem ad accipiendum mutuum, si de mutuo constat per cõfessionem procuratoris. Adde ad hoc num. 87.*
88 *Confessio procuratoris habentis speciale mandatum, præiudicat domino.*
89 *Creditor si confiteatur fideiussori se recepisse pecuniam, pro qua fideiussit, an fideiussor possit agere contra debitorem principalem non aliter edocto de numeratione.*

CAPITVLVM XIIII.

I cautio. ¶ Si in instrumento debiti exprimatur causa, cõdemnabitur debitor, nisi probet indebitũ: sed si non exprimat, necesse est, ut creditor
1 probet debitum. ¶ Not. regulam, quòd † cautio omnino nuda est inefficax de iure Canonico: & idem de iure ciuili, per l. cùm de indebito. in fin. ff. de proba. & ex quo not. limitationem ad c. j. s̄. de pact. & c. iuramenti. xxij. q. v. ut pactum nudum obliget, scilicet quando exprimitur causa: aliàs præsumitur per errorem promissse; & sic non potest allegari consensus naturalis, cùm nihil sit tam contrarium consensui, quàm error, xxix. q. j. §. j. l. si quis per errorem. ff. de iurisd. om. iud. secundum
2 do. Abb. hîc. ¶ Et ampliatur primò dicta regula, ut † procedat non solùm, si sit confessio, uel promissio simplex redacta in publico instrumento, sed etiam si esset per simplicem confessionem, uel scripturam priuatam, ut hîc per do. Ant. Imol. & do. Abb. post gloss. in d. l. cùm de indebito. & respondent ad rationes Hostien. tenentis hîc contrarium, ut hîc per eos; tamen ad alium finẽ, an obligatio sit scripta, uel non: quia si est scripta, & habeat causam, non probatur contra illã causam, nisi per aliud instrumentum, d. l. cùm de indebito. in fi. Et hoc, quando scriptura fuit de substantia ex pacto, ut in casu l. contractus. C. de fid. instrum. aliàs etiam per testes cõtra instrumentum probari poterit, per istum text. in fin. non exigentem scripturam, ut est de mente Bart. in l. generaliter. C. de non nu. pec. secundum do. Abb. hîc.
3 ¶ Ampliatur secundò non solùm, quãdo est nuda promissio, sed etiã si interuenisset stipulatio: uidelicet, promittis, promitto: quia si non expressa est causa, non oritur obligatio, ut solenniter per Ioan. An. in Spe. de confes. §. nunc uidendum. uer. sed quæ est ratio. & ultra omnes amplissimè per Roma. in l. generaliter. ff. de uerb. obl. cum pluribus cõcor. allegatis per eum: & idem do. Ant. do. Abb. & Imol. hîc, nec; præsumitur donatio, secundum prædictos hîc: & Bald. in l. generaliter. in vj. q. C. de non nu. pecu. & gloss. in l. nunquam nuda. ff. de acqui. rer. do. & in l. j. in fin. ff. de interro. act. & in l. j. ff. de pollici. in l. ij. §. circa. ff. de doli except. Et est opinio communis, de qua disputatur per Roma. in d. l. generaliter. & Imol. in l. à Titio. ff. de uerb. oblig. Et declara ex statim dicendis. ¶ Regula autem istius decretalis fallit pri-
4 mò, nisi † quis diceret, promitto tibi donare x. nam tunc liberalitas donandi est causa promissionis, c. j. ī. de dona. secundum do. Abb. hîc: cui adde, quòd si per uiam stipulationis aliquid promittitur, & utraq; pars scit nullam causam subesse, ualet actus, & præsumitur donatio, secundum Imol. hîc, & in d. l. à Titio. & gloss. in l. qui cum alio. in glos. mag. ff. de reg. iur. & in l. ij. §. j. & in l. hactenus. §. fin. ff. de const. pec. & probatur in l. Campanus. ff. de ope. lib. & in l. j. & in l. si is, qui perpetua. ff. de condit. inde. & l. cuius per errorem. ff. de reg. iur. iuncta l. final. C. ad l. Falc. ubi solutio & promissio à pari procedunt. Si autem stipulator putaret causam subesse, & promissor sciret non subesse, ad hoc ut ex promissione scienter facta agi posset, tanquam facta ex causa donationis, necesse est, quòd stipulator postea certificatus, quòd nulla suberat causa, ratificet promissionem, per l. si ego. ff. si cert. pet. Donatio enim non potest censeri facta non consentienti, l. absenti. ff. de dona. & in proposito not. Bartol. in l. j. eod. titul. & Bald. in l. falsus. uer. quartò quæritur, nunquid solutum. C. de furt. ¶ Cognosceretur † etiam
5 donatio ex coniecturis non expresso hoc uerbo Dono, putà si diceretur, Tolle hanc pecuniam, & recipiens esset pauper, uel coniuncta persona: uel est aliquid modicum, uel præcesserunt merita recipientis, secundum Bart. latè in l. cùm quid. ff. si cert. pet. & gloss. in l. si ego. ff. ad Velleian. & in l. si filij. C. de dona. inter uir. & uxo. & in l. uxori. §. fi. de leg. iij. & per do. Abb. & Ioan. de Ana. in c. & si quæstiones. ī. de iymo. & Bald. in l. ij. in j. q. C. de iure dot. & in l. etiam. C. de fideicommis. Et pro coniectura cõsanguinitatis uide Bal. in l. j. C. ad Velleia.

c. si cautio.

Et idem,

Et idem, ſi diceret, Concedo tibi hanc rem: quia etiam nulla expreſſa cauſa præſumitur donatio, ſecundum Bart. in d. l. uxori. §. fin. per illum text. cum gloſſ. & Bald. in l. cùm uirum. C. de fideicommiſ. & do. Abb. latè in c. cùm uenerabilis. ī. de except. niſi alia coniectura aliud ſuaderet, ut ſi petenti equum commodato dico, Concedo tibi ipſum, ut ibi per ipſum. Item ſi pecunia daretur ſimpliciter ad refectionem domus, quam quis aliàs nō fuiſſet refecturus, præſumitur donatio, ſecundum Pau. de Caſt. in d. l. cùm quid. per text. not. in l. ſed ſi mors. §. fin. ff. de dona. inter uir. & uxor. ¶ Conſtantibus autem talibus coniecturis per illa uerba, Tolle, &c. nunquam præſumitur donatio, ut per Bart. & omnes alios in d. l. cùm quid. & do. Ant. hîc, etiamſi diceretur Do tibi: quia licet Dare importet dominiū tradere, §. licitaq; Inſtit. de act. tamen intelligitur cauſa cōcurrente, ſecundum Imol. in l. ſi fundum certo die. ff. de uer. obl. Et de præſumenda & non præſumenda donatione uide etiā not. per Bart. in l. j. §. nec caſtrenſe. ff. de collat. bono. per Bart. & Bald. in l. filiq. C. famil. erciſc. & Bald. in l. ſi donationi. in fin. C. de colla. & Pet. de Ancha. conſil. xix. cum ſimilibus. ¶ Si autem non eſt donatio, quia dicitur Tolle, &c. an ſit mutuum, uel depoſitum, uariant Legiſtæ in d. l. cùm quid. & unus non dicit, prout alius. Ponit etiam Cy. & Bal. in l. incendium. C. ſi cer. pet. & Ioan. de Ana. in d. c. & ſi quæſtiones. & do. Ant. hîc, qui etiam non pertinenter reaſſumit alia dicta Bartol. in d. l. cùm quid. maximè dum dicit, quòd non ſufficit libellum præſumptiuè concludere, niſi præſumptio allegetur, quando ſurgit ex facto libellantis: in quo uide, quod not. do. Abb. in c. afferte. ī. tit. j. & ibi aptiùs dicetur.

6 ¶ Fallit ſecundò regula huius text. ubi † quis promiſit dare alicui loco pio: nam uidetur ſe obligaſſe fauore piæ cauſæ: non enim præſumitur ibi error, ſecundū do. Abb. hîc, arg. c. fin. ī. de ſucceſ. ab inteſt. non diſtinguendo, an fiat hoc in ultima uoluntate, uel non, prout hîc facit do. Ant. quia aliàs non eſſet aliquid ſpeciale in pia cauſa, per id, quod dicetur in v. fallentia. Et pro his faciunt notata per Roma. in repet. authen. ſimiliter. C. ad leg. Fal. in ſpecialibus circa contractus: ubi tamen iſtud non reperies: & facit c. ſunt, qui opes. xvij. q. iiij. ubi obligatio cōtracta cum pio loco nō regulatur, prout aliæ: quia non uitiatur calore iracundiæ, ſicut de alijs dicitur in l. quicquid calore. ff. de reg. iuris. ¶ Fallit tertio in confeſsione [a] liberatoria: quia † illa ualet ſine cauſæ adiectione, l. tale pactum. in princ. & ibi gloſſ. & Bart. ff. de pact. & firmant hîc Bald. do. Ant. Imol. & do. Abb. & Spec. in tit. de confeſ. §. nunc uidendū. uerſic. hoc autem certum eſt. & Bald. in conclu. Spec. in tit. de confeſ. & in c. ij. §. eodem. facit gloſſ. in l. inter chartulas. C. de conuenien. fiſci debi. lib. x. quam allegaui in c. ij. uer. fallit primò. §. eod. & ita etiam not. Feder. conſil. cxxviij. incip. creditor præſente. dicēs, quòd imò plus dicit gloſſ. in l. non ſolùm. ff. de liber. lega. quòd confeſsio emiſſa ad liberandum prodeſt abſenti, & parat contra emittentem doli exceptionem: ſed dicit, quòd audiretur uolens probare, quòd per locum ita dixit, ſed in dubio præſumitur diſpoſitiuè dixiſſe, ſecundum eum. ¶ Fallit quartò in realibus quia † ſi rem meam confiteor tuam, non adiecta cauſa, præiudicat mihi confeſsio: quia ex hoc ſurgit habitus pro derelicto, ff. pro derelicto. per tot. & l. ſi quis ui. §. differentia. ff. de acqui. poſſeſ. & de hoc per Cy. in d. l. generaliter. & in Speculi. de confeſ. §. nunc uidendum. uerſic. in ſumma. & uerſic. quid ſi confiteor rem meam. & ita tranſeunt do. Anton. & do. Abb. hîc: ſed Specul. in locis per eos allegatis, & Imol. hîc, tenent contrarium: ideo uide, quod repetam de hoc ī. ſuper gloſſ. in una fal. ad illud, quòd confeſsio abſente parte non nocet.

9 ¶ Fallit quintò in ultima uoluntate. nam † tunc confeſsio ſine cauſa ualet, quia inducit ſaltem legatum, l. Lucius. §. quiſquis. de leg. ij. & l. j. & ij. C. de fal. cau. adiecta leg. Et hoc ampliant do. Anton. & do. Abb. hîc, qualitercunq; proferatur ab exiſtente in extremis: ſufficit enim in talibus uoluntas qualitercunque patefacta: argum. c. cùm tibi. cum gloſſ. ī. de teſtam. Et idem tenet do. Flor. in l. cùm de ætate. ff. de prob. Et generaliter de confeſsione facta in extremis, uide omnes in c. fin. ī. de ſucceſ. ab inteſt. & aliquid dicetur ī. ſuper gloſſa. Sed dicit hîc Imol. quòd talis confeſsio non probat, niſi eſſet iurata, per l. cùm quis decedens. §. codicillis. de leg. iij. & l. rationes. & authent. ibi poſita, C. de proba. & l. Aurelius. §. penul. & fin. ff. de liber. leg. uel niſi eſſet in præſentia partis, ut l. j. C. de falſa cauſa ad leg. Sed ubi fit in abſentia, & non iuratur, illa non probat debitum, ſed habet uim legati, ut patet in dictis iuribus, & in d. c. cùm dilectus. ſecundum ipſum: neq; aliud ſenſerunt Doct. hîc. ¶ Fallit ſextò † in confeſsione facta in iudicio: illa enim præſumitur deliberatè facta, & in iudicio quaſi contrahitur, l. iij. §. idem ſcribit. ff. de peculio. Ideo non exigitur cauſa ad ſui ualiditatem, ſecundum do. Ant. do. Abb. & Imol. hîc ita dicentes ſentire gloſſ. in c. ij. in fin. ſ. de confeſ. & in l. certum. ff. eod. & Cy. in d. l. generaliter. Ita etiam firmat Bald. in l. ſicut. per illum text. C. de repud. hæred. & do. Ant. & do. Abb. in d. c. fin. & Roma. in l. nuda. in j. col. ff. de dona. & gloſſ. in l. j. §. fin. in uerbo, iudicem. in fin. ff. de interrog. act. & Dynus in regula, quod ſemel. & Bald. in Specul. tit. de confeſ. Et idem de confeſsione emanante coram arbitro, dixit gloſſ. in d. §. fin. in uerbo, iudicem. ¶ Sed contra iſtam fallentiam eſt deciſio Ioan. An. in Specul. in d. §. nunc uidendum. in additione incipiente, Rofredus. ubi ſ. ubi refert & ſequitur Rofredum tenentem, quòd confeſsio ſine cauſa non noceat in iudicio. Et pro hoc facit: quia non reperitur iure cautum. Nec obſtat ratio, quòd præſumatur fieri deliberatè in iudicio: quia non eſt uerum. Et per hoc adduco, quæ habentur per gloſſ. in c. ex literis. in uerbo, admonita. in fine, ī. de diuor. per Bald. in l. ſi quis. C. de except. & in l. cùm precum. C. de liber. cau. & in l. unica, C. de confeſ. & per Archid. & Domi. in c. fin. de iureiuran. in vj. cum ſimilibus. In quibus in confeſsione iudiciali fit differentia inter confeſsionem factam deliberatè, & non factam deliberatè, ut prima non poſſet reuocari, ſecunda ſic. Per quod apparet non eſſe uerum, quòd confeſsio in iudicio dicatur deliberata: putà, quia ita inconſideratè reſpondit. Item ſequeretur, quòd † confeſsio ſine cauſa ſcripta ualeret, quia illa cenſeretur deliberata: & ſi fit in iudicio, non poteſt reuocari, ut per Doct. in c. fin. ſ. de confeſ. quod eſſet contra iſtum textum. Non obſt. quòd in iudicijs quaſi contrahatur: quia non debet plus operari ille quaſi contractus, quàm uerus: ſed uerus ſine cauſa non operatur, ut hîc: ergo nec fictus. Tamen non recedo à communi opinione propter authoritatem Doctorum. ¶ Fallit ſeptimò, quo † ad ſemiplenam probationem: quia ſi aliqua cauſa allegatur per agentem, probat ſemiplenè, ſecundum Speculi. in tit. de confeſsis. §. nunc uidendum. uerſic. ſed nunquid ſemiplenam. & do. Anton. Imol. & do. Abb. hîc: & gloſſ. in l. cùm de indebito. §. fin. in uerbo, ſtati. ff. de probationibus & Roma. in d. l. nuda ratio. & in l. admonendi. ff. de iureiuran. & Matthæum notabili xiiij. dicentem eſſe gloſſam in dicta l. inter chartulas. C. de conuen. fiſci debit.

a In confeſsione] Adde, quòd hoc uerum eſt, quando confeſsio fit ab eo, qui iure proprio ſuo facit: ſecus, ſi nomine alieno, ut in procuratore & adminiſtratore: quia eorū confeſsio ad liberādū ſine cauſa non ualet, l. nō abſtulit. C. de nouat. Adde, quòd ſi principalis, & q̄ proprio ſuo iure facit, ſi dicit, Confiteor te non debere, dicitur pactū. Ita Bar. in l. idem in duobus. ff. de pactis. Limita tamen, ut per Bart. & alios in l. tres fratres. ff. de pactis.

lib. x. & in l. iij. §. eiuſdē. in uerbo, ſpecies. ff. de teſtib. & tex. in l. inſtrumenta. C. de proba. Sed contrarium, & fortè meliùs tenet Floria. in l. in bonæfidei. C. de rebus creditis. quia non debet plus operari uox mortua, quàm uiua confeſsio ſine cauſa, quæ nō probat, ut hîc: tamen communis opinio præualeret. ¶ Fallit octauò, 13 niſi † confeſsio ſcripta haberet cauſam coniecturalem: ſed ſi non eſſet ſcripta, oporteret, quòd probaretur uera ſecundum Bald. ſolenniter in rubric. C. de fide inſtrument. uerſic. ſed quæro, ſi in libro. quod dicit notandum: & facit, quod not. Ioan. And. in Spec. ſuper rubrica, de depoſito. quem ſequūtur do. Ant. & do. Abbhîc, ubi dixit, q̄ ſi in libro nummularij reperiē ſcriptū, debeo Titio centū, nec exprimiē cauſa, non intelligitur depoſitum, uel alia cauſa: & ita dicit diſputaſſe quendam antiquum: quod limitat, niſi ex præcedentibus 21 præſumatur cauſa, arg. l. ſi quis ex argentarijs. §. ſi initium. ff. de eden. & l. Titia. §. item reſpondit. ff. de uerb. oblig. & facit quod dicetur in xij. fallentia. ¶ Fallit 14 nonò, niſi † confeſsio ſine cauſa ſit geminata: quia præſumitur cauſa, ſecundum Roman. in d. l. nuda. per id, quod ſingulariter dicit Bart. in l. cùm ſcimus. C. de agricolis & cenſitis. lib. xj. cum concor. quas ponam infrà, 15 in fallentijs dandis ſuper alia materia. ¶ Fallit † decimò in confeſsione facta in inſtrumento guarentigiato: quia non requiritur cauſa, ſecundum Bald. in l. ſicut. poſt princip. C. de repud. hæred. cùm ſit ibi præceptum iudicis chartularij factum in confeſſum, quod uidetur factum in iudicio. Allegat l. j. C. de confeſ. & ibi Cyn. quæ fallen. pendet ex dictis in ſexta fallentia.

6 ¶ Fallit † undecimò in ſtipulatione conditionali: quia illa ualet abſq; alia cauſa, quaſi conditio ſuccedat loco cauſæ. Ita textus in d. l. à Titio. & in l. cùm ad præſens. & ibi hoc not. Bart. ff. ſi cert. pet. & ibi probatur hoc eſſe uerum, etiamſi conditio eſſet impropria: puta, de præſenti, uel præterito. Et per hæc refert Paul. de Caſt. in d. l. à Titio. uidiſſe declarari Florentiæ ualere cautionem, qua ſæpe utuntur Florentini, uidelicet promitto decem, ſi imperator hoc anno morietur: & ſi non morietur, promittis mihi centum: nam ſi morietur, agi poteſt ad decem: ſi non morietur, ad centum: faciebat dubium, ſecundum eum: quia nulla iuſta cauſa uideē ſubeſſe, ſed potius turpitudo: ſicut dicimus de ludo taxillorum: tamen fuit iudicatum, ſecundum eum, quòd ualeret: quia ſufficit conditio. Et ad illud de taxillis reſpondet, quòd eſt prohibitum propter blaſphemias, quæ ſæpe fiunt in ludo, iuxta notata in c. pen. infrà, de uita & honeſt. & adde text. in l. in nauem Saupheij. ff. locati. & ibi glo. in uerbo, oneris. per quem text. dicit ibi Paul. de Caſt. ualere talem conuentionem: promitto decem, ſi nauis mea mercibus onerata ad talem locum ſalua appulerit: ſin autem promittis reddere mercium ualorem: nam talis contractus ualet ratione prædicta, & per illum textum, de quo non perpendunt gl. & Doctores: & non reperitur improbatum de iure Canonico, ſecundum ipſum, & idem tenet Lau 17 rent. in tract. uſurarum in iij. part. q. iij. ¶ Fallit † duodecimò, niſi ſtipulationem præceſſiſſet aliqua cauſa, ad quam poſſet ſtipulatio referri, per tex. iuncta gloſſ. in uerbo, cogitauit. in l. triticum. ff. de uerb. oblig. per quem dicunt ibi Bart. & alij, quòd ſtipulatio ſequens non expreſſa quantitate, in dubio intelligitur facta de quantitate, in qua præceſſerat contractus: putà, mutuum à ſtipulante datum: & idem, ſi in ſtipulatione ſequenti fuit facta mentio de quantitate, ſed non de cauſa: nam intelligitur facta ex cauſa, quæ præceſſit, per illum textum, & notat Bartol. in d. l. cùm quid. & dicit Angel. in l. petens. C. de pact. quòd licet ſtipulatio facta ſine cauſa non ualeat, tamen ſi pactum nudum præceſſerit ſtipulationem ſine cauſa, ualebit ſtipulatio uigore illius præcedentis pacti. ¶ Fallit de-

18 cimotertiò, niſi † concurreret coniunctio perſonarum, & paruitas rei ſine cauſa promiſſæ: quia tunc præſumitur donatio, ſecundum Iac. Butri. & Bald. in d. l. generaliter. arg. l. ſi ſeruus communis. ff. de donat. inter uir. & uxo. & facit, quod dixi in prima fallentia poſt 19 Bart. in d. l. cùm quid. ¶ Fallit decimoquartò, niſi † aliqua liberalitas ſtipulantis antea præceſſiſſet: quia tunc promiſſio intelligitur facta cauſa remunerandi, l. ſi uerò non remunerandi. §. idem Papinianus. ff. mandati. ſecundum Bald. in rubric. C. de confeſſ. & Imol. in l. ſi fundum certo die. ff. de uer. obl. & facit quod dixi 20 in xij. fallen. ¶ Fallit decimoquintò, niſi † notarius, in inſtrumento ſtipulationis diceret, quòd promiſſor ſtipulanti promiſit ex certa ſcientia: quia tunc præſumitur donatio, ſecundum Paul. de Caſt. in l. hoc iure. ff. de donat. ¶ Fallit ultimò, niſi † ſtipulatio haberet 21 cauſam ſatis perſuaſiuam, uel impulſiuam, licet non ſit obligatoria, ſeu finalis, ſecundum Bald. in l. generaliter. in iiij. q. C. de non nu. pec. & in l. pactum, quod dotali. in xvij. q. C. de colla. per l. creditor. §. j. ff. mandati. & d. l. à Titio. Imò dicit Bald. in l. ij. C. communia. quòd ſufficiens cauſa eſt obligatio naturalis, uel naturale motiuum ad obligandum: & ideo ſufficit obligatio remuneratiua etiam ad antidora: dicit etiam Bald. in d. l. generaliter. in v. & vij. quæſtione, quòd agens ex ſtipulatione, licet non exprimat cauſam, obtinebit, ſi poſtea in proceſſu probet cauſam. 22 ¶ In glo. in uerbo, cauſam. in fi. Nota regulam, quòd † confeſsio etiam cum cauſa facta abſente parte non nocet confitenti: & eſt text. in l. certum, §. ſi quis abſente. ff. de confeſſ. & gloſſ. in c. fin. de confeſſ. & in l. unica, C. de confeſ. ¶ Et iſtam regulam declara primò ſic: etiamſi confeſsio cū cauſa fieret in iudicio abſente parte, non nocet, per d. §. ſi quis abſente. Ideo dicit Bart. ibi, & do. Card. hîc, facias ſemper poni in actis præſente parte: & hoc etiam no. gloſſ. magna in d. c. fi. & ibi hæc ampliatio latè declaratur per Paul. de Caſt. do. Ant. & do. Abb. & per Ioan. And. in Spec. tit. de confeſ. §. ſequitur. uerſic. ſuper vij. & per Cy. Bald. & Sal. in d. l. generaliter. & Sali. in l. unica, in xv. opp. C. de confeſ. & Bal. in authen. generaliter. in pen. col. C. de epiſ. & cle. ¶ In 23 quibus locis iſtud in effectu reſtringitur primò, niſi † fiat confeſsio iudici per uiam uoluntariæ iuriſdictionis: putà, ſi nulla mota cauſa quis dicit iudici ſe teneri Titio, per d. l. generaliter. ¶ Secundò, niſi pars eſſet citata, & eſſemus in caſibus, in quibus poteſt procedi contra abſentem, per l. properandū. §. j. & ij. C. de iudi. ¶ Tertiò, niſi quis confiteretur in libello, uel poſitionibus, uel exceptionibus, per c. fin. de iureiuran. in vj. ¶ Quartò, niſi confiteretur in criminali abſente accuſatore: quia iudex ſupplet, ſecundum Bal. in l. ea, quæ. in ult. col. C. quomodo & quando iudex. & in d. l. generaliter. in penult. col. Vnde dicit Bald. in d. authen. generaliter. de epiſcop. & cleric. quòd d. §. ſi quis abſente. loquitur de confeſſione, cuius receptio non pertinet ad officium iudicis, ſed partis. Secus autem, ſi ageretur de crimine ciuiliter, ſecundum domi. Abb. poſt do. Anto. in c. olim. ad fin. ſuprà, de reſcrip. & ibi eſt caſus ſecundum intellectum, quem ibi ponit Imol. Et iſti quatuor caſus probantur diuerſis modis, ut in dictis locis uideri poteſt. ¶ Sed not. quòd in iſtis & ſimilibus caſibus præſentia iudicis nunquam ſupplet defectum partis abſentis, niſi expreſſè appareat, iudicem uelle ſupplere abſentiam, & acquirere abſenti, ſecundum Bart. in l. poſtquam liti. ad fin. ibi, quæro, utrùm iſta renunciatio. C. de pact. & Cyn. in authent. ſacramenta. x. q. C. ſi aduerſus uendit. ¶ Secunda declaratio. Si pars eſſet præſens in iudicio, confeſsio alterius partis tunc demum noceret confitenti, quando per partem non impugnatur: ſecus, ſi impugnatur. Ita probatur in c. mulieri. de iureiur. & ibi clariùs Inn. & alij.

c. ſi cauſatio.

& alij. & ibi dicetur: & bene facit gloss. in c. cùm uenissent. in uerbo, coram eo. ibi dicas, ex quo de eo, qui mittitur in poss. ¶ Fortiùs dixit Salic. post Cyn. in l. unica, in xv. oppositione, C. de confes. quòd non sufficit, quòd confessio non sit impugnata per partem præsentem: sed oportet, quòd fiat parte instante & petente, uel saltem acceptante: quia aliàs non posset dici confessio, quia non esset simul fassio: quia propriè confiteri idem est, quod simul fari: & idem uult Salic. in l. iubemus, in fin. C. de liberali causa. & expressiùs in d. l. generaliter. in vj. q. C. de non num. pec. referens ita tenuisse patruum suum do. Ricard. de Salic. Vnde communiter scribitur, parte præsente & acceptante. ¶ Fortiùs etiam dixit Salic. in d. l. generaliter. in vij. quæst. quòd etiam si confessio fieret in ultima uoluntate parte præsente, non ualeret, nisi esset acceptata à parte, uel ab eius nuncio, uel à notario publico, uel alia persona nomine absentis. Vide tamen do. Abb. in c. fin. in notabilibus, infrà, de succes. ab intest. ubi per illum text. in uerbo, abbatis præsentia. dicit, quòd in casu isto sufficit præsentia partis etiam accidentalis, id est, fortuitæ, nisi dicas, quòd ultra præsentiam requiritur dicta acceptatio, sicut in l. j. ff. de autho. tut. præsentia suppleturintelligentia, sicut etiam do. Abb. ibi per illum text. ad ampliationem huius materiæ, quòd confessio etiam declaratoria actus præteriti requirit præsentiam partis ad sui ualiditatem. ¶ Tertia
24 declaratio. Etiamsi † in ultima uoluntate quis confiteatur, confessio non probat id, super quo emanat, secundum do. Anton. & Imol. hîc. & Bartol. in l. non solùm. §. si liberationis. ff. de lib. leg. & in l. Lucius. §. quisquis. el ij. per illum text. de legat. ij. & in l. cùm quis decedens. §. codicillis. de leg. iij. & Bald. in l. rationes. C. de probat. & do. Anto. & Abb. in c. fin. per text. de succes. ab intest. & Bald. in l. generaliter. in x. q. C. de non numer. pecun. & ibi Salic. in xiij. q. Et ideo, si talis superueniret, non probaret confessio contra eum, secundum Bart. in d. §. quisquis. nisi in quinq; casibus. ¶ Primus, quando nomine absentis interuenisset nuncius, uel epistola, ut per Bar. in d. §. quisquis. & nuncius, seu alius acceptasset nomine absentis, ut per Salic. in l. generaliter. ¶ Secundus, quando iurasset: quia probatur illud, quod confitetur, d. §. codicillis. & ibi Bart. & dicetur j. in j. fallentia. ¶ Tertius casus est, quem ponit Cal. in tit. de testa. consil. xxv. incip. Testator. de eo, qui in testamento detexit hæredi se rogatum ab alio testatore de restituendo bona filio spurio: nam talis confessio prodest fisco, licet facta sit in absentia procuratoris fisci: de qua etiam per Sal. in d. l. generaliter. in vj. quæst. Sed quia nituntur rationibus parum urgentibus, fortè ueriùs, quòd probet semiplenè, per id quod dicetur in iij. fallentia. ¶ Quartus casus est, quando testator confitetur in foro pœnitentiali etiam absente parte, secundum Salic. in d. quæst. xiij. per c. quanquam. de usuris. in vj. ¶ Quintus casus est, ubi non attenditur rigor, sed æquitas: quia tunc debet stare hæres confessioni testatoris fauore animæ, secundum Bald. sapienter in d. l. generaliter. in x. q. per l. si ego. §. j. ff. de iure dot. & quod not. in c. quoties. j. q. vij. & in c. parochiano. de sepul. ubi debet hæres exonerare animam defuncti. Et hoc dictum ualde mihi consonat per rationes suas. Est uerum, quòd potest difficultari ex his, quæ dicuntur in ij. fallen. sed ex alio capite exoneratur defunctus: quia dato, quòd confessio nôn probet debitum, tamen illud debet non ut debitum ex ea causa, sed ut debitũ ex testamento iure legati, uel fideicõ. d. §. quisquis. ¶ Quarta declaratio. Sicut confessio extraiudicialis facta cum causa præsente parte probat in ciuilibus, ita in criminalibus, si 26
fiat specialiter & parte præsente. Ita dicunt do. Anto. Imol. & clariùs domi. Abb. in c. olim. de rescript. alleg. & domi. Abb. in d. l. generaliter. & c. per tuas. de proba. Secus dicunt ipsi, si fiat parte absente: quia tunc in criminalibus facit indicium ad torturam. Allegant Bar. in l. capite quinto. ff. de adult. & istud etiam latiùs firmat domi. Abb. in c. at si clerici. in princip. uersic. quæro, quem effectum. de re iudic. & idem tenuit ibi domi. Antoni. Tamen Imol. ibi dicit, communem opinionem esse, quòd in criminalibus confessio extraiudicialis nullo casu operetur aliud, quàm indicium ad torturam. Et ita dicit simpliciter intelligi gloss. & Bart. in d. l. capite. & Bartol. in l. ictus fustium. ff. de infa. & hoc etiam sentit Rot. maximè in additionibus decisio. clxxx. incip. licet confessio. in formis: pro qua parte facit, quia in criminalibus non habet semper eundem effectum confessio, quem habet in ciuilibus. Vnde in ciuilibus parte absente probat semiplenè, ut infrà dicetur, solùm ad torturam, ut est dictum: sicut etiam in ciuilibus confessus non appellat, c. quodcunque. vj. quæst. j. sed in criminalibus sic, ut §. sunt, quorum. ij. quæst. vj. & c. cum speciali. §. porrò de appel. Et in ciuilibus confessus habetur pro condemnato, l. unica. C. de confess. secus in criminalibus, ut per Bartol. in l. j.
25 ff. de confess. ¶ Modò † prædicta regula fallit primò, nisi confessio facta absente parte sit iurata: quia probat, secundum Bart. in d. §. codicillis. ad fin. & domi. Anto. in c. cùm dilectus. in antepenult. col. infrà, de succes. ab intest. & Bald. in l. rationes. circa fin. C. de probat. & in l. si creditores. C. de fideicommis. & sentit Bartol. in l. ex hac scriptura, in ult. col. ff. de don. & Bald. in authen. quod obtinet. C. de probat. per illum text. & not. Imol. in repet. c. cùm contingat. in xxxj. chart. de iureiur. & sentit gloss. Bart. & Bald. in authen. sacramenta. C. si aduersus uendit. etiamsi in uenditione quis usus fuisset uerbo, In ueritate, secundum Bald. in rubric. C. res inter alios acta. in ult. col. & facit c. & si Christus. de iureiur. & non solùm, si iuraret, sed diceret se iurasse, per d. §. codicillis. ibi patruo suo iurauit. & sentit Salic. in d. l. generaliter. in xij. quæst. Tantum enim operatur confessio de præstito iuramento, quantum etiam ipsa præstatio, ut probatur in l. ne in arbitris. & ibi multùm notat Bald. C. de arbit. & not. Bart. in l. ex hac scriptura. in ult. col. de probat. Et ratio prædictorum est multiplex: sed maximè, quia obligatio acquirit Deo, c. debitores. de iureiur. & Deus ipse ubiq; est præsens, etiamsi iuret quis, ut complaceat parti, quia Deus recipit uices partis: sm quod eleganter not. domi. Abb. in c. sicut. de elect. de iureiur. licet pars possit remittere, c. ij. de sponsalib. ¶ Item, quia iuramentum potest saluari sine interitu salutis æternæ: & istud procedit, nisi confessio etiam iurata emanaret in fauorem incapacis, secundum Bald. in d. l. rationes. & Salic. in d. l. generaliter. in xvj. quæst. & in l. hac edictali. in vj. q. in fin. C. de secund. nupt. ¶ Et cum prædictis concordat etiam Bald. in authen. sacramenta. in ult. col. C. si aduer. uendi. & in l. pactum. in ix. quæst. C. de colla. & Pet. de Ancha. in clemen. j. de iureiur. in c. licet. in pen. col. de iureiur. in vi. in cle. j. in princip. de usuris. ubi pro hoc allegat notata per Spec. in tit. de legato. §. nunc ostendendum. uersic. hoc quoque. & idem Ro. in l. stipulatio ista. §. si stipuler. in ult. col. ff. de uerb. obl. ¶ Non obstat text. in d. §. si quis absente. ibi, nec qui iurat. quia, secundum Imol. in d. c. cùm contingat. loquitur de iure ciuili, quo non oritur obligatio ex iuramento, ut per Bartol. in l. si quis pro eo. circa prin. ff. de fideiuss. Secus de iure Canonico, ut notatur in illo c. cùm contingat. & dicit, quòd cùm quæstio iuramenti sit spiritualis, etiam in foro ciuili seruabitur hęc opinio Canonica, ut est gloss. licet non dicat, in regula,
26 possessor. de reg. iur. in vj. ¶ Non † obstat l. iij. §. j. ff. de iureiur. ubi iuramentum litis decisiuum non tenet absente parte: quia est ad commodum iurantis, sed hîc ad in-

ad incommodum. Nec obstat c. sicut. el iij. ibi, assensu utriusq; partis. infrà, tit. ij. quia loquitur, ubi agitur de iuramento prestito, ut alius ad certum finem reciprocè obligetur: quia si alius non consentit, non obligat iuramentum, ut ibi per domi. Abb. Et ita sustinetur hęc notabilis fallentia contra Angel. in authen. de iureiur.
27 à moriente præst. circa fin. ¶ Fallit † secundò dicta regula de æquitate Canonica, secundum quam posset dici, quòd ualet confessio etiam absente parte: quia secundum æquitatem Canonicam sola mens uidetur sufficere: & hoc uidetur uoluisse gloss. singularis in c. quoties. in uerbo, promitto. in fi. j. q. vij. Ita ad literam dicit do. Anto. hîc sub dubio fortè, de quo facit festum hîc Imol. dicens, esse dictum multùm singulariter notandum: & uerè ita est. Et hanc partem expressè firmat do. Card. hîc, dicens de iure Canonico ualere confessionem parte absente: & alleg. gloss. in d. c. quoties. & idem per illam gloss. tenet Domi. in §. de his. ad fin. iij. quæst. ix. & facit, quod not. Bald. in c. in notuit. in j. col. suprà, de elect. ubi dicit, quòd in causis ecclesiasticis & spiritualibus ualet confessio absente aduersario. Ad idem, quod not. Bald. in l. rationes. C. de proba. ubi dicit, quòd confessio facta in foro pœnitentiali, uel spirituali, non requirit præsentiam partis, & ideo non potest reuocari. Allegat not. in c. quanquam. de usur. in vj. & gloss. in d. c. quoties. Ad idem, quod not. Bald. in authen. similiter. in j. col. C. ad l. Falci. ubi dicit, quòd confessio in piam causam non requirit præsentiã partis. Ad idem, quod not. Bald. in l. illud. in j. col. C. de sacrosanct. ecclesi. ubi dicit, quòd in pijs causis ualet stipulatio facta pro absente etiam uerbis directis in ipsos absentes. Ad idem, quod no. Bald. in l. generaliter. in x. q. C. de non nu. pec. ubi dicit, quòd confessio in testamento absente parte ualet de æquitate fauore animæ. Ad idem, quod not. Archi. in c. sunt nonnulli. j. q. j. ubi dicit, quòd licet incertitudo uitiet promissionem, quia liberatur dando muscam, l. senatus. §. legatus. de legat. j. tamen de equitate Canonica non uitiat, sed taxatur aliquid arbitrio boni uiri: de quo exclamat dom. Abb. in c. j. infrà, de decimis. & in c. ex parte. post domi. Anto. ibi, infrà, de censiis. & Bald. in l. qui 28
mutuam. §. salarium. in lectura antiqua, ff. mandati. & Io. de Ana. in c. cùm in iuramento. infrà, de homici. Et limita, ut ibi dixi allegando c. cùm uenissent. infrà, de institut. Ad idem, quod notat dom. Card. in clem. j. in xxviij. quæst. de testa. cum similib. ¶ Et est uerum, quòd dom. Abb. hîc, & in c. fin. suprà, de confess. impugnat hanc differentiam inter ius Canonicum & ciuile per rationes satis euitabiles: & tandem concludit, quòd gloss. in d. c. quoties. non procedit, quando quis dicit corã tertio, se uelle dare, uel debere alteri decem: quia non oritur obligatio etiam naturalis, cùm non fit, cui quæratur per illa uerba: & hoc etiam latiùs per ipsum in procemio Decretalium, §. Gregorius. in ult. col. Sed quando diceretur Titio, promitto tibi, quòd dabo Sempronio decem: potero cogi ad soluendum per uiam denunciationis, non autem uia directa, cùm nec absenti quæratur actio, nec præsens pro alio stipulari potuerit, §. alteri. Insti. de inut. stip. Et quòd nullo modo ex isto actu quæratur actio, probatur à speciali in c. quanquam. de usuris. in vj. ibi, actio acquiratur. & facit c. si tibi, ibi, ut tuum dici ualeat. de præben. in vj. ut hîc per dom. Abb. ¶ Et re uera negari non potest, quòd utraq; pars non sit sustentabilis: tamen sustentabiliorem pro nunc puto opinionem communem, propter authoritates primò allegatas: quia si nullo modo esset uerum, quòd confitens absente parte intenderet se obligare, quando assignat causam, frustrarentur multæ limitationes sequentes, & dicta allegata in hac fallentia, quæ denotant legem Canonicam iudicare de intentione ex uerbis cuicunq; prolatis: & facit c. j. suprà, de pact. Item sicut iuramentum facit, quòd non procedit dicta regula, ut in præcedenti fallentia: ita etiam de æquitate simplex & seriosus sermo, iuxta c. iuramenti. xxij. q. v. dum modò non prolatus causa complacentiæ. Item quia ita posset quis confiteri præsente parte ex abrupto, & ad se alteri excusandum, sicut absente, iuxta c. cùm uenissent. infrà, de insti. Et indubitanter admitto hanc fallentiã saltem in confessione facta in extremis, in qua statim, quod confitetur quis debitum, præsumit non mentiri: & sicut dicit in c. parochiano. j. de sepult. quòd non obstante rigore iuris ciuilis hæres tenetur ex delicto defuncti ad exonerandum eius animam, ita hîc, ubi satis clarè constat de debito ex testamento, sicut si in libro rationum testatoris esset scriptum eum esse debitorem, certè hæres teneretur de æquitate, ut sentit Bald. in d. l. rationes. ¶ Et pro pleniori intellectu gloss. in d. c. quoties. uide Roman. & Imol. in l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de uerb. oblig. & do. Anto. & do. Abb. in d. procemio Decretalium, & Bald. in l. illud. in j. col. C. de sacrosan. & Pet. de Ancha. in cle. j. ad fin. de usu. & in c. licet. in pen col. de iureiur. in vj. & Ang. in l. j. ff. de pact. & Bal. in authen. ad hoc. uersic. sed hîc dubitatur. C. de usur. & do. Anto. in c. nouit. suprà, de iudi. & do. Abb. in c. constitutus. s. de procur. & Imo. in c. cùm contingat. in vj. chart. infrà, tit. ij. & dom. Abb. in c. dilecti. in pen. col. s. de arbit. & Bald. in l. cùm procurator. ff. de procur. & dicetur aliàs in alio loco minùs onerato: soleo enim tenere contra Ro. in authen. similiter. in v. priuilegio contractuum, C. ad l. Fal. & in d. §. alteri. ubi dicit, se solùm reprobare gl. in d. c. quoties. per d. c. quanq̃. à speciali: nã cũ fauor animę fuerit causa illius specialitatis, idem dicam, ubicunq; est promissio alteri facta: quia agitur de peccato ex eius uiolatione, d. c. iuramenti. & constitutio etiam exorbitans ex tali respectu semper extenditur, ut per Ioan. And. & alios in c. ex tenore. j. qui filij sint legiti. cum concor. Sed posito, quòd glo. in d. c. quoties. non esset uera, adhuc stant prædicta: quia non dicitur, q̃ quæratur actio absenti, prout dixit glo. sed erit uia denunciationis, ut hîc per dom. Abb. & dom. Anto. in d. procemio. ¶ Fallit † tertiò dicta regula, nisi confessio fieret, non quidem rectè ad obligandum confitentem ei, cui fit confessio, uel cui prodest: sed fieret aliàs ad probandum aliquid, ex qua probatione absenti quæritur obligatio: nam tunc illa præiudicat, secundum Ang. in authen. de hære. & Falci. §. si uerò expressum. per illum text. quem facit Ang. singul. Vnde infert, q̃ si quis approbat instrumentum, tanquam uerum, uigore huius approbationis omnes, quorum interest, agere poterunt contra approbantem, licet nõ fuerunt præsentes. Sed in hoc aliter sentit Bar. in l. admonendi. ff. de iureiur. & dom. Ant. in c. fin. infrà, de iureiur. ubi dicunt, quòd si fratres in instrumento diuisionis apponunt, quòd unus debeat satisfacere de certo mutuo recepto à tali, & posito in domo: illud instrumentum non probat pro illo tali, nisi semiplenè. Et ita uideretur hîc. Vnde pro Angelo multum facit l. desiderium. C. depositi. ubi per instrumentum factum inter te & Titiũ, in quo dicis mutuasse ei centum, quæ tibi deposueram, probatur depositum inter te & me: & multùm no.
ibi Bald. ¶ Fallit † quartò in his, quæ dependent ex 29
uoluntate unius, non duorum: quia ualet confessio, putà super ratihabitione, uel hæreditatis aditione & similibus, in quibus non requiritur præsentia partis, cui ex tali declaratione uoluntatis quæritur ius aliquod, secundum Bart. in d. §. si quis absente. & domi. Anto. & Imol. hîc per nota. in l. fin. ff. de interro. actio. & in l. Pomponius scribit, si negotiũ. & in l. Nesennius. ff. de nego. gest. & ita etiam not. Bart. in d. §. codicillis. & dom. Anto. in c. fin. in antepe. col. j. de suc. ab intesta. & in c. fin. suprà, de confes. & ibi dom. Abb. allegantes

c. si cautio

Bart. in d. l. nuda. & in l. non solùm. §. si liberationis.
ff. de libe. legat. & not. Bald. in rubric. C. res inter alios
acta. & Salic. in l. unica, in xv. opposi. C. de confess. &
30 in d. l. generaliter. in vj. quæst. ¶ Fallit † quintò, quo
ad semiplenam probationem, ut no. uoluit Bart. in d. l.
admonendi. & sequitur Imol. & domi. Abb. hîc. & do.
Abb. in c. fin. de succes. ab intesta. & dom. Anto. in d. c.
fin. j. de iureiur. per not. in l. capite quinto. ff. de adult.
Sed contrarium, & fortè meliùs, tenet Bal. in l. in bonæ
fidei. uersic. modò quæro de uiua uoce. C. de reb. credi.
& dicit, quòd in casu legis, capite quinto. illa confessio
erat adiuncta alij uerisimilitudini ratione loci & tem-
poris: & sic etiā respondet ad l. quæro. in fi. de ędil. edic.
31 ¶ Fallit † sextò in confessione facta in epistola, per l.
Publia. ff. deposi. nam per epistolam uidetur quis al-
loqui absentem: arg. l. Arriani. C. de hæret. dum modò
præsentetur absenti, secundum dom. Anto. & Imol. hîc,
& Bart. in d. §. codicillis. & do. Ant. in c. fi. de confes. &
ibi do. Abb. & Bart. in l. cùm tabernam. §. idem quæsijt.
ff. de pign. nisi mittens reuocet epistolam, secundum
Bald. in l. unica, in ij. col. C. de confes. ubi hoc limitat,
nisi alteri resultaret iniuria, uel illusio iudicij. Alleg. l.
si prohibuerit. ff. de Publicia. & l. si mandasset. ff. man-
dat. & bene loquitur: quia siue epistola, siue nuncius
reuocetur, postquam alteri resultaret iniuria, id est, con
tractum esset perfectum, actus non rescinditur, si priùs
fuit ignorata reuocatio, ut in dictis iuribus, nisi in casu
c. fin. de procurat. in vj. ut ibi per Domi. in §. fin. & per
gloss. in clem. j. de renunc. & omnes Docto. in l. eius, qui
32 in prouincia. ff. si cert. pet. cum concord. ¶ Fallit †
septimò, secundum aliquos, in confessione, quæ fit ad
liberandum: quia non requirit præsentiam partis:
& ita not. gloss. in l. non solùm. §. si liberationis. el ij.
de libe. leg. sed Bartol. ibi solenniter disputando con-
cludit contrarium, & fuit opinio gloss. in l. idem in
duobus. ff. de pact. & idem Imol. hîc, & Bartol. in d. §.
si quis absente. & in d. l. in duobus. §. fin. & Salic. in l.
unica, in xv. opposi. C. de confes. & Paul. de Cast. cons.
lxxxiij. incip. In Christi, etc. ad id, quod quæritur. de
quo etiam per Bald. in l. generaliter. in xij. quæst. C.
de non nume. pec. & l. & hæredi. §. nos autem. de pact.
& in l. rationes. in ij. col. C. de proba. & in rubric. C. res
inter alios acta. in ult. col. & Ro. in l. naturaliter. §. nihil
commune. ff. de acqui. pos. & Ang. in d. l. in duobus.
& Fede. consil. ccxxx. incip. in l. postquam liti. & Salic.
33 in l. actionem. C. de pact. ¶ Fallit † octauò in reali:
quia potest quis habere rem pro derelicta in pręsentia
partis, l. j. & per totum, ff. pro derelicto. secundū Imo.
hî, & Domi. post Io. de Fant. in §. de his. iij. q. ix. & facit,
quod not. Inn. in c. ueniens. suprà, de renun. & Io. And.
in c. cùm pridem. s. de pact. & sentit Bart. in d. §. si libe-
rationis. & not. dom. Anto. & dom. Abb. in c. fin. s. de
confes. sed Imo. in d. c. ueniens. in xxxj. col. uersic. circa
tertium. Et hîc intelligit istud, quando propriè quis
renunciat iuri in reali: quia uidetur posse fieri in ab-
sentia partis, & uidetur haberi pro derelicta, ut etiam
sentit gloss. in l. postquam liti. C. de pact. Sed quando
quis confitetur rem esse alterius, secus est: quia per hoc
non uidetur habere rem pro derelicta, sed uidetur po-
tiùs uelle in alium transferre: ideo tunc non perdit
dominium, si non transfertur, l. sciendum. & l. conuen-
tiones. ff. ex qui. cau. maio. & est de mente Bart. in l. cùm
testamentum. aliàs in l. cùm falsa. C. de iuris & facti
igno. & absq; traditione non transfertur dominium,
l. traditionibus. C. de pac. ut latiùs per Imol. in dictis
locis, & in l. si rem aliquam. post Bart. ff. de acqui. pos.
& in d. c. cùm pridem. post do. Ant. & Archi. in c. quàm
periculosum. vij. quæst. j. & Bald. in c. accepta. suprà, de
restitut. spol. & in repertorio Innocen. in uerbo, renun-
ciatio. in vj. quæst. & omnes in d. l. postquam liti. cum
34 concord. ibi allegatis. ¶ Fallit † nonò in confessione
facta in scriptura libelli, uel exceptionis producta per
partem, l. cùm precum. C. de liberali causa. & not. Bart.
in d. §. si quis absente. cùm talis scriptura offeratur iu-
dici, ut detur parti, ut in authen. offeratur. C. de lite
contesta. ut hîc per Imol. & Bald. in l. unica, in penult.
col. C. de confes. & in d. l. postquam liti. in fin. C. de pac.
& Bart. in l. ij. in fin. ff. de iure fisci. & Imol. in d. l. nuda.
& Salic. in l. unica, in xv. oppos. C. de confes. & do. Ant.
& dom. Abb. in c. fin. s. de confes. ubi idem dicunt de
positionibus. Et idem generaliter dicas de omni alia
scriptura, quæ producitur, ut parti aduersæ tradatur,
secundum Imol. hîc. ¶ Illud autem de libello intellige
primò, quando in ipso comprehenditur tale quid,
quod inducere pendet à potestate libellantis: quia
aliàs omnino est standum uerbis narratiuis libelli, ut
l. non epistolis. & ibi Bart. C. de proba. Ita not. domi.
Anto. in d. c. fin. & Bald. in l. prædia. s. de prædijs mino.
allegando l. qui familiæ. ff. famil. hercis. & dicit Bald. in
c. cùm uenerabilis. in penult. col. infrà, de except. quòd
producens instrumentum uidetur confiteri illud esse
uerum in uerbis dispositiuis, non in uerbis enuncia-
35 tiuis. ¶ Intellige † secundò, dum modò libello sit scri-
ptus manu confitentis: secus, si manu alterius, secun-
dum Bart. in l. nuda. C. de donat. quem tamen impu-
gnat hîc Imol. quia nimis eneruaretur, d. l. cùm pre-
cum. cùm pauci hodie scribant talia proprijs mani-
bus: & dicta l. cùm precum. loquitur indistinctè: & at-
tenditur productio, quæ fit, ut deueniat ad alium, ut
36 hîc per eum, & bene. ¶ Fallit † decimò in confessione
facta in libro rationum: quia si peruenit ad partem
scriptura, uidetur loqui uice partis: & ideo præiudicat,
secundum Bart. & Paul. de Cast. in d. l. nuda. & Bald. in
l. unica, C. de confes. de quo etiam per Bald. in rubric.
C. de consti. pec. in ult. col. & Pau. de Cast. in d. l. Publia.
Sed intellige, ut hîc per Imol. dum modò talis liber sit
confectus parte mandante tacitè, uel expressè, ut sunt
cōmuniter libri mercatorum, quibus ex consuetudine
tacitè mandatur ut scribant: sed si esset liber cōfectus à
mercatore pro sui memoria, secus, ut hîc per eū: de quo
satis memini declarando hoc. Idem in c. ij. suprà, eo. in
37 materia libri mercatorum, in ij. conclusione. ¶ Fallit †
undecimò, quando confiteor me debere aliquid Titio
ex aliqua causa in præsentia alicuius recipientis no-
mine & uice ipsius Titij: nam etiamsi ille non habeat
mandatum, & etiamsi non sit tabellio, si tamen Titius
postea ratum habet, prodest talis confessio. Ita ad li-
teram dicit hîc Imol. per id, quod habetur in tex. & gl.
in l. huiusmodi. in princip. ff. de leg. j. & in §. alteri. Insti.
de inut. stip. & not. Bart. in d. §. si liberationis. & facit,
quod not. Ioan. And. in Spec. de confes. §. nunc uiden-
dum. uersic. quid si confiteor. secundum ipsum. Sed
istud puto intelligendum solùm, quando acceptatur
confessio: ubi autem quis uellet stipulari pro alio, ad
hoc ut absenti quæratur actio, non sufficit quilibet, sed
debet esse persona publica, ut expressè not. Bart. in l. ij.
C. ut in pos. leg. & dom. Abb. in c. fin. suprà, de confess.
& bene probatur in d. c. quanquam. & per Bart. in l. iij.
ff. rem pupil. sal. fore. & Innocen. in c. dudum. infrà, de
conuer. coniug. nisi esset persona, cuius interest: quia
potest alteri stipulari, l. stipulatio ista. §. si stipuler. ff. de
38 uerb. oblig. & ibi latè per omnes. ¶ Fallit † duode-
cimò, nisi confessio fieret præsente fideiussore, secundū
Bald. consilio incipiente, In Christi, etc. In primis ui-
dendum est, an confessio facta per fideiussorem possit
acquiri parti exceptione doli, ut l. idem in duobus. §.
si. ff. de pact. Idem, si confessio fiat præsente negocio-
rum gestore, secundum Franciscum Tigrini in consilio
incipiente, Titius confessus fuit. & Salic. in l. unica, in
xv. oppos. C. de confess. dicentem, hoc uerum, etiamsi
negociorum gestor acceptans absente parte sit priuata
persona, per regulam legis, soluendo. ff. de neg. gest.
¶ Fallit

39 ¶ Fallit † ultimò in confessione facta absente parte, si
fuit geminata, per id, quod not. Bart. in l. cùm scimus.
per illum textum, C. de agric. & censi. lib. xj. ubi colligit
singularem theoricam, quòd ubi non pręiudicat con-
fessio ex defectu præsumptæ uoluntatis, si fuerit gemi-
nata, ualet. Et idem dicit Bald. de uerbis enunciatiuis,
& sequitur Paul. de Cast. in d. l. Publia. & Ro. in d. l. nu-
da. & ita in proposito, cum non ualeat talis confessio:
quia quis non præsumitur uelle se obligare absenti,
iste defectus uoluntatis tollitur ratione geminationis:
& pro hoc facit, quia aliquando uidemus tantum
operari geminatum consensum, quantum iuratum.
Patet ex c. cùm contingat. & ibi latè per do. Abb. infrà,
tit. ij. iuncta authen. siue à me. C. ad Velle. ubi in alie-
natione fundi dotalis tantum operatur geminatus
consensus mulieris, qui aliàs solus nō sufficeret, quan-
tum si esset iuratus. Item probatur ex gloss. pen. in iij.
resolutione, in c. ex rescripto. infrà, tit. ij. iuncta l. si mu-
lier. C. ad Velleia. ubi sicut cessat exceptio Vellei. ubi
est iuramentum, ita ubi est consensus geminatus. Mo-
dò suprà, in j. fallen. dictum est, talem confessionem
iuratam ualere. Ergo, etc. Istud tamen de actu gemi-
nato & iurato non est semper uerum, per id quod di-
cetur super gloss. sequenti in prima ampliatione pri-
mæ regulæ, iuncto dicto domi. Abb. hîc, quòd statim
dicam propter diuersam rationem. ¶ Et propter di-
ctam doctrinam Bart. infert hîc do. Abb. in fin. quòd
qui bis ex interuallo confitetur pecuniam, uel dotem
sibi numeratam, non potest opponere exceptionem
non numeratæ pecuniæ, nisi uelit in se assumere onus
probandi. Et idem in dote dixit Io. An. ultra ipsum in
addi. Spec. in tit. de dona. inter uir. & uxo. Vnde uide-
mus, quòd uerba enunciatiua geminata probant, se-
cundum Angel. in l. j. per illum text. C. de plus peti. &
do. Abb. in repet. c. per tuas. suprà, de arbi. aliàs non,
l. ex hac. ff. de donat. quoniam tales geminationes ar-
guunt magnam firmitatem propositi. ¶ Et hinc est,
quòd licet hæreticus paratus corrigi, non tradatur cu-
riæ seculari, c. pen. §. si qui. infrà, de hæreti. tamen si ge-
minata uice cecidit, nō auditur de correctione, c. super
eo. & c. accusatus. de hæret. in vj. ¶ Et hinc est, quòd
licet nullo iure caueatur decretum bis interponendū,
tamen est optima cautela, quòd bis interponatur, se-
cundum Bald. in l. magis puto. §. ne passim. ff. de reb.
eorum. ¶ Et hinc est, quòd si in uenditione bis dica-
tur, & si plus ualet, donat: cessat remedium l. ij. C. de
rescind. uendit. secundum Bald. ibi, secus dicentem,
si semel dicatur. ¶ Et hinc est, quòd licet sufficiat obij-
cere crimina testi in genere, ut habuimus in c. præsen-
tium. suprà, de testi. tamē si lex dicit, Omnia & singula,
propter hanc geminationem requiritur specificatio
indiuidua, secundum glo. in c. ut circa. in uerbo, omnia
& singula. de elect. in vj. ¶ Et propterea dicit Bald. in
tract. schismatis, in xviij. col. quem ponit in rubric. C.
si quis aliq. testa. prohib. quòd qui bis aliquid facit,
non potest contra id opponere: quia ubi interuenit
geminatio, ibi præsumitur plena deliberatio. Alleg.
text. in authen. ut nulli iudic. §. & hoc uerè iubemus.
facit gloss. elegans in uerbo, reiterato. in c. si quis ira-
tus. ij. quæst. iij. dicens, quòd reiteratio præsupponit
deliberationem. Allegat d. l. si mulier. la ij. Et dice-
bat Bald. in procœmio ff. in fin. princip. quòd licet ista
uerba, Quem haberi pro ciue, importent fictionem, ut
per Bart. in l. si is, qui pro emptore. ff. de usucap. fallit,
nisi dicatur, Sit & habeatur: quia illa geminatio im-
portat ueritatem: facit text. in l. ij. §. furiosum. ff. de iure
codicil. in uerbo, per omnia & in omnibus. quem An-
40 gel. facit singularem in l. negotijs. ff. de reg. iur. ¶ Et †
hinc est, quòd licet uidua nubens nō perdat legatum,
etiamsi testator dicat, si castè uixerit, ut per Bart. in l.
mulier. §. cùm proponeretur. ff. ad Trebel. per c. Nicena. c. si cau-tio
xxxj. dist. tamen fallit, nisi bis nubat, secundum Ang.
in §. hoc ideo. in authen. quomodo oport. episcopos.
¶ Et hinc est, quòd si Papa committit causam uni di-
cendo, Tu, tu: illa geminatio facit electā esse industriā
personæ: secundum Bald. in c. fin. suprà, de offic. deleg.
¶ Et hinc est, quòd geminata obligatio naturalis pa-
rit actionem, secundum Ang. in l. fi. C. ad l. Fal. Et idem
de pacto nudo geminato probatur in l. j. §. debitum. ff.
de consti. pec. & per Bald. in d. l. fin. C. ad l. Fal. not. Ang.
41 & Salic. in l. petens. C. de pact. ¶ Et † hinc est, quòd
geminatio rescripti habet uim clausulæ non obstante
lege & clausula, Ex certa scientia, secundum domi. Ant.
in c. quæ in ecclesiarum. in pen. col. suprà, de constitut.
42 ¶ Et † hinc est, quòd uerbum futuri temporis gemi-
natum importat latam sententiam, ut si dicitur, Irrite-
tur, irritetur: secundum Bald. in tit. de pace Constant.
43 in uerbo, omnia priuilegia. ¶ Et † hinc est, quòd in-
terlocutoria bis confirmata effecta est irreuocabilis,
secundum gl. in uerbo, super ea. in fin. in cle. si. de app.
¶ Et hinc est, quòd bis carceratus pro eodem delicto
amplius non relaxatur, secundū Bar. & Bal. in l. iij. C.
44 de episcopa. audi. ¶ Et † hinc est, quòd impetratio le-
gitimationis, in qua dictum est quem natum ex adul-
terio, non prodest, si fuisset natus ex adulterio gemina-
to, id est, ex duobus coniugatis, secundū Oldra. consil.
viij. & Ioan. And. in Spec. in rub. qui filij sint legi. & Bal.
in l. eam, quam. C. de fideicō. Et licet multa ex istis sint
uulgata, tamen sunt omnia utilia ualde: & aliqua po-
nit Ro. in l. si uerò. §. de uiro. in xxxj. fol. ff. sol. mat. Sed
unum nouissimè not. quàm uirtutes geminationis
procedunt, quando actus geminatus est ex interuallo:
sed si actus esset geminatus incontinenti, talis gemina-
tio nihil operatur: imò dicitur actus unicus, seu simul-
taneus, ut not. glo. fin. in l. iij. ff. de pigno. act. & in c. ab
eo. in uerbo, instantis. de app. in vj. & Bal. in l. cùm fidē.
C. de non nu. pe. quod procedit in actibus factis uiua
uoce tantùm: sed ubi uerba scribuntur geminata, cū
uideantur seriosè replicari, non ex transcursu linguæ,
procedent dictæ uirtutes geminationis. Quas etiam
declara secundum notata in l. fi. ff. de quæstio. ubi con-
fessio quantumcunq; geminata non præcedentibus
indicijs nō nocet: quia una nō potest aliā iuuare, cùm
in qualibet subsit timor iniustæ torturę: & idem in simi
libus. ¶ In gl. pe. ibi, in contractibus. Propter istam gl.
tractant hîc Host. do. Ant. do. Abb. & Imo. qn̄ opponi
possit exceptio pecuniæ non numeratæ, & quando nō:
de quo etiam satis per eos in c. fin. infrà, de sol. Et iun-
ctis in simul dictis principalibus suis, & aliorum, not.
duas regulas cum opportunis declarationibus & fal-
45 lentijs. ¶ Prima regula est, quòd † quantumcunque
quis sit confessus se mutuò recepisse pecuniam, nihilo
minùs potest intra biennium opponere exceptionem
non numeratæ pecuniæ, d. l. in contractibus. Et non
est inducta ista præscriptio biennalis in odium debi-
toris, imò inducit priuilegium limitatum in eius fa-
uorem, ut liceat uenire cōtra propriam confessionem,
contra c. per tuas. suprà, de probat. & grauare credito-
rem onere probandi numerationem pecuniæ: & ratio
fuit, quia de facili quis confitetur mutuum spe futuræ
numerationis: ideo huic facilitati succurritur. ¶ Am-
46 plia † primò dictam regulam, etiamsi recipiens mutuū
iurasset se recepisse, per tex. not. in l. fi. C. de non nu. pec.
& non est necessaria absolutio à tali iuramento, ad hoc
ut possit excipi, secundum Bald. ibi: quia iuramen-
tum habet conditionem tacitam, Si mihi fidem serua-
ueris, l. quęro. §. inter locatorem. ff. loca. & creditor non
numerans non seruat fidem debitori, l. si uoluntate.
C. de dotis promis. ut ibi per ipsum, & allegatur illa l.
fin. quòd iuramentum intelligit secundum naturam
materiæ,

materiæ, super qua prestatur, ut etiã dicetur in c. ad nostram. el. j. j. tit. ij. ¶ Sed hanc ampliationẽ intellige, nisi iurasset pecuniam uerè numeratã, fm Sal. post Bal. in d. l. fi. circa princ. & do. Ant. in c. fin. j. de solu. ubi tamen subdit hoc uerũ, nisi peteretur absolutio à iuramento. Et ita dicit tenere Dyn. in regula, locupletari. Et hîc adde, quod dicetur j. ante quintã ampliationẽ sequentẽ.

47 ¶ Amplia † secundò, etiamsi confessio & receptio mutui fieret in iudicio apud acta: quia adhuc cõtra ipsam potest debitor uenire: quia eadem est ratio, ac si extra iudicium fieret, secundum Bald. Insti. de liter. oblig. in ultima col. & in d. l. in contractibus. in fin. principij, & ibi Salic. nisi confessio in iudicio fieret per uiam contentiosæ iurisdictionis: quia in iudicio debitor facit, quicquid potest, ne confiteat. Sed tandem iuramento astrictus cõfitetur: quia tunc cessat præsumptio, quòd gratificetur creditori: & ideo cessat dicta exceptio, fm prædictos. Hanc fallentiam not. quia aliter non replicabitur cum alijs. ¶ Amplia tertiò, etiamsi esset campsor, qui promisisset soluere pro cõfitente: quia potest opponere exceptionem, cp pecunia non fuit numerata illi, pro quo promisit, fm Salic. de mente gl. in l. frustra. C. de non num. pec. per tex. in l. tam mandatori. C. eo. Secus, si campsor uellet opponere exceptionẽ ex persona sui, cp sibi non fuisset numeratum, per tex. in d. l. frustra. ubi qui pro alio constituit se debitorẽ, non põt opponere exceptionem pecuniæ sibi constituenti non

48 numeratæ. ¶ Amplia † quartò, etiamsi renunciatum esset tali exceptioni: quia qua facilitate quis inducitur ad confitendum, eadem inducitur ad renunciandum l. dol. uers. diuersum. ff. de except. doli. secundũ Cy. Bar. Bal. & Sal. in l. si ex cautione. C. de non num. pec. & do. Ab. hîc: & quia uidetur remitti dolus futurus contra l. si unus. §. illud. & §. ante omnia. ff. de pact. Et ista opi. de rigore iuris est uerior, secundum Imo. hîc, licet aliter dixerit gloss. in d. l. si ex cautione. & do. Card. in c. fin.

49 j. de solu. ¶ Hoc † intellige primò esse uerum, quando renunciatio fit eodem tempore: secus, si ex interuallo: quia ualet, fm Bar. in d. l. si ex cautione. arg. l. Titius. ff. de pig. act. & sequitur do. Ant. in c. fi. j. de solu. dicens facere, quod ipse dixit de renunciatione Velleiani in c. si diligenti. §. de fo. comp. & sequit do. Ab. hîc. Effectus autẽ huius renunciationis non est alius, nisi quia grauat debitorẽ onere probandi non numeratã pecuniã, ad quod aliàs non tenebatur: sed nõ tollit, quin possit intra bienniũ opponere. Talis enim renunciatio plus non debet operari, quàm ipsum bienniũ, quod operat solam omissionẽ oneris probandi, fm Imo. in c. fi. in ul. char. j. de sol. & Sal. in d. l. si ex cautione. in j. & iij. quæst. addentẽ, cp si renunciatio fieret post bienniũ, bene noceret ex toto, nedum in onere probandi, sed in opponendo ipsam exceptionem, ad hoc ut pactum aliquid operetur: & de ista consideratione seipsum extollit Sal. in d. l. si ex cautione. & idem dicit in l. cùm fidem. C. de non nu. pec. Sed dic in hoc ultimo, cp non obstante renunciatione posset officium iudicis post bienniũ misericorditer implorare, fm Bal. post Odoff. in l. illicitas. ff. de offi. præsi. De eo autem, quod est dictũ, post biennium quem audiri assumpto onere probandi, uide qd dicetur in sequenti regula in tertia ampliat. & in prima

50 fallen. ¶ Secundò † intellige, nisi in renunciatiõe etiã facta incontinenti interuenisset iuramentum, fm Bart. in l. fin. C. de non nume. pec. Sed si soluit, bene poterit repetere, per c. debitores. j. tit. ij. Non obstat illa l. fin. quia non loquitur, ubi quis iurat non excipere, sed ubi iurat se habuisse mutuum: quia potest excipere, ut in prima ampliatione: & ratio potest esse: quia ubi iurat se recepisse, iurat de eo, cuius ueritas non est in potestate sua: sed ubi iurat non excipere, iurat de eo, quod est in potestate sua. Et, ut dixi in præcedenti articulo in ultima fallen. per hoc apparet, cp non semper geminatio operatur tantum, quantum iuramentum. Sed cogitabam, si attentari posset, quòd etiã confessio iurata de receptione ualeat, per d. c. debitores, sicut confessio iurata absente parte ualet de iure Canonico, ut §. in prima fallentia, non obstante lege ciuili, de qua in d. §. si quis absente. in uerbo, iurat. Et ita etiam dicendum hîc, quòd iuramentum ualidet confessionem de iure Canonico non obstante d. l. fi. quia eadẽ facilitate non uidetur quis iurare, qua confitetur, sed magis consultè: sicut ipsa geminatio ualidat confessionem: & ideo iuramentum operetur, cp sibi incumbat onus probandi. Item quia, ut dixi in prima ampliatione, Doctores fatentur, quòd si dicat, Verè recepi, non procedat d. l. fin. quæ differentia non uidetur importare: quia etiamsi solùm dicat Recepi, intelligitur cũ effectu, c. relatum. cum uulgaribus, j. de cleri. nõ resi. & ista esset opi. noua: & ideo iuxta morem meũ eam non affirmo. Sed si teneretur, posset peti absolutio à iuramẽto, sicut dictum est §. de eo, qui dixit: Verè recepi: & uide, quod dicetur j. in v. fallen. ¶ Et istis adde Bal. & Sal. in d. l. fi. ubi dicunt, quòd si minor iurasset spe futuræ numerationis, posset etiam post biennium opponere exceptionem, quia ei non currit biennium, l. fi. C. in quib. causis in integ. rest. non est necessa. nec iuramentũ facit eum haberi pro maiori, quia in eo deest consensus, fm eos. Pro quibus facit, quod no gl. & do. Ant. in c. cùm causam. de empt. & uendi. ¶ Amplia † quintò & ultimò,

51 non solùm, si quis simpliciter confiteatur habuisse & recepisse, sed etiam si addat, nec cp confiteor spe futuræ numerationis, fm Bart. in d. l. si ex cautione. contra Iac. But. in l. generaliter. C. de non nume. pec. per rationem, de qua suprà, scilicet cp eadem facilitate hoc diceret: &

52 sequitur hîc Imo. ¶ Modò † dicta regula fallit primò, nisi ex tenore instrumenti de actuali numeratione constaret, & recipiens non simpliciter confiteretur recepisse, sed notarius hoc assereret, secundum Innoc. & do. Ant. hîc ita intelligentes l. fin. C. de dote cauta non numer. Modum autem uerborum ponit plenè Bal. in d. l. si ex cautione. dicens, cp debent taliter cõcludere, cp probẽt numerationem tunc interuenisse: putà, quæ decem habuit in ueritate in præsentia mei notarij & testium infrà scriptorum: & non sufficeret dicere, quæ habuit & recepit, & non aliud: quia potuissent partes hoc dixisse, & eorum confessionem scripsisset notarius, nisi diceret, confessus fuit habuisse, & habuit & recepit: quia tunc ad confessionẽ referri non potest. Diceret enim, & dixit se habuisse & recepisse. Item illud Recepit, non refertur ad participium Confessus, secundum ipsum, quem sequitur Bald. ibi in iij. quæst. cum duabus sequen. & ibi Salic. in penult. col. & Bald. in l. si ex pretio. C. si cer. pet. & Insti. de literar. obligat. in princip. & Ro. in l. prædia. in ult. col. ff. de acqui. pos. & dom. Anto. & Imo. hîc: qui tamen in uno impugnant Bart. dum dicit, quòd illa uerba, Quæ habuit & recepit, non probant numerationem: quia imò probant, secundum eos: nam intelligendo, quòd sint uerba partis, requiritur una subauditio, scilicet, id est, dixit se habuisse: uel, ut dixit: Vnde dicunt probari numerationem cessante tali supplemento. ¶ Sed † circa hanc fallentiam nota primò,

53 quòd non procedit in scriptura priuata, in qua diceretur, habui & recepi decem mutuò à Caio: quia non probatur uera numeratio, sed solùm confessio, cùm sint uerba partis, secundum Imol. hîc, & Ro. in d. l. prædia. ubi alleg. gloss. in l. ex pluribus. in uerbo, proponeretur. ff. de sol. & in l. si non singuli. C. si cer. pet. Idem Bart. Instit. de literar. obligat. circa princip. & Salic. in d. l. si ex cautione. in antepen. col. quia debitor attestatur solùm de facto suo antecedente confessionem emissam. Vnde dicit se inferre, quòd etiamsi dicat illa scriptura,

scriptura, habui & recepi in præsentia testium infrà scriptorum, non sequitur necessariò, quòd numeratio fuerit facta in præsentia testium, sed confessio. Sic etiam, si testes attestentur in subscriptionibus prædicta uera esse non facta speciali mentione de numeratione. Secus, si ipse debitor dicat, habui & recepi, quæ mihi numerata fuerunt in præsentia testium infrà scriptorum: quia probatur numeratio, secundum ipsum. Sed certè quando dicit, recepi in præsentia testium infrà scriptorum, non uidentur illa uerba salua ratione

54 recti sermonis posse intelligi, quòd in actu confessionis non interuenerit traditio in præsentia testium, per id, quod not. Bart. in l. singularia. ff. si cert. pet. de quo dicam infrà, uers. nota tertiò. ¶ Not. secundò, quòd si instrumentum dicat, Fuit confessus habuisse & recepisse à Titio dante & numerante decem, per hoc non probatur numeratio: quia isti ablatiui positi in consequentiam confessionis, non sunt nisi confessio, eo quòd notarius asserat numerationem, quam fieri non uidit. Ita not. Bald. in l. unica, C. de confess. allegando Iaco. But. in quadam disputat. & idem tenet Bald. in l. si ex cautione. in iiij. quæst. C. de non numer. pec. & ibi Salic. in penult. col. uersic. quæro, quid si notarius. ¶ Subdit tamen ibi Bal. in uersic. quintò quæro. secus esse, quando notarius attestatur de numeratione, non per participium, sed per gerundium: quia dicat, à Titio dando & numerando, etc. quia gerundia sonant in actu, qui oculo subijcitur, l. uim facit. ff. de ui & ui arma. & not. in rubric. C. de eden. ¶ Not. tertiò, quòd si notarius scripsit, pecuniam fuisse mutuatam, & testes probant, quòd tempore contractus nulla pecunia interuenit, & hoc instrumentum non reprobatur, secundum Bart. in l. singularia. in pen. col. ff. si cert. pet. Et sequitur Bald. in l. si ex pretio. C. de non numer. pec. & in rubric. C. de fide instrument. & Imo. hîc, & Ro. in d. l. prædia. contra Ang. ibi: quia quomodocunq; possunt uerba tolerari, ut euitetur falsum, illud debet fieri, ut est glo. quam ponderat Bald. in l. iuris gentium. §. quod fere. in uerbo, probetur. ff. de pact. ¶ Similiter dicit Bar. & fortiùs, in d. l. singularia. quòd si instrumentum dicit, habuit & recepit in mei notarij præsentia & testium infrà scriptorum: postea testes dicunt, quòd non uiderunt Titium recipientem, licet ibi esset pecunia, non redditur instrumentum falsum: nam si pecunia fuit præsens, & potest dici, & habita & recepta: allegat l. si pecunia. ff. de sol. etiamsi alteri pecunia fuit numerata in præsentia confitentis: arg. l. falsus. §. sed si is. ff. de furt. & sequuntur alij in d. l. singularia. de quo etiam per Bartol. in consilio incip. In quæstione proposita solùm ad hoc allegare & consulere intendo, etc. ¶ Et adde, quòd si notarius diceret numeratam, & non esset uerum, non excusaretur à falso, secundum Bartol. in d. l. singularia. & Bald. in d. rubric. C. de fide instrument. Imò uidetur, quòd instrumentum utens uerbo Recepit, non possit iuuari ex eo, quòd interuenit sola ostensio pecuniæ, quæ potuit esse ficta, ut per Pet. de Ancha. consil. ix. incipien. plurimæ coniecturæ. & Bal. in d. l. si ex pretio. ante fin. ¶ Subdit etiam Bar. in d. l. singularia. quòd si testes dicunt, quòd Titius habuit pecuniam, sed incontinenti reddidit, per hoc instrumentum non est falsum, nec; inefficax, nisi probetur, quòd ita actum fuit de reddendo: quia potuit aliàs reddere ex liberalitate, ut ibi per eum solenniter, & per Angel. in l. si tibi pecuniam. eod. tit. & Bald. in l. per diuersas. in ultima quæst. C. mandati. Vbi limitat hoc ultimum dictum non procedere in actu, in quo non sufficit confessio de recepto, sed requiritur uera

55 traditio: quia non erit necesse probare, quòd fuerit actum de reddendo, per l. ab Anastasio. eo. tit. ibi, nec occultè, nec per artes clandestinas. Consulitur tamen notario, ut cautè scribat, nec dicat interuenisse pecuniam, licet uiderit sacculum, nisi ipsum aperuerit & uiderit pecuniam, nec dicat numeratam, licet uiderit partem numerari, ut in dictis locis, & per Imol. hîc, & Ioan. Andre. in Spec. super rubric. de instrumẽ. edi. in fin. Sentit tamen Bald. in rubric. C. eod. & Roman. in d. l. prædia. ualere consuetudinem, quòd scribatur, Habuit & recepit, etiam quando nihil numeratur, dum modò interueniat pecunia: & facit c.

54 cùm dilectus. suprà, eod. ¶ Fallit † secundò prædicta regula in confessione mutui emanante in ultima uoluntate: quia contra ipsam non opponitur exceptio pecuniæ non numeratæ etiam intra biennium, secundum glo. & Bal. in l. j. C. de falsa cau. adiecta leg. & Bal. in tit. de pace Constan. in uerbo, ua salli. in fin. & in l. fi. in ult. col. C. de non numer. pec. & Instit. de liter. oblig. in princip. & Cyn. & Salic. in l. in contractibus. in prin. eod. tit. quia tunc in confitente non præsumitur fuisse spes futuræ numerationis, cùm speret non indigere mutuo propter dubium uitæ, secundum prædictos non habentes cõtradictorem. ¶ Sed considera, quòd non omnis infirmus, etiam grauiter, dubitat de morte: & ideo rectè possibile esset, quòd etiam infirmus necessitate astrictus faceret confessionem de mutuo spe recipiendi, etiam iacendo, & satisfaciendi creditoribus, nisi saluetur ista fallentia in confitente in ultima uoluntate facta per existentem in extremis. ¶ Fallit tertiò in alijs contractibus, quàm in contractu mutui: nam in illis confessio statim præiudicat, l. Publia. §. fin. ff. deposit. & l. generaliter. C. de non numer. pecun. Et ita not. gloss. in d. l. si ex cautione. & in l. in contractibus. in princip. C. de non numer. pecun. Specialitas autem in mutuo est: quia homines sunt faciles ad cõfitendum propter necessitates, ut per Bal. in dictis locis. ¶ Et subdit ipse in d. l. in contractibus. quòd in alijs contractibus, uel rebus, confessio præiudicat, nisi probetur negatiua: putà, error, uel simulatio. ¶ Dicit etiam, quòd similis est ratio in dote, quæ in mutuo. Ideo etiam ibi habet locum exceptio intra sua tempora, ut dicetur infrà. Ista etiam ponit Bald. in l. pecuniæ. in princip. C. de solu. ubi dicit, quòd in nullo contractu habet locum exceptio ista, nisi in mutuo & in dote. Quod intelligit, quantum ad transferendum onus probandi in creditorem: sed si excipiens uult probare, bene auditur, ut ibi per ipsum: & est text. hîc. ¶ Et in tantum est uera ista fallentia, quòd etiamsi sit depositum, quòd egrediatur notissimos terminos depositi, licet in tali uideatur eadem ratio, quæ est in mutuo, arg. l. Lucius. & l. dies sponsaliorum. ff. deposi. tamen in tali deposito non poterit opponi exceptio pecuniæ non numeratæ, nisi probetur factum in fraudem de contractu ad contractum, secundum Bald. in d. l. in contractibus. §. j. in ij.

55 quæst. & sequitur ibi Sali. ¶ Fallit † quartò, nisi in loco esset statutum, quòd non possit opponi dicta exceptio intra biennium: quia ualet inter laicos, secundũ Bald. in d. l. si ex cautione. in ult. quæst. per l. ij. in fin. C. de consti. pecu. Nec obstat, quòd potentia pacti & statuti æquiparentur, ut per gloss. in rubric. C. de decretis decur. cum similib. & pactum hoc non potest, ut in quarta ampliatione: quia respondet Bald. quòd illud dicitur ex similitudine, non proprietate: licet eũ statutum sit consensus ciuium, tamen est consensus non simplex, sed lege munitus: secus dicit in foro episcopali, in quo nõ operabit tale statutũ: & multo min in foro conscientiæ, ut ibi per ipsum. ¶ Fallit quintò,

56 nisi † confessio sit geminata, fm do. Abb. hîc sing. licet in contrarium fortiter faciat, quod ipse not. in c. cùm contingat. j. tit. ij. dum dicit, quòd tantum operatur iuramentum, quantum geminatio: & tamen hîc iura-

c. si cautio.

mentum non operatur, ut s̄. in prima ampliatione: ergo nec geminatio. Vnde ſaluando ipſum oporteret dicere, ut dixi in quarta ampliatione: uel quòd iuramentum ideo non ualidat, quia eadem facilitate extorquetur, qua confeſſio: ſed ſecunda confeſſio uidet̃ tollere illam promptitudinem, per quam præſumitur quis moueri ſola ſpe numerationis: ſed quicquid ſit propter illam ſpem, eadem facilitate quis indũceretur ad ſæpe confitendum, ſicut ſemel. Nec obſtat dictum Bart. in l. cùm ſcimus. hîc allegata per dom. Abb. quia loquitur in confeſſione habẽte defectum ex conſenſu, qui ſuppletur per geminationem: ſed defectus confeſſionis hîc cauſatur in dicta ſpe. Vnde de hac fallentia non curo, niſi quantum ualet authoritas do. Abb. quę adiuuari poteſt ex dictis in ult. fallen. præcedentis materiæ. ¶ Fallit ſextò, niſi ex interuallo præteritæ confeſſionis confitens ſoluat partẽ debiti confeſſati: quia uidetur agnoſcere fidem cautionis, & non auditur opponens dictam exceptionem. Caſus eſt in l. cùm fidem. C. de non nu. pecu. niſi expreſſiſſet ſe non ſoluere animo recognoſcendi, ſecundum Bald. ibi per l. ij. ff. de condi. inde. & dicit, ꝙ in dubio præſumitur agnoſcere bonam fidem, & præiudicat ſibi, per text. ibi, & l. ij. C. quod met. cau. Poſtea ſubdit ſignanter Bal. quòd ſi ex pacto actum eſt in inſtrumento de recognitiõe fienda ex interuallo, ut ſæpe faciunt fœneratores, non prodeſt: quia apparet quædam colluſio, ſeu fraus: & ideo ſoluens coactus ex tali pacto ſibi non præiudicat: & dicit facere, quod not. Innoc. in c. grauis. infrà, depoſiti. quod not. ¶ Fallit ſeptimò & ultimò in caſu l. aduerſus. C. de non num. pec. quando debes mihi x. ex uenditione, & confeſſus fuiſti ſolenniter illa x. te debere ex cauſa mutui: nam ſi ago contra te ex confeſſione non opponens exceptionem non numeratę pecunię: quia illa habet locum, ubi origo petitionis fundatur in numeratione: ſed ubi fundatur in cauſa præcedentis debiti, oportet probare, an illa cauſa ſit iuſta, uel non, ut ibi. Et aliæ fallentiæ fortè colligerentur ex dictis Doctorum in illo tit. ſed iſtæ ſufficiant. ¶ Secunda
57 regula eſt: quòd † poſt biennium non poteſt opponi exceptio non nu. pec. l. in contractibus. allegata in gl. quia non eſt uериſimile, quòd qui indebitè fuiſſet confeſſus, tanto tempore tacuiſſet. ¶ Amplia primò iſtam regulam, ut habeat locum etiam in clericis nomine eccleſiæ contrahentibus: nam poſt biennium non poſſent opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, ſecundum dom. Anto. do. Card. do. Abb. & Imol. in c. fin. j. de ſolu. & idem tenet do. Abb. hîc: quia lex, in contractibus. non inducit præſumptionem biennalem in odium debitoris: imò inducit priuilegium in fauorẽ ipſius: cùm enim aliàs non audiatur contra propriam confeſſionem, ut hîc, & in c. per tuas. ſuprà, de probat. illa lex induxit, ut debitor poſſit intra biennium inducere exceptionem prędictam, ita quòd onus probandi pecuniam numeratam incumbat creditori. Si ergo eccleſia uult uti beneficio illius legis, oportet ꝙ utatur cum præfinitione temporis ibi præfixi. ¶ Eſt uerum, ꝙ Hoſt. in d. c. fi. & Hoſt. & do. Ant. & Imo. hîc, & Bal. in authen. hoc ius porrectum. C. de ſac. ſan. eccle. & Ro. in authen. ſimiliter. in vij. priuilegio iudiciali, C. ad l. Fal. & Bald. in l. ij. §. fin. ff. ſi cert. pet. & Angel. conſil. ccxlij. incip. quia omne datum optimum, etc. tenent contrarium: primò, quia tunc demum eccleſia tenetur ad mutuum, quando probatur, ꝙ ſit uerſum in eius utilitatẽ, d. authen. hoc ius porrectũ. Ergo illud onus pro-
58 bandi ſemper incumbet creditori. ¶ Secundò, quia † eccleſia poteſt leges accipere pro ſe, & recuſare cõtra ſe, ut dixit Hoſt. in c. nouit. de iudi. & ibi do. Ab. & do. Ant. in c. ex parte decani. in ult. col. s̄. de reſcriptis. & facit gl. in uerbo, modo. in fi. in c. ij. de mutuis pet. & ibi do. Ab. Ergo in quantum lex priuilegiat debitorẽ in biennio, poteſt pro ſe recipere: & in quantum priuilegiat creditorem, non recipere. ¶ Tertiò, quia olim tempus iſtius exceptionis erat quinquennium, d. l. in contractibus. in princ. & mutatio temporis non nocuit eccleſiæ, cui erat ius quæſitum, iuxta doctrinam Inno. in c. nouit. in uerb. Theodoſius. s̄. de iudi. ¶ Nihilo minùs procedit ampliatio prædicta: quia poſtꝙ prælatus confeſſus eſt mutuũ, non reperit̃ decretalis indulgens ſibi: ꝙ, ſi opponit exceptionem non nu. pecuniæ, ipſe non habeat hoc probare: imò reperitur, ꝙ cõtra confeſſionem ſuam uenire nõ poteſt, niſi probet eã indebitã, ut in iſto tex. Item ꝙ allegans aliquid debet illud probare, vj. q. ult. c. actor. cum ſimilibus, modò ꝙ utatur auxilio legis in grauando creditorem onere probandi, non eſt, niſi propter fauorem d. l. in contractibus. qui fauor ſolùm durat biennio. Cùm autem biennium eſt elapſum, quomodo dici poteſt, quòd eccleſia non uult recipere contra ſe illam legem: quia poſito, quòd lex non emanaſſet, ſtat ex Canonica prædicta, ſimpliciter dicens onus probandi incumbere impugnanti propriã confeſſionem: & in hac l. remanet ſtatim prælatus lapſo biennio: & hęc eſt illa, quam cogitur recipere contra ſe: oporteret enim ad hoc, ut diceremus, quòd non uult legem contra ſe, quòd poſita illa l. ad partem remaneret in priuilegio ex l. Canonica, uel alia: ſed hoc nõ eſt: imò ſtatim reincidit in regulis utriuſque iuris. Vnde flecti non poſſum, ut recedam à prima opi. Et iſta tollunt rationes prædictas. ¶ Bene fateor, ꝙ aliquando, ſed non ſemper, oportet quòd creditor probet mutuũ fuiſſe conuerſum in utilitatem eccleſiæ: putà, quia non mutuauit ſolenniter prælato, iuxta c. quod quibuſdã. infrà, de fideiuſ. & diffuſiſſimè per dom. Maria. conſil. lx. incip. Viſis prædictis. & tunc ſi ſit lapſum bienniũ, oportebit, quòd hoc probet: ſed iſtud non eſt, quòd biennium illud nõ excludat eccleſiam: ſed ex eo, quia mutuus grauatur iſto caſu à lege beneficiante eccleſiam: in alijs autem caſibus, quibus non eſt opus hoc probare, ſtabit dicta ampliatio, ſecundum dom. Abb. hîc. Et iſtis adde Bal. in c. in præſentia. ſuprà, de proba. ubi dicit, quòd quando confeſſus ſpe futuræ numerationis tranſiuiſſet ad religionem, ex illa confeſſione monaſterium non tenetur: & etiam poſt biennium poteſt opponere dictam exceptionẽ, quia tenetur ſolùm ex mutuo uero, nõ chirographario: ut ibi per ipſum,
59 cuius dictum pendet à ueritate prædictorum. ¶ Et † per hæc apparet, quòd multo minùs etiam clerico in patrimonialibus competeret dicta exceptio poſt biennium: quod tenent hîc Hoſt. dom. Anto. & do. Abb. & do. Ant. Imo. & do. Abb. in d. c. fi. & Spec. in tit. de reſti. in integ. §. quis autem. uerſic. ſed nunquid procurator. ubi dicit, ꝙ Papa Clemens tulit ſententiam contra Treuerenſem electum, ꝙ poſt biennium nõ poſſet contra mercatores opponere dictam exceptionẽ: & illos mercatores nõ debere cogi ad reſpondendũ poſitionibus electi cauſam illã tangentibus: de qua ſententia Clementis meminit Bal. in l. cũ quis. in ult. char. C. de iuris & fac. igno. ¶ Amplia ſecundò, ut curſus biennij non ſolùm noceat debitori tacenti, ſed etiã eius ſucceſſori, etiam ſi eſſet pupillus, & etiã contra hæreditatẽ iacentem, ſecundum Bal. in l. ſi intra. C. de non nu. pec. reſtituitur tamẽ pupillus aduerſus illam præſcriptionem,
60 ſecundum ipſum. ¶ Amplia † tertiò, etiamſi debitor uellet poſt biennium aſſumere in ſe onus probandi pecuniam non fuiſſe numeratam: quia non auditur. Ita firmat hîc Imol. & in c. fin. in penult. chart. j. de ſolut. & facit d. l. in contractibus. in uerbo, nullo modo. & l. ſi intra. in uer. omnimodo. & l. aſſeueratio. in uerb. penitꝰ euaneſcat. C. de non nu. pec. Et idem dicit Bald. in l. ſi ſub ſpecie. circa med. C. de poſtu. & Bal. & Sal. in l. ſi non ſinguli.

c. ſi cautio.

ſinguli. C. ſi cer. pet. Imò dicit textus in d. l. in contractibus. §. de illo. quòd creditor poſt biennium non tenetur reſpondere poſitionibus debitoris, an deceſſit, uel non: & ſic uidetur ſublata omnis facultas probandi: & per hoc facit, quod ſi poſt bienniũ audiretur uolens probare, fruſtrà fuiſſet datum priuilegiũ minoribus, de quo in l. fin. C. in quibus cauſis in integ. reſtit. etc. Et ſi diceretur, quòd priuilegium eorum operatur, quòd ſemper poſſint opponere grauando creditorem onere probandi, hoc non uidetur de mente iuris. Eſt ergo priuilegium in hoc, quòd ipſi opponendo quandocunq; & uolendo probare audiuntur non obſtante
61 biennio. Ergo ſecus in alijs. ¶ Modò † fallit primò d. regula de æquitate ſaltem Canonica, ſecundũ quam auditur poſt biennium uolens probare pecuniam nõ numeratam: ut fuit uulgatum dictum Dyni in regula, locupletari. de reg. iur. in vj. de quo meminit Ro. in l. ſi diuortio. ff. de uerb. oblig. & Angel. conſil. cliiij. incip. Iudæi. etc. uidetur prima fronte. & not. dom. Anto. & Imol. in c. fin. in penult. chart. infrà, de ſol. & Bald. in d. l. ſi ex cautione. in ix. quæſt. & ibi ampliſſimè Salic. in ij. quæſt. & Bald. in d. l. in contractibus. in princip. & in repet. in l. ij. in xxiij. char. uerſic. quintò quæritur. ff. de iureiur. dicens exceptionem non numera. pecu. ſemper poſſe opponi de iure Canonico: ſed debet intelligi, quo ad hoc, ut onus probandi incumbat opponenti. Et hanc dicit Imol. eſſe communem opinio. in d. c. fin. & idem dicit Salic. in d. l. in contractibus. in princip. quanquam. Spec. in d. tit. de reſtitu. in integ. & do. Ant. in c. quia pleriq;. infrà, de immuni. eccleſi. & Bald. in d. l. cùm quis. in ult. chart. ſimpliciter uelint, quòd lapſus biennij inducit totale ſilentium etiam de iure Canonico. Sed pro communi opinio. facit: quia hoc modo reſiſtitur peccato, ne creditor ditetur cũ aliena iactura contra dictam regulam, locupletari. quia tale lucrum eſt iniuſtum, ut in ſequenti fallentia. Item pro communi facit: quia iſta non eſt præſumptio iuris & de iure, ſed iuris tantùm, contra quam admittitur probatio. Patet in l. ſiue poſſidetis. C. de proba. ſecundum Imol. hîc. Sed hanc rationem non firmo, per text. in d. §. de illo. dum prohibet fieri poſitiones, & ſic prohibet probationem: unde uidetur præſumptio iuris & de
62 iure, in quo aliter non cogitaui. ¶ Fallit † ſecundò in foro conſcientiæ: quia ſi fortè in contentioſo non potuit debitor probare pecuniam non numeratam, eſt tamẽ tutus in conſcientia, nec tenetur per hoc aliquid ſoluere: imò poteſt ſuum totum dare in eleemoſynis, & nihil dare illi creditori ciuili: & ſi aliquid ſolueret, ille tenetur reſtituere, quantumcunq; lex ciuilis uideatur fingere & diſponere ſuper tali debito, tanquam uero, ex ſola taciturnitate biennali debitoris. Ita dicit Innocen. in c. quia pleriq;. prope princip. de immuni. eccleſ. & ſequitur ibi do. Anto. & do. Abb. Idem dicit Bald. in l. ſi ex cautione. in ult. q. C. de non nu. pec. & in l. cùm quis. in ult. col. C. de iur. & fac. ign. & in diſpu. ſtatuto cauetur. in l. unica, C. de confeſ. Et eſt ratio: quia lex ciuilis fundat ſe hîc ſuper pręſumptione, quia præſumit datum mutuum: & lex fundans ſe ſuper præſumptione non habet locum in foro conſcientiæ, ſecundum uulgatam theoricam Bald. in d. l. cùm quis. uerſic. poſt hoc ſciatis, quòd Bononiæ in ſcholis Prædicatorum, etc. & in l. ea, quæ. C. de condi. indeb. & ſequitur Pet. de Ancha. in regula, poſſeſſor. in xiij. chart. & Ioan. de Ana. in c. in literis. in xj. q. infrà, de rapt. & in c. in ciuitate. infrà, de uſur. Bene facit c. inquiſitioni. infrà, de ſenten. excom. Et idem ſoleo dicere de lege Canonica propter ſingulare dictum Ioan. And. in c. is,
63 qui fidem. infrà, de ſponſa. ¶ Fallit † tertiò in confeſſione mutui non facta per literas, ſed de qua conſtat per teſtes: quia in iſta non nocet confitenti lapſus biennij, qui fundatur in præſumptione, quæ eſt pro ſcriptura, & ſemper poterit opponi exceptio nõ nu. pec. ut eſt gloſſ. reputata ſing. in l. ſi non ſinguli. in uerbo, rei geſtæ. C. ſi cer. pe. quam approbant Iac. But. & Cyn. ibi, & Cy. in l. generaliter. in xv. q. C. de non nume. pec. & Bald. in l. ſi ex cautione. in x. q. eo. tit. & Imol. hîc, & in l. j. §. ſi quis ita. & in l. ſi ſtipulatus. §. Chryſogonus. ff. de uerb. oblig. & Gul. de Cu. & Bal. in l. qui pecuniam. ff. ſi cert. pet. & Bald. Inſtit. de literar. obligat. in ult. quæſt. & in repeti. l. ij. in xxvij. char. ff. de iureiur. & Imo. in c. ſi. infrà, de ſolut. & Roma. in l. ſi mandato. ff. de fideiuſ. & idem uoluit gloſſ. in l. non figura. ff. de actio. & obli. ſecundum Imol. hîc: facit text. Inſti. de literar. oblig. in rubro & nigro, ubi apertè innuitur, quòd ſint literæ neceſſariæ ad hoc, ut biennium pariat actionem: aliàs fruſtra ille titulus requireret ſcripturam; & appellaret obligationem literarum, ſi ſine literis confeſſio poſt biennium noceret. Nec obſtat quòd teſtes & inſtrumentum æquiparentur: quia reſpondetur per iſtos, quòd contrarium procedit, quo ad probationem,
64 non quo ad obligationẽ. ¶ Contrarium † tenet Bart. in l. ſi ex cautione. C. de non nu. pec. & ibi Bald. in x. q. & ſenſit Spec. in tit. de teſte. §. iiij. uerſ. ſed pone, egi. & alleg. Bart. gloſſ. in authen. rogati. C. de teſti. quam dicit eſſe contrariam gloſſ. in d. l. ſi non ſinguli. Et hanc partem putat de iuris rigore do. Abb. hîc: quia ex quo confeſſio emanauit cum debitis ſolennitatibus, ei ſtandum eſt, donec contrarium probetur, ut hîc, & in l. cùm de indebito. in fin. de proba. Exceptio uerò non numeratæ pecuniæ indulgetur intra biennium ex quadam æquitate: quia debitores anxietate conſequendi mutuum ſunt faciles ad confeſſionem ante habitam pecuniam: Vnde confitens uiua uoce debet aut ſtare confeſſioni, aut probare contrarium, aut capere indulgentiam legis cum ſua limitatione, ſecundum ipſum: cum quo tranſeo per rationem iſtam. Sed quamuis do. Abb. dicat, onus probandi incumbere poſt biennium confitenti uiua uoce, non bene aperit, utrùm intra biennium gaudeat beneficio dictæ legis in contractibus, quòd onus probandi incumbat creditori, ſicut ſi fuiſſet facta ſcriptura: & uideretur, quòd non: quia illud beneficium contra regulam c. per tuas. cum ſimi. ſuprà, de probat. eſt datum confeſſioni ſcriptæ: ut in iuribus ſuprà allegatis. Ergo extra caſum illum non uidetur fienda extenſio. Sed contrarium eſt uerius: primò, quia omnis ratio, per quam indulgetur iſta exceptio contra confeſſionem ſcriptam, habet locum in non ſcripta. Imò multo fortiùs, quia maiori facilitate quis confitetur uoce, quàm ſcriptis, & tamen uenit contra ſcripturam: ergo & contra uocem. Secundò, quia ita apertè firmat Bart. in d. l. ſi ex cautione. dicens, quòd quocunq; modo quis confiteatur, ſiue in ſcriptis, ſiue ſine ſcriptis, habet locum iſta exceptio. Tertiò per text. in l. cùm ultra. in uerbo, ſtipulatione interpoſita. C. de non numer. pecu. ubi apparet idem eſſe in confeſſione non ſcripta. Et illum textum not. Bart. in d. l. ſi ex cautione. dicens ita debere intelligi l. in contractibus. in princip. eod. tit. Quartò, quia illud latè firmat Salic. in d. l. ſi ex cautione. in x. oppoſi. dicens, quòd etiam quando ſola confeſſio mutui interuenit coram teſtibus ſine ſtipulatione & ſine ſcriptura, & creditor agit non ex confeſſione, ſed ad pecuniam tanquam creditam & mutuatam, & ad eius probationem inducit probationem factam coram teſtibus ſine ſcriptura, obſtabit intra biennium exceptio non nu. pecu. per l. aduerſus. in uerbo, quaſi creditam. C. de non numer. pecu. Et cum iſtis tranſeo, licet in locis prædictis
65 plura ſint inculcata ¶ Fallit † quartò, niſi debitor moleſtatus poſt biẽnium à creditore imploraret officium iudicis: quia ſuccurreretur ſibi, ſm̃ Bald. in l. illicitas. in prin. ff. de offi. præſi. quia prohibitus agere, non prohibetur officium iudicis implorare: ut dicit Bar. in l. j. §. & parui.

parui. ff. quod ui, aut clàm. & Bald. in l. iij. §. nouissimè. ff. nau. cau. sta. & Bal. Insti. de act. in prin. & Pet. de Anc. in cle. j. de sequestra. pos. & fru. & do. Abb. in c. ex parte. el ij. in ult. col. suprà, de offic. delegat. cum concord. ¶ Sed est aduertendũ: quia si iste posset probare exceptionem, non potest implorare officium iudicis, per l. planè. & l. si. ff. de petit. hære. Sed ubi non potest probare, uideretur hoc dictum importare, quòd posset implorare officium iudicis, ut non permitteret eum molestari, nisi creditor probaret pecuniam numeratam: ad quod non tenetur ad instantiam partis. Et hoc sentit Salic. in dicta l. si ex cautione. in secunda col. & procedit de æquitate, per ea, quæ dixi in secunda fallentia.

66 ¶ Fallit † quintò, nisi doceretur creditorem confessum fuisse non numerasse pecuniam: quia hoc dicto lapsus biennij non nocet debitori, secundum Hosti. & domi. Abb. hîc, & gloss. in d. l. in contractibus. in princ. & sequitur ibi Bald. in iij. quæst. quia sicut debitor sibi præiudicat agnoscendo bonam fidem, l. cùm fidem. eodẽ tit. ita & creditor. Item quia propter confessionem partis receditur ab omni præsumptione iuris, ut per gloss. in authen. de æqualitate dotis. §. j. & in authen. sed iam necesse. C. de donat. ante nupt. cum similibus. quæ posui in c. quoniam. uersic. fallit quintò, nisi per confessionem, suprà, de probatio. Et hoc etiam in proposito notat dom. Anto. in c. quia plerique. in viij. col. infrà, de immunitat. ecclesi. amplians, etiamsi iurasset soluere. Et de his latè ponit Salic. in authen. quod locum. C. de dote cauta non numer. ubi etiam ponit, nisi post terminum ad proponendam exceptionem non numeratæ dotis uxor per publicũ instrumentum confessa est se non dedisse, nec numerasse marito illam dotem confessatam, ista confessio præiudicet mulieri, maximè si iurasset: & refert Bal. consuluisse, quòd non, quin saltem possit petere absolutionem à iuramento, quod tamen non affirmat Sal. ¶ Fallit sextò & ultimò in casu, quem ponit hîc Hostiens. dicens, quòd licet post biennium non admittatur dicta exceptio, poterit tamen de dolo & fraude creditoris excipi, scilicet quòd repetit pecuniam non numeratam, & poterit hoc probari per confessionem creditoris, ut est dictum, uel saltem proposita exceptione doli cum aliquibus probabilibus coniecturis, adeò quòd onus probandi transferetur in creditorem, secundum eum. Et hoc dictum est ualde notandum & menti commendandum,

67 secundũ do. Ab. hîc. ¶ Vltimò † in hac materia opportunè annecti posset de modo & practica probandi instrumentum simulatum: quia multipliciter doceri potest de simulatione ultra exceptionem non numeratæ pec. in alijs contractibus, quàm mutui: & conueniret, ante quàm exeamus hunc titulum: sed quia cæteri nõ tangunt, ideo habeantur bonæ remissiones. Et signa simulationis collige per not. per Bart. in l. post contractum. ff. de dona. ubi ponit coniecturas cognoscendi uenditionem fraudulentam. Ad idem uide Bar. plenè in consilio inci. Petrus Nicolæ. ubi inter alia signanter dicit, quòd nisi allegetur, uel probetur species simulationis, nõ sufficit, quòd probatio concludat in genere contractum simulatum: & sequitur Paul. de Cast. in l. iurisgentium. §. pactorum. ff. de pact. & idem not. Bald. in l. ab Anastasio. in ult. col. C. mandati. Et de materia uide etiam Bart. in l. sicut. §. superuacuum. ff. quibus modis pig. uel hypo. soluí. & ibi dicit, quòd ex quo emptor nunquam accepit possessionem, est coniectura simulationis. De materia etiam per Bar. in l. si ex pretio. C. si certum pet. & in l. sub specie. C. de postul. & in l. emptor. ff. de aqua plu. arc. & in l. Lucius. la ij. ff. depositi. & in l. multum. in princip. & ibi latè Bal. C. si quis alteri, uel sibi. & Bald. in l. j. in x. q. C. si seruus extero. & in l. si cùm pater. C. ad Velleia. & in l. si ex cautione. in j. q. C. de non nume. pecu. & per Imol. latè in c.

68 illo uos. infrà, de pigno. ¶ Et † modum cognoscendi, quòd uenditio fuit potiùs pignus super mutuo, & sic in fraudem usurarum, ne fructus computentur in sortem, uide per Bart. & alios in l. pacta nouissima. C. de pactis. ubi dicunt, quòd si probetur statim præcessisse pactum, quòd esset pignus instrumentum uenditionis, censetur simulatum: secus, si ex interuallo: de quo etiam per Bald. in d. l. multum. in j. & ij. col. & Bal. Ang. & Imol. in l. si quis cùm aliter. ff. de uerb. oblig. & Bart. & Ang. & Imol. in l. item quia. §. fin. ff. de pactis. & Ang. & Imol. in l. quoties. §. sed si cùm primum. ff. de hæred. instit. & Bald. in l. cùm allegas. C. de usur. & in l. illud. in penult. & ultim. col. C. de sacrosanct. eccles. ¶ Et de uenditione facta cum pacto de retrouendendo certo tempore, an censeri debeat potiùs mutuum & traditio pignoris, uide gloss. ij. in c. conquestus. infrà, de usuris. & domi. Ant. & Imol. in c. ad nostram. infrà, de empt. & uendit. & Bald. in c. j. de feudo dato in uic. legis commiss. & Pet. de Anch. in regula, possessor. de regul. iur. in vj. & consil. xxviij. incip. Dubitari solet. & elegantissimè Cal. in dis. incip. Vsurarius emit. & dicitur attendi debere quantitatem pretij, & personarum qualitatem. Vide etiam Bald. in c. quoniam. suprà, de probat. ubi tenet, quod dixi suprà, in ij. notab. de ablatiuo dante

69 & numerante. ¶ Et † unum perpetuò not. ad ea quæ dixi in ij. notab. quòd si notarius hodie conficit instrumentum mutui, & asserit, quòd hæri in sua præsentia fuit numerata pecunia, nihil probat de numeratione: quia tempore numerationis non fuit rogatus, sed hodie: & non potest attestari in instrumento, nisi de uisis tempore rogationis, ut dixi post Innocent. in d. c. quoniam. uersic. quinta conclusio. Et ideo licet falsum dicat, non punitur de falso: quia loquitur ut priuata persona, non tanquam iurata. Ita ad literam dicit Bald. in l. ex his. C. de testa. milita. quòd nunquã exeat mentem tuam ad ea, quæ dixi in prima fallent. primæ regulæ, ut non semper uerba notarij probent

70 numerationem. ¶ De † materia etiam uide Pet. de Ancha. consilio, ccxxiij. incipiente, ad corroborationem prædictorum. ubi ponit, utrùm dicens contractum à seipso celebratum fictum debeat audiri? & dicit, quòd non. Et utrùm per testes singulares probetur simulatio, & utrùm ad eorum testimonium sit deferendum iuramentũ in supplementum? & in utroq; dicit, quòd non, & uide eundem consil. cclij. incip. ex ordine contractuum, quos baptista. ubi ponit plures notabiles coniecturas ad conuincendum instrumentum usurarium, uel simulatum, de quo per eundem consilio ix. incip. Plurimæ coniecturæ. & uide Laurentium in tractatu de usuris, in secunda parte, quæstio. lx. ubi dicit, quòd hodie est difficillimum cognoscere contractus simulatos. Vnde non sufficiunt coniecturæ iuris, quæ iam sunt notæ, & per callidos contrahentes fraudatæ: sed sufficiunt aliæ coniecturæ illis similes: & ita dicit se obtinuisse. Et de materia uide etiam Paul. de Cast. consil. xciiij. incip. Visis his, quæ superiùs. & consil. cccxxvj. incip. In causa mota per dominam Dorotheam. & consil. cccxxix. incip. Visa petitione. & ibi dixit: quidam egebat pecunia mutuata, & fuit probatum, quòd requisierat illum, cui postea uendidit rem pro paruo pretio, & decidit quòd est contractus pignoris, non uenditionis. Idem Pet. de Anch. in regula pactum. in xj. char. concludens, quòd qui emit uili pretio ab indigente pecunia, non est tutus in conscientia: & idem Salic. in authen. ad hæc. in xxj. quæst. C. de usur. Et istis adde Bald. in l. iij. C. plus ualere, quod agitur. ubi dicit, cp̃ si in instrumento dicit, uendidit & tradidit non in fraudẽ usurarũ, præsumit instrumentũ simulatũ. Idẽ dicas, si diceret, nihil intendens simulatè agere: quia per hoc probatur simulatio d. consi. incip. Ex ordine contractuum. Bene facit nota-

bile

bile dictum Bald. in l. j. C. de collusi. deteg. ubi dicit, cp̃ si quis confitetur coram episcopo instante creditore, cp̃ instrumentum est de uero & mero capitali, præsumitur esse de usuris receptis: & præsumptio iuris præualebit illi confessioni. Et propterea dixit Bald. in c. j. de feud. dato in uic. legis commiss. quòd pacta insolita & alteratio naturæ contractus, & quòd quis sit solitus fœnerari, statim concludunt contractum usurarium. Vnde dixit glo. ordi. in l. vij. ff. de condi. insti. quòd ex renunciationibus insolitis instrumentum est suspectum: & sequitur multùm Bald. in c. tertio loco. in ult. col. 5. de proba. Quinimò dicit eleganter Bart. in l. nemo potest. ff. de lega. j. quòd etiamsi in instrumento renunciatur exceptioni simulationis, tamen poterunt dici omnia simulata, & ipsam renunciationem. Quod amplia, etiamsi esset iuratum non dicere secundum gloss. quã Ang. facit sing. in l. iij. C. plus ualere, quod agitur. ualeret tñ d. renunciatio facta ex interuallo, secundum Bart. in d. l. nemo. De iuramento autem dicetur in c. cùm contingat. j. tit. ij. Et adde, cp̃ si principalis actus est factus in fraudem, omnis clausula censetur etiam in fraudem, secundum glo. in l. si patronus. §. patronũ. ff. si quid in fraud. patro. not. do. Abb. in c. significantibus. in fin. de offic. deleg. Ista sunt notanda, tanquam alibi non restricta, & dabunt facilimam uiam consulendi & lucrandi. ¶ In eadem glo. ibi, C. de dote cauta non numer. Circa confessionem de dote recepta, quæ non fuit numerata, conueniunt multa ex prædictis, sed tamen pro speciali informatione notarij possunt opponi duæ conclusiones plenæ & quotidianæ. ¶ Prima

71 conclusio. Si † maritus constante matrimonio confitetur se recepisse dotem, quam non habuit, non præsumitur confiteri animo donandi, sed spe futuræ numerationis, secundum Dy. in consil. incip. quæritur, utrùm instrumentum dotis. & Bald. in consil. incip. 74 Constante matrimonio uir confitetur. & Ang. consil. v. incip. Andreas Ioannis. & Pet. de Anch. consil. cccij. incip. nulli dubium. & Sali. in l. ij. C. de dote cauta non numer. & Imol. & Ro. in l. si diuortio. ff. de uerb. oblig. & Ro. latè consil. ccccxxx. incip. consultatio præsens. & sentit Bar. in l. assiduis. C. qui po. in pig. hab. & rationes

72 statim dicentur. ¶ Alij dicunt, quòd † in dubio præsumitur animo donandi, & in fraudẽ donationis prohibitæ inter uirum & uxorem: & ita tenet Ioã. And. in Spec. super rubrica de dona. inter uir. & uxo. & Bal. in l. j. C. de do. ante nup. & Ang. in l. si ita stipulatus fuero. §. si tibi nupsero. ff. de uerb. oblig. & latè Paul. de Cast. consil. cxx. incip. Visis & consideratis omnibus. & Cald. in titul. de donat. inter uir. & uxor. consil. iij. & domi. Maria. consil. cxxv. incip. Circa primam q. qua quæritur. ubi ad hoc facit xxx. motiua: & sentit Bar. in l. cùm quis decedens. §. Titia. de leg. iij. & Bald. 75 in l. ij. §. creditum. ff. si cert. pet. & not. Bar. in l. si fortè. ff. de castrensi pec. & Bart. & Bal. in authen. si qua mulier. C. ad Velleia. & Ang. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuſ. & Bart. in l. Papinianus. ff. de dona. inter uir. & uxo. & Imol. in l. si constante. ff. sol. mat. & Ioã. And. pulchrè in addit. Spec. in dicta rubr. de donat. inter uir. & uxo. additione incipiente, Scias, quòd Lambertus. & dom. Abb. in c. & si necesse. infrà, de donat. inter uir. & uxo.

73 ¶ Et utraque opinio est diuersi & magni effectus. Si † enim præsumitur spe futuræ numerationis, non confirmabitur morte mariti: sed potest opponi exceptio dotis non numeratæ usque ad tempora præfixa in l. fin. & authen. ibi posita allegatis in gloss. & onus probandi dotem datam incumbit mulieri, l. j. C. de dote cau. Post illa tempora cessat exceptio dotis non datæ, & necessaria est restitutio in casu restituendæ dotis, omni exceptione remota. Si autem est donatio, potest maritus eam quandocunq; reuocare, sed morte ipsius confirmatur, iuxta c. fin. infrà, de dona. inter uir. & uxo.

¶ Et pro hac secunda opin. quòd præsumatur animo donandi, adducitur potissimè l. qui testamentum, ff. de proba. & l. cùm quis decedens. §. Titia. ff. de leg. iij. ubi inter personas, inter quas est prohibita donatio, confessio debiti censetur in fraudem donationis. Et quamuis dicta iura loquantur in confessione, quæ fit in ultima uoluntate, propter quod gloss. in d. l. qui testamentum. dicit, secus, si inter uiuos: tamen laco. de Belui. disputando tenuit cõtrarium, uidelicet quòd non minùs præsumatur fraus in contractibus inter uiuos, quàm in ultima uoluntate: quam opinionem sequitur Bartol. in d. l. qui testamentum. & in l. si is, qui. in fin. ff. de iureiur. & Angel. in l. si donatione. C. de collat. & Paul. de Cast. in d. consil. ¶ Nihilo minùs sustineri potest conclusio, quòd præsumatur in dubio spe futuræ numerationis: quia, secundum Pet. de Ancha. in d. consilio, tex. in d. l. fin. & authen. ibi posita allegatis in glo. dicit, quòd si decennium transiret à die constitutæ dotis, omnino querela denegatur: & gloss. intelligit, siue id tempus effluxerit constante matrimonio, siue soluto: ex quo patet, quòd ista confessio non habet uim donationis inter uirum & uxorem: quia tunc omnino diceret text. quòd non possit post decennium de hoc conqueri, cùm talis donatio non firmetur cursu temporis, sed morte, si traditio uenit: aliàs nec etiam morte, l. Papinianus. ff. de don. inter uir. & uxo. Oportet ergo inferre, quòd dicta confessio non habet uim donationis, quia frustra esset limitatum dictũ tempus. ¶ Item quia, ut dicit Ro. in d. consi. sequeretur, quòd nunquam, uel raro esset locus exceptioni nõ nume. dotis: respondet ipse ad d. l. qui testamentum. & §. Titia. quòd loquuntur in confessione facta in ultima uoluntate, in qua nõ potest cadere præsumptio spei futuræ numerationis, ut dixit gloss. sing. in l. j. C. de falsa cau. adiect. lega. Vel † potest dici, quòd non procedit, ubi per alia iura confessio simpliciter facta habet aliam naturam, quàm donationis, ut est in casu isto per prædicta: pro quibus etiam facit, quia ubi est alia coniectura, quàm donationis, illa nunquã præsumitur, l. si cùm aurum. ff. de sol. & in l. cùm de indebito. ff. de proba. Et hanc partem in puncto iuris crederem ueriorem, licet tuum sit tenere, quam uis. ¶ Fallit tamen primò dicta conclusio, nisi coniuges, inter quos emanat dicta confessio, sint inæquales genere, uel aliter: quia, quamuis sit simplex, præsumitur facta animo donandi, & ualet remuneratoria: arg. l. si uerò non remunerandi. §. idem Papinianus. ff. manda. ut per Bart. in l. si diuortio. ff. de uer. oblig. cum concor. quas dedi in c. super eo. el j. suprà, de testi. Vbi etiam tetigi, an tunc confessio operetur solùm, quòd maritus non curat de dote, sed de honore: an uerò uideatur

75 constituere dotem de suo. ¶ Fallit † secundò, nisi simplex confessio fieret in ultima uoluntate: quia tunc non præsumitur facta spe futuræ numerationis, sed animo donandi, propter gloss. in d. l. j. C. de falsa causa. & dixi in ij. fallen. primæ regulæ præcedentis: & ita no. Ro. in d. consil. & in d. l. si diuortio. dicens, ita esse casum in d. l. qui testamentum. & in d. §. Titia. & tunc mors mariti confirmat talem donationem, ut in sequenti conclusione. ¶ Sed est aduertendum in modo petendi: quia per hanc confessionem non probatur, cp̃ receperit, sed illud debetur, ut legatum, uel ut donatio morte confirmata, per l. Lucius. §. quisquis. el ij. ff. de leg. ij. & dixi in princip. huius c. uersic. fallit quintò. & in proposito not. Ro. d. consil. ccccxxx. nisi testator iuraret recepisse: quia tunc præsumitur pro ueritate illius causæ, per l. cùm quis decedens. §. codicillis. de leg. iij. & dixi, ubi suprà, dum tamen non iuret de eo, ad quod mulier est incapax, ut in casu l. hac edictali. C. de secun. nup. quia tunc confessio inter incapaces, quãuis iurata, nihil operatur, necq; ut confessio, necq; ut legatũ,

per

c. si cautio.

per l. qui testamentum. ff. de proba. & d. §. Titia. & ibi
in proposito hoc eleganter not. Bart. & idem Bart. in l.
Aurelius. §. fin. ff. de libe. leg. & Bald. in l. j. C. de inoffic.
dona. licet in hoc Imol. se inuoluat in repe. c. cùm con-
76 tingat. in xxxix. charta, j. tit. ij. ¶ Et adde, quòd si †
maritus confessus in ultima uoluntate superuiueret
post confessionem, & sic donationem reuocaret: quia
sola morte confirmabitur, secundum Bart. in d. §. Titia.
Si autem iurasset, uidetur pendere ab alio dubio, an
iuramentum ualideret donationem coniugum: de quo
aliquid in fin. huius materiæ. Sed tamen Bar. in d. §.
Titia. & Bal. in d. l. j. dicunt, quòd etiam illa potest re-
uocari: & est uerum, licet Ang. in l. penul. §. mulier. ff.
sol. matri. dicat, non posse reuocari, ubi est iuratum, per
not. per Bartol. in l. si quis pro eo. in x. membro, ff. de
fideiuss. Sed illa opinio Bart. cum concord. procedit
in iuramento assertorio, id est, interposito sup expressa
donatione de ea non reuocanda: sed nos loquimur
in iuramento interposito super confessione respiciente
77 actum de præterito, ut fiat fraus legi. ¶ Fallit † tertiò,
nisi appareat euidenter, quòd confessus est animo do-
nandi: & tunc dic, quòd si uxor præmoritur, eius hęres
nihil potest petere, quia infirmata est donatio: nec spē
aliquam habet confirmationis, ex quo mortua est do-
nataria: ut est casus secundum unum intellectum in
l. j. C. de dona. ante nup. & de hoc latè per do. Maria.
d. consil. cxxv. Si autem moritur maritus ante uxo-
rem non reuocata donatione, & talis donatio est ua-
lida: quia sicut confirmatur donatio morte donan-
tis, quando præcessit uera traditio, c. fin. de dona. inter
uir. & uxo. sic etiam, si præcessit ficta traditio, ut not.
gloss. & Bart. in l. ij. C. de dote cau. non nume. & Bart.
in d. l. Papinianus. Et eo ipso, quòd uir confitetur se
recepisse animo donandi, quod non recepit, fingitur
tempore ipsius confessionis tradidisse, l. iij. §. sciendū.
uersic. sed si debitorem. ff. de dona. in uir. & uxo. l. sin-
gularia. ff. si cert. pet. Ita not. Bald. in l. j. C. de dona. ante
nup. & Bart. in d. l. Papinianus. & Ro. in d. l. si diuortio.
78 & in d. consil. ¶ Secunda conclusio. Sicut † confessus
se recepisse mutuò potest opponere exceptionem non
numer. pecuniæ, ita & maritus confessus se recepisse
dotem ab uxore potest excipere de nō numerata dote:
dum modò excipiat intra tempora, de quibus in l. fin.
& authen. ibi posita, C. de non numer. pec. & si ponitur
intra illa tempora, onus probandi eam numeratam
incumbit mulieri, uel hæredi, l. j. C. de do. caut. non
numer. Et ratio, quare ista æquiparantur, est facilitas
in confitendo, per quam ita facilè confitetur maritus
super dote nō habita, sicut recepturus mutuum super
mutuo non recepto, uel ut habeatur uxor, uel habitæ
complaceatur, cùm mulier erubescat dici indotata, &
79 talem confessionē magnificat. ¶ Fallit † primò dicta
conclusio in illis casibus, in quibus nō potest opponi
exceptio non numeratæ pec. & etiam fallit post lapsa
tempora in illis, in quibus potest opponi: de quibus
s. per tex. in d. l. in contractibus. §. fi. in fi. ubi Sali. dicit
esse casum notabilem, quòd omnia, quæ sunt statuta
in exceptione non numeratæ pec. habent locum in ex-
ceptione non numeratæ dotis, in his quæ sunt utriusq;
proportionabilia. Et pro hoc ultimo uerbo facit text.
in simili in c. ea, quæ. in fin. de testa. mona. & gloss. ij.
in clem. j. de elect. & quod not. Domi. in c. non solùm,
de sta. mona. in vj. do. Ab. in c. postulasti. de foro cōp.
& tex. in c. indemnitatibus. ad fin. ibi, eò quòd. de elec-
tio. in vj. cum alijs alleg. per Ana. in c. ij. infrà, de male-
dicis. Et ideo Salic. in l. quod de suo. in fin. C. de non
numer. pec. dicit, quòd tantum operatur renunciatio
exceptionis dotis non numeratæ, quantum renun-
ciatio exceptionis non numeratæ pecuniæ, licet Bald.
distinxerit in rub. C. de fun. dot. & aliquid Bart. in l. j.
C. de dote cau. non nume. & Spec. in tit. de confessis. §.
80 sequitur. uersi. xv. ¶ Fallit † secundò, nisi statutum loci
disponeret, quòd instrumenta confessionis dotium
habeant uim rei iudicatæ: nam tunc sequitur, quòd
ab initio habentur pro ueritate, l. res iudicata. ff. de re
iudi. & ideo tunc non poterit opponi exceptio dotis
non numeratæ, secundum Bal. in d. rubrica, de priui-
legio dotis: & Ang. consi. v. & Bald. in l. pecuniæ. C. de
solu. ubi uult, cp quando statutum dat tali instrumēto
robur rei iudicatæ, probat ueram numerationem. Sed
aduerte: quia ex dictis Bart. in l. si ex cautione. in ult. q.
C. de numer. pec. relatis in prima regula, s. uersi. fallit
quartò. posset tale statutum per uiam fori ecclesiastici
euitari: & hoc not. Imò reperio do. Maria. d. consil.
cxxv. consuluisse, quòd non obstante tali statuto, & in
foro seculari, ex quo principalis contractus prætendi-
tur simulatus, clausula guarentigiæ & omnes aliæ præ-
sumuntur simulatæ. Alleg. not. per Bart. & Salic. in l. si
donationis. C. de contrahen. empt. & singula. per Bal.
in rubric. C. qui admit. & in l. ab Anastasio. C. mandati.
Faciunt, quæ dixi in c. cùm Ioannes. uer. quartus casus.
s. eod. Dicit etiā, quòd fortè ista fallentia non est uera,
per not. per Bart. l. Titia. ff. de uerb. oblig. & do. Ant. &
do. Abb. in c. gemma. j. de sponsalib. Sed tutiùs esset
81 adhærere Bald. in d. l. si ex cautione. ¶ Fallit † tertiò,
nisi confessio dotis sit indiciata per aliquas coniectu-
ras, ut quia post cōfessionem de dote recepta maritus
exhibuit uxori alimenta: nam tunc coniecturas, seu
indicium concurrens cum confessione facit dotem cen
seri numeratam: imò tunc confessio taliter indiciata
habet priuilegia dotis. Ita formaliter limitat Bald. in
d. rubric. de priuileg. dot. & facit, quod dixi suprà, in
vj. fallen. primæ regulæ, de eo qui post confessionem
mutui non recepti partem soluit. Sed ista fallentia
posset procedere in confessione facta ante traductam
uxorem ad domum: sed si fieret pòst accedentibus ali-
mentis, putarem secus: quia non arguitur præsum-
ptio habitæ dotis, ex eo quòd etiam priùs fiebat: arg.
l. j. cum materia, C. quod met. cau. ubi dicitur, quòd
actus sequens metum, quamuis spontaneus, non pur-
gat metum, quando actus habet aliam coniecturam,
& quando etiam fieret ante traductionem, ista indicia
operabuntur solùm, quòd onus probandi incumbet
opponenti intra tempora, & audietur de æquitate,
per dictum Dy. in reg. locupletari. quod etiam in dote
82 applicat Ro. in d. l. si diuortio. ¶ Fallit † quartò, nisi
confessionem non receptæ dotis præcessissent dotalia
instrumenta, uel aliæ probationes, ex quibus efficaci-
ter probaretur dotem fuisse commissam: quia tunc
aduersus uxorem agentem pro restitutione dotis non
obstabit exceptio dotis non numera. Ita latissimè con
suluit Ro. d. consil. cccxl. quod consilium in hac parte
reassumpsit in l. si constante. uersic. item in quantum.
ff. sol. ma. & ibi dicit, hoc membrum esse addendum ad
dicta per se in d. l. si diuortio. & hanc dicit fuisse opinio
nem Cyn. in l. in contractibus. C. de non nume. pe. per
illum tex. dum dicit, illis securitatibus, quæ post con-
fectionem dotalium instrumentorum de soluta dote
exponuntur, nullam exceptionem non nu. pe. opponi
posse: & assignat Ro. rationem: quia iste talis non præ-
sumitur confiteri, ut uxorem faciliùs reperiat, postquā
ea habet, & habet promissionem de dote. Vnde uerisi-
mile est, quòd quando confitetur, sit sibi solutum: &
ideo cessat beneficium excipiendi de dote nō numera.
¶ Sed contra istam rationem instari non potest: quia
si esset uerum, quòd cessante desiderio reperiendæ
uxoris cesset causa dictæ exceptionis, destruerentur
dicta suprà, in j. conclusione, & per ipsum Ro. in d. con-
sil. quòd etiam constante matrimonio confessio præ-
sumatur in dubio spe futuræ numerationis. Vnde dici
potest, quòd ubi præcedunt dotalia instrumenta, &
postea confessio, uideat geminata cōfessio, prout dicit
gloss.

gloss. in d. l. in contractibus. sic intelligens illum text. &
ita etiam in dote no. hic do. Abb. in fi. uel quòd ista fal-
lentia procedat per d. l. in contractib. potiùs, quàm per
dictam rationē Romani: quem tamē uide, quia multa
in hoc dicit. ¶ Fallit quintò, nisi ultra confessionē rece-
83 ptæ dotis interuenisset alius, uidelicet † cp tertius pro-
misit istam dotē, & eius promissionē maritus accepta-
uit: quia tunc uxori, uel eius hæredib. nō obstabit am-
plius in repetitione dotis dicta exceptio. Ita latè no.
Bar. in l. pe. §. si uir. ff. sol. matri. & Bal. in l. legem. in j. col.
C. de pac. & in l. j. in j. col. C. ad Vellcia. & in l. pollicitatio
ne. C. de don. ante nup. Mouentur: quia licet ex pro-
misione sequenti appareat dotē non fuisse numeratā,
tamē uidetur confessus non spe numerationis, sed pro
missionis: & ideo secuta promissione, & ea acceptata,
ita habetur dos pro soluta, ac si mulier aliunde promi-
sisset animo delegādi, l. dotem. l. á ij. & l. uir ab eo. ff. de iu
re do. Qui enim delegat, soluit, l. quamuis. §. interdum.
ff. ad Vel. & nō opponitur de non nu. pecu. ubi aliquid
acceptaē loco numerationis, l. pretij. C. de rescin. uend.
& licet quis nō delegetur, ut debitor, sufficit cp tanquā
expromissor, l. inter casus. §. abesse. ff. mand. Et istud in-
telligitur in extraneo promittente nomine mulieris: se-
cus in patre: quia cùm actio de dote sit cōmunis patri
& filiæ, reputatur pater & filia una & eadem persona. Et
sic non potest peti dos, arg. l. si extraneus. ff. de iure dot.
Et hac ratione Bald. in d. l. pollicitatione. idem putat in
eo, qui sit curator, uel negotiorū gestor mulieris: quia
ille reputatur eadem persona ratione officij, l. fi. C. do-
84 tis promissione. ¶ Fallit † sextò, nisi interuenisset iura-
mentum: quia tunc, si constat, quòd fuit spe futuræ nu-
merationis, idem per omnia reperio, prout de excep-
tione non nume. pec. dictum est s. in j. & iiij. ampliatio
ne primæ regulę: & de hoc etiam in specie per Petr. de
Anc. d. consi. ccc. & Imol. in d. c. cùm contingat. in xxxix.
char. Si autem animo donandi, & fiat confessio inter
uiuos, pendet ab alio dubio, utrùm iuramentum con-
firmet donationē inter uirum & uxorem: de quo sunt
opiniones, ut latè per Imol. in d. c. cùm contingat. ubi
tandem tenet, quòd sic: & fuit opi. posita latè per Fed.
consi. cxl. incip. Punctus quæstionis. & Barr. in l. si quis
pro eo. ad fi. ff. de fideiusso. & in l. Seius & Augerius. in
fi. ff. ad l. Falcid. quia potest seruari sine interitu salutis
æternæ, nec est contra bonos mores iuris naturalis, li-
cet contra bonos mores iuris ciuilis, ut pleniùs dicetur
in d. c. cùm contingat. ¶ Fallit septimò dicta conclusio
in eo, quod dictum est, exceptionem istam lapsis iuri-
dicis temporibus expirasse, ut non habeat locum, quā-
do post confessionem certæ quātitatis apparet, quòd
recipit quinquaginta tantùm post ipsam confessionē:
quia præcedens confessio simulata præsumitur: unde
repeti non potest, nisi illud, quod apparet solutum. Ita
eleganter dicit Bartò. in leg. ab Anastasio. prope fin. C.
mand. per illum text. limitans, nisi dictum fuisset pro re
siduo: quia tunc præsumitur totum solutum. Et idem
Ange. de hoc uerbo Residuum, in l. si ex pluribus. ff. de
sol. propter gloss. ibi in uerbo, reliquum. de quo etiam
per Bart. in l. ij. per illum textum. C. de hære. inst. & in l.
fin. §. j. in pen. col. C. de rei uxo. ac. & Domi. in c. quan-
quam. §. cæterùm. in fin. de usur. in vj. ubi de hoc uerbo,
Residuum. ¶ Fallit ultimò istud idem, quod est dictū,
certa tempora obstare, ut non habeat locum, quando
uxor, uel eius hæres ageret hypothecaria contra possi-
dentem bona mariti ex beneficio legis, assiduis. C. qui
potio. in pig. hab. quia quamuis contra maritum, uel
eius hæredem decursa essent dicta tempora, tamen ad-
uersus illum tertium non sunt decursa: imò ipsa uxor
cogitur probare numerationem dotis, cuius uigore ad
bona mariti regressum habet, secundum Roma. plenè
d. consi. ccccxxx. dicente, se semper ita indubitanter re-
nuisse per text. in leg. si cui. C. de non num. pec. & in l. si
quis posthac. C. de bonis proscript. & in leg. assiduis. in
uer. datæ. quæ iura bene hæc probant. Et idem tenet I-
mol. in l. ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de uerb. ob.
reprehendens Iac. But. & Bart. in d. l. assiduis. qui dixe-
runt beneficium illius legis habere locum in dote con-
85 fessata. ¶ Extra † gloss. quærunt hic Doc. primò, utrùm
debeat obtinere ille, qui agit ex causa: putà, mutui: &
non probauit de numeratione, sed de confessione re-
cepti mutui: in quo aliqui tenent, quòd non. & fuit o-
pin. Spec. in tit. de teste. §. j. uersi. sed pone, egi. quem se-
quitur Imol. & dominus Abb. hic, & Bald. in leg. fin. in
pen. col. C. communia utriusq; iudicij. & Ange. in l. ita
stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de uerb. ob. & consil. clij.
incip. in q. uertente inter dom. Micheletum. & in l. certi
condictio. §. j. ff. si cer. pe. & Paul. de Cast. in leg. ij. §. fin. &
ibi sentit Bart. ff. si cer. pe. & Imol. in clem. sæpe. de uerb.
signi. & Bald. in conclusionibus Spec. in tit. de teste. &
dominus Anto. & Imo. in cap. si sacerdos. suprà de offi.
ordi. quia non dicitur probata intentio agentis: quia
deponunt testes extra articulum: ergo non probant,
c. de testibus. & ibi dixi suprà. de testi. Non enim depo-
nunt super uera numeratione, nec dicunt se uidisse nu-
merari. Et ideo si iudex condemnaret reum, non iudi-
caret secundum probata, nec; conformaret se libello
contra iura uulgaria. In hoc tamen uidentur distingue-
re certos casus dominus Ant. & Imo. hic, & omnia quæ
dicit hic Imol. posuit etiam in d. §. Chrysogonus. ¶ Sed
quòd talis debeat obtinere, uidetur tenere Bart. in d. l.
certi conditio. §. si nummos. in ij. col. ff. si cer. pet. & Bald.
in l. ij. §. fi. eod. tit. & Bald. & Imol. in l. j. §. si quis ita. ff. de
uerb. obli. & Bald. in leg. si ex cautione. in x. q. C. de non
nume. pe. & ibi Sali. multùm animosè in ult. col. & Bal.
in l. j. in princip. C. de rei uxo. actio. & in l. pecuniæ. C. de
sol. & in leg. Publia. §. fin. ff. deposi. & Ro. in leg. prędia.
in ult. col. ff. de acquir. possess. quia si est elapsum tem-
pus opponendi exceptionem non num. pec. uel est illi
exceptioni solenniter renunciatum, ex tali confessio-
ne orta est obligatio, & actio tanquam ex mutuo ciui-
li, leg. ij. §. fin. & ibi not. ff. si cer. pe. Item per confessionē
probatur numeratio, d. §. Chrysogonus. & ibi Bart. & d.
l. pecuniæ. & ibi Bald. & intelligitur libellus de nume-
ratione facta, quæ resultat ex tali confessione, secun-
dum Bald. in d. l. j. de rei uxo. act. & impropriantur uer-
ba libelli, secundum Bar. in l. si olei. C. loca. cum si. & uer
ba ambigua interpretantur secundum intentionē li-
bellantis, l. si quis intentione. ff. de iudic. & dicit tex. in
§. si debitum. iij. q. ix. quòd si asserui solutionem factā,
sufficit probare cōfessionem de solutione: & ipsum al-
legat Fed. consi. liij. incip. Titius fecit procuratorem. e-
tiam si in libello dictum esset, numerauí: quia, secun-
dum Sali. in d. l. si ex cautione. uerba, quæ sunt in con-
fessione, habuisse & recepisse, probant præsumptiuè nu
merationem etiam intra biennium, si non opponatur
exceptio non num. pecu. d. l. si ex cautione. & sufficit li-
bellum præsumptiuè concludere, l. omnes. §. Lucius. ff.
de his, quæ in frau. cre. & multo fortiùs probabit post
biennium, secundum eos, qui dicunt, quòd tunc dicta
exceptio non potest opponi: & multo fortiùs, secundū
eos qui dicunt, quòd potest opponi, sed reus tenetur
probare pecuniam non numeratam. Ad quid enim
teneretur probare pecuniam non esse numeratam;
si oppositum eius non esset probatum uerè, uel præ-
sumptiuè per confessionem cum lapsu biennij. Postea
subdit Sal. sileāt, qui scripta tantùm discurrunt, & pro-
pter frigiditatem stomachi in eis contenta non dige-
runt. Et cum istis transeo, licet in locis prædictis plura
effundantur, quorum relatio nimiam scripturam exi-
geret. ¶ Et iuxta hoc tangit lo. An. in d. uer. sed pone, e-
gi. & do. Ant. do. Ab. & Imol. hic, utrùm debeat obtine-
re ille, qui fundat se solùm in cōfessione, & eā probat: &
uidetur, cp nō: quia petitio debet continere causam ta-

c. si caution.

lem, quæ pariat obligationẽ, l. licet. §. ea obligatio. ff. de procur. & causa uicẽ actionis repræsentat, secundũ glo. in l. j. ff. de eden. & si causa non est talis, nõ sequitur condemnatio, l. siue apud acta. C. de transac. hîc aũt petens nõ asserit, q̃ reus receperit depositũ, sed q̃ confessus est se recepisse: ex tali autẽ confessione extra iudiciũ facta etiã cum causa, nõ nascitur obligatio: quia cõfessio nõ obligat, sed obligationẽ, p̃bat l. Publia. ff. depo. & ideò post multa concludit, tale nõ obtinere. Fatetur tamen, q̃ sententia absolutoria nõ nocebit postea sibi agenti meliùs ex cõtractu, quem probat cõfessio. ¶ Et cũ istis dictis transeũt hîc prædicti, sed limitãt primò, nisi confessio esset nõ quidẽ probatoria obligationis tantùm, sed etiã inductiua obligationis, ut in confessione facta in testamento & probata, per l. j. C. de falsa causa adiecta leg. ¶ Secũdò, nisi loqueremur in æquitate quadã: quia allegans confessionẽ allegat probationẽ obligationis, & per cõsequens tacitè allegat ipsam obligationem, & libellus latè interpretatur, ut in præcedenti quæstione, ut hic per do. Ab. ¶ Tertiò, nisi esset in libello illa clausula, Omni meliori modo, etc. quia per illa sustentatur dictus libellus, secundum Imo. hîc. ¶ Quartò, nisi esset alia clausula petens in prædictis & eorũ quolibet sibi ius & iusticiã ministrari, secundũ Imol. hîc, per not. per Cal. in c. ij. §. de ordine cogni. quas limitationes aliter non cõfirmo, ne longior sim. ¶ Et adde, q̃ ad hoc, ut probatio testiũ sit efficax in probando mutuo. nũ sufficeret unus testis de numeratione, & alter de cõfessione tanquã singulares secundũ Bal. in d. l. si ex cautione. in xij. q. & ibi Sal. in ult. q. qui idẽ dicit, si libellatũ est de numeratione, & unus testis asserat numerationẽ de uisu, alter solùm de confessione. Et cum istis concordat Bal. in alijs locis, de quib. memini in c. cùm causam. §. de proba. & in c. licet ex quadã. uer. ult. mò est sciendũ. §. de testi. tamen tales testes faciunt indiciũ, secundum Bal. in d. l. si ex cautione. per c. fi. j. de success. ab intest. & idem Bald. in c. fi. §. de consuet. & in authen. rogati. C. de testi. & potest deferri iuramentũ, secundum Bald. in c. j. circa princ. de contro. inuesti. Nec obst. q̃ ad dicta testium singularũ non deferatur iuramentũ, ut per Bal. in l. de quibus. ff. de legi. quia non procedit in singularitate, quæ tamen tendit ad eundem finem, licet per diuersa media, ut per eundem Bal. in d. c. j. sed in illa, quæ
86 nõ tendit ad eundem rei finem. ¶ Secundò † quærunt hic do. Ant. Imo. & do. Ab. Titius fecit procuratorem ad accipiẽdum pecuniam mutuò, & procurator fortè accepit pecuniam mutuò, tamen in instrumento non dicitur, q̃ acceperit, sed q̃ cõfessus fuit se recepisse, utrùm poterit agi contra dominum ex tali instrumento, si nõ probetur de receptione pecuniæ & tenent, q̃ nõ, ut hîc per eos, cum quibus cõcordãt Bart. Bal. & Pau. de Cast. in l. ij. §. fi. ff. si cert. pet. & Io. An. in Spec. d. uer. sed pone, egi. & Fed. dicto consi. liij. & Bart. in l. à diuo Pio. §. sed si emptor. ff. de re iudi. & in l. non abstulit. per illum text. C. de nouatio. & Ange. in l. ij. §. fi. C. de quadr. præscrip. & Imol. in d. §. Chrysogonus. & Paul. de Cast. consi. ult. & Pet. de Ancha. & Domi. in c. qui generaliter. §. fi. de proc. in vj. & dom. Abb. pulchrè in c. cùm olim. el j. suprà de offic. deleg. & Bart in l. si debitorem. ff. de noua. & Ang. & Imol. in d. §. sed si emptor. & Roma. in l. prædia. ff. de acqui. poss. quia aliud est numeratio, & aliud confessio, l. j. & fin. C. de dote cau. non nume. & d. l. si ex cautione. cum glo. & l. assiduis. cum gloss. parua, C. qui potio. Et sic mandatum ad primum nõ comprehendit secundum, l. diligenter. ff. manda. ¶ Item confessio procuratoris sponte facta non nocet domino, l. si defensor. in princ. cum gloss. ff. de interrog. act. l. certum. §. sed an & ipsos. ff. de confessis. ¶ Item per ista uerba. Ad mutuum recipiendum, uidetur dominus consensisse de mutuo naturali, arg. l. fi. C. de his, qui ueni. ætatis impe. confessio uerò de recepto probat solùm mutuum ciuile, cui natura non cooperatur, l. ij. §. fin. ff. si cert. pet. Ergo confessio est ultra mandatum. ¶ Et cum istis transeo, licet contrarium teneat Imol. hîc, & in d. l. si debitorem. & in d. §. sed si emptor. & Sal. in d. l. ij. §. fin. quia confessio probat numerationem, ut dixi in j. quæ. Sed istud tollitur: quia illa loquuntur in confessione domini probante contra ipsum met dominum: nos de confessione procuratoris, ut probet contra dominum, à quo non habuit speciale mandatũ confitendi. Et ista tolluht quædam alias persuasiuas rationes ipsorum, quarum conflictus transcribere non expedit. Et satis instat Ro. in d.
87 l. prædia. ¶ Et † ista habent locum in procuratore constituto ad recipiendas solutiones à debitoribus, & ad eos quitandum & liberandum: quia non præiudicat domino confitendo, nisi apparea. de solutione, ut propriè loquitur Ioan. And. dicens sic fuisse iudicatum in d. uersi. sed pone, egi. maximè quando in mandato esset uerbum De receptis, ut per dom. Abb. in d. c. cùm olim. Vbi autem non esset, fit dubitatio, de hoc, ut per Ange. & Imo. in d. §. sed si emptor. ¶ Plus dixit Barto. in d. l. ij. §. fi. ff. si cert. pet. quòd si dixero, facio te procuratorem ad recipiendum pecuniam mutuò, & ad confitendum te recepisse, adhuc non sufficeret dicta confessio: quia illa uerba, Ad confitendum, debent intelligi de receptis uerè: & hoc non probat confessio, nisi attestetur de numeratione: aliàs uideretur procuratori data potestas donandi: & hoc non uenit in mandato, nisi exprimatur: & cum opinione Bar. transit dominus Antonius hîc, & Ange. in d. l. non abstulit. & in l. omnes. §. fin. C. de quad. præscrip. ¶ Sed contrarium in hoc tenent, quasi oẽs, in d. leg. ij. & Ang. Imo. & Paul. de Cast. in d. l. si debitorẽ. & Ange. & Imol. in d. §. si emptor. & Paul. de Cast. in d. consi. ult. & Roma. in d. l. prædia. & Salic. in d. l. nõ abstulit. & Ang. in l. si cõsensi. ff. quib. mod. pig. uel hypo. sol. quia aliàs illa uerba posita in mandato, uidelicet. Et ad cõfitendũ, essent superflua intelli-
88 gendo modo prædicto. ¶ Item † cõfessio procuratoris habentis speciale mandatum ad confitendum, præiudicat domino, ac si ipse cõfessus esset, l. proinde. la ij. §. j. & ibi glo. in uerbo, absentem. ff. ad l. Aquil. & d. §. sed an ipsos. Et non est uerum, quòd esset donatio, prout dicit Barto. in d. l. ij. quia, secundum prædictos, non fit præiudicium domino, quin si intra biennium producatur illa confessio procuratoris contra dominũ, possit dominus opponere exceptionem non nu. pec. Sed post biennium habebit recursum contra procuratorem, arg. l. Lucius. §. tutelæ. ff. de administ. tut. & l. uir ab eo. ff. de do. inter uir. & uxor. & ibi hoc in specie not. Bal. in lectura antiqua, dicens, quòd non poterit nunc procurator opponere contra dictam exceptionem nõ num. pec. per leg. generaliter. C. de non num. pec. & in subsidium procuratore non existente soluendo putat Rom. in d. l. ij. & in d. l. prædia. quòd restitueretur actio domino contra debitorem, à quo procurator confessus est recepisse debitum, arg. l. fin. in prin. ff. de eo, per quem factum erit. & l. fisco. C. de conueni. fisci deb. lib. x. & facit gloss. in d. l. in contractibus. in uerbo, penitus. Dicit tamen Inno. hîc, quòd ad opiniones euitandas aliàs usus est cautela, quòd dicatur in instrumento procurationis ad confitendum se recepisse, etiam si aliter de receptione non constet: quia tunc indubitan-
89 ter simplex confessio nocebit domino. ¶ Et † ista faciunt ad quæstionem, utrùm ex instrumento confessionis facto per creditorem fideiussori de recepto possit fideiussor agere contra debitorem, aliter non docto de numerationem in quo Barto. post gloss. in l. duobus. §. à fideiussore. ff. de iureiur. & Ro. in d. leg. prædia. tenent, quòd non, per l. idem q̃. §. fin. cum l. seq. ff. mandati. & idem Bart. in l. cùm filius. in fin. in prin. de uerb. oblig. ¶ Sed contrarium tenet Pau. de Cast. in d. §. à fideiussore. & consi. lxxxvij. incipi. Quòd præfata sententia.

tentia. & Bart. in consi. inci. Titius promisit Sempronio eum indemnem: quia istud instrumentum prodesset debitori: ergo similiter fideiussori, arg. l. desiderium. C. deposi. & allegat Pau. in d. consi. c. ij. infrà de fideiusso. Et istud est uerius, quando est solenniter renunciatum exceptioni non nume. pec. uel sunt lapsa tempora, de quibus suprà. Aliàs staret prima opinio: quia illa confessio non est irrefragabilis, ut in dictis locis.

Die xvj. Martij, M.cccclxxij.

SVMMARIVM.

1 *Protocollum an per se probet.*
2 *Protocollo non existente, an instrumentum perdat uires suas.*
3 *Citari an debeant omnes, quorum interest, quando aliquod instrumentum reassumitur notario mortuo.*
4 *Notarius, cui relicta sunt in testamento instrumenta leuanda, an poterit ipsa leuare sine licentia iudicis, & absque partium rogatione.*
5 *Notarius an debeat ponere signum suum in protocollo.*
6 *Imbreuiatura quando fuit facta super contractu celebrato in scriptis, id est, in quo requiritur instrumentum de necessitate, tunc nullo modo potest extendi per alium notarium, nec per ipsummet tabellionem.*
Certis tamen casibus potest extendi imbreuiatura, ut num. 7. 8. & 9. 10. 11.
12 *Notarius prohibitus conficere instrumenta, an possit proprias rogationes & imbreuiaturas non leuatas extendere.*
13 *Notarius commissus ad leuandum imbreuiaturas notarij mortui, & si eas leuauerit, cui debeatur salarium, an notario leuanti, an heredi notarij mortui.*
14 *Tabelliones à quibus possunt creari.*
15 *Tabelliones creandi is, qui habet potestatem à principe, an possit eam alteri delegare.*
16 *Instrumenta facta in loco subiecto creanti tabellionem, an probent ubique.*
17 *Tabellio imperialis an possit conficere instrumenta in terris ecclesiæ, & econuerso.*
18 *Tabellio creatus à cõsuetudine, uel statuto uniuersitatis, uel rectoris, an possit conficere instrumenta inter subditos illius loci extra territorium.*

CAPITVLVM XV.

VM P. tabellio. ¶ Authoritate ordinarij potest notarius exẽplare & in publicam formam redigere notas alterius notarij defuncti. H. D. Et omissis superfluis reassumo materiam per xv. q. ¶ Primò quæritur, utrùm protocollum, seu imbreuiatura per se probet? & uidetur, q̃ sic: quia ex protocollo extrahitur ipsum instrumentum, quod probat: ergo fortiùs probabit ipsum protocollum, iuxta illud, Propter quòd unumquodq̃ tale, & illud magis
1 tale. ¶ Item, quia † quando dubitatur de fide instrumẽti, semper recurritur ad protocollum, c. quoniam contra. & ibi latè dixi, §. de proba. Ad idem tex. hîc, ubi facit fidem, ut alius possit publicare: Et ita tenet gl. in l. argentarius. in prin. ff. de eden. & Spe. in ti. de instru. edi. §. uidendum, uer. & not. quòd tabellio. ¶ In contrarium facit: quia protocollum est principium instrumenti nõdum cõpleti. Vnde, nisi compleatur, pro nihilo habet. Ad idẽ l. contractus. C. de fid. instru. ubi ante completã scripturã contractus non probatur. Ad idem text. hîc in uer. defunctus non perficit. per quem apparet, q̃ ante publicationẽ uidetur scriptura imperfecta, quo ad præiudicandum tertio. Ad idem text. hîc in fi. in uerbo, fidẽ perpetuam. quæ uerba innuunt, q̃ priùs non faciebat fidem in iudicio. Et hanc partem tenent Bal. & do. Ant. hîc, & Io. An. in d. uer. & not. q̃ tabellio. ¶ Sed ex dictis do. Ab. & Imo. hîc, & Bal. in l. cõtractus. C. eo. ti. & in rub. C. eod. tit. uer. sed tertiò quæritur. & Inst. de emp. & uendi. §. j. in ult. col. & in l. Lucius. fi. ff. de militari testa. & do. Ant. in c. ex literis. §. eo. & Bart. in l. si is, qui testamẽtum. circa med. ff. de testa. cõsiderantur duo casus. ¶ Primus est, quando protocollum est adeò imperfectum, q̃ non habet cõsonantiã efficacem: putà, si in eo dicitur, Titius uendidit his pactis, uidelicet & nõ est aliud. & tunc nihil probat, per d. l. contractus. & l. in ciuile. ff. de legib. & d. l. si is, qui. ¶ Secundus casus est, quando apparet, q̃ notarius nõ intendebat ibi aliud scribere, tamen quædam erant truncata per dictionem, Etc. & tunc, ut j. dicetur, si contractus erat per alia uerba totaliter perfectus, probat: secus, si nõ erat perfectus. Et iuxta hoc tangit hîc do. Abb. an protocollum debeat legi partibus de necessitate? & concludit, q̃ non, nisi in casu l. contractus. C. de fid. instru. quia iura exigunt solã rogationẽ: & quia in protocollo sunt multa abbreuiata, adeò q̃ malè potest partibus legi, ut hîc per ipsum, & tetigi in
2 c. j. §. eo. ¶ Secundò † quæritur, si protocollum non apparet, an instrumẽtum perderet uires? & dic, q̃ non, secundum Bald. in rubr. C. eo. uer. secundò quæro. nisi in casu. §. fi in authen. de tabellio. uel nisi contractus sit celebratus in scriptis: quia primò scriptura est de substantia: & nisi probaretur casu fortuito perdita, nõ staretur sumpto, per l. contractus. C. de fid. instr. & l. publicati. C. de testamen. Imminet tamen periculũ notario non curanti de protocollo, ad cuius conseruationem ex consuetudine tenetur, adeò q̃ potest puniri pœna arbitraria. Et si de instrumento dubitatur, potest ipse torqueri, secundum Bald. plenè in rub. C. eo. Imò incurrit periũrium, quia cõtrauenerit uni ex capitulis iuratis in creatione, ut per Hosti. & alios in c. sicut. j. ne cleri. uel mo. Sed tamen docto de amissione protocolli competit ei notario actio contra habentem instrumentum, ut edatur. Et ex eo reassumere potest ipsum, secundum Bald. in l. fin. C. de eden. & Ange. in leg. ueluti. in prin. ff. de eden. & Pau. de Cas. in leg. si quis ex argentarijs. §. prætor. eod. tit. uel possunt examinari testes, qui interfuerunt contractui, secundum Bar. in l. fi. uersus fi. ff. de tabul. exhiben. & Ange. in l. edicto. C. de edicto diui. ¶ Et adde, q̃ si imbreuiatura reperitur cancellata, nõ nocet instrumento, secundum Bar. & Imol. in leg. fi. ff. de his, quæ in test. del. Imò potest cancellari imbreuiatura, quando ex ea non est amplius faciendum instrumentum, & ibi tunc est dicendum, Cancellatum, quia restitutum partis: secundum Bald. in rubrica C. eod. uersi. iuxta hoc quæro. sed nullo casu debet abradi, secundum
3 eum. ¶ Tertiò † quæritur, utrũ in hac publicatione debeant de necessitate citari omnes, quorum interest? & uidetur, quòd sic, per istum text. in uerbo, ad quos pertinet. & per notata in c. significauit. & c. Albericus. suprà de testi. ubi fit mentio de citatione, ut dixi in d. c. Albericus. in princ. & ita tenet Rota in formis, deci. x. in c. fuit dubitatum. & Ange. in l. quædam. §. nihil. ff. de eden. & Spec. de instru. ed. §. ostenso. uer. qualiter. & Bald. dom. Anto. & Imo. hîc. ¶ Contrarium, & melius, tenent hîc do. Car. & Ab. & do. Car. consi. lxxiiij. incip. Titius: nunc sum in tertio dubio. quia illa citatio est necessaria, quãdo unum publicum instrumentum, quod cõsumitur, exemplatur, ut in dictis iuribus, & dicitur j. c. proximo: secus in hac publicatione: sicut si ipse uiuens exemplaret, non requireretur dicta citatio, ut per Bal. in l. fi. ad fi. C. de eden. quem sequitur do. Car. in d. consi. Ratio diuersitatis in utroq̃ casu est: quia in primo casu statur exẽplato, sicut originali, nec potest amplius detegi falsitas, sed in casu nostro, cùm semper possit recurri ad protocollum, d. c. quoniam contra. non subest dicta ratio: & maximè ista opinio procedit, loquendo de omni exem-

e. cum P. tabellio.

exemplatione successiuè fienda in casu huius capituli: sed ubi iudex generaliter committit, satis potest fieri una generalis citatio eorum, quorum interesset, secundum do. Abb. hîc. Nec prædictis obst. iste tex. quia bene uerum est, quòd imbreuiatura nō potest leuari, nisi petentibus, quorum interest: sed quòd ultra hoc alij sint citandi, non dicitur hîc: & ita sentit Rota in addit. d. de-
4 cis. x. ¶ Quartò † quæritur, utrùm habeat locum iste tex. in notario, cui ex testamento relictæ sunt rogationes defuncti: & in hoc Barto. & Ange. in l. si quis ex argentarijs. §. nihil. ff. de eden. & do. Ab. hîc, dicunt, ꝙ nō: sed ꝙ iste text. loquit̃ in eo, ad cuius manus alio modo peruenerunt notæ. Mouentur per d. §. nihil. cum cōcor. ubi hæres, uel legatarius ita tenetur edere rationes, sicut argentarius defunctus. ¶ Contrarium, & melius, tenent Ioan. An. dom. Ant. & Imo. hîc, & Host. in summa huius tit. §. ult. uer. quid si tabellio. & Spec. & Io. An. in tit. de instru. edi. §. ostenso. uersi. quid si aliquis tabellio legat. & Bald. & Paul. de Cast. in d. §. nihil. & Pau. de Cas. in j. §. eiusdem legis. quia iste text. simpliciter loquitur: iura autem in contrarium adducta loquuntur in casu diuerso, uidelicet in editione rationum, quæ potest fieri per quemcunq;, non autem in publicatione instrumenti, quæ non potest fieri, nisi per tabellionem, ut hîc. Et secundum illa iura sequeretur, quòd hæres, qui non esset tabellio, posset authenticare instrumentum. Dicit tamen Imol. hîc, quòd practicatur, quòd notarius, cui legatæ sunt rogationes, uel cui hæres eas concedit, petit generaliter licentiam à iudice redigendi eas, & habita licentia ad requisitionem, quorum interest, leuat eas in formam publicam: & dicit dom. Abb. quòd cautum est, sed non necessarium, in hac generali commis-
5 sione citare, quorū interest. ¶ Quintò † quæritur, nunquid in protocollo requiratur signum notarij? & Ang. dixit, quòd sic, consi. ccxcviij. dicens, quòd etiamsi deficit indictio, uel locus generalis castri, uel uillæ, non potest ex eo leuari publicum instrumentum. ¶ Sed do. Car. hîc dicit se consuluisse, quòd ualet instrumentum releuatum, licet in protocollo non sit signum notarij: quia etiam in instrumento nō est de necessitate, ut per Ioan. And. in Spec. de instr. edi. in fin. & Barto. in l. ad testium. §. si quis. ff. de testa. Et hoc tenet indistinctè, quando mandatum erat à iudice, ut protocollum leuaretur, aliàs autem dicit standum consuetudini, quæ etiā in protocollo potest facere tale signum de substantia, sicut in instrumento: & pro hac oppositione signi dicit esse unum tex. in mundo, uidelicet in l. fi. C. de assesso. ibi, consiliarijs, signumq; solitum est chartis imponi. ¶ De alijs solennitatibus instrumenti, ut est indictio, locus, & similia, non aperit: sed in illis Ang. bene loquitur, per ea, quæ allegaui in c. j. quasi in fin. suprà eod. & ita expressè not. Ioan. And. in Spec. de instru. edit. §. ostenso. uersic. quid si imbreuiatura: & omnes Doctores hîc, dicentes, quòd per istum notarium suppleri non potest defectus solennitatis: de quibus in authen. ut præponatur nomen imper. ¶ Sextò quæritur, utrùm ista decretalis habeat locum, quando istæ notæ sunt ualde imbreuiaturę, maximè per dictionem, Etc. ut fit
6 communiter. Et in hoc cōsidera tres casus. ¶ Primus † est, quando imbreuiatura fuit facta super contractu celebrato in scriptis, id est, in quo exigitur instrumentum de necessitate, uel ex natura contractus, uel partium conuentione: & tunc nullo modo potest extendi per alium notarium: quia etiam per ipsummet tabellionem non potest extendi, nisi à principio fuisset perfectè scriptum, per text. in l. contractus. C. eod. tit. Ita concludunt Host. dom. Ant. Imol. Abb. & Bald. in d. l. contractus. & Ioan. And. in d. uersi. quid si imbreuiatura. & Imo. in l. quicquid astringendæ. ff. de uer. obl. licet Ang. aliter dixerit in l. gallus. §. idem credendum. ff. de lib. & posthu. quem impugnat Imol. ibi. Et propter hoc Bart. ibi, & in d. l. contractus. reprehendit notarios, qui scribunt appellationes, uel sententias cum abbreuiaturis: quia tales sunt actus, qui in prima forma debēt esse integraliter scripti. Tamen isti possent saluari, ubi hoc facerent ex consuetudine, per c. cùm dilecti. s. eo. secundū Imo. hîc. Nec obst. licet nō dicat, ꝙ talis consuetudo uideatur cōtra substantialia actus. Ergò nulla, iuxta gl. in c. non putamus. de consuet. in vj. quia ꝙ appellatio scribatur primò integra, est potius de solēnitate, quàm de substantia, ut per Bart. in l. si quis legatum. ff. de falsis. & Bal. in l. j. §. j. ff. de eden. circa princ. & in l. si post. C. de iur. & fac. igno. Et aliud est solennitas, aliud substantia, ut not. Inn. in c. quod sicut. in glo. mag. s. de elect. & declarat Bald. in l. etiam. in j. col. C. de exec. rei iud. & in repet. C. de sac. sanct. eccles. Vnde consuetudo non potest facere, quòd sententia, quæ neq; absoluit, neq; condemnat, sit sententia: quia illud est contra naturam & substantiā sententiæ: nec potest facere, ꝙ appellatio de pari ad parem ualeat, sed ꝙ scriptura, quæ in istis habet interuenire, possit per notariū extendi, est contra solennitatem: & hoc potest cōsuetudo, d. c. cùm dilectus. ¶ Se-
7 cundus † casus est, qñ imbreuiatura fuit facta imperfectè, adeò ꝙ de mente scribentis dubitatur, ut quia dixit renunciauit, etc. & est materia, in qua bene potest diuinari, attento iure cōmuni, uel consuetudine loci, uel notarij in similibus contractibus: & illo modo potest extendi, secundū prædictos, & Bar. in l. ij. ad fi. prin. ff. sol. ma. & aliquid per Imo. in c. fi. in fi. j. eo. ¶ Et si extensio fit secundū clausulas cōsuetas, pōt fieri nō habita secundo loco authoritate iudicis: qa de ipsis censetur tacitè fuisse rogatus abbreuians, ut dixi in c. ex literis. in vij. decla
8 ratione, s. eo. ¶ Si † autem de diuersitate styli, uel clausularum, erit necessaria secundo loco authoritas iudicis, secundū Host. hîc, & Bal. Ange. & Imo. in d. §. idē credendū. & Bal. in rub. C. eod. uersi. quartò quæro. ¶ Et si notarius uno modo solebat interpretari abbreuiaturas suas, & alio modo interpretatur consuetudo, præponitur interpretatio notarij, secundū Bal. in l. fi. in ult. col. C. de eden. & dom. Ant. in repet. c. fin. s. de consuet. ¶ Et si notarius ipse non habebat firmum stylum, attenditur stylus consuetus per ipsum in materia, de qua agitur per alia instrumenta leuata ab eo, fm Bal. Instit. de emp. & uendit. §. j. ad fi. per l. reos. §. cùm in tabulis. ff. de duob. reis. ¶ Et si uariabit in eadē materia, attendit̃ ultimus stylus suus, secundum Bal. & Ange. in d. §. idem credendum. per l. si mater. & ibi uide Bald. C. ne de statu defunct. ¶ Et si de ultimo stylo non apparet, recurritur ad stylum communem, secundum Bald. in d. l. ij. in fi. principij, ff. sol mat. ¶ Et in istis casibus dubijs requiritur etiam authoritas iudicis, ut dictum est. ¶ Sed si de stylo est certitudo, sufficiet iudicem semel requisitum fuisse, secundum do. Ant. & Imo. hîc, & Bar. in l. argentarius. in prin. ff. de eden. Et ubi contractus est totaliter perfectus, licet aliæ clausulæ sint inchoatæ etiam sine dictione, Etc. potest instrumentum leuari apponendo solita, secnndū do. Car. hîc dicentē, se consuluisse, ꝙ ualeret leuatio unius protocolli, in quo dicebatur, Petrus dedit tale prædium pro centum, & promisit: & nō erat ibi aliud, nec dictio, Etc. quia intelligitur promisisse cōsueta. Secus, si contractus non fuisset totaliter scriptus, secundum ipsum, qui per hoc tentat Bar. in l. si is, qui. ff.
9 de testa. ¶ Tertius † casus est, quando imbreuiatura nullo modo est interpretabilis, nisi absq; mera diuinatione: & tunc debet transcribi ad literam, prout iacet, secundum Io. An. & alios hîc, & Bald. in rub. s. eo. uer. & hoc apparet, ꝙ in protocollo. & Archi. in c. iudicet. iij. q. vij. & Bar. in l. si is, qui. uer. quæro, quando dicatur. ff. de test. & Arc. in c. iudicet. iij. q. vij. ¶ Et si notarius adderet de capite suo, uitiaretur instrumentum in illo addito solùm, secundum Bald. in d. rub. per l. si ex falsis. C. de transact. Si autem de interpretatione iudicis extenderetur,

deretur, ualeret actus, secundum Bart. in d. §. idem credendum. nisi appellaretur, secundum do. Ant. hîc. ¶ Et ubi propter magnam obscuritatem nihil elici potest ex imbreuiatura, habebit ille, cuius interest, regressum cōtra hæredes notarij, ut latè per Io. An. in d. uersi. quid si imbreuiatura. Quibus non existentibus soluendo cōpellet testes, qui de cōtractu sciunt, ut dicant de contractu, & fiat instrumentum secundū formam c. significauit. s. de testi. Item, si in imbreuiatura diceretur Cassum & cancellatū de uoluntate partium, hoc non nocet parti instanti ad publicationem, ut diffusè per Ioan. An. in
10 d. uer. quid si. ¶ Septimò † quæritur, quæ[a] possunt subintelligi per dictionem Etc. positam in protocollo: & in hoc dicas, ꝙ si alijs protocollis & instrumentis apparere posset, quid esset consuetus ponere ille abbreuians, ubi posuit, Etc. tunc illa omnia poterunt apponi: quo nō apparēte extendi possunt solùm substantialia cōtractus, non autē accidentalia. Ita docuit Dy. in d. §. idem credendū, & sequitur ibi Bar. & Imo. & ideo in cōtractu mutui, uel depositi sub dictione Etc. non cōprehendet̃ receptū guarentigiæ habēs à statuto executionē paratā: quia est accidentale, nō essentiale, fm Imo. ibi, qui etiam infert, ꝙ si notarius scripsit testamentū, & dixit hanc suā ultimam uoluntatē, &c. nō poterunt excedi uerba derogatoria præcedentis testamēti: quia nō sunt de essentia, sed de derogatione debet clarè cōstare, l. si qs in principio testamenti. ff. de leg. iij. Bal. tamē ibi dixit in hoc tacendū: quia quæstio erat in facto, & fortè cōsiderauit, ꝙ imo clausula derogatoria erat de essentia: quia sine ipsa testamentū nō tenebat. Valeret etiā cōsuetudo, ꝙ sub dictione Etc. intelligant̃ aliqua accidentalia cōsueta apponi, ut eleganter per Io. An. de instru. ed. §. instrumentū. uer. quid si à cōtrahentibus. quē retuli in d. c. ex literis. in vij. declaratione. Et ita not. Bal. in authē. si quis in aliquo. in fi. C. de eden. Et istis adde Bal. in l. hac cōsultissima. in princ. C. de testa. ubi dicit, ꝙ natura huius dictionis, Etc. est ampliare, uel roborare. Vnde si diceretur in instrumento, præsentibus talibus testibus, etc. ex interpretatione huius breuiloquæ locutionis præsumerentur testes esse rogati. Et uide do. Ant. & Imo. in c. significante. in notabilibus, s. de resc. ubi dicunt per illum tex. ꝙ sub ista dictione comprehenduntur uirtualiter ea, quæ sunt de natura subiectæ materiæ: & idē dicit do. Ant. in c. ex multa. in j. col. j. de uoto. Et ubi refert̃ alia dispositio prò parte, & postea dicitur, Etc. cōprehendūtur sequentia in illo relato, ut per gl. & do. Ab. in c. estote. j. de reg. iur. & do. Ant. in c. j. in ult. col. s. de prob. ¶ Si
11 aūt † esset dictio, Etc. extensè, dic, ꝙ importat idē, quod dictio Et alia, uel Reliqua, ut per gl. j. & Dom. in c. dein-
12 de. xxvij. dist. & gl. ij. in c. & si illa. j. q. vij. ¶ Octauò † quęritur, utrùm prohibitus cōficere instrumenta possit ꝓprias rogationes & imbreuiaturas nō leuatas extēdere? & in hoc dic, ꝙ sic, fm gl. in c. accusatus. §. ad cōscribēdas. in ũbo, ad præmissa. de heret. in vj. & Spe. ti. de stamo. §. j. uer. xxvij. & Bar. in l. j. §. si penes. ff. de tab. exhib.

a *Quæ] Adde, ꝙ ista opinio Felini non est uera, ff. de edend. quā etiam antea tenuit Bar. in l. argētarius. in j. col. in uers. itē no. ubi dixit, ꝙ si tabellio ponit ĩ abbreuiaturis dictionē Etc. ꝙ intelligitur, ꝙ in charta debet, uel solet apponi. Adde. quòd cōmuniter tenetur contra Bart. quia nullus tabellio potest supplere, quāuis posita sit dictio Etc. qa præsumitur, ꝙ alius notarius, tanquam non informatus, nō potest talem abbreuiaturam extēdere, sed spectat ad iudicem, uel ex cōmissione, uel mādato iudicis: quia nemo, etiā hæres, pōt declarare mētē defuncti: gl. ĩ l. Pomponius scribit, si frumētū. in pric. ff. de rei uēd. Not. Bar. et alij in l. inter stipulantē. ĩ prin. ff. de uerb. oblig. Ita tenent Bar. Bal. et Ange. & Mod. in l. Gallus. §. idem credēdum. ff. de lib. & posthu. do. Ant. et alij in isto tex.*

c. cum P. tabellio.

& Bal. in l. ij. in fi. C. de sen. & interl. om. iud. & in l. neque. C. de oper. lib. & Ange. in l. prætor. §. is etiam. ff. de edē. & Bal. in l. j. C. de test. & Floria. in l. ij. circa fi. ff. de fide instr. & Bal. in l. ad testiū. §. conditionē. ff. de testa. & Cal. in tit. de magistris. cons. ij. & Sal. in l. si quis decurio. in j. col. C. de falsis. Sed nō dicūt isti, an in casu huius decr. ubi requirit̃ notarius ad leuandas istas notas, possit rogari notarius priuatus officio tabellionatus, sed loquūtur de extendēte propriā rogationē: & in hoc nō cogitaui,
13 sed fortè est idē. ¶ Nonò † quæritur, cui debet̃ salariū, an hæredi defuncti notarij, an isti leuanti? & respondet Bal. hîc, ꝙ ꝓ prima scriptura habebit hæres, pro secūda uerò notarius transcribēs. Allegat l. argētarius. in prin. ff. de eden. & c. j. & ibi Inn. j. de symo. & quia labor & pecunia recipiūt diuisionē, Seio amico. ff. de annuis leg. Et iuxta hoc dicunt Bar. & Ang. in d. l. argentarius. in prin. ꝙ si idē tabellio, qui fuit rogatus, leuat instrumentū, debet̃ ei duplex salariū, per l. fi. C. de præp. agē. in reb. lib. xij. Qua autē actione agat notarius pro salario, & qūo sibi taxetur, uide Inno. & quod ibi dixi in d. c. j. An autē, quod percipit̃ ex protocollo, dicatur fructus, uide Bar. & oēs in l. diuortio. §. si uir. ff. sol ma. & Bald. in l. j. C. de fruc. & litiū expen. & dicitur, ꝙ nō: quia nō dicitur fructus ille, qui nō renascitur, d. §. si uir. ubi latiùs per eos.
14 ¶ Decimò † quęritur in trando gl. Inn. quis possit creare tabelliones? & omissis uarietatib. Doctorū dic, ꝙ de Papa, imperatore, uel de habētibus potestatem ab eis, & de alijs non recognoscentibus superiorem, clarū est, ꝙ possunt, secundum Inn. & omnes hîc. Item dic de cōsuetudine, per c. cùm dilectus. s. eod. Sed de statuto an possit quem facere tabellionem, dicit hîc Inno. ꝙ non: quia, quòd credatur pelli mortuæ, est probatio miraculosa, & supra ius naturale. Vnde concedere hanc exorbitantem potestatē non est permissum inferiori. Nec mirum, si consuetudo potest: quia in ea interuenit consensus principis, secundum eum dicentem, neq; ex pacto partium dari posse hanc potestatem, sicut restituere famæ, legitimare & similia non competunt inferiori: & istud de pacto partiū tactū fuit in c. ij. s. eo. ¶ Sed Host. Io. An. Ant. & Imo. hîc tenent contrariū in statuto: quia nō est uerum, ꝙ in consuetudine debeat interuenire cōsensus principis, ut no. gloss. in c. leges. iiij. distinc. & ibi Domi. dicens post alios, sufficere tacitum consensum, qui concurrit ex eo, quòd lex approbat consuetudinem rationabilem cōtra ius: quod etiam potest dici in statuto, per l. omnes populi. ff. de iust. & iur. Et dicit Hostien. ꝙ hoc potest consuetudo: quia concurrit consensus plurium, quæ non habet locū in statuto uniuersitatis: & ideo ita poterit tale statutum, sicut cōsuetudo. Secus dicit in statuto unius personę. Negant etiā prædicti potestatem tabellionis esse cōtra ius: imò secundū iura uolentia instrumento tabellionis fidē adhiberi. Et cum istis dictis distinguendo inter statutū ciuitatis & unius personæ transit Spec. in tit. de instr. edi. §. restat. uersi. sed quis potest facere. & do. Ant. dicens, hanc esse communem in c. per uenerabilem. in ult. char. j. qui filij sint legit. Sed ꝙ statutum possit, tenet Bald. in c. cùm dilectus. s. eo. & l. rescripta. C. de preci. imper. offer. & in l. instrumenta. in ult. col. C. de probat. & in tractatu suo de tabellionibus in j. & ij. q. & in rubrica s. de consue. & in l. cunctos. in lectura, uer. ulteriùs quæritur circa statuta. C. de sum. trinit. & Barto. in l. j. ff. de offic. procons. & leg. & tamen non exprimitur in istis locis de statuto singularis personę, sed uniuersitatis. ¶ Sed dom. Card. hîc solenniter loquens, dicit nullam esse differentiam in hoc inter statutum & consuetudinem: quia in secularibus utrunq; ualet, d. l. omnes populi. Vnde dicit se putare, quòd rector uniuersitatis laicorum possit facere statutum de tabellionibus pro se creandis. Sufficit enim, quòd non reperitur prohibitum: & negat rationem Inno. ꝙ sit contra iura: quia non repugnat iuri

naturali, sed solũ iuri positiuo, cùm probationes, quãtum ad efficaciam & formã, sint de iure positiuo, ut in duob. titulis præcedentibus, & in isto. Sed cõtra ius positiuũ ualent statuta inferioris magistratus secũdũ ius ciuile, d. l. omnes populi. Et si repugnarẽt ista iuri naturali, nõ essent permissa principi, p no. in c. quæ in ecclesiarũ. s. de const. & in l. fi. C. si ꝗ ius, uel uti. publ. sed sunt
17 præter ius naturale: & qui nõ põt statuere cõtrà, potest statuere præter, secundũ do. Car. & Inn. in c. ex tuæ. j. de cle. nõ resi. & facit gl. in uerbo, tolli. in cle. ne Romani. de elec. & pro hoc c. cùm dilectus. s. eo. ubi consuetudo operatur, ꝙ persona priuata faciat scripturam authenticam: & nulla subest ratio, quare nõ sit idẽ in statuto, ſm eum: & dicit facere no. in c. Romana. §. ne clericos. de foro comp. in vj. Idem tenet hîc do. Abb. dicens hoc posse magistratus, seu dominos iurisdictionẽ habentes: imò refert Spe. in d. uersi. sed quis potest sentire, ꝙ prælati in eorum iurisdictione, seu spiritualibus pertinẽtibus ad eos, possunt tabelliones creare: & facit, secundũ ipsum, c. quoniã. s. de probatio. & c. abbate. & quod ibi not. de re iudi. in vj. Et idem de statuto inferioris, etiã non uniuersitatis, firmat Pet. de Anch. in cle. j. in x. not. de excess. præl. allegando Hosti. in summa huius tit. §. quæ sunt sub. §. clericis. uer. cũ igitur. Idẽ tenet Bar. in l. nec ei. §. j. ff. de adop. qa eius est creatio, cuius est remotio, §. j. in authẽ. de armis. & §. pẽ. in authẽ. de tabel. Sed inferior magistratꝰ põt priuare tabellionatu ex causa, l. iubemus. §. his tabellio. C. de sac. san. eccl. Ergo, etc. Imò faciliùs permittit creatio, quã exauthoratio. Patet ex c. Felix. & c. si aũt. xv. q. vij. Et ex quo princeps sibi nõ reseruat, tacitè concessit inferiori, arg. c. nuper. j. de sen. exc. Et multas alias rationes adducit Io. And. idẽ tenens in d. uer. sed quis possit. & istud uerius. Et istis adde, quòd qui potest creare tabellionem, potest creare hominem etiam sibi non subditum, secundum Bald. in l. cùm quædam. in prin. propter glo. ibi, ff. de iurisd. omniũ iud. & latiùs do. Ant. in d. c. per uenerabilẽ. in pe. char. Et similiter sibi subiectos potest creare tabelliones extra suũ territoriũ, per ea quæ de actibus uoluntariæ iurisdictiõis latè ponit Bald. in l. ij ff. de offi. procõs. & leg. & in l. emancipari. ff. de adop. ubi idem dicit de legitimatione. ¶ Vndeci-
15 mò † quæritur, utrùm habentes à principe potestatem creandi tabelliones possint eam alteri committere? & dicitur, ꝙ non: quia ea, quæ sunt uoluntariæ iurisdictionis, nõ possunt alteri delegari, ut est gl. in l. ab ea parte. ff. de proba. per quã ita tenet Bal. in l. gesta. in j. col. C. de re iud. & in l. iij. post medium, C. quando prouoc. nõ est ne. & s. in rubr. de offi. deleg. & facit, quod ipse no. in c. fi. in fi. s. de offi. deleg. ubi dicit, quòd facultas non potest alij alteri delegari: facit etiam, quod no. Bar. in l. & quia. ff. de iurisd. omnium iud. & latiùs Pet. de Anc. in cle. j. in iij. opp. de offi. dele. ubi dicunt, ꝙ habens nudum articulum non iurisdictionalẽ expedire, non potest hoc alteri delegare: & est tex. in d. c. ult. §. fi. de offi. dele. ¶ Duo
16 decimò † quæritur, utrũ instrumenta facta in loco subiecto creanti tabellionem probent ubiq; & dicendum est, ꝙ sic, secundũ omnes Doc. hîc: & hoc à quocunq; sit creatus tabellio. Idem Rota in formis, deci. ccxcj. incip. instrumẽta cõfecta. & Bar. in l. j. C. de emanci. lib. & Bal. in c. cùm dilectus. circa prin. s. eo. & in d. l. cũctos. in pe. cha. uer. nunc quæro circa hoc. & do. Ant. in c. per uenerabilem. in pe. char. j. qui filij sint legiti. & Domi. in cap. Romana. §. fin. de fo. compe. in vj. & Pet. de Ancha. in re. pe. c. j. in xxv. char. uersi. uenio ad tertium. ff. de consti. & Bart. in l. nec ei. §. j. ff. de adop. ¶ Et non dicitur in dictis locis, quòd probent solùm inter homines loci, in quo sunt confecta, si alibi agant: sed loquuntur simpliciter, & sentiunt, ꝙ probent contra quoscunq;, ex quo eorũ origo est iuridica, & habet authoritatẽ & principiũ cũ omni necessaria solennitate approbata à iure cõmuni: Vnde ius probationis ortum à principio, non tollitur mutatione loci, secundũ Bal. in d. l. cunctos. & ita credo. Bene uerum est, ꝙ ubi aliqua scriptura fortitur uirtutẽ solùm à specialí consuetudine unius loci, licet illa scriptura, pbet inter subditos illius loci, ubicunq; sint, non tamen inter alios non subditos: quia consuetudo non extenditur ad alios, ut per Bart. quem sic intelligo in l.
17 exemplo. ¶ Decimotertiò † quæritur, utrũ tabellio imperialis conficere possit instrumenta in terris ecclesiæ, & ecõtrà Apostolicus in terris imperij? & in hoc dom. Anto. dom. Abb. & Hostien. & dom. Anto. in c. sicut. j. ne cleri. uel monachi. tenent, ꝙ non, per notata in c. per uenerabilem. j. qui filij sint legi. ubi sic dicitur de legitimatione. Sed contrarium tenet hîc Imol. & dom. Anto. in d. c. per uenerabilem. & Bald. in tractatu suo de tabellionibus, in vj. q. & Bart. in l. apud proconsulem. ff. de manumiss. uindic. & Domi. in d. §. fi. & Bal. in conclusionibus Spec. in isto tit. in iiij. col. & dom. Abb. latè in d. c. sicut. Ita refert tenere ibi Gasparem Cald. Pet. de Anch. & do. Car. Et idẽ satis uult do. Abb. hîc, dum dicit, ꝙ isti non possunt, nisi cõsentientibus partibus. Et ita etiam sentiunt prædicti. Mouentur: quia isti sunt actus uoluntariæ iurisdictionis, & potestas notarijs est prorogabilis, & agitur solùm de præiudicio ipsorũ rogantiũ, ut in §. j. in authen. de tabellio. & ita se habet cõsuetudo, quæ in talib. multa sustentat, c. cùm dilectus. s. eo d. Secus est autem in legitimatione: quia interdum fit sine consensu eorum, quos tangit, ut per Bart. in l. gallus. §. & quid si tantùm. ff. de lib. & posthu. & uide, quod dicetur in-
18 frà. q. ult. ¶ Quartodecimò † quæritur, utrùm tabellio creatus à consuetudine, uel statuto uniuersitatis, uel rectoris certi territorij, possit conficere instrumenta inter subditos illius loci extra territorium? & dic, quòd sic, secundum Bald. in. c. cùm dilectus. circa princip. s. eo. & in d. l. cunctos. & do. Abb. in d. c. sicut, & Pet. de Anch. in d. repet. c. j. quia hoc est officium, cui non est annexa iurisdictio, nec est eius potestas inter subditos limitata territorio, per l. quæro. ff. de sol. Et dicit Bar. in d. l. cunctos. hoc tenendum, salua substantia ueritatis: licet dom. Ab. hîc aliter dicat: quia, secundũ ipsum alibi non est publica persona, sed potest, quo ad istos, censeri publica. Et idem, si stando in territorio cõficeret instrumentum inter non subditos creanti: quia efficiuntur subditi saltem ratione cõtractus, c. fi. suprà, de foro compe. secundum do. Ant. in d. c. per uenerabilem. & do. Ab. hîc. ¶ Quintodecimò & ultimò quæritur, utrùm tabellio, de quo proximè dictũ est, possit conficere instrumentum inter nõ subditos extra territorium? & uideretur, quòd sic: quia de consensu partium potest prorogari potestas tabellionis, ut suprà, q. xiij. & notat dom. Abb. in d. c. sicut. in antepe. col. & Bald. in lege repetita. ad fi. C. de episc. & cle. & gl. in §. pe. in authen. de tabellio. & Bal. in l. iubemus. §. sanè. C. de sacrosan. eccl. & ita etiam no. Spec. in d. §. restat. uer. quid de his. ¶ Cõtrarium tenet Ioan. And. ibi, & Imol. hîc. & Domi. in d. c. Romana. & Bald. in Spec. in isto tit. in iiij. col. & Bart. in l. apud proconsulẽ. ff. de manumiss. uindic. & dominus Anto. in d. c. per uenerabilem. & Bar. in d. l. nec ei. §. j. Et fuit opi. Guil. de Cug. in leg. repetita. C. de episc. & cler. Et quòd potestas istorum ideo sit prorogabilis, tenet Bald. in leg. j. in fi. ff. de iudi. & dominus Abb. hîc per d. c. Romana. §. pe. Et quia talis innititur authoritate creantis, & nõ põt plus, quàm ille, extra metas sibi cõcessas exercere officiũ, & ad iura loquentia de prorogatione, loquuntur de habente iurisdictionẽ, quæ prorogari potest: istud uerò est nudum officium, d. c. sicut. Imò dixit Bal. in l. j. in iij. col. C. ne filius pro patre. quòd si statutum dicit, ꝙ contra instrumentũ nulla exceptio, quamuis peremptoria, possit opponi, tamẽ potest opponi, ꝙ notarius confecit extra territorium, in quo fuit creatus. ¶ Et per hæc passus est dubius: sed ista secunda pars est uerior. Prima aũt saluari potest, ubi cõsuetudo

aliud

aliud dictaret, d. c. cùm dilectus. Item potest saluari in notarijs, qui sunt iudices chartularij, qui sunt maioris prærogatiuæ, ꝗ alij, ut per do. Ant. in c. j. in pen. char. s. eo. & glo. & Bar. in l. fi. C. ubi & apud quẽ. & do Abb. in c. sicut. & potestas talium potest protogari, secundum gl. & Bar. in l. j. ff. de iudi. & Ang. in l. Seius. C. de do. Nõ obst. dicta in xiij. q. qa ratio specialitatis est fortè in notarijs Papalibus & imperialib. propter maiorẽ dignitatem: & ita expressè sentit Rota d. deci. incip. Instrumenta. & Dominic. in d. c. Romana. Vel dici potest, ꝙ illa nõ procedunt, nisi ex cõsuetudine, si teneremus, ꝙ officiũ tabellionis nõ sit prorogabile: in quo sunt opiniones, ut est dictũ. ¶ Vltimò not. duo. Primò, ꝙ pars potest dictare instrumentũ conficiendũ à notario, secundũ do. Card. & do. Abb. hîc per c. cùm redemptor. in uerbo, dictauimus. xij. q. ij. Secundò no. ꝙ quãdo protocollum seu originale est suspectum, licet sumptum ex eo sit clarum & legibile, non potest peti missio in possessionem ex beneficio legis, edicto. C. de edic. diui. quæ requirit instrumentũ purum & in nullo suspectum. Ita Bald. in consil. incip. In quæstione, Meneti, Laurentij. Crederem tamen, ꝙ si probarent, caducitatem, uel corruptionem originalis superuenisse post exemplationem, sustentaretur instrumentum.

SVMMARIVM.

1 ¶ *Scriptura quælibet faciens ad instructionem alicuius causæ potest peti exemplari.*

2 *Delegatus ad causam non potest interponere authoritatem instrumento exemplando, nisi specialiter ad hoc sit delegatus, licet tale instrumentum spectet ad causam.*

3 *Exemplatio instrumentorum coram quibus iudicibus fieri potest. Adde nu. 4.*

4 *Exemplatio instrumentorum debet fieri authoritate iudicis, aliàs non ualet.*

Fallit primò, nisi partes consentiant, quòd notarius publicet. Post nu. 4. uersi. regula autem istius tex.

5 *Exemplum sumptum per eundem notariũ ab instrumẽto, quod ipse confecit, facit fidem, sicut instrumentum originale.*

6 *Iudex, cuius authoritate instrumentum exemplatur, debet citare partem, cuius interest.*

Ista regula patitur fallentias, ut nu. 7. 8. 9. 10. 11.

12 *Exemplans instrumentum debet esse notarius.*

13 *Exemplum instrumenti solenniter sumptum eandem uim habet; sicut originale.*

Hæc regula limitatur, ut hîc, & habet fallentias. Et de hac regula tractat usq; ad finem c.

CAPITVLVM XVI.

1 Si instrumenta. ¶ Instrumentum exemplatum per notariũ authoritate ordinarij eandem uim habet cum originali. ¶ Not. † primò ibi, instrumenta. secundũ Inno. & do. Abb. iuncta l. j. ff. de fide instr. ubi instrumentũ dicitur, quod instruit causam, ꝙ omnis scriptura faciens ad instructionem alicuius causæ potest peti exemplari: & idem est secundum Host. de omni probatione porrigente sufficiens documentũ, & ubi est timor amittendæ probationis: & sic, etiam si sint dicta testium, per c. Albericus. s. de testi. facit l. in l. Aquilia si deletum. ff. ad l. Aquiliam. ¶ Et iuxta hoc tangunt etiam latissimè Innoc. do. Card. do. Ant. & alij hîc, de publicatione testamẽti, quãdo sit necessaria? & ueritas est, ꝙ si est testamentũ nuncupatiuũ, id est, prolatum à testatore in præsentia notarij & testiũ, iuxta l. hac consultissima. C. q test. face. pos. & istud non indiget publicatione, si postea scribitur per tabellionem cum solẽnitatibus debitis: aliàs indiget publicatione, adeò ꝙ si ante publicationem testes moreretur, nõ probaret, l. si unus. C. de testa. nisi de ipsa scriptura fuisset facta mentio per testatorem notario faciendo eum rogatum, ꝙ illa erat sua ultima uoluntas, ut hîc ꝙ do. Abb. post alios, & per Bart. in l. j. §. si quis neget. in j. col. ff. quemad. testa. aper. & latiùs in l. ij. in prin. eo. tit. & aliquid in l. conficiuntur. ad fi. prin. ff. de iure codi. & in l. ij. per illum tex. C. quemad. testa. aper. & in l. publicati. & ibi Bal. & Paul. de Cast. C. de testa. & plenè Bal. in authen. si quis in aliquo. in antepen. col. C. de eden. & in rubr. C. de fid. instrum. in penult. col. & Host. in isto tit. §. fi. uersi. & si testamentũ. & latissimè, quo ad practicã, in Spec. de instru. edi. §. ostenso. uer. & no. ꝙ testamentũ.
2 usq; ad fin. §. ¶ Not. † secundò ibi, ordinario, uel delegato ab eo specialiter. qa ex hoc uerbo Specialiter, infertur, secundum Ioã. And. & alios hîc, ꝙ delegatus deputatus ad causam nõ præstat authoritatẽ huic exemplationi, etiamsi instrumentum faciat ad causam illã, sed oportet ut specialiter ad hoc deputetur: quod dicit do. Abb. esse notandũ. Sed dicit do. Card. ꝙ istud cõmuniter non seruatur, & ꝙ imò delegati faciunt scribi delegationẽ, & mandat adhiberi perpetuã fidem, ut per gl. & Doc. in c. cùm in iure. s. de offic. dele. sed dicit, ꝙ illud ualet propter authoritatẽ iudiciariam: item, quia acta faciunt fidem, d. c. cùm in iure. ubi glo. & c. quoniã. s. de proba. & c. causam. s. de testi. & per Inno. in c. fi. s. de pro
3 ba. ¶ Potest † aũt exemplatio fieri coram ecclesiastico, nedum inter clericos, sed inter laicos, nõ solùm pro rebus ecclesiasticis, sed etiam merè temporalibus, si sumꝰ in terris ecclesiæ: si aũt in terris imperij, merè temporalia exemplabuntur coram seculari: alia aũt pia corã ecclesiastico, etiamsi esset testamentũ nõ in piam causam: qa interest ecclesiastici, ꝙ testamenta adimpleantur, secundum Inno. Host. & expressiùs do. Ant. & Imo. hîc: ꝙ quibus in eo, quod dicunt de testamẽto, facit quod habetur per Host. & alios in c. Ioannes. j. de testa. ubi dicitur, ecclesiasticũ esse cõpetentem pro executione quorumcunq; testamentorũ: & dicit Imol. in c. relatum. el j. in ij. col. eo. tit. se consuluisse, ꝙ contra laicum potest agi coram ecclesiastico, p relicto ad pias causas. Et istud de testamento communiter tenetur, licet aliud dixerit do. Abb. hîc, & gl. ij. Host. do. Ant. & Imol. in c. si hæredes. j.
4 de testa. ¶ Et † appellatione ordinarij ecclesiastici intelligi potest etiam de uicario episcopi, cùm habeat ordinariam, ut no. glo. in c. ij. de offic. ord. in vj. & Inno. in c. Romana. de offic. ord. eod. lib. & glo. & Domin. qui hoc limitat in c. perfectis. xxv. dist. cum concord. Secus in uicario foraneo, secundum do. Abb. hîc propter glo. in clem. ij. in uerb. foraneo. de rescr. ¶ Regula autem istius text. quòd requiratur authoritas iudicis, fallit primò, nisi ipsæ partes consentiãt, quòd notarius publicet, secundum Ioan. And. do. Ant. & expressiùs Imol. hîc, & Bar. in authen. si quis in aliquo. in ij. col. C. de eden. & do. Ant. & Imol. in c. j. in ult. char. s. eod. & Bald. in l. ij. ff. de fide instru. & do. Abb. in c. Albericus. in penult. col. uer. aduerte tamen. suprà, de testi. ubi ita dicit limitari istum tex. quia, ut dicit hîc Imol. ex quo per notarium exemplatur, & de hoc rogatur coram testibus, tale instrumentum habens solennitates debitas, etiã sine authoritate iudicis debet ualere. Et ista decretalis intelligatur, quando de uoluntate unius partis tantùm scriptura exemplatur p tabellionẽ. Et idem firmat do. Car. in d. c. Albericus. in fi. dicens, se in pluribus contractib. fecisse extendi procuratoria & delegationes de consensu partiũ scribendo, ꝙ partes rogauerũt de hoc uolentes perpetuò credi: & tunc ualet etiã sinẽ hac solennitate: qd dicit esse utile. ¶ Et si diceret, talis notarius non fuit rogatus de cõtentis in instrumẽto, ergo de hoc nõ potest facere tale instrumentũ, ꝙ ualeat, p doctrinã Inno. in c. qm̃. cõtra. s. de proba. respondetur de mente Imol. hîc, & p Inno. ꝙ si partes confitentur uera esse, quæ continẽtur in illo instrumẽto, tunc illud exemplatũ faciat

fidem

c. si instrumenta.

fidem,tanquam confessio & pactũ plenè probans inter ipsas partes,per l.optimam.C.de contrah.stip.¶Fal
5 lit † secundò, nisi exemplum sumatur ab eo, q scripsit originale:quia probat sine authoritate iudicis, secundum Bar.Bal.& Salic.in authen.si quis in aliquo. C. de eden.q ad hoc inducunt l.si quis.§.prohibet. ff.de edendo.& est bonus tex.in l.unũ testamentũ. & ibi gl. & Bal. ff.de testa.& tex.in c.dudum.j.de conuer.cõiug.& idem tenet Spec.de instr.edi.§.postquã. uers.j.& Bal.in l.ij. in ix.q.C.de testa.& in l.nostram.eod.tit.ubi pro hoc allegat no.per Bar.in l.Sempronius.ff.de leg.ij.Et idem no. Bar.in l.in fraudem.§.neq.ff.de iure fisci. & in l. si quis. §.prætor.& ibi etiã Ang.ff.de eden.& do.Ant.in c.j. in ultima char.s.eod.& do.Card.& do.Abb.in d.c.Alberic⁹. & Bal.in l.ij.ff.de fide instr. nisi cõtractus requireret scripturam, quia tunc in prima scriptura stat substantia: & nisi probaretur illam esse deperditã,exemplum manu eiusdem notarij non faciet fidem, secundum Bal. in rub.C.eod.tit.& sequitur Ro. in l. sciendum. ff. de uerb. obl. dicens ita posse intelligi tex.& Bar.in l.j.§.si quis in duobus.ff.de bon.poss.secũdum tab. & pro hoc etiam inducit tex.in §.illud.in authen. de tabellio. ¶Fallit etiam dicta regula in alijs casibus,in quibus exemplum absq; illa solennitate probat:de quibus j.in ult. notab.
6 ¶Debet † autem iudex authoritatem interpositurus huic exemplationi facere partem citari, secundum Innoc.& omnes hîc,& Bart.in d.authen.si quis in aliquo. cum multis alijs,quos pertinenter allegaui in d. c. Albericus.& dicit ibi do. Card. q per hoc reprobãtur insinuationes instrumentorum, quæ quotidie fiunt parte non citata:& dicit se uidisse multos in hoc errare: & dicit do.Card.hîc,tu redargues multa exemplaria diebus tuis:quia generaliter siue instrumentum sit exemplandum,siue scriptura sit sumẽda de archiuo,& quomodocunq; fiat exemplatio scripturæ, semper sunt uocandi,quorum interest,aliàs nullam fidem facit,secundum ipsum.Et adde,q si per secularem citandus est clericus, iudex hortari eum faciet ut cõpareat, & per hoc inducet scientiam exemplationis, secundũ Bal hîc, uel fiet citatio monitoria, sed non artatoria:putà, si sua putauerit interesse,secundum Bal.in l.testamenta.C.de testa.& Pet.de Anch.in regula,ea quæ.in xvj.q.de reg.iur. in vj. & Ang.in l.j.§.hæc stipulatio.ff.si cui plus quàm p l.Fal.& Sal.in l.consulta diualia. C. de testa. Et quando persona,quam exemplatio tangit,est certa,illa citatur, ut per Bal.in l.ij.C.de testa.& do.Abb.in c. abbate. j. de uerb.sign.& sufficit citatio ad domum in proposito, secundum Ang.in §.& hoc insuper.in authen. ut sponsalitia largitas.de quo in simili per do.Ant.in c.fin. in ult. char.s.de eo,qui mit.in poss.& Imol.in clem.causam.de
7 elect. ¶Istud † autẽ de citatione fallit in certis casibus, quos non dixi in d.c. Albericus. quia fallit primò, nisi exemplatio fiat per illum, & tabellionem, qui confecit originale instrumentum,secundum Rotam decis.x.incip. Fuit dubitatum. in formis.& do. Ant. & Imol. hîc, & do.Abb. post Inno.in d.c.Albericus.& Bart.& Bal.in d.authen.si quis in aliquo.& facit d.l.unum testamentum.& quod dictum est suprà,in una fallen. ¶Fallit secundò,nisi pars,quam tangit exemplatio, fuerit citata ad contradicendum ipsi exemplato, & non contradicit,secundum Rotam in formis, decis. cclxiij. incip. Li
8 cet.secundum do.Ant.& Imol.hîc. ¶Fallit † tertiò,quando ageretur de innouandis priuilegijs, uel indultis in curia Romana, cùm transeant per multas manus, secundum do.Ant.post Host.in c.uenerabilis.j. de cõfir. utili,uel inut.& do.Abb.in c.ex parte.el j.circa prin.j.de priuil.& Arch.in c.contra morẽ. centesima dist.& Spec. de instr.edi.§.ostenso.uer.porrò.& do.Ant.& Imol. hîc: secus,si extra curiã,ut per do.Ant.& do. Abb. in c. cùm dilecta.j.de de confirma. util. ubi pleniùs uide. ¶Fallit
9 quarto,nisi † exemplatio instrumenti fiat de mandato Papæ & authoritate ordinarij: quia non requiritur citatio secundum Host.in c. peruenit. j. de fideius. quem
7 hominis non. ¶ Quartò† limitatur ex eo, quod ſcribit Bal. in l. cõuenticulã. C. de epiſ. & cle. & in l. j. C. de colluſ. deteg. & Roma. in d. l. j. ſi cer. pe. ubi tranſeunt cum Bart. in exemplis ſuis, ſcilicet ubi agitur de probando actum in genere: putà, quòd quis ſit pauper, uel malæ famæ, aut quid ſimile, ut faciat dicta ratio, quia ſum uicinus: qa concludit à cõmuniter accidentibus: & ſufficit probationẽ concludere à cõmuniter accidentibus, ut eſt glo. no. & Bal. in l. neq; natales. C. de prob. Et idẽ ſi deponit de actu in ſpecie, qui conſueuit eſſe notus uicinis, ſeu conſanguineis, ut mores & ætas, d. l. octaui. & d. l. de tutela. Secus ſi eſt talis actus, qui à cõmuniter accidentib. non cõſueuit eſſe notus uicino, uel habet pariter ſe ad notum & ignotũ, ut homicidiũ Petri, uel furtum de re Martini: nã tunc non probat: quia non concludit, ut in dictis locis. ¶ Sed aduertendũ eſt: quia etiã in illis, quæ poſſunt à cõmuniter accidentib. concludenter percipi & probari, non uidetur, ꝙ teſtis probet reddendo cauſam, ſcilicet. Scio, quia ſum uicinus: quia licet uicinus præſumatur ſcire facta uicini, tñ ſcire dicit' quis diuerſimodè: quandoq; per ueritatẽ, & ex proprio & immediato ſenſu corporeo: quandoq; per uehementem opinionẽ, l. cùm falſum. & l. Pantonius. §. rei perduellionis. cũ gl. not. in gl. in uer. quærere. ff. de acq. hære. & probatur in l. ſi quis cùm ignoraret. in uerb. quaſi certus. & ibi Bar. ff. de teſta. tute. Vnde licet uicinus præſumatur ſcire ex uehemẽti opinione, regulariter non probat, ut dixi poſt do. Ant. in c. quoties. s̃. de teſt. Vnde ſi teſtis dicit ſe ſcire de homicidio, non probat: quia poteſt intelligi, ſcilicet per uehementẽ opi. ſm. Bal. in c. fi. s̃. de iura. cal. ltẽ pro hoc facit: quia teſtis diuerſimodè & per uarios ſenſus poteſt ſcire facta uicini: putà, ſi per uiſum, auditum, famam, & ſimilia: ſed teſtis, qui interrogatus de cauſa ſciẽtiæ reſpõdit, Scio, quia percepi per ſenſum corporis: non probat, tanquam ratio ſit nimis generalis & obſcura, ſm Bal. in l. teſtiũ. in ij. q. C. de teſti. & ſentit in l. j. in fi. C. de bo. poſ. ſm tab. Nihilo minùs ſtandũ eſt cũ cõmuni, ꝙ in ijs, quæ à cõmuniter accidentibus ſciuntur per uicinos, talis teſtis nõ probat: quia qñ dicitur quẽ ſcire, non intelligitur, niſi de uera ſcientia: qa ubi uehemens opinio, ibi non eſt propriè ſcientia, ſm gl. in l. ij. §. pe. in uer. ſciãt. ff. de aqua plu. ar. & in l. ſi duo. §. pe. in uer. ſcire. ff. uti poſſidet. & ſentit gl. in l. ſi liberi. ff. de peculio. & gl. in l. ſi paterfamiliàs. ĩ uer. ſcit. ff. de hęr. inſti. & illam notant ibi Bal. & Imo. ſingulariter: & propriè ſcientia eſt tantùm earũ rerum, quæ uerè ſunt. Vnde inferunt, ꝙ ſi teſtis dicat de contentis in capitulo, ſe ſcire quod ſcit, uidetur dicere, quòd uerũ ſic ſe habet: per quod expreſsè deſtruitur dictũ Bal. in d. c. fi. de iur. cal. Et hinc eſt, quòd ſcire eſt rem per cauſam cognoſcere, ut inquit Philoſophus, & refert Arch. in c. in domo. de pœnit. diſt. iiij. Vnde dicit Bart. in l. qui bona. §. qui alieno. ff. de dã. infe. ꝙ in teſte uerum ſcire, nõ intelligit per uehementem opinionem, ſed per ueritatem. Et quando dicebatur, ꝙ poſſunt diuerſimodè ſcire: reſpõdetur, ꝙ ex quo Scire in propoſito intelligitur per ueritatẽ perceptibilem uiſu & perceptibilem auditu: & ſic de ſimilibus uerbis intelliguntur ſecũdum ſubiectam materiam[b], per l. ſi uno. ff. locati. quẽ.
b admodũ dicimus de teſte, qui dicit, Scio, quia pręſens fui: qa probat, ut dixi in c. cùm cauſam. s̃. de teſt. & tamen præſentia poteſt in genere ſe habere ad uiſum tantùm & auditũ tantùm. Et pro hac benigna interpretatione teſtium faciunt multa, quæ dixi
8 in c. cùm tu. s̃. de teſti. ¶ Quintò† limitãtur, ſeu declarantur prædicta, quia probatio facta per teſtes deponentes modo, de quo s̃. dicitur probatio præſumptiua, nõ autem uera, ſeu concludens neceſsariò, ut per Bar. & alios in locis s̃. allegatis, & maximè per Bald. in d. l. conuenticulam. & in d. l. j. C. de ſer. fugi. & Baldus in c. quanto. ſuprà, eod. & do. Abba. in c. quoſdam. ſuprà, eodem. Et ex hoc ſequitur duplex effectus magnus. Primus eſt, qa minor pœna imponitur ei, qui cõuincitur ex tali probatione, per ea quæ dixi in c. afferte. s̃. eo. Secũdus eſt: quia ſentẽtia lata ea pręſumptione, quãdocunq; ex cõtrarijs meliorib. præſumptionibus, nõ debet retractari, per l. ſi qui adulterij. C. de adult. ſecũdũ intellectum

a *Iura ſanguinis] Adde idem tenẽtem do. Soc. in cõſil. cliij. inci. Pulchra & ſubtilis eſt præſens, uerſic. p oſtremo, circa medium, in ij. parte.*

b *Materiam] Adde idem tenentem dom. Soci. in conſil. cclviij. inci. Viſis inueſtituris. uerſic. ſed ulteriùs. circa medi. in ij. part. chart. cl vj.*

Bart.

Bar. & Ang. ibi: de quo tamẽ dic, ut dixi in c. propoſuiſti. s̃. de proba.

SVMMARIVM.

1 ¶ *Statutum dictans, quòd uxore mortua uir lucretur mediam dotem, an habeat locum in ſponſa.*
Adde num. 2. ubi arguit ad partem contrariam.
3 *Iura licet appellent plerunq; matrimonium, ubi interuenit deſponſatio de præſentia tantùm, intelliguntur tamen fecundum principium matrimonij.*
4 *Sponſalia non ueniunt appellatione matrimonij, quando agitur de materia odioſa mariti & uxoris.*
5 *Fama uiciniæ poteſt probari per duos teſtes.*
6 *Allegans turpitudinem ſuam non eſt audiendus.*
Iſta eſt regula, quæ fallit ſex modis, ut hîc per ordinem, num. hoc, 7. 8. 9. & 10.
11 *Suſpectus an quis poſſit allegari, quãdo actus non redundat ad utilitatem ſuam.*
12 *Dicta plura quãdo poſſunt ſimul iungi, ut faciant unã probationẽ.*

CAPITVLVM XIII.

1 Ertio loco. ¶ Primò per iſtũ tex. poſuit hîc do. Abb. extenſè unam q. in qua quotidie recurritur in practica: uidelicet ſtante† ſtatuto quòd uxore mortua ſine filijs maritus lucretur partem dotis, utrum mortua ſponſa de præſenti non traducta ad domũ, nec aliter cognita carnaliter, lucretur
a maritus partem dotis[a]? In qua q. inſiſto, non ſequendo ſimpliciter do. Ab. & in primis uideretur, quòd ſic: quia ſi uerum eſt, quòd ubi ceſſat promiſſio de contrahendo, non rectè dicantur ſponſi, ſed ideo coniuges, ex quo matrimonium dicitur habere perfectum uinculum, ergo dicetur mortua uxor, non autẽ ſponſa, ne reſiſtat etymologia uocabuli. Facit, quod not. Bar. in l. cùm pater. ff. de parricid. ubi dicit, quòd appellatiõe uxoris uenit ſponſa de præſenti, non ex interpretatione, ſed ex propria ſignificatiõe uocabuli. Vide gl. in uer. electorum. in c. ij. s̃. de transla. præla. & gl. iij. in c. Canonica. j. de ſen. excõ. facit text. in l. cui fuerit. ff. de cond. & demonſt. ubi ſi legatur aliquid Titio, ſi contraxerit matrimonii cũ Berta, debetur ilico ſibi legatum, ſi contraxerit per uerba de præſenti, licet matrimoniũ non conſummauerit. Ad idem glo. in c. diſcretionẽ. j. de eo, qui cogn. conſang. uxo. ſuæ. ubi adulteriũ cõmittitur cũ ſponſa de præſenti: & no. gl. in uerb. uxore. in c. ſi uerò. j. de ſen. excõ. & probatur in l. propter uiola tam. C. de adul. Facit gl. j. in l. eũ, qui duas. C. de adul. & gl. in § patitur. in uer. per uxorẽ. Inſti. de iniur. facit tex. in l. Iulia. ff. de fund. dot. ubi ſpõſus prohibetur alienare, ſicut maritus. Facit gl. in l. ea, quæ la ij. ff. ad municip. quæ dicit, quòd ſponſa de præſenti efficitur ciuis loci mariti, ſicut de uxore dicitur ĩ l. fi. eo. tit. Facit tex. in l. pe. ff. de do. int. ui. & uxo. ubi ſicut prohibetur maritus donare uxori, ita ſponſæ nondũ traductæ. Et hanc partem in terminis firmat Bar. in l. nihil intereſt. per illum tex. ff. rerũ amota. ubi, quò ad illum titulum, nõ refert, an mulier fuerit traducta, uel non: & ꝙ illa dicatur nupta, & ille maritus, tenet glo. & Bar. in d. l. ſi cui fuerit. Et multa iura noſtra appellant matrimoniũ uinculum, quod eſt inter ſponſos de præſenti. Patet in c. fi. j. de ſpõſa duorũ. & in c. ſufficiat. & c; cùm renunciatur. cũ mul-

a *Dotis] Ad quã materiã uide plenè, & no. per do. Soc. ĩ cõſ. ccxxiij. incip. circa præſentem conſultationem. uerſ. ſed ad omnia præmiſſa. ibi, nam quid. in ij. parte, chart. xcviij. ubi etiam, quòd ſi ſtatutum diſponat, q, dos per maritum nõ lucretur, niſi uxore ducta in matrimonio cõſummato, qualiter procedat, & an & quando matrimonium cõſummatũ intelligatur, ut illa per eum lucretur.*

c. tertio loco.

tis ibi ſequen. xxvij. q. ij. Et hanc partem tenet etiã Bal. in l. Deo nobis. uer. ſed iuxta hoc pone. C. de epi. & cle: per illum tex. optimè facientẽ, dum probat, ꝙ id, quod maritus habet lucrari per mortẽ uxoris, lucratur, etiãſi ingrediatur monaſteriũ, & ſic carnalis copula nõ præceſsit. Vnde dicit ibi eſſe caſum, ꝙ ad lucrandum dotẽ non requiritur copula. Et pro iſta parte facit, quod no. Bar. in conſi. inc. quæritur, an ſtatuto cauetur. & in l. iubemus. §. ſanè. C. de ſacroſan. eccleſ. & Bal. in l. fin. C. de dot. promiſ. & Ang. conſi. clxxx. incip. præmitto ad euidentiam. & Pau. de Caſ. in l. ſed hoc ita. ff. de re iud. & in l. ſi donare. ff. de cond. ob cauſam. ubi dicunt, ꝙ ſtatutũ de lucranda dote habet locum in dote nondũ tradita,
b ſed promiſſa[b]. Et pro iſta parte addu-
ci poteſt, quod no. Bal. in l. j. in ij. q. C. b
unde uir & uxor. ubi quæritur, an illa lex uolens, quòd deficientib. coniunctis uir & uxor ab inteſtato uocentur, habeat locum in ſponſa de præſenti: & concludit, quòd ſic, per d. l. Deo nobis. & d. l. nihil intereſt. Secus dicit in ea, quæ eſt mera ſponſa de futuro. Et in hãc partem uidetur inclinare Bal. in c. capellanus. in fi. s̃. de ferijs. dũ dicit ſe reſpondiſſe, ꝙ ſtatutũ conferens lucrum marito mortua uxore in matrimonio copulato nõ habet locũ in nõdum traducta, quia fruſtra, ſm eũ, põderaretur copula: & ſic ſentit ſecus eſſe, ubi ſtatutũ non ponderat copulam. ¶ Adde, quod no. do. Car. conſil. xiiij. incip. ſtatuto Trigeſti. ubi conſuluit, ꝙ ſtãte ſtatuto, ꝙ debita cõtracta per uirũ ſint cõmunia, adeò ꝙ uxor teneatur pro medietate, habet locum in debitis contractis poſt ſponſalia de præſenti nondum traducta uxore, maximè per l.
2 pen. ff. de dona. inter ui. & uxo. ¶ Contrariã† partem tenet Bal. in l. non ſine. in prin. C. de bo. quæ lib. dicens, ꝙ ſtante ſtatuto, ꝙ pręmortua uxore uir lucretur dotem, non erit idem mortua ſponſa: quia ille ablatiuus Præmortua uxore, facit conditionem, l. ſi uxor ſit præmortua. Sed iſta non eſt uxor. Ergo conditio deficit. Allegl. falſus. §. an in patrem. ff. quod fal. tu. autho. Idẽ firmauit apertè Bald. in authen. dos data. C. de do. ante nup. ubi dicit eſſe optimũ argumentũ, ꝙ ſicut mulier nihil lucratur, ſi non ſuſtinet onus dotis datę, ita uir nihil lucrari debet, ſi onera matrimonij non ſuſtinet, ut in l. ab hoſtibus. §. ſi uir. ff. ſol. matri. ſiue loquamur in lucro ſtatutorũ, ſiue in lucro pacti, ſm ipſum. Idem tenet Pet. de An. in repe. c. j. in xlvij. chart. uer. quæro de quæſtione, quæ mihi occurrit de facto. s̃. de conſti. dicens, ꝙ ſtatutum, quod loquitur de nupta, nõ intelligitur de de ſpõſata tãtùm: & ibi dicit ſe unà cùm do. Ant. conſuluiſſe, quòd ſtante ſtatuto, ꝙ filia nupta ſiue maritata nõ ueniat ad ſucceſsionem, filia deſponſata de præſenti non excludetur: quia non dicitur nupta. Allegat etiam Bal. in d. l. non ſine. Et hanc partem tenet etiam do. Ab. hîc, dicens ſe ita conſuluiſſe Senis. Idem ipſe tenet in c. ex publico. j. de conuerſ. coniug. Idem tenet Sali. multùm latè & ſubtiliter loquẽs in l. cùm te. cũ quatuor ſequẽt. C. de do. ante nup. Mouetur maximè, quia uerba ſtatu
c ti ſumi debẽt in potiori ſignificato[c],
l. j. §. quæ in perpetuũ. ff. ſi ager uectig. uel emphyt. pet. & c. ſi quẽ. de ſenten. excommu. Et matrimonium per uerba de præſenti non dicitur matrimonium, quo ad plenũ ſignificatum, ut eſt gl. licet ipſe non dicat, in d. c. ex publico. & bonus text. in c. cùm initiatur. & ibi, §. ecce. & in §. iuxta. uer. unde Ambroſius. xxvij. q. ij. & in c. debitum. s̃. de big. Et dicit

b *Sed promiſſa] Adde Bar. in cõſ. incip. ſtatuto ciuitatis Sartiani cauetur. & Bal. in cõſil. inci. In Chriſti nomine: amen. Viſo dicto puncto. & Angel. in cõſ. incip. ſtatutũ loquẽs de dote data, &c. & Paul. de Caſ. in conſil. cxxiiij. incip. ſuper primo quæſito. & do. Alex. de Imo. in conſil. lij. in fi. iiij partis.*

c *Significato] Adde do. Soci. in conſil. xiiij. inci. Viſa prædicta facti. uerſi. no. non moueor, in fi. ĩ ſ. parte, char. cxlj. ubi idem tenet.*

Theolo-

Theologos tenere, quòd in beata Virgine desponsata Ioseph fuit perfectum matrimonium, quantũ ad sanctificationẽ, sed non quantum ad significationem: de quo in §. ergo. xxvij. q. ij. Et subdit pro hoc, quod est in proposito: quia cessat ratio statuti, quæ fuit ad succurrẽdum expensis factis per maritum in traductione ad domum: quam rationem dicit expressam esse in statuto Ferrariensi: & instant alijs rationibus, de quibus ibi per eum. Idem tenet. Sali. in cõsi. inci. Iacobus promisit Stephano. Idem est de mente Pet. de Anc. consi. xx. inci. pro solutione dubiorum. uer. tertiò ponderandũ. ubi dicit, quòd statutum puniens contrahentem matrimoniũ in certo casu, intelligitur de matrimonio consummato: nã antè dicuntur sponsalia, fm cõmunem usum loquendi: & statutum loquens de uxorẽ, non habet locũ in spõsa, cùm tractamus de odio: secus, si de fauore. Allegat Cy. in d. l. non sine. & bene facit ultra ipsum gl. in uer. contrahere. in cle. j. de consang. & affi. Et hãc partẽ tenet etiã Pet. de Anch. in c. j. in ult. col. de spon. in vj. per tex. in d. c. publico. Idem tenet do. Abb. in c. si inter. j. de spon. maximè propter cõmunem usum loquẽdi: per quem sponsa etiã de præsenti nõ appellatur uxor. Et quòd in statutis prẽualeat cõmunis usus loquendi, tetigit in d. c. per tuas. s. de proba. & ista est sufficiens ratio. Dicit tamẽ Dom. in c. Valentino. xxxiiij. dist. quòd sponsa de præsenti, largè dicitur sponsa, non propriè. Item hanc partem tenet do. Ab. in c. ij. per illum tex. j. de spons. duo. Idem Moderni in arbore affinitatis in pe. char. & in rub. j. de spons. Mouẽtur solùm: quia tale statutum duplici ratione uenit restringendum: tùm, quia contra ius cõmune: tũ, quia pœnale, c. statutũ. de elec. in vj. Vnde quamuis dicatur, quòd sponsa de præsenti sit uera uxor, hîc intellige largo modo, & in materia fauorabili: secus in materia stricta. Bene facit, fm eos, tex. Insti. de nup. §. sed si uxor. in fi. ubi sponsa patris mei nõ cognita, nõ dicitur mihi nouerca: & sponsa filij mei nõ cognita, non dicitur mihi nurus. Et pro hac parte uide Domi. in d. c. Valentino. ubi per illum tex. probantẽ, ꝙ spõsa de præsenti, non dicitur nupta ante copulam, infert, ꝙ si testator relinquit puellæ centũ, cùm fuerit nupta, non habebit legatum, licet contraxerit matrimonium de præsenti, donec fuerit secuta copula. Sed dubito, ꝙ Dom. uehemẽter errauerit propter tex. in d. l. cùm fuerit. ff. de condi. & demon. ubi in hoc suo dicto est casus in contrarium. Ex quib. omnibus apparet, utramq; partem facillimè sustentabilem. Sed sustentabilior uidetur ista secunda pars: quia ubi uerba statuti nõ adaptantur ad casum occurrẽtem, cessat ipsius dispositio, c. indẽnitatibus. Ad fi. de elec. in vj. & in c. ea, quæ. §. fi. & ibi do. Ant. j. de sta. mo. l. iij. §. prætor. & ibi Bar. ff. de dã. infec. cũ concor. Sed uerba statutorũ in materia ista cõmuniter requirunt, quòd uxor decesserit in matrimonio. Et ista non dicitur decessisse in matrimonio, ꝓpter dictionem In, quæ denotat intrinsecitatem[a] & perfectionem actus, l. j. §. ne quid in flumine publico. ff. ne quid in flumi. publi. ubi factum in ripa, nõ dicitur factum in flumine. Vnde dicit Bald. in rub. ff. so. ma. in j. col. ꝙ dictio In, iuncta ablatiuo denotat intrinsecitatẽ. Vnde insultans in porticu non punietur pœna statuti punientis insultãtem in domo, fm eum. Alle. Cy. in l. meminisse. ff. de offi. proconsul. & lega. not. Bal. in l. gallus. §. ille casus. ff. de libe. & posthu. est gl. unica in §. hęc, quæ de charitate. in uerb. Ezechiele. de pœnit. dist. ij. Item facit, quia qualitas adiecta uerbo intelligitur fm tempus uerbi, cui adijcitur, l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxa. Ergo si statutum diceret de uxore mortua in matrimonio, requiritur, ꝙ tẽpore mortis sit in matrimonio: & tamen non est sic: quia nõ est mortua in matrimonio propriè sumendo, scilicet cõsummato, d. c. ex publico. & d. c. debitũ. & bonus tex. in l. si qua mihi uxor. ff. de ritu nup. Ire etiã, qñ statutũ non uteretur hoc uerbo In matrimonio, idem esset per prædicta, & per eà, quæ statim dicẽtur. ¶ Et† per allegata in contrarium patet responsio ex prædictis: quia licet multa iura appellent matrimonium, ubi interuenit simplex desponsatio de præsenti tantùm, tamen intelliguntur fm matrimonij principiũ. Facit optimè gl. ij. cõiũcto tex. in c. j. de cogna. spirituali, in vj. Præterea quoties materia subiecta repugnat, nunquã illa iura loquẽtia de uxore procedunt in spõsa de præsenti, ut probat gl. approbata in d. cle. j. facit, quod no. Bar. contra gl. in l. ij. §. fi. ff. de prin. cre. uolẽs, quòd lex asiduis. C. qui poti. in pig. ha. non habeat locum in sponsa de præsenti, per d. l. asiduis. ibi, quis enim non misereatur, &c. Ad idem facit, quòd habetur in tex. & gl. & ibi per Ange. in l. solet. §. quæ uirum. ff. de infa. ubi pœna apposita fm leges contrahenti matrimoniũ tempore ludus, nõ extẽditur ad contrahentẽ sponsalia de præsenti. Facit optimè gl. in cle. ij. in uerbo, matrimonijs. de iudi. dũ põderat uerbum, Tangentibus. Ad illud autem, quod not. Bar. in d. l. cùm pater. posset dici, quòd imò ex propria significatione sponsa non dicatur uxor, sed ex interpretatione: & hoc satis probatur in c. consultationi. j. de frigi. & malefi. & in d. c. debitũ. & in c. si quis desponsatã. in uer. ritẽ. xxvij. q. ij. Vnde in statuto debet attẽdi potior significatio & proprietas uerborũ, l. iij. §. hæc uerba. & ibi Bar. ff. de neg. gest. ¶ Ad tex. in d. l. Deo nobis. respõdet Sali. in d. l. cùm te. quòd ibi nihil statuitur super lucro de nouo conferendo, sed determinatur, utrùm debitum ex pacto sub conditione mortis extendatur ad mortẽ ciuilem? & dicitur, quòd sic. Vnde innuit, quòd in alio casu, si simpliciter despõsata efficitur monacha, stante dicto statuto nihil lucrabitur: quia in casu mortis nihil habuisset. Respõdet etiã Ab. in d. c. ex publico. ꝙ q. nostra non loquitur, ubi lucrũ deferẽ marito: ideo propter affectũ coniugalem, qui extinguitur, sed ratione sumptus adhibiti, inducẽdo mulierẽ, sed ubi lucrũ esset par utrinq; : quia propter affectũ coniugalem tũc procedit illa l. quã nimis latè intelligit Bal. fm do. Ab. Ad illud, ꝙ statutũ de dote habeat locũ in dote promissa: dic, quòd loquitur in dote non data constante matrimonio: sed nõ dicũt, ꝙ si non est data ante cõsummatũ matrimoniũ, habeat locũ statutũ: quia hoc est falsum, ut in terminis no. Sali. in d. l. si constante. uer. sed à contrario. C. de dona. ante nup. dicẽs, quòd statutũ, de quo s. intellẽgitur de dote data, non autẽ de dote promissa. Ad alia colligitur responsio ex prædictis. ¶ Et retenta hac parte, scias etiam circa eã primò, ꝙ si mulier ducta esset, ut uiro coniungeretur, & ante coniunctionẽ decesserit, tunc uir lucrabitur partẽ dotis debitã uigore statuti: quia pro coniuncta & copulata habetur, quæ de proximo copulanda est: arg. l. pe. ff. de testa. mili. & l. itẽ legatis. ff. de leg. iij. & Insti. de dona. §. fi. Ita uoluit Salic. multùm singulariter i d. l. cùm te. in fi. Et est æquissimũ attenta impensa nuptiarũ, cuius respectu talia statuta uigent. Vbi autẽ de plano & sine impẽsa ducta esset, dubitarẽ. Nec obst. quòd de proximo est copulãda: quia dici non potest copulata uerè: & pulchrum esset cogitare, quid si ducta esset & cognita abſq; alia expensa, an cessaret statutum. ¶ Secundò† scias fm do. Abb. quòd ubi agitur de materia odiosa, appellatione uxoris, uel mariti, seu matrimonij, non ueniunt sponsalia contracta de præsenti, nec ipsi contrahentes. Si autẽ agitur de materia fauorabili, ueniũt sponsi, qui contraxerũt per uerba de futuro, ut l. non sine. C. de bo. quæ lib. ubi pulcher casus. Si uerò materia est indifferens, ueniũt, etiãsi contraxerũt per uerba de præsenti, licet carnalis copula nondũ interuenit: & fortiùs, si interuenit, ut hîc per ipsum. ¶ Tertiò† principaliter per istum tex. in uer. testimoniũ uiciniæ. no. hîc do. Ab. quòd si duo testes deponunt

a *Intrinsecitatem*] *Adde Phil. in c. ecclesia. s. de cõstit. in col. xxij. in fi. & quod in apostil. dixi.*

nunt testimonium uiciniæ: etiam sumitur hîc testimonium pro asseueratione extrajudicali sine iuramento, sicut in c. tua. j. de coha. cle. & mu. Ex quo colligit, quòd per duos testes potest probari fama totius uiciniæ: & sic nõ requirũtur, quòd maior pars uiciniæ deponat, sicut existimant quidam minùs intelligentes, secundum eũ multùm notantem hunc tex. secundũ quem dicit intelligendũ c. inquisitionis. in fi. j. de accus. & de hoc alleg. gl. in §. fi. ij. q. j. & in §. item sæpe. iiij. q. iij. & in l. ij. §. quę argumẽta. ff. de testi. & per Doc. in c. inquisitionis. & Bart. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstio. facit c. tàm literis. de testi: & in l. ij. de bo. pos. secũdũ tab. ubi per duos testes probatur inscriptio septem testium: & cùm istis concordat. Sal. in l. ea quidẽ. uers. item per quot testes. C. de accus. & Bal. in l. data opera. C. qui accus. & do. Ab. in d. c. inquisitionis. §. fi. & Arch. & Domi. in §. fi. ij. q. j. Et non sufficeret unus testis cũ iuramento partis ad probandam famam, secũdum Bal. in l. in bonæ fidei. C. de reb. cred. Et adde, quòd etiam notorium probatur per duos testes, ut per gl. Arch. & Dom. in d. §. fi. & gl. & Arc. in §. item sæpe. iiij. q. iij. & Bart. in l. hæredes palàm. ff. de testa. & Spe. in ti. de notorio crimine[a]. §. qualiter: & Bald. in d. l. data. Et istis adde tex. in c. cùm in tua. de spons. per quem dicunt ibi Mod. in vj. no. confusum fuisse quendam doctorem repetentem Paduæ, qui dicebat, quòd infamia, uel bona fama non poterat probari, nisi per maiorem partem uiciniæ, quando ex aduerso laborat infamia, uel bona fama: quia si una fama tollit aliam in eadem uicinia, impossibile est, quòd utraq; fit à maiori parte uiciniæ. Et de istis dixi aliàs in c. cùm oporteat. de accus. ¶ In† glo. ij. ibi, propter periculum animæ auditur. Ex istis habes unam fallẽtiam ad regulam, quòd non auditur allegans turpitudinem suam[b]: & cum ista gl. concordat gl. fi. in c. cõstitutus. de transac. & gl. in uers. uiuentem. in c. ex tenore. de testi. in c. lator. de re iud. & in c. inter dilectos. in uerb. turpitudinem. de dona. Bene facit gl. mag. in fi. & c. ex pœnitẽtibus. l. dist. dicens, quòd promouendus ad ordines, & ille qui producit in testẽ, potest dicere, Sum inhabilis: & ista fallentia comprehendit sub se multos casus do. Ab. in d. c. inter dilectos. ¶ Secundò fallit, quando quis cõfitetur contra se: & ex confessione sua est puniendus: quia nõ habetur respectus, quòd allegat turpitudinem suam, l. Neratius. §. fi. cum l. seq. ff. ad l. Aqui. & l. si confessus. ff. de custo. reo. & in c. ex tenore. j. de confes. præben. ¶ Tertiò† fallit, quando quis allegat turpitudinem suã, non quidem fundando intẽtionem suam principaliter, sed coadiuuando fundatam contra eũ, qui fuit particeps turpitudinis, l. de tutela. & ibi hoc no. Bartol. C. de in integ. rest. mino. Et hoc intellige, quãdo ille particeps certat de lucro: & allegans turpitudinem certat de dãno: aliàs secus, fm Bar. in l. iusiurandum, quod ex conuentiõe. §. procura. in pe. col. ff. de iureiu. ubi latè loquitur. Adl. ad hoc l. uiro atque uxore. ff. sol. ma. & l. apud Celsum. §. Marcellus. ff. de do. excep. ubi alleganti turpitudinem contra participem ad fi. lucri potest replicari de eodem crimine & compẽsari, & tradit in c. fi. j. de adul. Si autem non per modum replicationis, sed principalis petitionis fundaret se actor ex dolo suo, tunc indistinctè non auditur, etiamsi aduersarius participasset, d. l. de tutela. Et de hac fallẽtia uide, quæ latè ponit Bal. in repe. l. cùm mulier. ff. sol. ma. & in l. si creditoribus. C. de ser. pig. da. manumis. Et per hanc fallentiã dicit Bal. in d. l. iusiurandum. se respondisse, quòd si mihi agenti rei uendicatione pro re mea opponis, ꝙ fuit tibi uẽdita, possum replicare, quòd illa uẽditio fuit simulata & imaginaria: quia allego turpitudinem meam, coadiuuando intentionem meam, & cõtra te, qui participasti de ea, & certo de dãno uitando, tu de lucro captando: ad qd' uide Bal. in l. cùm profitearis. C. de reuo. dona. & Bar. in l. filios. C. de ijs, quæ in frau. cre. & Io. An. in Spe. de dona. §. j. uer. item pone, aliquis. additione inci. quia non uidetur. ubi inuenies non esse prohibitum allegare propriam uenditionem fuisse simulatam, uel imaginariam, nisi de eius fraude constat: quia tunc solùm licet replicando, ut est dictum. ¶ Quartò† fallit, nisi turpitudo fuisset priùs detecta. fm Bar. plenè in d. l. iusiurandum. per illum tex. fm intellectum Pe. de Bella perti. de quo Bar. facit festum, & sequitur Ro. in l. si Stichus. ff. de uerb. obl. & do. Ab. & in c. cùm super. j. de concess. præb. Bene facit, quod no. Bar. & Sal. in l. fi. C. de non nu. pec. ubi dicũt, quòd licet, ubi iuratum est omnia esse uera, non possint partes uenire contra iuramentum, allegãdo simulationẽ, ut latè per Imo. post do. Ant. in c. cùm contingat. in vj. mẽbro, j. tit. proxi. Imol. in c. ad nostrã. ad fi. j. de emptio. & uen. tamen si probationes allegantis simulationem fuerint receptæ & admissæ, tunc post detectam turpitudinem licitum est allegare eam. Similiter dicit Bal. in c. intelleximus. de iudi. ꝙ excõmunicato licitum est allegare excõmunicationem suã: quia est detecta per ipsam sententiã excõmunicationis. Et ideo dicit Bal. in d. l. si creditoribus. in fi. C. de ser. pig. da. manumis. ꝙ quis potest allegare sententiã, quæ continet turpitudinem suã: quia est detecta. Et dicit Bar. in l. ij. C. si ser. uel liber. ad decurio. aspi. lib. x. ꝙ si quis est condẽnatus de delicto, potest hoc allegare, ut se excuset à iudicando. Ad idẽ l. pe. ff. de suspec. tut. ubi ille, qui est remotus ut suspectus, potest allegare ad defendendũ se ab actione tutelæ. ¶ Quintò† fallit, ubi turpitudo esset talis, quòd elideret ex toto ius actoris, fm Io. An. in d. c. inter dilectos. quod reputabat ibi singulare dictũ do. Ab. & adducit pro hoc: quia ubi exceptio elidit ius agẽdi, non debet iudex audire actorem, ex quo notoriè fouet iniusticiam, per no. per Inn. in c. j. de offi. uic. facit gl. in l. ubi pactũ. C. de transac. cum concor. Et si diceretur, quomodo potest iudex audire allegantem turpitudinem: respondet Abb. dici posse, ꝙ illud nõ procedit in notorijs. Et hoc dicit notandũ bene. ¶ Vltimò† fallit in casu c. si quis Papa. & ibi gl. lxxxix. dist. & in casu authẽ. sed nouo iure. C. in qui. cau. ma. & in casu l. si quis. C. ad l. Iul. maie. & in quolibet, in quo apparet ratio specialitatis: & de materia uide etiã aliqd per Bal. in l. post mortem. ff. de adop. & in c. cùm M. de consti. & Imol. in l. qui superstitis. ff. de acqui. hære. ¶ In gl. in uerb. ad ea. no. gl. iuncto text. quòd† quis non potest allegari suspectus, quando dictum suum non redundet ad utilitatẽ eius: & pro hoc tex. ualde nota. in c. Nicena. ibi, licet esset nuptiarũ inexpertus. xxj. dist. Ad idẽ facit, quia mendax nunquã præsumitur esse in dolo, nisi mendaciũ redundet ad utilitatẽ suam. Tex. est, de quo facit festũ Bar. ibi in l. eleganter. §. fi. cum l. seq. ff. de dolo. ¶ In† gl. in uerb. quæ dicta. in fi. Quãdo plura possint simul iungi, ut faciant unã integram probationẽ, dixi latè in c. cùm causam. de ꝓb. Sed ibi dictis potes addere alia ex ijs, quæ scribit Pet. de Anc. consi. cclxxvij. incip. Visa diligenter. do. Ant. in c. ueniens. el j. quasi in fi. de testi. & do. Card. consil. cxviij. incip. monasterium sancti Iuliani. & sequitur do. Abb. in c. cùm Ioannes. de fid. instru. & Bal. in authen. rogati. C. de testi. & in l. obseruare. C. quorum appel. & do. Anto. in c. fi. j. titul. j. & ibi inuenies. Et pondera istam glos. quòd in casu huius decre. omnes coniecturæ & probationes fuerunt necessariæ: & dicit ibi do. Card. se hoc allegasse pridie in q. facti, in qua nõ erant probatæ omnes istæ coniecturæ, sed solùm aliquæ: quia per hoc dicit non esse probatã copulã: quòd idem

c. tertio loco.

a *In tit. de not. crimin.*] *Et ibi in addit. uide Bald. in uers. testis. ubi idem: sed in Mar gar. uerb. notorium. uers. tertiò dic per x. & adde eũ in l. de quibus. de legi. xxij. col.*

b *Turpitudinẽ suam*] *Adde hic, quæ in Apostil. dixi i c. scisciatus. s. de rescript. in uersic. non se excusat.*

idem dicunt hîc do. Anto. & do. Abb. & cõmuniter oẽs, quos uide: & addũt, quòd ubi eſſent urgentia ſigna copulæ, ut ſ. c. proxi. ſecus eſſet: & uide, quæ dixi in c. præterea. de teſti. ¶ In gl. ſi. Per iſtã gl. iuncto tex. colligi poteſt, quòd etiam id, quod de iure non tenet, poteſt peti diſſolui, uel infirmari: quod no. pro ſaluando libello. Intelligitur enim irritari petitum, quatenus eſt de facto proceſſum: ad hoc gl. in l. in uerb. infirmabitur. ff. de ferijs. & gl. pe. in c. accedens. el j. ſ. ut lit. non conteſt. & gl. pe. in c. auditis. de elect. no. Bal. ſaluãdo libellum in l. ij, qui ad ciuilia. uerſ. ex prædictis apparet. C. de appel.

SVMMARIVM.

1 Epiſcopus licet poſsit punire hæreticos, ut iudex ordinarius, fallit tamen, quando tractatur de proprio quæſtu bonorum.
2 Iudex an poteſt eſſe arbiter inter partes, ſi in eum compromittunt. Adde num. 3.
4 Frater an poſsit teſtificari pro fratre? regulariter dicitur, quòd ſic. Quæ regula limitatur ſex modis, ut nu. 5. 6. 7. 8. 9. 10.
Caſus autem in quibus prædictæ limitationes non procedunt, ſunt quinq;. Vide num. 11. 12. 13. 14. 15.
16 Frater nolens, aut inuitus, an admittatur contra fratrem.
17 In quibus criminibus non admittitur frater contra fratrem.
18 Agens pœnitentiam præſumitur confiteri delictum.
19 Petens ueniam non præſumitur deliquiſſe, ſed eſt ſignũ humilitatis.
20 Aſſeſſor moriens ſi dicat ſe tuliſſe ſententiam propter pecuniam, an noceat uictori in cauſa.
21 Præſumptio uehemens non ſufficit ad condemnandum, licet ſufficiat ad indicendam purgationem.
22 Hæreſis poteſt oriri ex leuibus ſignis, tamẽ illa ſigna debẽt probari.

CAPITVLVM XIIII.

Iteras. ¶ Propter preſumptionẽ etiã uehementem nõ debet quis de graui crimine condemnari. H. D. Et ſic licet ſit dubium, an ex ſuſpicione ſit ferenda ſententia, de quo in c. urſerte. ſ. eo. tamen uirum probatur hîc: quòd quantò crimẽ eſt grauius, tantò præſumptiones debent eſſe uehementiores. ¶ In tex. ibi, delegata fuiſſet. No. q; licet epiſcopus poſsit ex officio procedere contra hæreticos, c. ad abolendam. in fin. j. de hære. & facit c. j. ſ. de offi. ord. in cle. j. & ij. eo. tit. ubi hoc dicitur in exemplis, ſecundum do. Abb. hîc: tamen etiam aliquando cõmittitur delegatis. Et dicunt hîc cõmuniter Doc. quòd fortè fuerunt impetrati ab iſtis notatis
1 de hæreſi. ¶ Sed dicit Bal. hîc ſignanter, quòd † licet epiſcopus poſsit eos punire tanquam iudex ordinarius, tamen hoc eſt uerum, niſi tractet de proprio quæſtu bonorum, ut dicit notari in l. de iure. ff. ad munici. ubi dicit eſſe optimã glo. Dicitur enim in ea, quòd ubi agitur de commodo iudicis, non poteſt cognoſcere de cauſa, neq; an ſua ſit iuriſdictio. Ad quod pro nunc uide etiã gl. in c. ſtatutum. in prin. in uer. copia. & ibi omnino Domi. in fi. prin. de reſcrip. in vj. & gl. in uerb. cognitionem. & ibi do. Ant. & do. Abb. in c. ad audientiam. de appel. & Bal. in c. j. in tit. an apud iudicem, uel curiã. & in c. imperialẽ. in fi. de prohi. feu. alien. p Fed. Bart. Bal. & Ang. in l. quidam conſulebant. ff. de re iud. & Ang. in l. j. C. ne quis in ſua cauſa. & Abb. in c. cùm ueniſſent. de iudi. Et licet aliter dixerit Imo. in d. l. quidam. propter commodum ſportularum, tamen Bal. dicit hîc, quòd ſolæ ſportulæ non faciunt iudicem ſuſpectum, quia dantur pro labore: & eſt modicum lucrum, ſecundum eum. Allegat ſ. ne autem labor. in authen. de iudi. Si tamen ibi eſſent magnæ ſportulæ & qualitas iudicis aliud ſuaderet, non poſſet cognoſcere, an ſua ſit iuriſdictio, ut per Imol. poſt do. Ant. in c. ſuper literis. in princ. in iij. & ult. col. de reſcri. ubi latiùs uide de hac materia. Poteſt etiã dici, ſecundum Bald. quòd cauſa ſuſpicionis uitandæ Papa dedit delegatos, arg. l. ſolet. ff. de iuriſd. om. iudic. ¶ In text. ibi, ueriſimilius. Not. quòd ut iduæ præſumptiones oriuntur contra aliquem, ſtãdum eſt ualidio-
4 ri: & quotidie allegatur, q; una præſumptio uehemẽtior tollit aliã[a]: quia q; primo dicto, in quo inculpauit fratrem etiã non iurando, erat preſumptio ueritatis ratione nouæ conuerſionis: pro ſecundo erat præſumptio iuramenti: quia purgando iurauerat de fratris innocentia, in qua ueritate Papa iudicat pro primo dicto ratione conuerſionis. Per quod no. infertur, licet cõmunis opi. ſit, q; potiùs ſtatur dicto teſtis iurato, quàm dicto ſuo extraiudiciali non iurato, ut dixi in c. cùm in tua. ubi uide, de teſti. tamẽ fallit, niſi pro primo dicto, quamuis nõ iurato, eſſent multæ coniecturæ, per ipſum tex. quem Bald. hîc facit ualde ſing. & ipſum retuli, ubi ſ. Et p; iſtum text. dicit Bart. in l. ſi. poſt princ. ff. de quæſtio. quòd ſi quis reperitur in mẽdacio, eſt maxima præſumptio cõtra ipſum ad torturam. Et no. bene hunc tex. ſecundum Bal. hîc, quòd non creditur ei, qui negat ſe dixiſſe illud, q; in actis plublicis reperitur ſcriptum, cùm teſtificabatur. ¶ In glo. j. ibi, bene
2 poſſunt. Hoc eſt clarum, ſi uolunt cõpromittere tanquam in arbitratorẽ, ſm gl. in l. ſed & ſi in ſeruum. ſ. j. ff. de arbi. Si autem uolunt compromittere in iudicem tanquam in arbitrum, gl. hîc ſentit idem. Et idẽ glo. in c. cùm tempore. de arbi. & ibi latè do. Ant. Imo. & do. Abb. & gl. & Dom. in ſ. q; in arbi. iij. q. vij. & Ang. Imo. & Ro. in l. j. ſ. poſt operis. ff. de oper. no. nun. & glo. in ſ. tria. uer. ſi quis uerò iudex. iij. q. vij. & Spec. in tit. de arbi. ſ. poſtquam. uer. ſed nunquid in ordinarium. & Ang. in l. j. ff. de iudi. & do. Ant. & Imo. in c. Quintauallis. in x. differentia, j. tit. j. De iure autem ciuili ſecus eſt, per d. l. ſed & ſi in ſeruũ. ut latiùs in dictis locis: & idem do. Car. & Imo. hîc contra Hoſt.
3 Et † etiam, ſi poteſtas iſtorum delegatorum non fuiſſet reſeruata, non expiraſſet delegatio, ſecundum Inn. Io. And. & alios hîc. Pro quib. allegat do. Abb. not. in cle. quandiu. de appel. & authen. ſi tamen. C. de temp. appel. & quod no. gl. & Io. An. in c. ſignificantibus. de offi. dele. Secus econtrà: quia ſi de arbitris itur ad delegatũ, uel ordinarium, expirat compromiſſum, ſed pœna cõmittitur. Et idem, ſi itur ad alios arbitros, d. l. ſed & ſi in ſeruum. in fi. cũ duabus ſeq. Et rationem ponit do. Abb. hîc remittens ad dicta ſua in. c. ad petitionẽ. j. de accuſ. ubi de hoc nihil dicit: & ad Spec. in tit. de arbi. ſ. finitur. in fi. Poſſent etiam dicti arbitri pronunciare contrariũ eius, quod pronunciauerũt, ſi finito compromiſſo adhuc inſtaretur coram eis, tanquã delegatis, iuxta proximè dicta: & hoc, quãdo mouerentur ex nouis rationibus, ſecundũ omnes cõmuniter hîc: quia ſicut ex nouis rationibus retractari poteſt ſentẽtia ab alio, c. cùm Ioannes. de fid. inſtru. ita etiam ab ipſimet, iuxta c. ab excõmunicato de reſcript. ſicut aliquando quis audit cauſam appe. interpoſitæ à ſententia ipſius, ut per glo. ij. in c. multis. xvij. diſt. & in c. à collatione. in uer. potuiſti. de app. in vj. & in c. cùm inter Canonicos. in uer. confirmauit. de ele. facit l. j. ſ. ſi preſes. ff. quando app. ſit. gl. fi. in c. ſicut. ij. j. tit. j. & quod no. gl. in c. querelam. in uer. cõmiſit. de elec. & do. Abb. in c. ſi quis contra. de foro cõpet. & Ro. in l. ij. uer. xx. ff. de uerb. obli. facit, quod not. Io. An. in addi. Spec. de ſen. prolat. ſ. quoniam. & Bal. in l. eos. C. de appel. ubi ponunt, quid ſi iudex, à quo inſtituatur hæres ab appellante, an poſsit proſequi ap. Et dicunt,

a *Aliam] Adde idem tenentẽ do. Soc. in conſi. xxſ. incip. Viſis & diligẽter lectis. uer ſic. prædictis nõ. ibi, itẽ recedere. in prima parte, chart. xxxvij. & in conſil. cxxviij. inci. Iuſtiſsime iudex. uer. quarta concluſio. circa prin. in d. parte, chart. cxcviij. Et adde Ang. et Sal. in l. mater. C. de calum. & Bal. in l. ſi. ff. de hæred. inſtit. & Cy. & Doc. in l. ſi. cum dote. ſ. tranſgrediantur. ſol. matr. & Bart. in l. diuus. de reſti. in integ. in ij. col.*

dicunt, quòd ſic, niſi fuerit lata ab eo interlocutoria: quia illa magnam detegit iniquitatem iudicantis, ut not. in cle. appellanti. de appell. Et iſtis adde do. Ant. in c. ab excommunicato. de reſcript. ubi dicit, quòd ſi ordinarius, qui fuit arbitrator, uideat peti reductionem ad arbitrium boni uiri, poteſt ipſe reuocare, dum modò ex actis nouis, non antiquis. Et ad prędicta facit longa quæſtio Rot. deciſ. ccccxv. incip. Si ſecundus. in formis, de illo, qui fuit procurator alicuius expectantis, & obtinuit ſententiam pro ipſo contra certos obiectus: an poſsit deinde agere uigore ſuæ gratiæ cõtra ipſum, & pro quo fuit procurator? & uide in ſimili do. Ant. in c. j. in fin. de re iudi. & in c. irrefragabilis. in prin. ſ. de off. ord. & Domi. in c. diſciplina. in pen. col. xlv. diſt. & Spec. in tit. de aſſeſſore. ſ. fin. in fi. & in tit. de appel. ſ. nunc tractemus. uer. quid ſi ſit appellatum. In quibus locis habes, quando eadem perſona mutat conditionem, an poſsit uenire contra ea, quæ aliàs approbauit? ¶ In
4 gloſſ. in uer. de fratre ſuo. Cùm † quæritur, an frater ſit idoneus teſtis pro fratre? dicas regulariter, quòd ſic[a]: quia, ſecundũ Abb. hîc, nullo iure in totum repelletur. Ita tenet gloſſ. j. in c. inſinuante. de offic. deleg. & gl. fin. in fi. ibi, Arch. & Domi. in c. conſanguinei. iij. q. v. & gloſſ. ij. in c. cùm R. de offi. deleg. & communiter omnes poſt gloſſ. in l. parentes. C. de teſti. & do. Ant. in c. cùm oporteat. j. de accuſ. & alij in locis j. notandis. Nec obſt. quod habetur in l. etiam. C. de teſti. & in c. in literis. de teſti. ubi domeſticus nõ eſt idoneus teſtis pro domeſtico: quia ſumitur domeſticus pro ſubiecto poteſtati alicuius, ut dixi in d. c. in literis. in j. concluſ. ubi de hac materia tetigi aliquid in uer. fallit ſextò. & dixi latiùs ĩ d. c. cùm oporteat. ſed tamẽ repeto hîc, quia clariùs
5 tangetur. ¶ Prædicta † limita primò ex dicto Spec. in tit. de teſte. ſ. j. uer. ſed nunquid frater. & Bar. in l. qui teſtamẽto. ff. de teſta. ubi dicit, quòd licet frater ſit idoneus teſtis, tamen minor fides ei adhibetur, quàm alteri idoneo, per l. iij. j. reſponſo, ff. de teſti. Et per hoc infero, quòd ubi requirũtur teſtes omni exceptione maiores, talis non eſſet idoneus: pro quo expreſsè uidetur ponere Bal. in l. fin. C. de pro-
6 ba. ¶ Secundò limita, niſi † frater haberet bona communia cum fratre: quia uiderẽtur tunc teſtificari in eadem cauſa, ſecundum Spec. ubi ſ. & Domi. in c. conſanguinei. iij. q. v. & do. Anton. & Ana. in d. c. cùm oporteat. Sed ex eorum ratione non uidetur hoc procedere, ubi quæſtio non concernit ipſa bona communia. ¶ Tertiò
7 limita, niſi † ſint ambo in eiuſdem poteſtate, ſecundum proximè allegatos: & dicit Bald. in l. j. uer. quintò operatur. C. de epiſc. & cle. quòd licet frater non repellatur à teſtimonio ratione fraternitatis, tamen ſi ſimul habitant, bene repellitur ratione ſolius fra-
8 ternitatis. ¶ Quartò limita: niſi † agaretur cauſa de iniuria facta fratri: quia iniuria facta uni de domo cenſe-
b tur facta omnibus[b], per ea quæ habentur in l. lege Cornelia. ff. de iniu. & ibi hoc not. Bar. poſt prin. dicens, conſanguineos in tali cauſa non eſſe idoneos teſtes pro conſanguineo. Dicit tamen, quòd pro iniuria facta uni nõ competit alijs actio ciuilis iniuriarũ, ut ibi per eum: ad quod uide Bald. in l. unica, C. de rap. uirg. ubi dicit, quòd ſi fit iniuria uni de domo, intelligitur facta toti caſatæ: & ideo nullus de ea poterit teſtificari. Et idem tenẽt ibi Cyn. Ang. & Sali. & ad hoc uide etiam Bald. in l. unica, C. ſi quacunq; præditus poteſtate. & Bart. in l. cùm ſcimus. C. de agri. & cenſi. lib. xj. & in l. ita ſtipulat[a]. ſ. Chryſogonus. in fin. ff. de uerb. oblig. & in l. iij. ſ. ſi tutor. ff. de
9 ſtip. tuto. ¶ Quintò limita, niſi † agatur de crimine[c]: quia tunc non eſt fratter idoneus teſtis pro fratre accuſante, ſecundum Abb. hîc: quia agitur de maiori præiudicio, in quo teſtes debent omnino eſſe integri. Et idem uidetur de alijs conſanguineis & domeſticis: & ſic loquitur c. j. iij. q. v. & facit c. ſuper prudentiam. xiiij. q. ij. ſecũdum ipſum. Ad quod uide Bald. in l. fin. C. de proba. ubi idem tenet, allegando gloſ. in d. l. lege Cornelia. Putat tamen do. Abb. hîc, quòd in defectum aliorũ admittatur ſaltem ad faciendum indicium ad torturam: arg. c. fin. de teſti. cog. & c. cùm dilecti. & quod ibi no. de elect. An autem frater in criminali teſtificetur pro fratre, dicetur j. uer. quin
10 tus caſus. ¶ Sextò limita, ubicunq; † ageretur etiam ciuiliter in cauſa grauí & ualde tertiò præiudiciali: quo caſu non eſt integer teſtis, nec facit ſemiplenam probationem, licet faciat aliquando indicium. Ita not. Bald. expreſsè in l. parentes. in prin. C. de teſti. pro quo facere poteſt: quia maxima cauſa ciuilis, id eſt, multorum bonorũ, æquiparatur
d criminali[d], ut per gloſſ. & Bald. in l. ad uocati. C. de aduoca. diuerſ. iudi. & gl. in authen. ſi dicatur. C. de teſti. & per do. Abb. in c. j. in illo notabili, quod metus cauſa. & Ana. in c. cùm oporteat. de accuſ. facit c. j. de reſti. ſpo. in vj. & quod per ipſum not. Abb. in c. accedens. ij. in iij. coſ. ut lite non conteſt. Idem Sali. in d. l. parentes. & latè do. Mari. conſil. xlj. incip. quidam iuuenis. ¶ Modò pro intelligentia prædictorum eſt aduertendum: quia ſunt aliqui caſus, in quibus dictæ limitationes non ſemper procedunt, & indubitanter frater eſt teſtis idoneus pro
11 fratre. ¶ Primus eſt, quando † teſtis eſt adeò deuotæ & probatæ uitæ, putà religioſus de obſeruãtia, uel aliàs etiam laicus religioſæ uitæ, ut de mendacio non ſit ſuſpectus: nam tunc ei creditur, ſicut alij idoneo teſti. Ita decidit Innoc. in c. cùm R. canonicus. in pen. col. de offi. deleg. Pro quo etiam gloſſ. formalis in ſumma, ij. q. v. in fin. Et pro hoc adduci poſſent illa multa & noua dicta, quæ accumulaui in c. ſuper his. ad fi. de accuſa. per quæ apparet, quòd propter ſummam bonitatem uiri recedi tur à diſpoſitione iuris cõmunis: & ultra illa uide, q; ſcribit Bal. in c. præterea. de teſti. cog. & in c. fi. in pen. col. ſ. de confeſ. & in rub. C. de fide inſtru. in antepe. col. & in l. unica, uerſic. item eſto. de proba. ubi dicit, quòd quando cauſa eſt maximæ importantiæ, ſanctitas uiri nihil operatur in præiudicium alterius. ¶ Secundus caſus
12 eſt, quando † frater eſſet teſtis inſtrumentarius etiã pro facto fratris: quia eſt idoneus indubitanter, ſecundum Bal. in l. parentes. C. de teſti. quem allegat Ioan. de Ana. in d. c. cùm oporteat. licet in libro meo Bald. non dicat ſed idem dicit Imol. in c. literis. de tranſac. dicens, quòd ſi frater, uel alius cõſanguineus eſt deſcriptus in inſtrumento ad ſolennizandum & adminiculandum inſtrumentum, eius tacita uox facit fidem: de quo tamen dic, ut ibi latiùs per eum: & eſſet diſtinguendum de inhabilitate, prout j. uerſic. quartus caſus. ¶ Tertius caſus eſt,
13 quando † teſtis eſſet pariter coniunctus utriq; parti: putà, ſi frater teſtificaretur in cauſa uertente inter duos fratres ſuos: quia par cauſa affectionis ſuſpicionem tollit,

a *Quòd ſic] An & quando frater carnalis ſit idoneus teſtis, uide plenè, & not. per do. Soci. in conſ. ccxxxv. incip. Viſa cõtingentia facti. uerſi. nec obſt. ſi quarto & ulti moloco. cum uer. ſequ. in ij. parte, chart. cxiiij. & adde, quæ ad hoc habẽtur per Phi. in d. c. in literis. de teſti. & quod etiam ibi dixi in apoſtil.*

b *Omnibus] Adde do. Alexan. de Imol. in l. j. ſ. fin. de iniur. et omnino per eum in l. ſi finita. ſ. ſi de uectig. lib. iiij. char. de dam. infect. & Bal. in c. j. ſ. ſimiliter. quibus mo. feud. amitta. & plenè per do. Soci. in cõſ. ccxxviij. incip. In cauſa Gabrielis. cõtra uer. præterea inimicitiæ. in ij. parte, char. xv.*

c *De crimine] Ad qd' adde, quæ per Bart. habentur in l. qui teſtamento. ſ. per contrarium. de teſtamili. per text. in l. nõ ſolùm. de ritu nupt. & Lanfran. in c. quoniam cõtra. uer. teſtes. de probat. & Elor. in l. idoneus. eod. tit. & quod per Bald. in l. inſtrumenta. C. de proba.*

d *Criminali] Adde Phi. in c. teſtimonium. ſ. de teſti. & quod ibi in apoſtil. dixi.*

l. non solùm. ff. de ritu nupt. Ita Bar. in d. l. qui testamen
10. & sequitur Maria. in d. c. cùm oporteat. dicens, se ita
consuluisse: sed est glos. in terminis, licet ipse non dicat,
in c. consanguinei. iij. q. v. ¶ Quartus casus est, quan-
14 do † non opponitur per partem contra fratrem produ
ctum in testem: quia tunc valebit testimonium fratris
& cuiuscunq;, qui aliàs propter affectionē posset repel-
li, secundum Bal. elegāter in l. si quis testib. in ult. col. C.
de testib. ubi ita dicit de omnibus exceptionib. fauore
partis introductis: secus dicit de introductis odio te-
stis, ut excommunicationis, uel banni. Dicit tamen, q;
aduocati protestātur in principio saluas fore exceptio-
nes contra personas & dicta testiū: quia per talem pro-
testationē reseruatur ius opponendi, ne excludatur ta-
citus consensus: arg. l. si filius. ff. ad Mace. quæ procedūt
in testib. productis contra præsentes: sed quando con-
tra absentes, nō est necessaria protestatio, quia absens
non intelligitur cōsentire, ut ibi per eum. ¶ Quintus
15 casus est, quando † frater producitur ad defensionem
fratris etiā in causa criminali, secundū Bal. ualde solen-
niter in d. l. parentes. in princ. ubi dicit, q; si dictū fratris
prodest fratri, & nemini nocet, ut cùm purgat fratrem
de hæresi, tenet eius testimoniū. Ita dicit esse tex. notabi-
lem hîc, per quem infert, q; frater potest inducere fratrē
contra fiscū ad probandū, q; fecit homicidiū ad sui de-
fensam. Nec per hoc dicitur nocere fisco, qui tractat de
pœnali & odioso lucro cum alterius iactura: argu. eius,
quod no. in l. si quis uxori. §. fi. ff. de fur. ubi dicitur, q; in
interesse non habet ratio lucri, quod perciperetur cum
alterius iniuria ut ibi est gl. quæ nō est alibi, secundum
ipsum: cum quo etiā concordat Sal. in d. l. parētes. & est
dictum aureū, sed forte non procederet, ubi in causa cri
minali esset accusator: quia tūc nedū ageret ut ad præiu
dicium fisci, sed etiā partis: & est præiu
dicium maximū. ¶ Vltimò, an † fra
ter inuitus[a], uel nolens admittat con-
tra fratrem: dic, ut hîc per Abb. qui be
ne loquitur: & de hoc etiā per Bar. in l.
lege Iulia. & in l. legib. ff. de testi. & latè
per quendam Albericū Moder. in tra-
ctatu de teste, in xxij. charta, uer. nunc uidendū est prin-
17 cipaliter. ¶ In † ea. glo. ibi, in magnis criminib. putà,
quādo ueniret imponēda pœna capitalis, aut mortis,
uel deportationis, l. si magnū. allegata in gl. & sic secus
uideretur, si pœna relegationis tantùm, uel minor, esset
imponenda, secundū Imol. hîc: & addit Abb. q; ubi fra-
ter insidiaretur fratri, non habet locum d. l. si magnū. Et
adde, q; id, quod dicitur de fratre in d. l. si magnū. uide-
tur habere locū in quocunq; affine, per tex. sing. in c. si-
militer. iij. q. v. & ibi expressè Arch. & Domi. & uide Bart.
in l. minimè. ff. de relig. & sumpt. fun. Et quod in hac gl.
dicitur de fratre, procedit etiā in socio, secundū Ang. in
d. l. si magnū. per l. uerùm. in uerbo, uim fraternitatis. ff.
pro socio. de quo per Sali. in d. l. si magnū. ¶ In gl. par-
ua in uerbo, confessus. No. bene, secundū Bal. hîc, ex gl.
18 q; † ille, qui agit pœnitentiā, præsumitur confiteri deli-
ctum: & concor. l. locū. §. si quis dolo. ff. de tab. exhiben.
secundum ipsum, qui per hoc infert, q; qui stat ad confi
19 nia, præsumitur relegatus. ¶ Adde tamē, q; † petens ue
niam nō uidetur confiteri se deliquisse, sed est signū hu
manitatis, secundū gl. in uerbo, postulauit. in c. exhibi-
ta. de homi. Et ad hæc faciūt notata per Bar. in l. dotem.
ff. de uer. ob. & Car. in c. perpendimus. ad fi. j. de senten-
tia excom. in q. an petēs se absolui uidet fateri se excom
municatū: & dicitur, q; non: quia potest esse, q; petat ad
cautelā. Et de hoc, quādo priuatio præsupponat habi-
tum, uide gl. ij. in c. significauit. de censi. quæ probat, q; si
quis iubetur relaxare præceptū, ex hoc probatur illi fu-
isse paritū: & uide Pet. de Anc. cons. lj. incip. Pro clariori
decisione. in ult. col. ubi ponit, an liber banni, uel con-
demnationis probet homicidiū: & uide Bal. in l. fi. C. de
sententiā passis. ubi ponit, an per instrumentū emanci
pationis probetur patriā potestatē præcessisse: & uide
Bal. in l. moueor. C. de seruis expor. ubi dicit, q; proban
do monachū petiisse licentiā transeundi ad arctiorē uita
tam probatur, q; fuerit monachus: & uide Bal. in l. ij. per
illū tex. C. de iure aur. annul. ubi ponit, an per instrumē
tum legitimationis probet quē fuisse illegitimū. ¶ In
gl. in uerbo, graue. ibi, in ultimo articulo. De effectu con
fessionis factæ in ultima uoluntate tangit hîc aliquid
Imol. sed satis dixi in c. si cautio. uer. tertia declaratio. s.
de fide instr. Et no. hanc gl. Bal. q; non semper moriens
præsumitur uerū dicere. Ad quod uide Bar. & Ro. in l. si
quis moriēs. ff. ad Sylla. ubi ponūt, q; † si assessor moriēs
20 dixit, se tulisse sententiā per pecuniā, tale dictū non no-
cet uictori, per tex. in l. j. §. si quis filiū. ff. de Carb. edicto,
& in c. sicut. de testi. Adde etiā Bal. in authen. si dicatur.
C. de testi. ubi dicit, q; si testis dicit in articulo mortis, se
falsum dixisse, hoc non nocet parti. Allegat Bart. ubi s.
Adde etiā Pet. de Anc. in c. fi. j. de success. ab intest. ubi di-
cit, q; si moriēs dicat se mori culpa medici, nō iuuat per-
cussorē, si aliter hoc nō appareat. Adde etiā gl. & Ang. in
l. ij. C. de calum. ubi non statur dicto moriētis, qui dicit,
talis me percussit, licet hæres illū accusans propter hoc
excuset à calūnia. Adde etiā Bal. in l. j. in ult. col. uer. sed
pone, testator. C. cōmunia de leg. ubi ponit de testatore,
qui dicit, remitto oēs iniurias inimicis meis: quia cen-
setur ex hoc habere pacē. Adde etiā Bald. in tit. de pace
Constan. in uerbo, uasalli. ubi dicit, q; non omnis mo-
riens est Ioānes euangelista: allegat l. uerba. C. de testa.
¶ In gl. in uerbo, fratrem. in fine. No. q; ratione consan-
guinitatis, uel affinitatis aliquid præsumitur: & etiā, se-
cundum Bal. hîc, q; dicta ratione præsumitur donatio.
Alleg. l. Procula. cum si. ff. de proba. & refert Dy. dicentē,
q; cessio actionū inter coniunctas psonas uale t sine ex-
pressione tituli, q; inest titulus donationis. Alleg. Dyn.
in l. patrē. ff. de ijs, quæ in frau. cre. & adde text. in c. non
æstimemus. xiiij. q. ij. ubi dicit, q; ne-
b mo unquā carnem suā odio habuit[b].
Ex quo infert Angel. in l. j. ff. de in ius
uocan. q; statuta cōtra cōsanguineos
clericorum indirectè præcipientia ali
quid clericis, non tenent: quia ne con
sanguinei grauentur, clerici efficiuntur timidiores. Fa-
cit tex. elegās in c. sciant cuncti. de elect. in vj. ubi ita pu-
nitur offendēs cōsanguineos clerici propter ipsum cle-
ricū, sicut offendēs clericū. No tat Car. in cle. j. in prin. in
xiij. no. de excess. præla. & gl. in cle. ij. in uerbo, quomodo
libet. de sent. excom. & Bart. in l. j. in fi. ff. de his, quæ pœ-
næ nomine. & Ang. consil. xcviij. incipiente, Visa narra-
tione facti consilij. facit tex. in l. ij. ff. de receptato. ubi ex-
cusatur coniunctus receptans bannitum coniunctum,
& alleuiatur pœna: notat Domi. post gl. in uerbo, rece-
ptatoris. in c. felicis. de pœnis. in vj. in fi. principij. Facit,
quod notat Bal. in l. j. ff. de in ius uoc. ubi dicit, q; ratio-
ne coniunctionis sanguinis præsumitur obedientia. Fa
cit tex. in l. j. §. largiùs. in uerbo, honore, sanguinis. ff. de
successo. edict. Facit, quod no. Bal. & Sali. in l. final. C. de
sponsa. & quod notat Bal. in l. j. C. de indic. uid. tol. facit
c. Petrus. de homi. & c. quia præsulatus. j. q. iiij. & l. Aure-
21 lius. §. Titius testa. ff. de liber. legat. ¶ In † gl. in uerbo,
uehementem. ibi, sed non, ut condemnetur. Sufficit ta-
men suspicio ad indicendam purgationem etiam sine
infamia, secundum Innoc. in c. ex parte. in fin. de offic.
ordi. & glos. in c. quanto. s. eod. & do. Ant. in c. tua. per il-
lum text. de cohab. cle. & Arch. in §. fin. vij. q. ij. & Innoc.
in c. pen. super uerbo, incestus. j. de purg. Cano. & Inno.
& Ana. in c. sicut. de symonia. & Archi. latè in c. omni-
bus. iij. q. v. per text. in c. sollicitudines. in uerbo, uehe-
mentem suspicionem. de pur. Cano. Et etiam Ana. post
Car. in c. excommunicamus. §. adijcimus. de hæret. ubi
dicunt per illum text. sing. quòd ex hoc, quòd quis di-
scedat

a *Inuitus] Vide latè per Spec. in ti. de testr. §. j. ante uer. sed nūquid frater.*

b *Habuit] Adde Spec. in tit. de aduo. §. j. uer. item quod postulat.*

scedat à communi conuersatione, inquiritur contra i-
psum, tanquam contra hæreticum, etiā non precedente
22 infamia. ¶ Et adde, quòd † suspicio de hæresi oriti po
test etiam ex leuibus signis: sed illa signa debent plenè
probari, secundum Innoc. in d. c. sicut. de symonia. & Io.
And. in c. ut officium. §. j. de hæret. in vj. Et quòd ex sola
suspicione non possit condemnari, facit c. excommuni
camus. j. §. fin. in uerbo, certis indicijs. j. de hære. Et istis
adde omnino solenne consilium Oldr. ccx. quod inci-
pit, regularis habet traditio. ubi ponit, quæ dicatur uio
lenta præsumptio, ad hoc ut quis possit cōdemnari de
hæresi: de quo etiam per Domi. in c. ut officium. in prin.
& in c. ut filij. de hære. in vj. ubi etiam dicit, quòd etiam
ad suspicionem probandam sufficit leuis probatio, per
l. ij. hîc allegatam in glo. secus ad condemnandum, per
hanc gl. De istis per Hostien. in Summa de hære. §. qua-
liter deprehendatur. uersic. sed quos uocas. cum seq. &
adde text. & Doct. in c. cùm cōtumacia. de hær. in vj. ubi
habetur de una uiolenta præsumptione in proposito.
¶ In glos. fin. ibi, non debet admitti. Et sic uult glos. q;
hoc casu non præstetur iuratoria cautio, & quòd dictio
Præter, stet exclusiuè: & illud etiam tenet Inno. Hostien.
& Goffre. Sed contrarium tenent do. Cardi. do. Anto. &
Abb. Nec obstat, quòd periurus non debet admitti ad
iuramentum: quia uerum est ad iuramentum honoris,
sed admittitur ad iuramentum oneris & grauaminis,
quale erat istud: & idem glos. in c. paruuli. allegato in
glo. & Abb. in c. intelleximus. in pen. col. de iudi. & pro-
batur in c. cùm in ecclesijs. de maio. & obe. Sed Imol. &
fortè meliùs, tenet opi. glos. quia dictio Præter, exclu-
dit, quando id, quod sequitur post eam, poterit inclu-
di sub præcedenti oratione, uel dictione: secus, quando
non includebatur, ut per Legistas, maximè Bar. in l. j. in
fin. ff. de pigno. actio. & ita erat. Item facit c. clericos. alle-
gatum in glos. ubi etiam agitur de iuramento onero-
so, & tamen propter timorem periurij non præstatur. Et
ita hîc, secundum eum. Nec obst. licet non dicat, quod
dicitur de iuramento calumniæ: quia procedit in iura-
mento inducto legis necessitate, ut latè per Gas. Cald.
& Modernos in c. ij. j. qui cler. uel uouentes. ubi semper
uide: & per Imol. & alios in d. c. cùm in
eccles. Et ultra hæc de dictione Præ-
a ter[a], uide plenè p Archidi. in c. Ebron.
xiij. q. ij. & Ang. in l. qui bona. §. si quis.
ff. de damno in fecto. & Bal. in authen.
hoc amplius. C. de fideicōmis. & Bald.
hîc, & alios in l. actione. C. de transact.
& Pet. de Anchar. in regula, peccati. in
v. col. de regul. iur. in vj. & latè do. Car.
in clem. j. in j. col. de summ. trini. Et copiosè per Alberi,
de Rosa. in suo Dictionario, in uerbo, Præter.

a *Præter] De qua dictione uide etiam Bald. in c. j. §. sed et res. per quos fi. inuest. & Oldr. omnino in consil. xlix.*

CAPITVLVM XV.

Vm in iuuentute. ¶ Nō præsu
mitur incontinens in senectute, qui in iu-
uentute continuit. H. D. & nihil habet, sed
insistunt Doct. in Moralibus, de quibus per eos. Vnum
tene menti, propter quod omnes Doctores notant istū
text. uidelicet quòd propter infamiā ortam à maleuo-
lis, licet nō debeat committi solennis inquisitio, c. qua-
liter. el ij. & c. inquisitionis. in fin. de accus. tamen occul-
ta indagatio committi potest. ¶ Item per istum text.
in uerbo, detulisset. No. Bald. hîc, quòd denunciatio cri
minum potest fieri & prosequi per nuncium, nec est spe
ciale in rege, sed commune, secūdum ipsum, qui ex hoc
infert, quòd syndici infirmi tenentur denunciare ma-
leficia per procuratorem: quod dicit menti tenendum.
¶ Item per istum text. cum gl. fin. infert Bald. hîc, quòd

c. cùm in iuuentute.

literis executoris asserentis se fecisse aliquid creditur:
ad quod etiam allegat Archi. in c. Cathanensis. lxj. dist.
& ita etiam ibi Domi.

SVMMARIVM.

1 ¶ *Impetrator non tenetur probare omnia contenta in rescripto, li cet expressa uideantur in forma conditionis.*
2 *Idoneitas est duplex: intrinseca, & extrinseca.*
3 *Impetrator narrans in impetratione beneficij, quòd reditus non excedunt certam summam, si mentitur, an gratia sit nulla.*
4 *Impetrator an teneatur exprimere uerum ualorem beneficij.*
Et ponit pro regula, quòd quis tenetur exprimere ualorem non tantùm beneficij impetrandi, sed etiam obtentorum.
Limita, ut num. 5. 6. 7. 8. 9. 10.
11 *Bonus quilibet præsumitur, nisi contrarium probetur.*
Hæc est regula, quæ fallit, ut num. 12. 13. 14. 15.
16 *Executor datus ad beneficia, potest assumere partes iudicis, si uult, citando quorum interest, uel iudicialiter inquirendo de idoneitate impetrantis. & num. 17 18. 19. 20. 21.*
22 *Executor datus ad beneficia, non tenetur assumere partes iudicis, si non uult.*
23 *Hæc conclusio fallit, nisi in literis esset clausula, Vocatis uocandis: quia tunc tenetur citare & procedere iudicialiter.*
24 *Item, nisi uellet dare possessionem, quam alius tenet.*
25 *Item, nisi executor sit datus cum clausula, quæ uenit purificanda ex facto tertij, de cuius præiudicio agitur.*
Quartam & quintā fallentiam, uide num. 26. & 27. Item aliam, eamq; ultimam, num. 28.
29 *Executor ad beneficia, licet non purificet conditionem sonantem in monitionem, uel instructionem, ut si est idoneus, tenet tamen collatio ab ipso facta.*
30 *Collatio si fiat scienter indigno, est ipso iure nulla. Ad hoc adde numer. 31.*
32 *Papa si committit uices suas simpliciter alteri, an uideatur id facere supererogatiuè & cum plenitudine potestatis.*
33 *Clausula literarum ubi non sonat in monitionem, seu instructionem, sed in conditionem: putà, si est doctor, uel natus de tali uico, nunquam tenet collatio, nisi priùs purificetur dicta conditio.*
34 *Executor datus ad beneficia in casu, in quo assumit partes iudicis, debet procedere iudicialiter secūdum formam cle. sæpe. de uerb. signi.*
35 *Executor quotuplex sit.*
36 *Executor quando examinationem facit, an teneatur citare aliquem, qui uelit opponere, quòd prouisus non sit idoneus.*
37 *Executor an possit exequi, ante quàm literæ sint sibi præsentatæ, ut teneat executio.*
38 *Papa concessit beneficium, & dedit executores propter absentiam executoriū, iste iuit ad ordinarium, ut exequeretur, utrùm possit?*
39 *Executor si processit uigore literarum surreptitiarum, processus est nullus.*
40 *Executor si processit nulliter, adeo quòd gesta ab eo nō tenēt, utrùm collatio redeat ad Papam, uel ad ordinarium.*

CAPITVLVM XVI.

Vdum. ¶ Is, pro quo benefician
do scribitur cum clausula,
Si idoneus fuerit, non tenetur probare se
idoneum, cùm idoneus præsumatur. H. D.
¶ In text. ibi, scholarem. Credit hîc do. Abb. quòd uitia
retur rescriptum, si impetrans, qui dicit se esse scholarē,
non esset: quia faciliùs obtinetur gratia hac qualitate
expressa, ut per Innoc. in c. cùm in cunctis. in glos. incip.
est autē scientia. de electio. Et omne id, quo nō existente

uero, nō *ita faciliter* gratia cōceditur, uitiat rescriptum, si nō est uerum: c. postulasti. & ibi Hostien. & omnes, de rescript. & de hoc per Spec. & Ioan. An. in tit. de rescript. præsenta. §. ratione autem impetrantis. uer. sed ubi scribitur pro scholari. & subdit hîc Card. q̃ nō sufficit, q̃ dicat quem esse scholarem, nisi sit clericus, per c. ex literis. de transact. Vbi autem nondū est clericus, ponitur clausula, Cupiēs militiæ clericali ascribi: & tunc bene ualet, secundum ipsum: & per hoc credo non esse uerum, q̃d scribit do. Ant. in c. literę. de dilatio. ubi allegando certā decisionem Rotæ, quam non reperio, dicit, quòd si impetrans dicat se dotasse beneficiū, quod impetrat, & nō sit uerum, non uitiatur gratia, quasi sit superfluè narratum: quia profectò istud est tale, quo nō existente uero non ita facilè Papa cōcessisset, argu. nota. in c. dilectus.

1 de iure patro. ¶ In † text. ibi, nulla necessitas. Not. & tene menti hoc dictum, quasi nouum, secundum Abb. quòd impetrator non tenetur probare & uerificare omnia contenta in rescripto, etiamsi uideantur expressa in forma cōditionis, si pro illis habet fundatam intentionem iuris præsumptione, sed onus probādi cōtrarium incumbit neganti, ut hîc sing. probatur: & sic limita no. per Ioan. An. in c. j. de litis contest. in vj. ¶ In text. ibi, præsumatur idoneus. Not. quòd etiam ad beneficium quilibet præsumitur idoneus, nisi cōtrarium probetur: & intellige, dum modò sit clericus, per ea, quæ dixi s̄. quia clericatus & alia extrinseca non præsumuntur, ut statim diceť, sed respectu bonitatis intrinsecæ pro quo-

2 libet præsumitur, etiam quòd sit laicus. ¶ Est † autem multiplex idoneitas, nedū intrinseca, ut castitas, sobrietas, &c. sed etiam extrinseca, ut sciētia literarum, cantus, & similia: & hoc non præsumitur, ut per gloss. ord. in c. si fortè. in uerbo, scientiæ. de elect. in vj. Quapropter restringitur decretalis ista, ut intelligatur solùm de idoneitate intrinseca: si autem disputatur de extrinseca, & sit tertius, qui opponat, ipse habebit probare, ut in c. j. & in c. ut circa. de elect. in vj. quia excipiendo efficitur actor, l. j. ff. de except. Sed si nemo se opponit, superior *inquirit, ut hic eleganter per do. Abb. resistentem do. Anto. quo ad interpretationem huius idoneitatis.* Sed non taceo, quod mihi occurrit, uidelicet quòd imo iste text. possit etiam intelligi de idoneitate extrinseca, non dico de omni, sed de ea, quæ requiritur ad beneficium: quia cùm scribitur pro clerico, iam præsupponiť qualitas clericatus, quæ est extrinseca: & idoneus ad clericatum, præsumitur idoneus ad beneficiū, nisi aliud probetur, c. accepimus. de æta. & qual. Bene fateor, q̃ per solam impetrationem, in qua appellatur clericus, non p̃ habit in ōmni materia se clericū, ut per Ioan. And. in regula, cui licet. in Mercurialibus: sed quantum ad factū, super quo impetratur, præsumiť clericus, per singulare dictū do. Ant. in c. illud. s̄. eod. dum respondet ad l. optimam. C. de contrahen. stip. Et in hoc poteris cogitare. Et de ista præsumptione bonitatis adhuc dicetur super gloss. fin. Et per hoc examinant hîc do. Card. & do. Abb.

3 utile dubiū, uidelicet † utrùm narrans in impetratione beneficij, quòd reditus beneficij non excedunt certam summam, si in hoc mentitur, utrùm gratia sit nulla: & uidetur, quòd non: quia falsa causa non uitiat, cùm de corpore constat, ut per Bart. in l. demonstratio. §. j. ff. de condi. & demon. & Bald. in l. j. C. de falsa causa adiecta legato. Nec obst. c. cui de nō. de præben. in vj. quia loquitur in generali impetratione ad beneficium: quia tunc incertitudo summæ bene uitiat: secus in speciali, quando specialiter constat de corpore. Contrariū tenēt prædicti: quia causa habet uim conditionis in gratijs apostolicis, cùm subintelligatur clausula, si est ita, uel, si preces, c. ij. de rescript. Sed causa adiecta in uim cōditionis, si est falsa, uitiat, d. l. demonstratio. §. j. & c. quia circa. fm intellectū do. Card. de consan. & affin. & dixi in c. quod

4 super his [a]. s̄. de fid. instr. Et subdit Card. hîc, quòd onus probandi incumbit dicenti, non plus ualere. Nec obst. l. cùm de l. Falcidia. ff. de probat. ubi si dico patrimoniū nō ualere, nisi tantùm eo ipso probo, qa probo non probari cōtrarium: quia, secundum ipsum, est propter præsumptionem iuris: nihil enim præsumitur soluendo, nisi probetur: sed hæc præsumptio cessat in beneficijs, in quibus præsumitur in beneficio esse aliquid, per superiùs dicta, & expressè probať in c. ut quisq̃. de uita & ho. cle. Sublata ergo illa præsumptione remanet regula iuris, quòd impetrans probet, quod asseruit: quia est causa suæ assertionis: & dicit do. Card. sic in utroq̃ puncto consuluisse Gaspar. Cal. & Ioan. de Fan. & allegat etiā notata per Ioan. An. in c. j. de lit. contest. in vj. & in regula, infamibus. de reg. iur. in vj. & seipsum in c. cùm nobis olim. de elect. & ita dicit tenere Rot. licet non dicat, ubi & ita refert se consuluisse Florentiæ in causa multùm ardua: & sequitur hîc

4 Abb. ¶ Adde † gloss. quintam post prin. ibi, sicut nec habet. in cle. j. de præb. per quam dicit ibi Card. in j. col. not. quòd quis non tenetur facere mentionē de ualore beneficij, quòd impetrat, sed dicit, q̃ hodie de stylo curiæ oportet exprimere uerū ualorem: & adde Ro. in antiquis, decis. cclxxvj. incip. item no. q̃ ubi Papa confert. ubi etiam dicitur, q̃ excessus ualoris expressi uitiat gratiam: & adde Rot. in eiusdem decis. cccxxxv. incip. item not. secundum opi. ubi dicitur, q̃ etiā sit uerum de iure, q̃ non teneatur quis exprimere ualorem, tamē si exprimit falsum, gratia uitiatur. Et adde Rot. in formis, decis. ccxcij. incip. sed impetrans. ubi dicitur, q̃ nedum ualor certi beneficij impetrandi, sed etiā obtinendi debet per impetrantē exprimi secundū communē æstimationē, cùm sit pars gratiæ, per regulā Vrbani vi. & sequiť hîc do. Abb. Car. consl. xxxj. q̃d incipit, millesimo cccl xxxij. die x. mensis Iulij. ubi ponit eadē, quæ hîc: & est consiliū factū Florentiæ, de quo s̄. & ista repetunť in locis statim

5 allegandis. ¶ Sed † ultra omnes alios debetis primò limitare ista, nisi Papa cōferat beneficiū motu proprio: quia expressio falsi ualoris nō nocet, secundum Rot. in formis, decis. ccxcj. præallegata, & est regula cancellariæ lxj. quæ incipit. Item uoluit, q̃ in gratijs. ubi etiā dicitur illud, quod est dictū de beneficijs obtētis. Et hanc limitationē plenè ponit Pet. de An. consl. cxxxvij. incip. natura & efficacia. Est uerū, q̃ olim erat regula in contrariū etiā in gratijs factis motu proprio: & illā antiquā regulam latè cōmentat Pet. de Anch. consl. cccxcvj. incip. Pro clariori: sed nō expedit hodie per prædicta. ¶ Secun-

6 dò † limita, nisi de ualore fieret mentio per uerbum, Vt asseritur. quia tunc sufficit probare, q̃ sic asseratur: nec noceret, si ex aduerso probaret, non sic esse, dum modò appareat, q̃ sic asserať, licet alijs casibus, quādo dicit, Vt asseris, oporteat probare ita esse, fm Rotā in antiquis, latè decis. dxcvj. incip. Papa cōfert. & idem tenet do. Abb. hîc nihil allegās. Est uerū, q̃ Card. aliter sentit consl. lxix. incip. uacante quadam eccl. in fi. & hîc. Sed eius opinio posset ꝓcedere, quādo priora uerba nō essent cōcepta in personā impetrātis, ut quia nō est dictū, pro parte talis fuerit narratū tale beneficiū uacasse, cuius ualor, ut asseriť, &c. Sed simpliciter uerba rescripti loquunť uniformiter, & dicitur, Vt asseritur: *quia intelligiť*, s. ab impetrante: & ideo probet ipse, qui asseruit: sed in primo casu, ubi uerba cōcipiunt per ipsum impetrantē, sufficit alios ita asseruisse: quia nō cōprehendiť persona loquens, quæ dixit, Vt asseritur, ut hîc per do. Abb. Et de uerbo, Vt asseris, uide etiā Bal. in c. studuisti. de offi. leg.

7 ¶ Tertiò limita, nisi † ualor falsus esset expressus à Cardinali impetrāte: quia nō ligatur dicta regula cancellariæ, fm Pet. de Anc. latissimè dicto cōs. ccxcvj. quia sicut nō ligat Papā, ita nec Cardinales, cùm sint pars corporis. Et adducit multa generalia ad probandum, q̃ excellentia taliū dominorū requirat specialē mentionē. Sed

c. quod super his] Et ibidem uide, quæ dixi in apostil.

aduertet

aduerte: quia ipse loquitur de regula Vrbani, quæ inhabilitat gratias concessas motu ꝓprio, si falsus ualor exprimebať. Ideo cùm in hoc sit odiosa, & gratia, de qua loquitur do. Pet. esset motu proprio, transire potest illa opi. Sed q̃ aliàs non includerenť Cardinales, non affirmarem, per ea quæ dixi in c. quod super his. uer. q̃ autē

8 dispositio. de fide instru. ¶ Quartò limita, nisi † ex diuersis clausulis gratiæ manifestę colligeretur, q̃ etiamsi beneficiū fuisset multo maioris ualoris, omnino Papa cōtulisset: putà, si dicat se intēdere ad remunerādos magnos labores toleratos pro ecclesia ab impetrante, pro quibus ad maiora dicat obligatā sibi sedē Apostolicā, & q̃ pro similib. onerib. sibi incumbentib. nititur Papa ꝓuidere, quantū potest, &c. quia tunc cognoscit, q̃ etiā pinguiùs beneficium omnino dareť. Ita decidit Pet. de

9 An. dicto consl. ccxvj. incip. Pro clariori. ¶ Et † hoc inducit me ad cogitandum super uno nō tacto, uidelicet quid, si beneficium minus ualeret, q̃ sit expressum: omnes enim prædicti loquunť, quādo plus ualet: & uideť, q̃ gratia teneat, ex quo omnino Papa erat cōcessurus: & maximè, quia do. Abb. hîc ponderat solùm hoc, q̃ si Papa sciuisset de maiori ualore, nō ita cōcessisset. Et ad c. cui de nō. responsum est s̄. Sed in contrariū fortiter facit decisio Rotæ in antiquis, ccccxlj. incip. Papæ supplicat. ubi dicitur, q̃ si ad petitionē impetrantis cōceditur beneficiū, quod ipse dixit esse curatū, & nō erat, non tenet gratia, per dictū c. cui de nō. Ad idem uideť gl. in terminis in c. quamuis. in uerbo, uscq̃. de prēben. in vj. quę dicit, q̃ si mandať prouideri de beneficio certi ualoris, nō potest prouideri de minori. Et illam, quo ad hoc, sequuntur Doct. ibi, & Car. latè in cle. j. in vj. q. de concess. præben. Et si teneamus istam partem, ista limitatio non procedet. Et aliter nunc non expedio: quia non habui

10 satis de tempore. ¶ Quintò limita, nisi † Papa conferret beneficiū dicendo, cuius fructus ualorem non excedunt secundum taxationem decimæ: quia tunc inspicitur taxa beneficij, & ita ueniret in gratia, posito quòd beneficium plus ualeret secundum ualorem communem. Ita decidit Ro. in antiquis, decis. cclxxvij. incip. ubi Papa. Et de ista taxatione decimæ uide gloss. in cle. si beneficium, in uerbo, taxationem. de decimis. Et ista nota: quia difficilè inuenies alibi reducta. ¶ In glo. j. in fi. Conclude, secundū Ioan. And. do. Abb. & Imo. q̃ si apparet status ecclesiæ præcedens, & sic, q̃ soliti sint in ecclesia tot sustentari, si impetrās impetrat intra numerum consuetū, & petit intra illum se recipi, debet audiri, nisi opponatur facultates nō sufficere, & probetur per opponentem. Si autem ultra numerum consuetum petit se recipi, dicens facultates ecclesiæ sufficere, tunc ipse debet probare: quia enim propter præcedentem statū surgit præsumptio contra ipsum, ideo grauatur onere probandi. Facit, quod habet in c. ex parte. in fin. de concess. præben. & in l. ex persona. allegata in gl. Si autē præcedens status ecclesiæ non apparet, tunc intra numerū duorum præsumendum est pro impetrante, cùm ecclesia nō debeat fundari, nisi cum dote, quæ ad minus sufficit duobus, c. ut quisq̃. de uita & honest. cleri. & c. nemo. de consecra. dist. j. & c. proposuit. de filijs presbyt. Si uerò impetretur ultra dictum numerum, debet impetrans probare facultates ecclesiæ sufficere: quod intelligit uerum do. Ant. in ecclesia non collegiata: sed si esset collegiata, cùm saltem debuerint esse ibi tres à principio, quia pauciores non constituunt collegium, l. Neratius. de uerb. sig. c. j. cum materia, de elect. si impetretur intra numerum trium, dicens, facultates non sufficere, debet id probare. Sed ubi ultrà quis peteret se recipi, debet probare facultates sufficere, arg. l. ex persona. allegata in gloss. ¶ Ex quibus colligit do. Abb. hîc, quòd nō solùm rector ecclesiæ debet habere clericum, sed potest compelli, ut ipsum habeat intitulatum in ecclesia sua: & sic Papa hîc compellit. Ita putat de episco-

po, arg. c. extirpandæ. & quod ipse notat ibi, de præben. Si autem intelligitur de ecclesia collegiata, ut sonat text. ibi, in clericum & in fratrem: tunc colligit, quòd prælatus ecclesiæ non tenetur aliquem recipere in canonicū, uel in fratrem, si facultates non sufficiunt. Et istis adde, quòd ubi rector non haberet facultates pro se & socio, excusabitur tenendo seruitorem, secundum glos. notabilem in cle. ne in agro. §. ad hæc. in uerbo, seruitutis, de statu mo. quam sic intellígit do. Abb. hîc, licet repugnet prædictis. Et ista not. ad materiam d. c. ut quisq̃. ¶ In gloss. in uerbo, idoneus. in princ. No.

11 ex text. & glo. regulariter, quòd † quilibet præsumitur bonus [a], & concordantiæ sunt in glos. & ratio j. in iiij. fallen. & amplia, ut per Innoc. in c. dudū. el ij. in tj. & pen. col. de elect. ubi dixit, quòd si probatur electum esse uenatorem, interpretatur, quòd causa licitæ recreationis hoc faciat. Et si probatur irascibilis uel indignabilis naturæ, interpretatur, quòd ex iusta causa hoc faciat, ut ibi per eum, & per do. Abb. ibidem in antepen. col. Vnde dixit Pet. de Anch. consil. cclliij. incip. In quæstione presbyteri Caroli. quòd ubi est uarietas inter testes, cæteris pa-

a Bonus] Ad qd uide plenè Iacob. de Bel. i l. Amon. de inofficio. test. & Specul. in tit. de test. §. j. uersic. sed quid si dicatur. & in titul. de probat. §. j. uers. sequitur. & adde glo. in l. cùm quidam. la ij. in uerb. offenderit. in fine, ff. de leg. iij.

ribus, creditur deponētibus de bonitate alicuius: quia habent præsumptionem iuris communis pro se, per istum tex. Et pulchros modos interpretandi probationes sonantes in delictum, posui in c. his, ad fi. uer. quarta conclusio. de accusa. ubi semper uide, & declara ex text. cùm materia, & in c. cùm dilectæ. de accus. uidelicet nisi ex communi interpretatione aliquid sonaret in

12 delictum. ¶ Fallit † primò dicta regula, secundum quòdam, nisi agatur de præiudicio tertij ex ista præsumptione bonitatis: & allegať do. Abb. post Hostien. in c. cùm in iure. in j. notab. de offic. dele. ubi dixit, quòd licet quilibet præsumatur bonus, & sic non sit credendum, quòd mentiatur se delegatum, tamē sibi non creditur, nisi ostendat literas delegationis, ut ibi. Sed ista fallentia non probatur ibi: quia qualitas bonitatis nō erat sola, quæ allegareť: sed potestas delegationis, quæ est qualitas extrinseca. Vnde non præsumitur, ut dictū est. Et ideo ubi de sola bonitate fieret mentio etiam in præiudicium tertij, si ipse eam negaret, haberet onus probandi, nisi aliqua coniectura aliud suaderet. Sic uidemus iudicem recusari posse propter affinitatem, uel respectu alterius causæ, per quam dubitatur de iniustitia, ut habetur respectus ad præsumptam bonitatem. Facit gloss. in uer. ab aliquo. in c. statutum. §. quia uerò. de rescript. in vj. & dicit beatus Thomas secunda secundæ, q. lxx. arti. iij. circa fin. quòd non facilè præsumitur pro alicuius bonitate in dubio, quando talis præsumptio uergit in præiudicium tertij: & faciunt notata per Abb. in c. j. de cle. non resi. & dicit gloss. fin. in c. si quis præposte. l. dist. quòd non semper credēdum est bono.

13 ¶ Fallit secundò, nisi † præsumere istā qualitatem bonitatis esset in præiudicium illius, pro quo præsumitur, secundum gloss. Bart. & Paul. de Cast. in l. qui iurasse. §. si pater. ff. de iureiur. nam dicit ibi gloss. quòd illa præsumptio, quòd quis non præsumatur delinquere, l. merito. ff. pro socio. non potest allegari cōtra aliquem, quando sua interest, ut ipse presumatur deliquisse, sicut occurrit in casu illius legis. Nam si præsumeretur non deierasse, esset fundata intentio aduersarij, quòd illud peculium fuisset postea augmentatum post interpositum iuramentum: & quia inducta ut prosint, non debent taliter operari ut habeant obesse, l. legata inutiliter. ff. de leg. j. Ideo est, quòd præsumptio legis meritò in casu non potest allegari: & ad hoc quotidie allegat illam gloss. quam soleo inducere contra Ioan. de Ana. in

c.in ciuitate.de usur.dum dixit,fiendam positionem de
bonitate,ut succurratur decepto circa dimidiam, pro-
pter gloss.in l.semper in conuentionibus. ff. de reg. iur.
quia non tenetur pars respondere, ut per gloss. in d.l.
14 qui iurasse. ¶ Fallit tertiò, nisi † agatur de utilitate
animæ:quia etiam in casu dubio melius est præsumere
delictum,quàm non delictum,secundum Pet.de Anch.
latè consil.clxxix.incip.Prima facie uidetur. ubi consu-
luit, aliquis in testamēto cōfessus est usurarium, utrùm
ista confessio referatur ad totum tempus præteritæ ui-
tæ,uel ad quantum,adeò quòd agi possit contra hære-
dem ut restituat:& concludit,quòd refertur ad totum
tempus,cùm agatur de salute animarum. Vnde cessat
l.merito.ff.pro socio. quia ibi timenda est culpa etiam,
ubi culpa non est, c.consilium. de obser. ieiun. facit,
quod not.Innocent. in c. ad audientiā. j. de homi. ubi
dicit,quòd in foro animæ debet quis in dubio præsu-
mere se irregularem : facit c. illud. de cle. excom. mi. &
gloss.in c.consulti.j.de regula.cum simil. ¶ Fallit quar
15 tò, & ultimò, nisi † ex actibus præcedentibus oriatur
coniectura doli: quia illa præponderat huic præsum-
ptioni bonitatis, secundum Bald. in l.j. ante fin. C. si
quis omissa cau.testa. ubi dicit, quòd non præsumitur
dolus,quia naturali præsumptione quilibet præsumi-
tur esse bonus,& ex bonis & naturalibus principijs : &
qualia sunt principia, talia præsumuntur esse princi-
piata:sed natura est bona : ideo præsumitur homo bo-
nus,nisi offendisse probetur,l.quoties.§.qui dolo. ff.de
prob.Tamen interdum præsumitur dolus ex præceden
tibus cōiecturis,ut ex doloso tractatu, l. apud Celsum.
in princ. ff. de doli except. Idem ex actus qualitate : ut
quia lucratur quis indebitè mutata sibi causa posses-
sionis, ut ibi per eum, quem ad hoc propositum alle-
gat Ioan.de Ana.in c.ad falsariorum.de crimine falsi.
¶ Demum pro intellectu prædictorum posset quis in-
stare,quòd quilibet non præsumatur bonus:quia sunt
procliui ad malum,c.omnis ætas.xij.q.j. & c.procliuis.
xx. q. iij. ubi imitatrix est natura uitiorum : pro cuius
solutione,licet hîc non tangatur,uide Car.in proœmio
Cle. in iiij. oppositione, ubi dicit, quòd imo stat præ-
sumptio, de qua hîc, cùm ab initio non sit homo ma-
lus:imo creatur bonus,c.j.de sum.trini.nec præsumitur
superinduci alia qualitas,nisi probetur: sed postquam
est superinducta,semper præsumitur inesse, nisi docea-
tur sublata:& ideo licet natura sit procliuis ad malum,
potest tamen se retrahere ex libero arbitrio, ad quod
suadetur per iura præmiantia bonos,& punientia ma-
los,secundum ipsum. Et pro hoc, quòd uitia nō insint
nobis à natura,allegat beatum Tho.in prima ij. q. lxij.
& Richar.in iiij.distinct.xxxiij.artic.ij.in responsione ad
primum arg.& latissimè do.Card.in c.j.de scruti.ubi la-
tè ponit,utrùm uirtutes insint nobis à natura. De quo
etiam per Theologos in locis proximè allegatis, & ali-
quid per Card.in c.cùm in iure peritus.de officio deleg.
& tenent Theologi opi. Philosophi in ij. Ethicorum,
qui dicit,quòd uirtutes secūdum aptitudinem insunt
nobis à natura, non secundum perfectionem : & hoc
modo intelligitur, quod scribit Seneca ad Lucillum:
Non dat natura uirtutem:ars est bonum fieri : & quod
scribit Aristotel.primo Ethicorum, c.iiij. boni, uel mali
naturâ non sumus.Et pro hoc: quia ex his, quæ insunt
à natura, nec laudamur, nec uituperamur, ut ibidem:
sed propter uirtutes laudamur,l.ut uirtutum.C.de sta-
tuis & imagi. & propter uitia reprehendimur, c. tantis.
lxxxj.distinct.c.ubi ista.lxxiiij. distinct. Ergo nec uirtu-
tes, nec uitia insunt à natura : sed intelligitur ut est di-
ctum, & ita plenè exponit quidam Gerardus de Odo-
ne super secundo Ethicorum. Et istis adde omnino do-
Card.in cle.unica,in secundo notabili, de conces. præ-
ben.ubi arguit, quòd de uita promouendi non expe-
diat inquirere,ex quo quilibet præsumitur uitæ lauda-
bilis,ut hîc,sed respondet post Lau.quòd ubi agitur de
aliquo promouendo, hoc non omnino præsumitur : si
autem sit iam promotus, præsumitur de habilitate, ut
hîc per eum,& aliquid per Pet.de Anch. ibi in tertia op-
positio.& in regula,semel malus.in iij.opposit.de regul.
iur. in sexto, & Archid. in c. actor.vj.q.j. ¶ In ea gloss.
ibi, uel regularitas. Not. secundum Imol. quòd qui al-
legat aliquem esse illegitimum, uel criminosum ad fi-
nem repellendi eum, debet hoc probare : quia impe-
trans prima facie habet fundatam intentionem suam
uirtute rescripti,sicut in simili dicitur in c. in præsentia.
de proba. Ideo ille, qui uult eum repellere, tanquam
criminosum, uel illegitimum, uel propter alium defe-
ctum,cùm fundet intentionem suam ex eo, quod alle-
gat, debet illud probare, iuxta gloss. magnam in cle.li-
teras. de rescript. & quod not. Bart. in l. non solùm. §.
sed ut probari. ff. de ope. no. nun. nam reus in exce-
ptionibus fit actor,l.exceptionibus.ff.de probat. & ista
uidetur uera ratio,secundum Imol. non autem simpli-
citer illa,quam uoluit sentire gloss. quòd affirmanti &
non neganti incumbat onus probandi : nam etiam
neganti incumberet onus probandi,si fundaret inten-
tionem suam ex negatiua:& si non posset illam proba-
re, potiùs debet tacere, ut uoluit Innocent. in c. super
his. de accusat. & Ioan.An.in regula,sine possessione.&
Bart.in l.in illa.& in l.hoc iure.ff. de uerb. obl. Posset ta-
men probari per confessionem partis, c. j. de confessis.
in vj. ¶ Fundans ergo se in negatiua qualitatis ex-
trinsecæ habet eam probare. Si autem non probat,con
demnatur in expensis, c.j. & c. ut circa. & c. si fortè. de
elect.in vj.Tamen iudex adhuc poterit ex officio inqui-
rere, si sumus in beneficialibus & alijs,in quibus potest
officium suum interponere, c.cupientes. §. denique. de
elect.in vj.Secus in alijs actibus, in quibus nō supplet.
Vnde si petenti mihi hæreditatem ex testamento Titij,
alius dicat Titium non potuisse testari, & non probet,
obtinebo,secundum Imol. hîc, quem latiùs uide, dum
reprehendit quædam dicta domi. Anto. hîc: sed aliter
non refero, quia maiora imminent ex gloss. Innocent.
hîc, ad quam uenio. ¶ Extra gloss. Tractant hîc so-
lenniter omnes Doctores post Innocent. de potestate
& modo procedendi per executores ad beneficia, & lo-
quuntur omnes adeo plenè, maximè Imol. in repetit.
quòd fortè tutius esset aliter non instare : sed tamen ut
reportetur simpliciter ueritas in qualibet quæstione,
feci aliquas conclusiones ordinando in breuibus mul
ta sparsa absque discussione. ¶ Prima conclusio. Po-
16 test † executor ad beneficia, si uult, assumere partes iu-
dicis, citando eos, quorum interest, uel iudicialiter in-
quirendo de idoneitate impetrantis,secundum Innoc.
hîc,quem omnes sequuntur : quia cùm fungatur uice
committentis, l.j.ff.de offi.eius,cui man.&c.potest,quæ
17 ipse potest. ¶ Item † potest omnia, sine quibus & in-
tegrè principale expedire non potest,c.præterea. de of-
ficio deleg. nec dicitur merus, ex quo negotium sibi
commissum non est plenè discussum, ut per Bartol. in
l. à diuo Pio. in princip. ff. de regul. iur. & omnes in c.
de cætero. j. de regul. iur. Et quòd non sit discussum,
patet ex clausula, si est idoneus: quæ etiam non expres-
sa subintelligitur, ut in gloss. Nec est uerisimile meram
executionem commissam : quia posset alteri fieri præ-
iudicium, si indigno prouideretur. Ex quibus ratio-
nibus reprobant hîc do. Anton. Abb. & Imol. opi. In-
nocent. contrarium tenentis in c. ad dissoluendum. j.
de despons. impub. & in c. de cætero. de regul. iur. Et
quòd iste dicatur mixtus in dubio, tenet Cad. in c.de
cætero. in j. q. de re iud. & gloss. in c. pastoralis. §.
quia uerò. in gloss. magna, de offic. dele. & eam not. ibi
Imo. & assignat aliquas ex rationibus præmissis: & po
stea

stea plenè ponit de alio executore non ad beneficia,de
quo dicendum,ut ibi,& in d.c.de cætero. & per Archid.
& Domi. in c. sicut. ij. quæst. j. & omnes in d. l. à diuo
18 Pio. ¶ Et † procedit ista conclusio,siue in rescripto sit
apposita clausula sonans in monitionem, ut sunt illæ,
quæ tacitè insunt, si est idoneus, si est ita, & similes, si-
ue sonent in conditione, ut si est doctor, &c. secundum
omnes hîc: & primæ non reddunt propriè actum con-
ditionalem, l. conditiones, quæ extrinsecus. ff. de con-
di. & demonstr. & l. muto. §. j. ff. de tutelis. Solue sic. I-
tem potest procedere conclusio, siue iudicialiter, siue
extraiudicialiter : quia cùm actus sit de sui natura ex-
traiudicialis, potest eligere quam uiam uelit, ut in si-
mili not. in c. Quintauallis. de iureiur. & in c. ut si quis
duas. de elec. in vj. secundum Abb. hîc, qui hoc signan-
ter ampliat, etiamsi sit apposita clausula in conditione
per uerbum, Tibi constiterit : quia cùm hæc uerba pos-
sint referri ad extraiudicialem informationem, c. cùm
contingat. de rescrip. non debet per hæc uerba alterari
natura negotij, nisi in casibus, de quibus in seq. con-
19 clus. ¶ Fallit tamen primò ista conclusio, nisi † scri-
bens non haberet iurisdictionem : non enim potuit
committere, quod non habebat, secundum Inno. hîc.
Ex quo infert domi. Abb. quòd isti inferiores habentes
de iure speciali collationem sine iurisdictione, non pos-
sunt, nec per se, nec per suos commissarios, partes iu-
dicis assumere, sed poterunt uti informatione extra-
iudiciali, etiamsi diceretur, si tibi constiterit, per tex.
quem ualde no. in d. c. cùm contingat. ¶ Fallit se-
20 cundò, nisi † scribens priùs cognouisset plenè de iuri-
bus partium etiam respectu executionis fiendæ, & si
simpliciter mandet, ut conferat & inducat in possessio-
nem: talis enim est merus executor, & nullam exceptio-
nem debet admittere, ut l. si ut proponis. C. de exec. rei
iud. no. in d. l. à diuo Pio. & in d. c. de cætero. & ita fir-
mant Host. & Ioan. And. in c. accepimus. de æta. & qua. l.
& domi. Anto. & domi. Abb. & Imol. hîc: quibus ad-
de Pet. de Anch. consil. ccxxv. incip. dominus execu-
tor. ubi consuluit, quòd si legatus contulit beneficium,
& dat executorem collationis, ille non potest cogno-
scere de aliqua exceptione ad finem rescindēdi factum
superioris : & hoc maximè, quando præsens est in loco
ille superior, qui contulit : & dicit, quòd temerè faceret
executor tunc, si comparente tertio se intromitteret, sed
debet ipsum remittere : & sentit secus, si superior non es-
21 set præsens. ¶ Fallit tertiò, quando † superior nō pro-
uidit, sed prouideri mandat alicui ex certa scientia re-
mouendo apertè omnes exceptiones & reseruando si-
bi cognitionem. Ita dicit Host. in d. c. de cætero. & Host.
& Ioan. And. in d. c. accepimus. & domi. Anto. & Imol.
hîc. Et in hoc est diligenter attendenda forma manda-
ti, secundum domi. Abb. hîc. Dicunt tamen prædicti,
quòd istud non de facili, imo rarissimè Papa concedit.
Et hîc addo Bald. in c. j. si de inuesti. inter dominum &
uasal. lis ori. ubi dicit, quòd solus princeps habet po-
testatem mandandi, Facias sic, sed alij inferiores à prin
cipe hoc non possent mandare. Alleg. Inn. in c. signi. de
22 offi. deleg. ¶ Secunda conclusio. Non † tenetur di-
ctus executor assumere partes iudicis, si non uult, per l.
non quicquid. ff. de iudi. quia mandans poterit statim
prouidere, uel compellere absque alio processu. Et hoc
pro regulari sentiunt hîc Doct. in discursu, maximè In-
no. in uersicu. Item super huiusmodi mandatis. & gloss.
mag. in cle. j. de offi. del. Et ideo dicit Rot. in formis de-
cis. ccclviij. incipiente, Si in forma communi. quòd ille,
cui committitur nudum ministerium, purà prouisio, &
inductio in possessionem corporalem, potest expedire
sine quacunque causæ cognitione : & ideo dicitur ibi
hoc etiam committi posse notario. Et ita limitatur c. sta
tutum. in prin. de rescri. in vj. Et istam conclusionem po-
nit etiam Card. allegando Inn. hîc consi. lxxvj. inci. Re-
uerende pater & domine. ¶ Et amplia istam cōclusio-
nem, etiamsi executor ex abundanti citet, & quædam
agat, quæ ad iustificandum eius executionem tendāt:
quia per hoc nō facit se mixtum, secundum Pe. de Anc.
in d. consil. ccxxj. arg. c. bonæ. de elec. Imo fortiùs di-
xit Bald. in terminis in l. neque natales. in ult. col. C. de
proba. quòd si citauit, ubi non tenebatur, non tenetur
expectare: quia licet assumpserit partes iudicis in citā-
do, tamen potest ab hac uia recedere reassumendo par
tes executoris : ad quod tamen uide Inn. in c. cùm inter
uniuersas. in fi. de elec. cum concor. & domi. Anto. in c.
cùm contingat. in ult. col. de rescrip. ubi ponit de execu
tore, qui cœpit assumere partes iudicis, postea omisit,
& est executus. ¶ Item amplia istam conclusionem,
etiamsi Papa diceret, uel scriberet, dicendo, si constite-
rit de collatione & reseruatione, moneas, inhibeas, de-
clares, ut petitur, & iustitiam facias : quia per hoc nō
tenetur iudicialiter procedere, secundum Pe. de An. ual
de solenniter consil. cccxcviij. inc. Efficacibus, & quasi
inconuincibilibus. quia dicitur forma potestatis limi-
tata : & illud uerbum Constiterit, non includit citatio-
nem partis, quando committitur executio de re uacan-
te, ut per Inno. in c. ueniens. de testi. & Bart. in d. l. à di-
uo Pio. Secus, si non de re non uacante, ut l. fi. C. si per
uim, uel alio modo. Et illud tamen de uerbo Constite-
rit, latiùs dicetur infrà. ¶ Fallit primò ista conclusio,
23 nisi † in literis esset clausula, Vocatis uocandis : quia
tenetur citare & procedere iudicialiter, secundum Doc.
hîc, per c. exhibita. de iudi. & idem consuluit in termi-
nis domi. Card. consil. lxiij. incip. Dominus noster Pa-
a pa, & domi. Ab. in c. exhibita [a]. in ulti-
mo no. de iudi. & Rot. decis. ccclxviij.
præalleg. & hoc reputat sing. domi.
Gardi. consil. xcij. incip. Nobiles uiri
domini Vinciguerra. in j. chart. di-
cens, quòd ista clausula est tanti ui-
goris, quòd etiamsi adijciatur exe-
cutor, qui aliàs esset mer⁹, facit, quòd
tenetur assumere partes iudicis: & dicit sing. probari in
d.c. exhibita. iuncto eo, quod ibi habetur super gloss.
iij. Et plus uoluit Card. in dicto consilio, quòd etiamsi
per partem dicatur, quòd rescriptum non fuerat impe-
tratum, si fuisset expressum aliquid : sed tamen, ex quo
habet iudicialiter procedere : & istud potest opponi,
non poterit de surreptione cognoscere, quod est ma-
24 gnæ importantiæ. ¶ Fallit secundò, nisi † uellet da-
re possessionem, quam alius tenet : debet enim illum
uocare, quantumcunque simpliciter scribatur : quia
non est de intentione principis, ut quis remoueatur à
possessione sine causæ cognitione, l. fi. C. si per uim, uel
alio modo. Ita eleganter decidit Inno. in c. j. in ij. gloss.
de conces. præben. in vj. & in c. cùm olim. el j. gloss. iste
portari uis. de priuil. & Angel. in l. ordo. C. de execu.
rei iud. & Bald. in l. ij. C. ubi in rem actio. & Ro. in l. iu-
stè possidet. ff. de acqui. pos. & est tex. multùm notabi-
lis cum gloss. in uerbo, Vocato. in c. licet episcopus. de
præben. in vj. Per quem dicit Pe. de Anch. consi. cclxxv.
incipiente, Ad declarationem. quòd etiam iniustus de-
tentator beneficij non remouetur iuris ordine non ser-
uato : & pulchrè scribit Cald. in ti. de dilatio. consil. iiij.
quòd si Papa scribit, quòd quis se informet, an ali-
quis iustè teneat beneficium : & sic constat, quòd in-
iustè, ipsum amoueat summariè, & de plano, tamen
ille est citandus personaliter, uel saltem per edictum
publicum. Et quòd intrusus ante quàm amoueatur,
primò sit citandus, alleg. c. quia diuersitatem. de con-
ces. præben. Postea limitat hoc ualde eleganter, nisi
haberet se informare, non ut amoueat, sed ut referat
Papæ : quia omitti pōt citatio, cùm sit uerisimile, quòd
Papa in eo postea amouēdo iubebit partē citari: quod
no. Et ꝙ iniustus detentator beneficij sit citandus, uide

[a] In c. exhibita] Et ibidem uide etiā Phil. & quod ibi dixi in apostil.

Cardi. in consil. liiij. incip. Lite in causarum Apostolico palatio. & in d. consil. lxij. & ibi dicit, quòd etiam priuatus ipso iure est citandus ad cognoscendum de causa. Idem tenet in d. consil. lxxxvj. incipiẽte, Reuerende pater. ubi consuluit in terminis, quòd etiam merus executor non remouet possessorem eo non citato & audito: & dicit, quòd si expulsus appellat, statim obtinebit in curia reuocari traditionem possessionis. Idem domi. Card. consil. x. incipiente, Iacobus executor. Et ista reddunt dubium unum dictum Abb. in c. quia clerici. post princ. j. de iure pat. ubi singulariter dicit, quòd si quis notoriè tenet ecclesiam iniustè, non est necesse, quòd episcopus eum uocet in iudiciũ, sed potest eum spoliare de facto, sicut de facto se intrusit: Et de prædictis, utrùm executor possit conferre beneficium uacãs possessore non uocato, uide latissimè Lapum alleg. ciij. quæ incipit, sæpe inducendo occurrit. post Cal. in commento c. cùm nostris. in xiij. quæst. de concess. præben.

25 ¶ Fallit tertiò, nisi † executor sit datus cum clausula, quæ uenit purificanda ex facto tertij, de cuius præiudicio agitur: tunc enim tacitè uidetur mandata cognitio, quia causarum merita, &c. c. cùm literis. de restitut. Et in inte. ideo dicit eleganter Ioan. An. in addi. Specul. in ti. de peti. & poss. in additione magna, quòd si Papa mandat executori, quòd si constaret A. tenuisse duo curata contra extrauagantem, Execrabilis. conferat B. impetranti, quod non potest conferre illo non uocato, cùm de suo præiudicio agatur: & quòd si cõtrà fieret, & spoliatus appellaret, ante omnia restitueretur: & faciunt, quæ dixi in præcedenti fallen. Quibus adde Bald. in l. si maritus. la j. C. de dona. inter uir. & uxor. ubi dicit, quòd licet aliquis clericus committat àn quod delictũ, propter quod sit depositus ipso iure, tamen non debet spoliari beneficio, nisi causa cognita. Idem Arig. ibi dicens, quòd licet alicui possit auferri beneficium, tanquam abindigno, non tamen potest quis eum propria authoritate amouere. Et ad hoc multa allegat Bald. idẽ tenens in l. si deserta. C. si propter pub. pensita. & Bal. in l. fi. C. de edicto diui Adri. toll. & Doc. in c. inter quatu-

26 or. de maio. & obedi. ¶ Fallit quartò, quando † executor datur ad cõpellendum ordinarium collatorem, ut conferat: debet enim eum monere & citare, ut conferat: & si ille opponit exceptiones legitimas, audiendus est, ut est casus cum ibi notatis in c. accepimus. de ætat. & qualit. & in c. capitulum. & c. cõstitutus. de rescriptis.

27 & no. Dõ. hîc. ¶ Fallit quintò generaliter, ubi † comparet is, qui prætendit aliquod præiudicium: quia debet iudicialiter audiri, per dictum c. accepimus. in fi. & c. cùm adeò. & c. si quando. de rescrip. cum si. not. Inn. & Host. in c. proposuit. de concess. præben. & Host. in c. de cætero. de re iudi. & in d. c. accepimus. & ibi Ioan. An. & Pe. de Ancha. in cle. j. de offi. deleg. & domi. Ant. Ab. & Imo. hîc reprobando Inno. in c. ad dissoluendum. infrà, de despon. impub. & in d. c. de cætero. quia ex quo superior non cognouit de iure executionis, uidetur hoc mandasse suo commissario, d. l. à diuo Pio. & probatur hîc in fi. ubi potest presbyter iste assumere in se onus p̃bandi impetrantem non esse idoneum, & debet audiri: & habet locum ista fallentia, etiamsi non pro priuato interesse, sed pro publico quis comparet, dicẽdo impetrantem nõ esse idoneum: quia, secundum Abb. hîc, sicut in confirmatione admittitur excipiens pro interesse publico, ita in ꝓuisionis actu, cùm illa habeat uim electionis & cõfirmationis, ut notat Inn. in c. cùm olim. de causa posses. & propriet. An autem sit lis contestanda, concludit hîc domi. Ab. quòd sic, ubi executor processit cum contradictoribus: quia talis cõtradictio habet uim cuiusdam petitionis, ut no. in c. super eo. de elect. & hoc dicit, saluo eo quod hodie habetur in cle. dispendiosam. de iudi. secus, ubi processit sine contradi-

28 ctore. ¶ Fallit † sextò & ultimò, quo ad aliqualem cognitionem: quia licet ubi non agitur de præiudicio tertij, non teneatur uocare partes, nec cognitionem iudiciariam adhibere, tamen si nulla cognitione præmissa etiam extraiudicialiter procedat executor ad prouisionem, prouisio erit nulla propter defectum formæ mandati, per quam uidetur delegans uoluisse aliquam cognitionem præcedere ante prouisionem: & ideo si nulla præcessit, uitiatur ipso iure, quod agitur, uel forma mandati non seruata, per c. cùm dilecta. de rescrip. & ita dixit Pau. de Leaza. in cle. j. de concess. præben. quod intelligit hîc Imo. & bene, quando est opposita clausula, Si tibi constiterit, uel, Si repertus fuerit idoneus, ut dicet in seq. cõclusione, uers. tertiò aduerte. Et subdit Imo. quòd isto casu sufficit testes esse receptos, licet non sint publicati: & allegat Ro. decis. ccxij. Dixit tamen hîc singulariter Inn. quòd ubi conditio est notoria, non est ordo seruandus: & pro hoc allegat domi. Abb. c. quoniã. de filijs presby. & c. ad nostram. el iij. j. ti. j. & l. j. cum glo. C. qui & aduer. quos. Adde, quod no. domi. Card. post Zenzelinum in cle. ij. in iiij. q. de magistris. domi. Card. in cle. j. uersicul. decimononò not. de iureiur. & Imol. in c. ab excommunicato. in j. col. de rescrip. & domi. Abb. in c. constitutus. ultimò, per illum tex. infrà de appel. ubi dicit, quòd notoriè doctus potest promoueri sine examine. Facit c. ad Apostolicam. de regul. ibi, præsertim cùm ab utroq; &c. exponendo pro tantum. Ro. in proposito in l. si uerò. §. de uiro. in xxx. fallentia, ff. sol. matri. & ibi etiam allegat c. nullus. xxiiij. dist. ubi testimonium notorium populi est loco examinationis: ex quibus reprobat gloss. in l. j. ff. de libe. & posthu. dicentem, quòd notorium non tollit solennitates requisitas à iure. Et quòd ordinandus non examinetur si notoriè est idoneus, uide gloss. in c. de peti. xlvij. dist. & gloss. ij. in c. qui episcopus. xxiij. distin. & intellige, dum modò notorietas sit plena: secus, si aliqualis: quia tunc fit examinatio, licet facilior, secundum Domi. in d. c. nullus. propter gloss. in uerbo, aliqualem. in d. cle. j. Subdit etiam Domi. ibi, quòd fama inducit plenam probationem, quando agitur de idoneitate ordinandi, per illum tex. quem dicit esse no. Consuluit tamen Inn. hîc, quòd executor hoc ipsum de notorio exprimat, uel in relatione, uel in interlocutoria, ut sciatur, quare examinationem non fecit: quod non putat necessarium domi. Ab. hîc, per ea, quæ notat Inno. in c. tua. in fi. de coha. cle. & muli. ubi dicit, quòd si iudici non sit factum notorium, licet iudex peccet, si profert sententiam, ante quàm probet factum sibi notorium, tamen sententia irreuocabiliter tenet. Sed tamen consilium Innoc. approbat Card. post Pau. in cle. j. in ij. quæst. de concess. præben. Bene facit, quod no. Bar. in l. Lucius. in fi. ff. de infa. & Bald. in l. cùm magistratus. C. quando prouoc. nõ est necess. cum concor. quas dedi in c. cùm uenissent. in ij. nota. de testi.

29 ¶ Tertia conclusio. Etiamsi † ab executore non sit uerificata conditio sonans in monitionem, uel instructionem, ut si est idoneus, tenet collatio ab eo facta: & si excommunicaret, teneret excommunicatio: quia iurisdictionem habet, secundum Inn. & omnes hîc, & domi. Card. post Pau. in d. cle. j. in ij. q. de concess. præb. & Arch. in c. dudum. xviij. quæst. ij. & Bald. in l. ij. in ult. col. C. quando ꝓuo. non est necess. quia cùm illa clausula subintelligatur à iure, eius expressio non dat nouam formam mandato, ut probatur ex c. significasti. de elec. & in l. iij. ff. de leg. j. ubi expressio eorum, quæ à iure inerãt, non facit actum conditionalem: & sic non potest dici, quòd non sit seruata forma iudicij mandati: quia nulla forma censetur data. Et ad hoc facit una celebrata theorica Innoc. in c. prudentiam. de offi. deleg. ubi dicit, quòd si in commissione, quæ fit delegato, apponitur cõditio, quę omnino inerat, & pronunciet illa nõ uerificata, non dicitur, pnunciasse contra formã mãdati, nec sentẽtia est ipso iure nulla. Vnde si dicat, Cõdem-

nes

nes talem, si Titius probauerit eum debitorem suum: & postea Titio non probante cõdemnet, ualet sententia, quia istud omnino inerat de iure communi: & hoc dictum sequũtur Doct. in plurimis locis: tamen quia Bar. habuit aliam opinionem in l. diem proferre. §. stari. ff. de arb. ideo uide, quæ dicentur in c. Quintauallis. infrà ti. j. post do. Ant. Abb. & Imo. Item quòd per istam clausulam, si est idoneus, non sit data forma, expressè sentit Inn. in c. inter dilectos. uer. sed quid dices. de excess. præla. dum ponit, ut diuersa, quòd aliquis prouideat indigno, uel faciat contra formam mandati. ¶ Cæterùm pro intellectu huius conclusionis est aduertendum primò ad unum incidens: quia si uerum est, quòd conditio, quæ subintelligitur, non faciat actum conditionalem, uidetur destructa una subtilis ponderatio Pet. de Anch. consi. ccxlj. quod incipit, Per prædicta. ad fi. ubi dicit, quòd si Papa mandat fieri certum quid sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, & non fiat, non incurritur excommunicatio non obediendo, si narrata non sunt uera: quia, secundũ ipsum, ista conditio, si pces ueritate nitantur, quæ subintelligitur, suspendit excommunicationẽ ante eius uerificationem, iuxta nota. in c. præterea. de app. ut ibi per ipsum. Et simile motiuũ facit hîc Card. in quæstione, de illo qui exprimit falsum ualorem, ut s̃. retuli in notabilibus: sed, ut dixi per prædicta, iste modus arguendi non uidetur procedere, ex

30 quo istæ clausulæ subintellectæ non faciunt rescriptum conditionale. ¶ Secundò † aduerte: qa ista conclusio non procedit, ubi collatio fieret scienter indigno: quia est ipso iure nulla, ut singulariter sentit Inn. hîc, & clariùs in c. inter dilectos. de excess. præla. in loco præallegato: ubi expressè loquens in commissario Papæ dicit collationem factam scienter notoriè indigno esse nullam. Hîc tamen non facit mentionem de notorietate, prout ibi. Subdit etiam Inn. ibi, quòd si prouidetur manifestè contra tenorem mandati, prouisio est nulla, nec impedit aliam prouisionem fiendam: & post pauca non restringẽs se ad causam manifestæ iniustitię subdit, quòd si Papa mandat prouideri alicui sub conditione: putà, si est de tali uico, executor non habet potestatem, nisi sit conditio uera. Idem dicit, si potestas non est conditionalis, sed certũ est, quòd Papa nũquam scripsisset prælato, si sciuisset ueritatẽ, ut si scripsit pro aliquo permanente in crimine: quod est ualde no. licet Abb. hoc non referat. ¶ In contrarium tamen, quòd imò collatio facta scienter indigno non sit nulla, allegat hîc do. Ab. Io. And. in c. capitulum. s̃. de rescrip. ubi dicit post Compostellanũ, quòd collatio facta criminoso non est ipso iure nulla, sed annullanda: allegat bonum tex. in d. c. inter dilectos. uers. cùm igitur. ad quod etiam uide Cal. in ti. de præb. consi. xx. inci. Pendente in siquisitione. in tit. de accus. consi. iiij. incipiente, Fuit formata. cũ alijs, quæ dicentur in c. querelam. j. tit. proximo. Sed secundum do. Abb. consideranda est duplex indignitas promoti. Vna, ratione capacitatis, ut laicus, fœmina, infans: & ista reddit collationem nullam, ut per Inn. in c. cùm nostris. in prin. de concess. præb. etiam in commissario Papæ: quia non pręsumitur Papa uelle cum tali dispensare, ut no. in c. ij. de schisma. Alia est indignitas, quæ de iure reddit collationem nullam: & tũc, quamuis collatio ordinariorum esset nulla, non tamen collatio facta per commissarium Papæ: quia iura loquẽtia de ordinarijs irritando eorum collationes, non sunt extendenda ad Papam, nec ad eius commissarium, cùm hoc iure non caueatur: & facit gloss. in uerbo, episcopi. in cle. si de beneficio. de præben. Fatetur tamẽ talem collationẽ posse cassari, per d. c. inter dilectos. Nec obstat, quòd intelligatur clausula, si est idoneus: quia sonat in monitionẽ, per prædicta: & ita residet domi. Ab. reputans ista dicta

31 noua. ¶ Probabiliter † tamen impugnari possunt & teneri, quòd imo his casibus, quibus collatio ordinarij facta non idoneo est nulla, eisdem sit nulla collatio executoris Apostolici: & hoc duplici ratione. Primò, quia si non præsumitur Papa uti dispensatione cum incapace, cui executor prouidet, ut dicit hîc domi. Ab. eo modo cum aliàs indigno, præsertim quia non omnis promotio de inhabili facta etiam ab ipso

4 Papa nõ obtinet uim[a] dispensationis & habilitationis: sed inter cætera requritur, quòd sciat inhabilitatem. Not. gloss. in c. statutum impu. in uerbo, literarum. de rescri. in vj. Probatur in c. si eo tempore. de rescrip. lib. vj. Dixi in c. præterea. de testi. cog. Sed quando executor confert, non dicitur, quòd Papa sciat de defectu promouẽdi. Ergo nulla est dispensatio, Imò dicit Io. And. in c. cùm adeo. de rescrip. quòd si Papa scribit nõ ex certa scientia pro notoriè indigno, non est ei obediendum: & ideo dicit Cald. in tit. de præben. consilio xx. & tit. de accusat. consil. iiij. prælegatis: quòd licet collatio facta criminoso teneat ipso iure, non tamẽ tenet impetratio literarum super collatione, non facta mentione de crimine, uel etiam de infamia orta ex pendentia inquisitionis, iuxta c. omnipotens. de accusa. Imò etiamsi Papa scriberet ex certa scientia pro indigno tanta indignitate & inhabilitate, quòd imminęret peccatum, non est ei obediendum, secundum omnes, in d. c. cùm adeo. & plenius in c. si quando. de rescrip. Ecce ergo, quòd etiam collatio Papæ facta de indigno, ad hoc ut ualeat, requirit eius scientiam: & sic executor Papę, cui nihil dicitur in literis de indignitate promouendi, non uidetur posse plus, quàm alij: & facit optimè dictum Inn. in d. c. inter dilectos. quod non refert hîc Ab. dum dicit de eo, pro quo Papa nunquam scripsisset, si sciuisset. ¶ Secunda ratio contra Abb. est,

32 quia † si Papa committit simpliciter uices suas alteri, non uidetur committere supererogatiuè, & cum plenitudine potestatis, quam ipse habet: licet ergo ipse possit indigno scienter prouidere, quia non dicitur ei, cur ita facis, §. qui autem. xvij. quæst. iiij. non tamen sequitur, quòd simplex commissarius possit cum eadem plenitudine. Ista ratio probatur in text. cum ibi notatis, in c. quod translationem. de offi. lega. & meliùs ex una solida doctrina Inn. in c. dudum. el ij. in gloss. hoc intellige. ad fi. de elec. ubi dicit, quòd si Papa mandet alicui, quòd dispenset cum aliquo, non ualet dispensatio, nisi sit sublimis & literata persona: quia mandatum Papæ & potestas data referri debet ad huiusmodi personam, c. de multa. de præben. Secus, si Papa dispenset: qa de factis eius non licet iudicare. Ita ad literam dicit In. & idem dixit Inn. in c. cùm ad monasterium. in glos. inc. nisi ex causa. in fi. de statu mona. & in c. ueniens. ad fi. j. gloss. de filijs presby. Ex quo dicto rectè intuendo euertitur doctrina domi. Abb. hîc: quia Inno. loquitur etiam, quando scribit, ut cum aliquo dispensetur, & tamen si non concurrit causa dispensandi, ille non potest dispensare, prout potest ipse Papa: ergo executor in exequendo non repræsentat Papam in ijs, quibus est superius, nisi literarum tenor illa importet: & licet aliæ rationes fieri possent, tamen istis duabus sum contentus. Et postquam ista notaui, reperi domi. Abb. in c. j. de reg. iur. ubi uidetur retractare dicta sua hîc, licet non per prædicta: & dicit, quòd si notoriè constat conditionem requisitam à Papa non existere, uel illum pro quo scripsit, esse notoriè indi-

gnum,

a Non obtinet uim] Ad quod uide omnino Pator. hic in ult. col. in princ. in uers. nemo nunc ad ultimum. & Bar. in l. eum qui. §. filius. ad fin. ff. de acq. qui. hære. per tex. cle. j. de offi. deleg. & omnino p̃ domi. Iason. May. in l. Barbarius. in vj. no. cum cõcordibidem per eum signatis, ubi etiam per Bartol. in uersic. sed quid si Papa. ff. de offi. præt. & per do. Alex. de Imo. Ange. & Imol. in l. quidam consulebat. ff. de re iud. et Bal. in l. imperialis. §. si miles. C. de nupt.

c. dudũ.

gnum, ita quòd si Papa sciuisset, nunquam scripsisset: & tunc prouisio est nulla: quia cessat præsumptio, quæ est pro facto executionis: putà, si inueneris uitæ laudabilis. Quædam ueniunt extrinsecus, putà, si nullum possidet beneficium, uel si capitulum consenserit. Primo casu tenet prouisio, si executor aliqualiter cognouit: quia præsumitur pro eo: ut per Bald. in l. j. C. quando prouoc. non est necesse. quem j̃. referam. ¶ Secundo casu non tenet prouisio: quia non præsumitur pro eo, ex quo nõ pendebat à sua cognitione. Adducit in simili Bar. in l. is, cui. ff. de uerb. obli. qui idem in quæstione, de iudice, qui dedit tutorem adulto, uel prodigo, tenet: quia præsumitur pro iudice, in cuius arbitrio hoc consistebat: sed datio facta adulto, non tenet: quia maiorẽ, uel minorem natura declarat, sed prodigum arbitrium iudicis, secũdum ipsum. Cuius dicta bene nota in hac materia. ¶ Tertiò aduerte in hac tertia conclusione:

33 quia † ubi clausula literarum non sonat in monitionem, uel instructione, sed conditionem: putà, si est doctor, uel natus ex tali uico, nunquam tenet processus, nisi uerificata priùs conditione: quia tunc, cùm detur noua forma mandato, non licet egredi formam rescripti: quod si fecerit, actus est ipso iure nullus, neq; tenet excommunicatio ab eo lata, c. cùm dilecta. de rescri. c. uenerabilis. de offi. dele. Non enim habet potestatem, ante quàm uerificetur cõditio l. cedere diem. ff. de uerb. sig. Ita concludunt omnes post Inn. hîc, & gloss. magna in cle. j. de offi. deleg & ibi Pet. de Anch. domi. Card. & Imo. Et istud habet locum, etiam quando esset clausula, quæ de iure subintelligitur, sed ad eius uerificationem exprimitur limitatus modus scientiæ: putà, quia nõ dicitur, si est idoneus: sed dicitur, si per inquisitionem solertem constiterit eum esse idoneum, ut dicitur in cle. j. de offi. deleg. Et de hoc uidetur esse casus in cle. j. de concess. præben. ubi oportet dictam conditionem extare: & ante quàm existat, nihil operatur decreti interpositio in literis executorijs. Et ita not. ibi Card. post Pau. in ij. quæst. & pro tanto cõsuluit Old. consil. cxxv. incip. Thema tale est: Titius. quòd si pendente inquisitione super idoneitate impetrantis taliter expressa uacet præbenda, potest ordinarius alteri conferre, quia non dicitur adhuc uerificata: quod not. & uide omnino Old. consil. xlj. inci. breuiter uidetur. ubi latè declarat differentiam inter ista uerba, Si repereris eum uitæ laudabilis, uel, Si est uitæ laudabilis: quia prima importat conditionẽ, quæ uerificari debet cum examine, secunda non, sed sufficit rem sic esse, uel putari ita esse: & ita præsumitur esse, nisi contrarium doceatur, ut hîc: & idem plenè declarat Lap. alle. lxj. quæ incipit, Visis literis directis. & Bald. multùm eleganter in l. neq; natales [a]. C. de proba. Dicit tamen ibi unũ, quòd si scribitur hoc modo, Prouideas tali, si est idoneus: licet idoneitas intrinseca & naturalis, sicut ipsa natura, præsumatur, tamen propter adiunctam conditionem cognitione quiritur: & non sufficit constare perfunctoriè ex generali præsumptione naturæ, sed requiritur, quòd specificè sit cognitũ, ut ibi per ipsum. Cuius uerba in hoc repugnãt prędictis. Sed credo, quòd in eo uerbo, in quo dicit, Si est idoneus, liber meus debeat dicere, Si est repertus idoneus: & tunc concordabit cum prædictis. Postea subdit bellissimè Bald. prædicta procedere in his, quæ ponuntur conditionaliter: secus, si narratiuè. Vnde si Papa dicat, prouideas tali nato de nobili genere, uel tali legum Doctori, ibi non requiritur alia inquisitio: quia hoc non est positum in forma mandati, sed est quædam qualitas nunciata narratiuè, quæ falsa non uitiat, nisi dedisset causam rescripto, per l. demõstratio falsa. ff. de condi. & demon. Subdit etiam Bald. quòd si natales ponuntur instructiuè, uerbi gratia, mandat Papa alicui prouideri de episcopatu, si sit legitimæ ætatis, uel si sit legitimè natus, ista non faciunt conditionem, quia tacitè insunt, c. innotuit. de elec. Et hoc casu sufficit ita esse. Sed licet executori non constiterit esse, nisi in rescripto, requiratur non solùm esse, sed probatio, ut l. eum, qui duobus. §. si filius. ff. de acqui. hære. Et ista dicit Bald. esse Canonistis utilia, & subtilia. Et dum suprà dixi, quòd ante uerificatam conditionem, si repertus fuerit idoneus, uallet collatio alteri facta, adde Ro. idem tenentem in antiquis, decisi. cccvj. alleg. Io. in c. præsenti. de offi. ord. in vj. Adde etiam prædictis Arch. in c. iiij. xij. q. ij. ubi dicit, q; si Papa mandat executori dicendo hoc modo, Conferas, uel assignes beneficiũ tali clerico, si repereris eum idoneum, potest ei conferre nullo uocato, neq; aliqua informatione habita: secus dicit, si Papa mandasset per uerba, Prouideas, uel Prouideri facias. Et subdit, quòd eo casu, quo proceditur nullo uocato, si ille, cuius ius tangitur, postea compareat, audietur etiã ad cassationem processus: sed in eo, quod dicit Archi. non esse habendam informationem, quãdo dicitur, si repereris eum idoneum, non uidetur dictum eius procedere, per cle. j. de concess. præben. & ideo dicit domi. Card. in cle. j. in pe. col. de offi. dele. quòd non differunt ista uerba, Si constiterit, uel, Si repertus fuerit. Adde etiam istis Arc. in c. dudum. xviij. quæst. ij. ubi dicit, quòd ista clausula, Si uoluerit residere. sonat in monitionem & instructionem, & omitti potest cognitio: sed si læditur ius litigatoris, appellandum est. Allegat Vincent. in c. mandatum. de rescri. Adde etiam Bald. in l. ij. C. quando prouo. non est necesse. ubi quærit, quid si ista conditio, Si inueneris sufficientem in lectura, constructione & cantu, fuit examinata per executorẽ, qui cùm putaret ipsum idoneum, & non esset, assignauit sibi beneficium, an ualeat assignatio? & dicit, quòd est purificata conditio per obseruantiam solius formæ. Et quamuis non sit sufficiens, tamen non est rebellis actui, cùm discere possit. Item dicit, quòd si est dictum, si inueneris eum uitæ laudabilis & conuersationis honestę, sufficit inquisitio talis qualis: quia executor ad nullam formam certam arctatur, nisi ad formam mandati. Alleg. Inno. in c. ex ratione. de appell. Et ista dicta Bald. reassumit & declarat domi. Abb. in d. c. j. in frà, de re iud. Adde etiam Arch. in c. j. xxj. quæst. j. ubi dicit, quòd si scribitur, Recipias talem in tali ecclesia, si est idoneus, & ille habeat sufficiens beneficium, nõ dicitur idoneus. Adde etiam Bald. in l. non dubium. uerficul. iuxta hoc quæro. C. de legi. ubi ponit de uerbo, si tibi constiterit. Concordat cum Doc. hîc. Et adde Abb. in c. sacro. de senten. excom. ubi dicit, quàm importat parte citata [b]: & pondera, quod dicit domi. Abb. hîc, quòd dicitur constare etiam id, quod extraiudicialiter constat, per c. cùm cõtingat. de rescri. Et de ista clausula dixi pleniùs in c. si constiterit. de accus. ubi Ioan. de Ana. refert Bald. in l. bonæ fidei. in pe. col. C. de re. cre. dicentem, quòd ubi ista clausula est, non potest deferri iuramentum in supplementum probationis. Adde etiam Bald. in l. præscriptione. uer. uenio ad secundum. C. si contra ius, uel utilit. publ. ubi dicit, q; conditiones, quæ nõ insunt, faciũt actum cõditionalem: secus, si omnino inerant: & refert Inn. hîc. De materia posuit etiam Bart. & Imol. in l. eum, qui duobus. §. j. ff. de acq. hære. & Bal. in Spe. Inn. in uerbo, prouisor. & plenè Old. consil. ccxxiij. quod incipit, Factum tale est. declarãs plenè, quomodo illa, quæ insunt, non faciunt actum conditionalem: de quo per Pe. de Anch. latè in cle. j. in iiij. opp. principali, de concess. præben. ¶ Et no. diligenter, quòd est differẽtia, an dicatur, si constiterit, uel dicatur, si est de tali uico: quia primo modo loquendo nõ sufficit illum esse de tali uico, nisi

a *Neque natales*] *Vide per eum Bal. in ult. colum. uersic. & idem dico, si scribitur sub ista cõditione.*

b *Citata*] *Ad de Rot. in decis. delxxxiiij. & dic, quòd si in aliqua. in authen.*

co, nisi constiterit. Secundo modo sufficit, secundũ Inn. hîc, & gl. in d. cle. j. & sentit Lap. alleg. xv. inc. idem est dicere. licet do. Ant. hîc dicat, se non uidere differentiã: sed imo est, secundum Imo. hîc in hoc insudantẽ: quia, fm ipsum, uerbũ. Si constiterit, sonat in iudicialem indagínem & scientiã limitatam de conditione: sed aliàs, si est, sonat in simplicẽ ueritatem facti: & sic sufficit id esse uerum, etiamsi executori nõ constet: & si diceretur, q; non sufficit cõditionem esse ueram, nisi executor sciat, per c. 34 prudentiam. in prin. de off. deleg. ubi qui potest procedere tertio impedito, debet scire de eius impedimento: aliàs processus non tenet, etiãsi re uera esset impeditus: quia respondet hîc Imo. ex dictis Io. An. in regula, eum, qui certus est. de reg. iur. in vj. quòd potest qs ad executionem mandati procedere, si putet conditionẽ uerã, licet aliter nesciat. Nec obstat c. prudentiã. quia nõ habet locum, qñ impedimentũ est necessariũ, & sic non consistens in uoluntate impediti, sed in alijs impedimẽtis, ut eleganter per Ioan. An. in dicta regula, in solutione: & ideo cùm illa conditio, Si est de tali loco, non pendeat à potestate alicuius, sed à mera facti ueritate, uideť, q; sufficiat illam in ueritate subsistere: & hoc putet mandatarius, licet aliter nesciat ueritatem, ut hîc clariùs per Imo. respondentem certis alijs obiectis. Intellige ergo, quòd illa conditio, Si est de tali loco, operať, quòd si non est, processus erit nullus: sed si est, ualet dato q; de hoc non constiterit. ¶ Quartò aduerte in hac conclusione: qa potest appellari à grauamine inferendo per executorẽ, etiam quando nõ assumit partes iudicis, & excommunicatio postea lata per eum nõ tenet, ut hîc per do. Ant. sed cauea appellans, secundum Imo. ut nõ appellet, ex eo q; executor non uerificat conditionẽ, quæ subintelligitur: quia appellatio nõ erit legitima, per prædicta: sed bene potest appellare, ex eo q; procedit cõtra intentionem scribentis prouidendo indigno etiã non notoriè: quia docto de illius insufficientia, licet qd' gessit executor, nõ sit nullũ cessante notorietate, fm prædicta, iñ potest irritari etiam, fm opin. do. Ab. de quo s̃. Et si non appellaretur, processus executoris teneret, qñ non fit contra formã mandati: & sic mandatũ non erat cõditionale. An aũt sit aliquod remediũ, dic ex mente Io. An. & aliorum, q; potest peti cassatio prouisionis implorando officiũ iudicis, per id, qd' habetur in c. cõstitutus. el ij. de appel. & in c. cùm olim. de causa posses. & propri. & dic, ut ibi per Abb. cum concor. quas alleg. Si aũt processit cõtra formã mandati, nõ est opus appellare, quia ,pcessus est nullus, [a] sed semp potest dici de nullitate: qd' intelligit Imo. ubi processit extraiudicialiter: sed si iudicialiter, dicit secus, ,pter authoritatẽ iudiciariã: nam etiã in beneficialibus transit sententia in rẽ iudi. c. cùm dilect. in fi. de elec. & ita dicit tenendo do. Ant. in cle. j. de offi. deleg. per nota. per Io. And. in c. ad audientiam. el ij. de rescri. Et cum hoc transeo, sed non sine scrupulo: qa non capio istud, q; ,pcessus cõtra formã mandati efficiat ualidus propter taciturnitatẽ partis. Si enim est nullus, quæstio fieret differentia, an sit processum iudicialiter, uel extraiudicialiter: & re uera Ab. sentit cõtrà in d. c. ad audientiã. in pe. col. uer. mihi tñ nõ placet. de rescri. dũ tenet cõtra alios ibi, q; si executor ad beneficia ,pcessit iudicialiter per literas surreptitias, ,pcessus est nullus, dato q; non sit appellatũ: & sic, ut ipse considerat surreptionẽ, ita considero excessum formæ mandati. Sed posito, q; opin. do. Ant. & Imol. sit uera, an sit remediũ, putà denunciationis, uel alius: dic, ut per Docto. in d. c. ad audientiã. Et istis adde Car. consi. cxl. quod incipit, In Christi, &c. factũ tale est: magister Bartholo. ubi dicit, q; executor beneficialis potest procedere tanq̃ iudex. Item etiã potest procedere extra iudiciũ & parte non citata. Sed si procedit primo modo, fit præiudiciũ parti, nisi appellet intra x. dies: secus, si processit secundo modo: qa tunc auditur etiã sine app. etiam post x. dies. Allegat Inno. hîc.

¶ Quarta & ultima conclusio. Eo † casu, quo executor assumit partes iudicis, debet iudicialiter ,pcedere secundum formã cle. sæpe. de uer. signi. non tñ tenebitur pronunciare sup ueritate exceptionũ, uel conditionis, sed sufficit tacita pronũciatio procedendo ad prouisionẽ, uel executionẽ mandati. Ita not. Io. An. in c. capitulũ. de rescrip. & sequunť do. Ant. & Imo. hîc: & dicit pronũciate, quantũ ad effectũ, ne obstet l. de qua re. ff. de iudi. & ita sentit Inn. in c. ,pposuit. circa fi. de concess. præben. Si aũt non tenebať assumere partes iudicis, & expressit se uelle assumere, & iudicialiter procedere, debet ,pcedere secundum formã dictæ cle. sæpe. Nec uidetur posse uariare, cùm non deceat ecclesiasticos, c. cùm autẽ. de iure pa. Si aũt nihil dixit, sed processit in aliquo actu iudiciali, non tenetur in alijs ,pcedere, ex quo isti actus sunt separati, per id quod no. gl. in d. cle. sæpe. in uerbo, partibus. & Hosti. d. c. Quintauallis. Ita cõcludit hîc Innoc. Adde in hoc ultimo Bal. in d. l. neq; natales. in ult. col. & Pe. de Ancha. consi. ccxx. quos retuli §. in prin. secundæ conclus. ¶ Et ibi dicta declara per ista, ut non ,pcedant, quando expressit se uelle procedere iudicialiter. Quod diligenter no. propter authoritatẽ Imol. quia ratio sua posset tolli, uidelicet de narratione, cùm etiã laicus possit esse executor merus, ut Ro. decis. ccclxix. & etiã, quia ex causa licet uariare, & hîc esset causa præiudiciũ partis. Pro ipso tamen facit illud uulgatũ dictum Hosti. in c. continebatur. de his, quæ fi. à prælatis. q; lex, quoties. C. de rei uendi. non procedit in ecclesiasticis. Adde etiam Bal. hîc, qui tenet, quòd ubi executor incipit cognoscere tanquam iudex, posset omissa uia iudicij transire ad aliam uiam, arg. c. pastoralis. de causa pos. & propri. Potiùs enim uidetur citasse ad cautelam, quàm ut præcludat sibi uiã potestatis: arg. l. iij. de mili. testa. Sed non aperit, quando expressè dixit sic, uolo procedere iudicialiter. Adde etiam istis Bal. in l. fi. ff. de consti. princip. ubi ponit, an coram executore requiratur libellus, referendo Io. An. in d. c. accepimus. Adde etiam do. Anto. in c. cùm contingat. in xviij. col. uersi. ex his patet. de rescrip. ubi latè ponit, an executor ad beneficia, teneatur admittere exceptiones de quo & per Archi. in §. offeratur. iij. q. iiij. & Imo. in cle. j. in viij. col. de reg. iur. ¶ Reliqua in hac materia dic, ut hîc per Doct. quorũ substãtialia dicta sunt relata: sed adhuc ultra ipsos quæro primò, quotuplex † est executor ad beneficia? SOL. Dic, 35 ut per Fede. consi. ccxcj. incip. quia in præsenti. in ij. col. ubi ponit, quòd aliqui sunt ad prouidẽdum, aliqui ad compellendum. Et ibi, quando literæ executoriæ incipiant sortiri effectum, ut ibi latiùs per eum. ¶ Secundò quæro, utrùm † in examinatione, quam executor fa 36 cit sup idoneitate alicuius, teneať citare aliquẽ, qui uelit opponere illum nõ esse idoneum. SOL. Dicit Inno. quòd nõ, in c. fi. in fi. de transla. præla. Et p illud dictum Inn. dicit Domi. in c. si fortè. in fi. de elec. in vj. q; si examinatio obiectorũ, quæ fit cõtra personã electi, fit in contradictorio iudicio, debet esse præsens electus: si autem superior ex officio examinat, an quis sit dignus, potest recipere testes eo absente. Alleg. Inn. ubi suprà: & per illud dictum Inn. dicit do. Flo. in disputatione, Baro quidam. in xj. chart. quòd in legitimatione, cùm sit actus extraiudicialis, non requiritur citatio: de quo per Modernos in c. per uenerabilem. in xvj. colum. infrà qui filij. sint legiti. Et illud dictum Innocent. sequitur Card. in cle. j. in iij. notab. de offi. deleg. dicens in ter-

a *Nullus*] *Et sic not. quòd executores, qui potestatem habent exequendi & etiã cognoscendi, nõ habent mutare, nec impugnare in aliquo dispositionẽ mandãtis, siue superioris: sed potiùs, si non cognouerint expedire remittere negotium ad superiorẽ, ut per do. Socin. in consi. lx. incip. Viso elegantissimo. uersi. quartò ex defectu. in j. parte. chart. ciij.*

in terminis nostris, quòd executor potest inquirere de uita promouendi eo non citato: & limitat, nisi diceretur Citatis citandis, per d. c. exhibita. Et adde Car. consil. cxxxij. qd incipit, T. archipresbyter. ubi dicit, quòd in actu, q expeditur extraiudicialiter, non expedit partem citari. Alleg. Inno. in d. c. fi. & hoc dicit esse singulare in eo, quod probatur ibi, quòd etiamsi examinatio fiat per commissarium, non expedit partem requiri: & dicit esse sing. dictũ Inn. ubi suprà. Nec obst. quod not. Hosti. in c. ex ratione. j. de app. ubi dicit, quòd in extraiudicialibus debet fieri citatio eorũ, quorum interest: quia respondet, quòd hoc est uerum ad effectum, ut actus teneat in eorum præiudicium, quí aliàs non teneret, l. per fundum. ff. de serui. rust. præ. quam responsionẽ multipliciter no. Et adde Rot. in formis, decis. cclxx. inci. si mandetur. ubi dicitur, quòd si mandatur auditori, quòd si per aduentum litis constiterit neutri litigantium ius competere, prouideat sufficientiori: de huiusmodi sufficientia poterit se informare per testes, etiam absentibus quorum interest: & alleg. Inno. in d. c. fi. Sed hoc intelligunt, ubi actus committitur extraiudicialiter: secus, si iudicialiter, ut in casu illo, ubi prouisio facienda in iudicio habet uim iudicationis, nisi de literatura posset probari per testes, putà unum graduatum, & alium non: quia ad hoc frustra interfunt: secus, si aliter de eorum literatura disputaretur, ut ibi. ¶ Quæro
37 tertiò, utrùm † executor, ante quàm sint ei præsentatæ literæ, possit exequi, ut executio teneat. SOL. Dic, ut amplissimè per Rot. in formis decis. cccclvij. inci. circa ij. ubi solenniter disputant cõcludentes, quòd, quo ad translationem iurisdictionis in iudicem, non requiritur præsentatio literarum, seu scientia iudicis, uel executoris: quia ex sola principis uoluntate in ipsum iurisdictio transfunditur etiam in inuitum & ignorantem: sed quo ad acquirendum exercitium iurisdictionis, necessaria est præsentatio literarum, maximè per c. super eo.
38 in fi. de ap. ¶ Quæro quartò, Papa † cõcessit alicui beneficium, & dedit executores: propter absentiam executorum iste fuit ad ordinariũ, ut exequeretur, utrùm possit? Videtur, quòd nõ: quia Papa cõmittendo executionem uni, uidetur ad se negotium aduocare, ut nullus alius possit se intromittere, & sic episcopus uidetur incompetens. In contrarium uidetur l. si longiùs. ff. de iudi. SOL. Bal. format quæstionem in feudo, eo modo quo dixi de beneficio in c. j. §. si de feu. facta fuer. contro. inter do. & agna. & dicit, quòd si executori est commissa mera collatio, & tunc sine dubio ordinarius se intromittere non potest, quia literę non diriguntur sibi, iuxta no. in c. cam. de rescr. aut est commissa mera facti executio, & tunc si quæris, an possit ex uí mandati? & dicit, quòd nõ: aut ex uí ordinariæ iurisdictionis, & tunc potest suaderi, quòd sic: quia cùm gratia sit perfecta, non debet impediri eius effectus propter absentiam executoris, cuius dilatio non debet esse impetranti damnosa. Postea dicit Bald. sibi indistinctè uideri, quia ordinarius se intromittere non debeat: quia non potest expirare officium executoris, quod certè expirat re executa: & ideo impossibile est executorem præuenire, l. qui absenti. ff. de acqui. pos. quando executor est datus loco formæ obseruandæ, l. quidam testamẽto. §. scriptus.
39 de leg. j. Ita residet Bal. ibi. ¶ Quæro † quintò, quid si executor processit uigore literarum, quæ erant surreptitiæ? dic, quòd processus est nullus, per text. in c. cùm nostris. de concess. præben. quæ dicit ibi domi. Abb. esse semper menti tenenda: nec distinguit, utrùm executor processerit in figura iudicij, an non, sed simpliciter iudicatur processus irritus: & illum tex. no. etiam domi. An-
40 to. & Imo. ibi. ¶ Quæro ultimò: executor † nulliter processit, adeò quòd gesta ab eo nõ tenent, utrùm collatio redeat ad Papam, an ad ordinarium? SOL. Conclude, secundum do. Ant. & Abb. in c. inter dilectos. de excess. præla. quòd si Papa mandat conferri beneficium sibi reseruatum, & tunc licet collatio non habeat effectum, nõ potest inferior se intromittere, c. si eo tempore. de elec. in vj. aut nõ est usus uerbo Reseruationis, & tũc aut Papa mandauit illud beneficiũ conferri nõ expressa certa persona: & idem, quia uidetur sibi reseruasse & uoluisse prouidere: aut mandauit conferri certæ personæ, & tunc si collatio non ualuit, reuertitur ad ordinarium: quia Papa intendebat tantùm illi personæ prouidere. Ex quo ergo illa persona nõ potest habere, uel per surreptionem literarum, uel per indignitatem eius, potestas redit ad ordinariũ: quia cessante causa cessat effectus, ut ibi per eos: quibus adde omnino Pe. de Anc. cõsil. lvij. inc. Circumscriptis regulis cãcellariæ. ubi refert in hoc scripta Inn. & Io. An. in d. c. inter dilectos. & dicit esse regulam cancellariæ, quòd si de beneficio uacante, uel quocunq; modo uacaturo prouideri mandatur, & prouisio ex aliqua causa non potest effectum sortiri, ab eo die remanet beneficiũ reseruatum, etiamsi postea nõ eo modo uacet: tamen regulam in hodiernis non reperio. Et ista omnia nota, qa de ipsis sæpe eris requisitus.

De iureiurando,

TIT. XXIIII.

Onit hîc Bal. De multiplici genere iuramẽti, dicẽs, quòd aliud est decisiuum: & huius tres sunt species, l. j. ff. eo. aliud solidatiuum contractus, ut in authen. sacramẽta puberum. C. si aduersus uendi. per quam dicit unum, qd referam, examinando materiam illius authen. in c. cùm cõtingat. j. eo. aliud est enunciatiuum, qd nõ interponitur animo obligandi: alleg. l. sciendũ. §. dictũ. ff. de ædil. edic. & dicit esse uidendã unam gl. multùm singularẽ in l. Lucius. in uer. debeãt. ff. de his, q no. in fa. ubi gl. ponit de iuramẽto assertorio, uel promissorio: sed de istis uide plenissimè Bal. in repe. l. ij. in xj. char. uers. de secũda quæstione. ff. eo. & do. Car. & do. Ab. in c. fi. in j. col. j. eo. post gl. ibi, & p gl. in l. j. C. de reb. cre. & in l. j. & ibi Bar. ff. de iureiur. ¶ Et de iuramẽto assertorio, uel ꝓmissorio, uide etiam per Arch. in c. authoritatẽ. xv. q. vj. & uide Archi. in c. omne. xxij. q. j. ubi ponit multos casus, in quibus licitè iuratur, uel non: de quo etiã per gl. ordinariã xxij. q. iiij. in summa: & Bald. in l. si ad excludẽdam. C. de reb. ubi ponit sex modos, uel sex regulas, in quibus cognoscit iuramentũ illicitũ. Et de diuersis modis iurandi, uide Archi. in c. cõsidera. xxij. q. j. ¶ Itẽ de multiplici diffinitione iuramenti dic, ut hîc p do. Ab. & adde tex. in c. quantumlibet. xlvij. dist. ubi Domi. dicit esse casum, p diffinitione gl. xxij. q. j. in summa: quæ dicit, q̃ iurare est aliq̃d Deo teste affirmare: & iuramentũ est uox ipsius iurãtis, uel actus ipse, uel ipsum qd iuratur. Adde etiam Bal. in repe. l. ij. in xj. char. uer. ego de primo quæsito. ff. de iureiur. ubi ponit tres diffinitiones iuramenti, & eas subtiliter impugnat: & ex impugnatione tertiæ diffinitionis potest impugnari diffinitio, quã retuli. ¶ Nam dum aliq̃ dicunt, q̃ est confirmatio ueritatis, dicit Bal. q̃ ista diffinitio nõ uidetur perfecta: qa nõ omne iuramẽtum est de ueritate, sed quoddãest de credulitate, l. ij. §. quòd obseruari, ibi, qd quisq̃ credit, aut existimat. C. de iurac. alum. Sic etiã posset impugnari dicta diffinitio, dũ dicit Affirmare. Sed ultimatè diffinit Bal. ibi, q̃ iuramentum est actus in uocationis, seu assumptionis diuini numinis ad confirmationẽ, seu testimoniũ ueritatis. Nec obst. q̃ nedũ per creatorẽ, sed & per creaturã iurari põt: quia respondet, q̃ quando q̃s iurat p creaturã, respectu diuini numinis iurat: quia tanq̃ causa efficiẽs reputat̃ in qualibet re creata: & tunc ualet tale iuramentũ, quia

præstatur

præstatur respectu diuini numinis. Alleg. l. qui per salutem. ff. de iureiur. ¶ Aliquando iuratur per creaturam in contumeliam diuini nominis, attribuendo creatu- i
ræ, quod est creatoris: & tunc nõ est iuramentum, quia ibi non est religio. Vnde si quis iurat per diabolum, ibi non est iuramentum, ut ibi per ipsum. ¶ Et de materia huius rubri. habetur in xxij. causa, per totum: repetitur in vj. & in cle. & latè per beatum Tho. ij. ij. q. lxxviij. per totum: ubi tractat, quot comites debeat habere iuramentum, & quando liceat iurare, & an iuramentum sit petendum, uel frequẽtandum. De quibus etiam per gloss. & Archi. xxiij. q. j. in Summa. De materia etiam in Spe. in tit. de iuramenti dilat. & in tit. de iureiur. & in alijs multis locis extendendis p hunc tit. in quo fiet mẽtio de multis consilijs, & decisionibus hinc inde sparsis, adeo quòd certitudinaliter sperare possumus maiora & utiliora in hoc celebri titulo, quàm unquam habuerim.

SVMMARIVM.

1 Actio oritur ex iuramento extraiudiciali promissorio.
2 Pars, cui iuratur, potest remittere obligationẽ, super qua iuratũ est.
3 Et intellige, nisi pars, quæ iurauit, iam incurrisset periuriũ: quia remissio non prodesset.
4 Creditor dando dilationem maiorem, quàm prima iurata fuerat, an uideatur tollere iuramentum.
5 Fideiussor an uideatur liberatus prorogato tempore reo.
6 Collegium non incurrit periurium, deliberans uiuere contra statutũ iuratum, quod factum est in eorum utilitatem.
7 Debitor quot modis iurat usurario.
Et de remedijs, quibus debitor uti potest, nu. 8. 9. 10. 11. 12.
13 Debitori, quando iurat soluere, & nullam quæstionem mouere, quæ & quot competant remedia. num. 14.
15 Episcopus an possit absoluere à iuramento. Adde nu. 16. 17. & 18.
19 Capitulum an possit absoluere à iuramento sede uacante.
Arguit ad partem contrariam. num. 20.
21 Iudex secularis an possit absoluere à iuramento. Adde nu. 22.
23 Citatio partis an requiratur in absolutione iuramenti. nu. 24. 25.
Episcopus quando possit relaxare iuramentum non uocata parte.
Post. nu. 25. uersic. adde elegans consilium.
26 Contractus an rescindatur data absolutione à iuramento.
27 Absolutus à iuramento præstito super contractu simulato, an possit agere de simulatione contractus in alia curia: uel, an cogatur agere in curia episcopi, à quo fuit absolutus à iuramento.
28 Absolutio à iuramento an possit peti post periurium incursum.
29 Absolutus à iuramẽto ad hoc, ut possit docere de usura, uel alia qualitate, per quam mereatur absolui à iuramento, an si probat de illa qualitate, debeat secundò absolui, an uerò sufficiat prima, ut possit uenire contra contractum.
30 Absolutio iuramenti an possit peti per procuratorem.
31 Absoluere à iuramento an possit episcopus Florentinus, si Florentinus contrahens Bononiæ, ibi iurauit super contractu.
32 Absolutio à iuramento an possit peti tempore feriarum.

CAPITVLVM I.



Xadministrationis. ¶ Agi potest ad relaxationem iuramenti, cuius implementum turpitudinem cõtinet ex parte suscipientis. H. D. Supplet Bal. & si non remittit ipse episcopus, potest remittere uel eius uicarius: & hoc dicit patẽre in antiqua. Et quędam, quę aliàs dixi in c. ij. j. de sponsa. repetam hîc, tanquam

in loco ordinario & multò magis usitato. ¶ Primò p istum tex. dicit hîc domi. Card. se dixisse repetendo c. testimonium. §. de testib. quòd † ex iuramento extraiudiciali promissorio de iure Canonico oritur actio, arguendo sic: iuramentum præstitum homini potest ab homine relaxari: quia iurans parti intendit illi promittere, licet ad confirmationem adducat religionem iuramenti, & directè inducit obligationẽ homini: aliàs non posset ab eo relaxari: & si inducit obligationem, per cõsequẽs actionem. Tenet hæc ratio: quia par est potestas tollendi & inducẽdi, c. j. j. de reg. iur. & idem dicit hîc do. Abb. non nominato domi. Cardi. De qua materia dic, ut latè per omnes in c. cùm uenissent. j. de insti. per Bart. in l. si quis pro eo. in ij. col. ff. de fideiuf. per Bald. in l. j. C. de ope. li. & in l. fi. in iij. col. C. de fideicommissis. ¶ Secundò colligitur ex hoc, quod est dictum, & ex text. q̃ † 2
licet iuramentum principaliter obliget Deo, c. debitores. j. eod. l. iurisiurandi. C. de reb. cre. tamen si ille, in cuius fauorem iuratur, obligationem remittit, nõ indiget iurãs alia absolutione: quia Deus uidetur etiam remittere, & ad utilitatem alterius iuramentum receperit. Ad idem c. ij. §. de renun. & c. significauit. j. de censi. c. ij. j. de spon. & l. fi. ff. qui & à quibus. ibi, nisi id patronus remittat, & illam l. no. Bald. in authen. quod ei. C. de nup. ¶ Istud declarat eleganter Spe. in tit. de legat. §. nunc ostendum. uer. hoc quoq;. ubi tale iuramentum pertineret ad religionem, uel pietatem: putà, si iurant duo ire in subsidium Terræ sanctæ, uel religionem ingredi, uel ecclesiam leuare: quia ipsi sibi hoc iuramentum remittere non possunt. ¶ Possunt tamen habentes itinerare remittere, quòd non uadant simul: sed non, quòd nõ uadant. Item intelligit Spec. hoc non procedere, quando aliqui sibi iurant pro temporali commodo promittendo aliquid, quod tenebantur, putà si mercatores sibi iurant carius iusto non uendere: quia uidetur iuratum in animarum salutem. Item intellige non procedere, ubi aliqui simpliciter iurãt se facturos, uel nõ facturos aliquid, quod non concernit commodum, uel incõmodum iurantium: quia nequeunt se mutuo absoluere, secundum ipsum. ¶ Procedit ergo iste tex. cum si. solùm, quãdo iuramentum tendit ad commodum, uel incommodum partium super re, ad quam, quo ad Deum, non tenebantur, nec concernit cultum diuinum: & ista dicta Spec. sequitur ad literam Guli. de monte Lauduno in cle. j. eo. ti. non facta mentione Spec. de quo reprehendit eum domi. Car. ibi in xij. q. & tangit aliquid Imol. & habentur etiam in dicta in Summa Pisana, in uerb. iuramentum. el ij. & per Ioan. And. & domi. Anto. in c. ij. j. de sponsi. & idem tenet in effectu beatus Tho. ij. ij. q. lxxxix. arti. vj. in responsione ad secundum argu-
3 mentum. ¶ Item † intellige prædicta, nisi pars, quæ iurauit, iam incurrisset periurium: quia amplius nõ prodest remissio partis, per ea, quæ j. dicẽtur: & not. Bar. loquens de hac prorogatione in l. pe. in fi. ff. eod. & in l. j. §. sed & post operis. ff. de op. no. nun. & Bal. in authen. qd ei. C. de nup. Adde tamen, quòd si lapsum esset tantum de termino, quòd certum esset intra terminum expediri non posse id, quod fuit iuratum, tamẽ prodest remissio, uel prorogatio, secundum Bar. notanter in l. cùm stipulatus sim mihi à Proculo. ff. de uerb. obl. quia periurium est pœna legalis: ergo non cõmittitur ante diem,
4 c. cõmissa. in princ. de elec. lib. vj. ¶ Vtrùm † autem creditor dando maiorẽ dilationẽ, quàm sit prima iurata, uideatur tollere iuramentũ? Do. Car. dixit sing. q̃ sic, in cle. j. §. nos itaq;. in v. q. de iureiu. & allegando Matthæũ ibi, & Raymundũ in Summa, & Spec. eo. ti. uer. item pone. & non dicunt simpliciter, q̃ non soluendo in primo termino prorogato non sit periurus, sed q̃ est totaliter absolutus, & q̃ hæc facit, l. quia iuramẽtũ extẽdi debet, quãto minùs fieri potest, propter periculum periurij, c. cùm clerici. j. de uerb. sig. Vnde nõ trahit̃ ad incogitata,

c. ex administrationis.

c.ij.s̃.de renun.c.ueniens.j̃.eo.&l.fi.C. de non num.pecun.
5 ¶ Secundò † facit,quod dicitur de fideiussore:ꝙ si interuenit in obligatione facta ad tempus, prorogato illo tempore non censetur prorogata eius obligatio, ut latè no.Io.An.in Spe.de fideius.§.j.uers. illud autem. & do.Abb.in c.constitutus.de fideius.& domi.Car.in d. cle.j.uer.viij.Bonus tex.in l.item quæritur.§. qui impleto.ff.locati.& in l.si merces.§.j.eo.ti. Ita hîc iuramentum interueniens quasi loco fideiussoris,non extenditur ad hanc obligationem prorogatam. ¶ Tertiò facit c.clericus.j̃.eo. ubi qui iurat seruare statuta,nõn tenetur ad futura,nisi super illis iterum de nouo iuret.Ita hîc iurãs soluere in certo termino,non intelligitur iurasse in alio
6 termino,nisi reiteret iuramentum. ¶ Sed † contrariam partem,quòd etiam in secundo termino duret uinculũ iuramenti,tenet Bar.in l.j.§.& post operis.cir.med. ff.de ope.no.nun.&Bal.in c.uenerabilem.in antep.col. s̃.de elec. concludens post argumenta, quòd prorogans terminum,in quo quis iurauerat,uidetur prorogare cum eisdem qualitatibus,prout est de natura prorogationis:secundum quod singulariter no.gl.fi.in c.ij, qui.de præben.lib.vj.dicens,tempus prorogatum censeri eiusdem naturę cum prorogato:& uidetur tex.in d. l.cùm stipulat⁹ sim mihi à Proculo.& gl.j.in c.fi.j̃.de precario.& not.Bal.allegando semper pro ordinaria gl. in d.c.ij,qui.in c.fi.in viij.col.s̃.de consue.& in c. de causis. in v.col.s̃.de offi.deleg.& in c.j.in ult.col.s̃.de iudi.& in l.si cùm dies.in princ.ff.de arb.& in c.j.§.fi.in tit. an ille, qui interf. frat. domini sui. & in l. si à te. C. de pac. inter emp.& uen.& l.Aemilius.ubi bona gl. ff. de mino. & in l.si constante.C.de dona.an nup.& in l.Titij.ff.de excus. tut.& in l.obseruare.§.proficisci.in xviij.q.ff.de off.procons.& in l.nõ dubium.in iij.oppos. C. de leg. & in l. qđ dicit̃.§.miles.ff.de mili.test.& in l.meminisse. ad fi. ff. de off.pro cons.&Bar.in l.episcopale.C.de episcopali aud. & in l.iiij.ff.de dam.infec.& Ang.in d.§.miles.cum si.

¶ Ad idem fortiter facit notabilis decisio Inn.in c.præterea requisisti.super uerbo,medio tempore.j̃. de appe. ubi dicit,quòd si præceptum est Titio, ut sub pœna excõmunicationis soluat Sempronio intra x.dies, si Sempronius prorogat terminũ, nõ incidit in excõmunicationem latã,quia non est cõtumax:& si adueniente termino ꝓrogato non soluit,incidit in excõmunicationẽ, argumen.l.sed si manẽte. ff. de precar. & quia terminus uidetur prorogatus cum suis accessorijs:& sequitur ibi Hosti.Io.An.& alij,& Bart.in d.§.& post operis.& facit l. Labeo.aliàs incipit,si arbiter.§.j.ff.de arbi.Ad idem,qđ no.Bal.in l.j.in x.q.C.de his,quæ pœnæ nomine.ubi dicit,quòd si testator iussit cõstrui capellã intra annum à die mortis sub certa pœna,& episcopus prorogauit istũ terminum simpliciter,ꝙ lapso termino hæres incidit in pœnã: quia nõ dicitur aliqd improbari,licet dies prorogetur:& ideo pœna prorogatur,sed nõ absorbet̃. Alleg.Inn.in d.c. præterea.Ad idẽ, quod no. Bal.in l.acceptam.in vij.q. C.de usu.ubi dicit, ꝙ si obligatio pœnalis simpliciter prorogatur,euitatur pœna:sed si in nouo termino nõ soluit,reincidit in pœnã.Ad idẽ, quod not. Lapus in cle.statutum.de elec.& refert ibi do.Car.in iiij. col.ubi dicit,quòd si alicui statuto fit aliqua additio, idem ius intelligit̃ repetitũ in addi. qđ erat in statuto: & ideo contentũ in illa additione intelligitur, & quo ad pœnã,& quo ad alia in statuto cõtenta:& hoc dicit ꝓbari ibi ex gl.in uer. cõsuetudine. & quod dicit do.Car.ibi esse singulariter no. & assignat rationẽ: qa id,quod uenit per modũ addendi,fit pars illius, cui additur, ꝑ d.l. sed si manẽte.ff.de precario. Bonus tex.in l.cùm ꝓponebatur.ff.de iudi. ¶ Et tenendo hãc partẽ respõderi potest ad cõtraria. Et ad illud,quod dictũ est de iuramẽto strictè interpretando,respõdet Hosti.in d.c.præterea.ꝙ in dubio tenẽda est ista pars, tanꝗ̃ tutior. Et nõ dicitur ampliari iuramentũ,ex quo tacitè includit̃ in eo, ut trahatur ad prorogationẽ. Non obst. qđ dicebat̃ de fideiussore:quia respõdet idẽ Host.notãter, ꝙ ista cõclusio, ꝙ terminus uideat̃ prorogatus cum suis accessorijs,intelligit̃ de accessorijs dependentibus ex partiũ potestate,sicut est iuramentũ,pignora,pœna promissa,& similia:secus in his,quę nõ pendent ab eis,sed ab alijs,sicut sunt fideiussores dati,& res alienæ obligatæ.Illa em̃ nũquã obligãtur,nisi ijdẽ fideiussores,& domini pignorũ iterum de nouo consentiant.Probatur,ſm eum,in l.Labeo.§.penult.& fin.ff.de arb.& l.itẽ quæritur. §. qui impleto.& l.si merces.§.j.ff.loca.ſm eum,& l.si mãdato Titij.§.Paulus.ff.man.& in l.fi.C.de dona.
modis prædictis, non habet pignora, nec fideiussores? Non est quęstio nostra, sed uide Do. in c. j. q. j. in fi. post gl. ibi, de dolo & contu. lib. vj. & Bal. in l. j. §. j. C. de asser. tol. & glo. in l. iiij. C. de usufru. & do. Ab. in c. qua fronte. j. de appel. & Bal. in authen. cui relictũ. C. de indic. uidu. & Pau. de Cast. in l. j. & in l. fideiussor. §. j. ff. qui satis. cog. & Bal. in l. ij. C. de usufr. leg. & Imo. in l. non facilè. ff. si cui plus, quàm per l. Fal. & Pau. de Cast. in l. si constante. §. quoties. fol. ma. & Bald. in authen. l. j. in prin. C. de bo. author. iudi. pos. & in l. fi. in iij. not. C. de ordi. cog. & in l. iij. in prin. C. de condi ob causam. Ex quibus locis potest elici regula, q̃ propter impotentiã satisdandi statur iuratoriæ cautioni. Fallit in multis casibus notabilibus, de quibus in dictis locis: putà, si quis esset impotens propter malos mores, uel in causis criminalibus, uel in eo, qui semel deierauit, & in alijs, de quibus ibi. ¶ In ea. glo. in fin. Instant hîc Doc. quare grauatur iste onere cautionis? quia quando excõicatio est iniusta, fit absolutio absq̃ cautione, c. sacro. §. caueat. j. de sen. excõ. in uer. absq̃ grauamine. & c. j. & ibi gl. in uer. difficultatem. eo. tit. in vj. Et satis probatur in c. uenerabilibus. §. sanè. eo. tit. & lib. no. do. Ant. in c. Odoardus. in ij. col. j. de solu. & do. Ab. in c. olim. in i. col. j. de accus. Et pro responsione ad contrariũ multa dixerunt hîc Doc. maximè do. Abb. qui postea dolet, tot uerba dixisse: quia unico uerbo dici potest cum Inn. hîc, q̃ iste fuerat excõicatus propter contumaciã in non comparendo coram iudice: quo casu non debet absoluí sine sufficiente cautione, nec sufficit iuratoria, fm ipsum: pro quo allegat hîc do. Car. gl. in uer. cautiõe. in d. c. qua fronte. & facit iste tex. in c. j. de dolo & contu. lib. vj. fm do. Ab. licet Hostiens. hîc contrà, & non bene, fm eos. Et circa ista ponderabis tex. in d. c. sacro. post princ. in uerbo, sufficit cau. ¶ In glo. pe. ibi, propterea, quia iurauerũt. Gl. ista habuit bonũ intellectum, sed non habuit bonũ exemplum. Nam, fm Io. And. & alios, & bene, si iurasset creditor, est decisio literæ: quia ex quo satisfactum esset de fructibus, non dicerentur uenire contra iuramentũ, imò iustè repeterent pignus. ¶ Dicit ergo Io. An. q̃ ex forma iuramenti requirebatur numeratio & solutio: quasi dicat, non sufficere, quòd ex fructibus non satisfaciat: & sequuntur hîc Scribentes, pro quibus optimè adduco elegans dictum Bar. in l. item liberatur. §. j. ff. qui. mo. pig. uel hypo. solui. ubi dicit, q̃ si statutũ dicat, quòd si condemnatus pro homicidio intra x. dies nõ satisfecerit, amputetur ei caput: q̃ dando fideiussores, uel pignora dicitur satisfecisse: secus, si statutũ diceret, si non soluerit. Et ad idem uide Bar. in l. solutionis. ff. de solut. & Bal. in l. j. ff. qui satis. cog. & in l. fi. C. ad l. Fal. & text. in l. iiij. §. ait prætor. ff. de re iud. & in l. solutam pecuniã. ff. de sol. & in l. acceptilatũ. §. j. ff. de acceptilat. ¶ Quare autem non compensantur hîc fructus cum sorte? Dicunt aliqui, quòd non erat liquidũ, quantum de fructibus fuisset perceptum: ideo liquidi ad non liquidum non fit compensatio, l. fi. C. de compens. Secus, si essent consumpti, l. j. & ij. ff. de pig. act. Alij dixerunt, quòd hîc etiam fructus erant pignorati: secus, si fructus non fuissent pignorati. ¶ Alij dixerunt, quòd hîc debitor agebat, ideo non poterat compensare: secus, si conueniretur: quod reprobat hîc Imo. quia non uidet, quòd repugnet, quòd debitor non possit repetere pignus, & dicere creditori satisfactum ex fructibus perceptis, d. l. j. & ij. Vnde transire possunt alij intellectus, qui in se ueri sunt, licet ad literam diuinatiui: & eos retuli: quia, secundum Imo. ex ipsis habentur notabiles limitationes, in quibus fructus non deducuntur in sortem. Sed communior intellectus ad istum tex. est ille, quem ponit ista gl. secundũ Imol. & do. Ab. quòd hîc non potest obijci compensatio, quia nõ esset satisfactum iuramẽto, quod debet formaliter impleri, ut hîc. ¶ Ex quo intellectu decisa uidetur illa quæstio difficillima, utrùm sufficiat, quòd iuramentum impleatur per æquipollentia? an uerò oporteat, quòd impleatur in forma specifica? Nam hîc est casus nota. & singularis, quòd sic, secundum Imol. hîc, ubi iurans creditorẽ super pignore non molestare, donec soluerit, intelligitur, etiamsi sit satisfactum recipienti ex fructibus pignoris: quia omnino est opus solutione. Et pro hac parte dico esse gloss. ordinariam in l. si pecuniam. in principio, quæ incipit, & finit, ut quia iurasti. ff. de condi. ob caus. quæ uoluit, quòd licet regulariter ad perficiendum factum in obligationem deductum nõ possit quis præcisè compelli, l. stipulationes non diuiduntur. ff. de uerb. oblig. sed sufficiat præstare interesse, ut ibi: tamen, ubi iuramentum interponitur, præcisè compellitur ad factum: & sic iuramentum debet seruari in forma specifica. Et illam gl. sequitur Bal. ibi, & in l. j. in viij. col. C. de senten. quæ pro eo, quod interest. & in proœmio feudorũ in vij. col. & in l. sed & hæc prętor. ff. de procur. & in c. ex rescripto. infrà, eod. & idem in terminis illius glo. latissimè tenet do. Ab. post do. Ant. & Imol. in c. uenients. in pen. & ult. col. infrà, eo. Et hanc partem tenet Imol. in c. per tuas. in xvij. col. uersic. & not. diligenter hoc dictum suprà, de arbit. allegando istum text. & gloss. in d. l. si pecuniam. Idem tenet do. Abb. ibi in penult. col. per istum text. & allegat etiam l. si quis maior. C. de transact. de ipsa exclamans, ubi quando in contractu interuenit iuramentum, licet pœna sit apposita in contractu, non sufficit soluere pœnam: sed si pars contrauenit, tenetur soluere pœnam, & seruat contractum: & refert Bald. ibi dicentem, quòd iuramentũ habet uim clausulæ, Rato manente pacto. Idem tenet Ancha. consil. clxxxviij. quod incipit, In auxilium ueritatis. in iij. col. dicens, quòd lex, si conuenerit. ff. de iurisdict. om. iudi. non habet locum, ubi promissio de non suo iudice adeundo, est firmata iuramento: quia potest seruari sine interitu salutis æternæ, & præcisè obligat quem, per prædicta. Idem tenet Imol. in c. j. suprà, de iudi. Et hanc partem tenet etiam Roma. d. l. stipulationes non diuiduntur. in xxxviij. col. maximè per c. ex literis. el ij. j. de sponsa. & idem Imol. hîc post Ioan. And. Ad idem tex. in c. querelam. j. ne prælati uices suas. ubi in obligatione consistente in facto compellitur quis ad obseruantiam facti, & sic non uidetur satis præstare interesse: & dicit ibi do. Ant. esse casum de hoc, & sic per gloss. in d. l. si pecuniam. ¶ Et licet ista pars habeat pro se multos, tamen responderi posset eorum fundamentis, quo ad istum text. ultra omnia stringentem: quia secundum domi. Abb. hîc, si iste text. diceret, quòd non posset compensari, bene probaret opinionem istam: sed dictum erat de non molestando ante solutionem sortis, & uidetur tacitè actum, ut fructus non compensentur ante solutionem, aliàs nihil operaretur iuramentum. Vnde obijcere compensationem non erat dare unum, quod æquipolleret actui non molestationis, sicut compensare est dare actum æquipollentem solutioni. ¶ Ad gloss. in d. l. si pecuniam. Respondet ibi Fulgo. quòd gloss. fortè consideraui, quòd propter iuramentum necessitatur ad obseruandum, si uult euadere periurium & infamiam, d. l. si quis maior. non autem, quòd ex iuramentuo oriatur actio, per quam cogatur ipsum obseruare: quia iuramentum non est modus inducendæ obligationis de iure ciuili, sed de iure Canonico. Bene dicit, quòd cogeretur. Allegat c. fin. & cap. ex literis. el ij. j. de sponsalib. Tamen considera, quòd si iste sentit de iure ciuili, sufficiat æquipollens, non incurretur periurium, prout ipse dicit: & ideo staret authoritas gloss. ¶ Ad text. in d. l. si quis maior. potest dici, q̃ illud est, quia iuramentum habet uim clausulæ, Rato manente pacto: ideo conueniens nõ liberaretur præstando pœnã, uel interesse. Ad tex. in d. c. querelã. respon-

respondet ibi do. Maria. quòd non negat, quando si locator uellet prestare interesse, sufficeret. Et bene dicit, quia etiã condemnandus ad rem tradendã, uel factũ, liberatur offerendo interesse, fm Bar. Imol. & Ro. in d. uersi. Celsus. ¶ Cęterũ ad partẽ contrariã, q̃ iuramentũ nõ sit seruandũ in forma specifica de necessitate, sed sufficiat in æquipollenti, est ordinaria decisio Bar. in l. amplius non peti. ff. rem ra. ha. ubi dicit, q̃ iurans soluere potest cõpensare. Mouetur, quia etiã conditio debet impleri in forma specifica, l. Męui°. & l. qui hæredi. ff. de condi. & demõ. & tñ sufficit cõpensare, qñ solutio ponitur in cõditione, l. ij. §. j. & l. si peculiũ. ff. de statu lib. Ergo eodẽ modo dicendũ de iuramento. ¶ Præterea dicit ipse, qñ ipse, p̃ quem uolo obijcere cõpensationẽ, non soluit me interpellante, nõ uidetur præstare impedimentũ, quo minùs cõditio impleat: & p̃ consequens, iuramentũ: quia si solueret, posset postea impleri conditio & iuramentũ. Et ideo cùm per eũ uideat̃ prestari impedimentũ, debet haberi conditio pro impleta: & similiter iuramentũ. Allegat, quod habet in l. ij. §. j. ff. de statulib. & facit, quod habet in l. iure ciuili. ff. de cond. & demõ. Et istud dictũ Bar. sequit̃ do. Ab hîc, & in c. cũ dilectus. in xij. col. s̃. de ord. cog. & Ang. & Raph. in d. l. amplius. & Imo. in l. Iulianus. la j. ff. de condi. & demõ. & Io. Fab. in §. in bonæ fidei. Insti. de actio. dicens, non incurrí periuriũ, uel excõicationem: quia quo ad pœnę cõmissionẽ euitandã, cõpensatio fit ipso iure absq̃ eo, q̃ opponat̃, l. si ambo. ff. de cõpens. facit l. si debitor. in fin. ff. qui po. in pig. ha. ibi, nihil interest, soluerit, an cõpensauerit. No. Bal. in l. ij. in prin. C. de cõpens. Et cũ isto dicto Bar. cõcordat latè Bal. hîc, dicens, q̃ iste non est periurus: quia aduersarius facit, quo minus soluere possit: & dicit esse tex. unicũ in iure, in l. Iulianus, ait la pcola, ff. de condi. & demõ. Nec obst. q̃ iuramentum debet seruari in formã: quia illud est uerũ, qñ de nudo facto, & nõ de effectu est cogitatũ. Allegat l. Mæuius. ff. de condi. & demõ. ¶ Sed ad istud dictũ Bar. respondet hîc Imol. q̃ non procedit, per istũ tex. Nec obst. quod dicit Bar. de conditione: quia, fm ipsum, iuramentum magis debet seruari in forma specifica, quàm cõditio, ut paret, licet secus in cõditione, ut in iuribus prealleg. Secus, si non esset tale impedimentũ, quod oĩno impediret impedimentũ iuramenti, per c. querelã. & c. breui. j. eo. Potest etiã dici, fm Imo. q̃ iura, quæ dicũt sufficere cõpensari ad implendã conditionẽ, loquunt̃ in eo, cui relicta est libertas sub conditione: & ideo fauore libertatis potest dici illud fui. Te statutũ. Facit §. fi. Instit. de dona. fm ipsum. Ad illud de impedimento, quòd iuramentũ principaliter dirigitur in Deũ, qui non præstitit aliquod impedimentũ. ¶ Et pro ista parte adducitur tex. in l. fin. C. de non nu. pec. ubi iuramentũ additum confessioni, pecunia recepta, non aufert potestatẽ excipiendi tempore debito de nõ nu. pec. Ergo apparet, q̃ iuramentũ interpretat̃ fm naturã præambulæ obligationis: & sic ubi natura obligationis, super qua iuratur haberet, quòd æquipollens sufficeret, ut in solutione interesse, uel in cõpensatione, iuramentum super ipsa additum non mutat naturã illius obligationis. Vnde sufficit seruari in forma æquipollenti. Sed ad hoc respondet Imo. in c. j. s̃. de iudi. & in d. c. per tuas. quòd illud contingit ex eo, quia est non uerisimile, q̃ quis uelit effectualiter se obligare, si non recipit pecuniam, sed sperat postea recipere, nisi sequatur numeratio. Vnde non mirum, si tunc iuramentũ simpliciter præstitum limitatur fm limitatã obligationem: quia non debet præsumi, quòd quis uelit iactare suũ, arg. l. cùm de indebito. ff. de proba. quæ ratio cessat, qñ quis se obligat ad aliquid faciendũ, & si iurat: quia tunc uidet̃ mens eius obligari ad id, quod iurat: & si non seruat, quod promisit, uidetur, q̃ possit cogi ad obseruantiã iuramenti. ¶ Tertiò pro ista parte adducitur singulare dictũ Inn. in c. per tuas. in j. col. s̃. de arbi. ubi dicit, q̃ licet sit iuratũ de stando dicto arbitri, nihilo minùs liberatur iurans soluendo pœnã, & sic sufficit implere iuramentũ in æquipollenti, cũ paria sint obedire laudo, uel soluere pœnam, uel interesse, qñ pœna non est promissa. Succedit enim pœna loco principalis obligationis, l. prædia. ff. de actio. emp. dixi in c. peruenit. el ij. s̃. eo. Et per hoc dictũ dixit do. Ant. in d. c. per tuas: q̃ si quis obligat sed ad factũ, ex quo ius interpretat̃, q̃ sufficiat facere factũ, uel præstare interesse, l. stipulationes non diuiduntur. uersi. Celsus. ff. de uer. obli. & l. si quis ab alio. §. fi. ff. de re iudi. etiamsi quis iurauit se adimplere dictã obligationẽ facti, nõ potest cogi præcisè ad ipsum factũ, sed sufficit præstare interesse, etiãsi conueniat̃ in foro Canonico. Et de hoc dicit do. Ant. se aliàs dubitasse, tñ istud sibi placeret per illud dictũ Inn. & sic tenet cõtra gl. in d. l. si pecuniã. & cõtra id, qd̃ ipse dixit in d. c. querelã. Et per hoc dictũ Inn. dicit do. Ab. in c. j. in xv. col. s̃. de iudi. q̃ ratione iuramenti quis nõ potest cõpelli respondere corã non suo iudice: quia iuramentũ recipit naturã materiæ, super qua interponit. Et hoc dictũ Inn. sequitur etiã do. Ab. in c. sicut ex literis. circa mediũ, j. de sponf. & in disputatiõe incipiente, Stante statuto. in xviij. col. & Roma. in l. hæreditatẽ. ff. de dona. Sed licet ad istud dictum Inn. non oporteret disputando respondere, tamen ubi allegaretur in practica, dic, quòd ipsum impugnant latè do. Ab. & Imol. in d. c. per tuas. per id, quod dixi in alia parte. Et cõtra ipsum est casus in l. si quis maior. C. de transactio. ubi singulariter probatur, secundum Bald. ibi, quòd iuramentum habet uim clausulæ, Rato manente pacto. Ergo soluere pœnã non sufficit. Item contra dictũ do. Ab. in d. c. j. de iudi. est decisio Pe. de Anc. consi. clxxxviij°. & concordat Imo. in d. c. j. & Ang. & Paul. de Cast. in l. si conuenerit. ff. de iurisdi. omn. iudi. ¶ Quantò pro ista parte adducitur text. in c. ex parte. el ij. j. de cler. non resid. ubi iuramentum uerificatur in casu ficto. Nam ille iurauit residere in ecclesia, & dicitur, quòd non minùs seruat iuramentum se absentando pro negotijs ecclesiæ: quia censeri debet residens: & sic est ibi casus, quòd iuramentum non seruatur in forma specifica. Similis casus in c. ad audientiam. eod. tit. Sed dicit do. Abb. in d. c. ex parte. quòd licet contrarium sit difficile, tamen potest dici, quòd ubi obseruantia iuramenti in casu ficto non tendit in aliquam læsionẽ illius, cui fuit præstitum, prout erat ibi, tunc iuramentũ uerificatur in casu ficto. Vbi autem esset contra intentionem recipientis iuramentũ, habet locum contrariũ de isto tex. cum similib. secundum ipsum. ¶ Quintò adducitur tex. in c. fin. infrà, de eccles. ædi. ubi iuramentum recipit limitationes secundum materiam, super qua interponitur: nam si simpliciter est iuratum de rebus ecclesi. non alie. non intelligitur de omni alienatione, sed solùm de non necessaria & utili: & tamen uidetur, quòd iuramentum deberet aliquid operari. Vnde solet dici, quòd si actus non ualet, ualet ut ualere potest, l. cùm pater. §. filius matrem. ff. de leg. ij. Ad hoc respondet do. Abb. ibi, quòd istud esset uerum, quando iuramentum parum, uel nihil operaret̃: sed ubi potest aliquid operari, purà, quia magis astrinxit comminando contrauenienti periuriũ, & quandoq̃ accumulãdo forum foro, iuxta c. fi. de fo. cõpe. lib. vj. tunc non habet locum d. §. filius. ¶ Item hanc partẽ firmant Ana. & do. Maria. in d. c. querelã. allegantes solùm gl. in d. l. si pecuniam. Idem Bald. in c. quæ in ecclesiarum. in ult. col. suprà, de consti. allegando d. l. fin. C. de non nu. pec. Et per hoc apparẽre existimo utranq̃ partem absq̃ magno periculo sustineri posse: sed tñ sustentabiliorẽ puto primã opinion. quòd iuramentum sit seruandum in forma specifica, per ea, quæ primò adducta sunt, per quæ apparet istam esse cõmunem opinionem, & pro ipsa facit

c. ad nostram.

facit optimè tex. in c. debitores. suprà, eo. in quantum
uult, quòd reddat domino iuramentum in ea forma,
in qua est iuratum, etiamsi contineat turpitudinem
ex parte recipientis, & in tantũ uidetur requirere præ-
cisam obseruantiã, ꝙ etiam si postea eius uirtus non
duret, tñ satisfacere oportet. Ad idem tex. in c. ex literis.
el ij. & in c. sicut ex literis. j. de spons. ubi ille, qui iurauit
se contracturum matrimoniũ cum aliqua, compellitur
præcisè ad obseruantiã matrimonij iurati. Facit opti-
mè c. cõmissum. eo. tit. ubi iuramentũ de desponsando
aliquam nõ implet per ingressum religionis, sed debet
primò desponsari, & postea fieri professio. Ad idẽ tex.
in c. breui. j. eo. ubi difficultas excusat à periurio, ut iu-
rans non compellatur. Ergo à contrario cessante diffi-
cultate compellitur. ¶ Præterea considero, quòd uelle
obseruare iuramentum in alia forma, quàm in ea, in
qua est iuratum, est cõmutare iuramentum de uno in
aliud: & tamen habuimus in c. peruenit. el ij. & in c. de-
bitores. s. eo. post Inno. ibi, quòd nemo potest autho-
ritate propria commutare iuramentum etiam in me-
lius. Ergo apparet, quòd, ut satisfiat Deo, oportet ser-
uare præcisè, quod est iuratum, non autem per aliud
æquipollens etiam melius: & ista ratio clara multùm
in c. inclinat. &, ut puto, hactenus eam non audiuisset.
¶ In fin. gloss. Doc. approbant hanc solutionem, pro
qua facit c. causam. j. qui fil. sint legi. Cętera in materia
illius l. extat. ff. quod met. causa. uide per Doct. in l. si
quis in tantam. C. unde ui. & aliquid per nostros in c.
j. s. de dolo & contu. & ibi aliquando dicetur.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio beneficij facta metu, tenet.*
2 *Actio, quod metus causa, restituit omnia in pristinum statum, ita quòd renuncians beneficio per metum, non indiget noua collatione.*
3 *Iuramentumm, quod uergit in damnum salutis corporalis, qualiter sit seruandum, uel non.*
4 *Iuramentum, quod obligat ad peccatum ueniale, non est seruandũ.*
5 *Iuramentum, quod uergit in peiorem exitum, an & qualiter sit seruandum.*
6 *Et quot modis uergat iuramentum in peiorem exitum.*
7 *Ecclesia si habet pecuniam superfluam, illam rectè mutuò dat.*
8 *Iuramentum meticulosum an obliget iurantem.*

CAPITVLVM VIII.

Si uerò. ¶ Si iuramentum per me-
tum extortũ seruari potest
sine interitu salutis æternæ, seruandum est:
ecclesia tamen consueuit à tali iuramento
1 absoluere. H. D. ¶ No. ex fine literæ, ꝙ † ualet renun-
ciatio beneficij metu facta. Idem tenet glo. mag. prope
medium in c. super hoc. s. de renun. & latè Rota in for-
mis, deci. ccclxxiiij. in c. fuit dubitatũ. Allegant c. abba-
tem. & c. ad audientiã. s. quod me. causa. & ponderant
per locum à speciali cle. multorum. §. sanè. de pœnis.
quia si specialiter illa renunciatio facta ad capturã se-
culariũ potestatũ est ipso iure nulla: ergo secus in alijs.
Et quia iste casus nõ enumerat inter illos, quos metus
irritat ipso iure, de quibus per gl. & Doc. in c. abb. s. qđ
met. causa. Et hanc decre. Rota refert, & sequit Imo. in
c. ad aures. in pe. col. s. quod met. cau. & do. Ab. ante fi.
eo. tit. & in c. ij. s. de resti. spo. & sentit gl. ij. in c. super hoc.
& ibi do. Ant. uers. sed aduerte. quia in gl. seq. s. de renũ.
& dicit ibi esse casum, & glo. quòd ad recuperationem
beneficij per metum renunciati competit actio, quod
met. causa, & utilis actio in rem. Et idem tenet hîc do.
Abb. quia per resignationem metu factam solùm per-
ditur directa actio, l. metũ. §. uolenti. & l. si mulier. in fi.
ff. quod met. causa. Et istis adde Rotam decis. cccclxj.
in formis. ubi dicunt, quòd rescinditur renunciatio
facta, ut frater liberetur à carceribus: quia contumelia
facta fratri, censetur facta ipsi. Allegant l. præterea. ff. de
liberali cau. & cle. unica, de homi. Et idem dixit in re-
nunciatione etiã iurata facta à timente amissionẽ patri
monij. Idem dixi de facta propter metũ illatũ consan-
2 guineis, per c. sciant cuncti. de cle. lib. vj. ¶ In † eo. tex.
in fi. Not. optimè, sm do. Abb. ꝙ per actionem, quod
met. causa, omnia restituunt in statũ pristinũ, adeo ꝙ
renuncians beneficio per metũ non indiget noua col-
latione. Et pro hoc adduco, qđ no. Domi. in c. fin. lvj.
dist. ubi dicit, ꝙ si dispensatur cum non habente cano-
nicum titulũ, sufficit, ꝙ cõtinuet suã primã collationẽ,
per text. ibi, & in c. ex parte Astensis. in fin. j. de conces.
præben. & per no. in c. cura. j. de iurepa. Et ita dicit te-
nere Rotam. Ad idem uide do. Abb. in c. ex parte. s. de
resti. spol. ubi dicit, ꝙ eo casu, quo est faciẽda restitutio
beneficij resignati, non requirit noua collatio: licet ali-
ter sentiat ibi Ioã. de Ligna. quia ex restitutione surgit
aliqñ ius extrinsecum ipso iure, ut patet in utili resti. in
integ. Allegant c. cùm ex literis. de resti. in integ. & text.
& gl. in c. quamuis. de rescrip. lib. vj. & quia restituens
in integrũ intendit pristinum ius reuocare. Et ista no.
ad intellectum l. si res. §. aream. ff. de solu. ubi titulus
semel extinctus nõ reuiuiscit: quia procedit, nisi aliud
interueniat, per qđ sequatur integra restitutio. Facit
c. ab exordio. xxxv. dist. & l. si unus. §. pactus, ne peteret.
ibi, in pristinã naturam redijt. ff. de pac. ubi res de facili
reuertitur ad naturam suam. ¶ In gl. ij. ibi, corporalis.
3 Not. ꝙ † iuramentũ in damnũ salutis corporalis non
est seruandum, ut §. fi. allegato in glo. & idem glo. in c.
dilectus. s. quod met. cau. & in c. ueniens. j. eo. & expone
id est, de morte corporali: & dum gloss. limitat, nisi oc-
casionaliter, etc. intelligit Io. And. nisi imminente in-
firmitate, uel complexione iudicaretur sic iurans mo-
riturus ex tali morte: quia tunc iuramentum nõ ligat:
quod multùm no. hîc do. Abb. & bene, pro Cartusien-
sibus, ut ad euitandam mortem, si oua & alia non pro-
sint, possint sumere carnes: & sic limitat dictum Ioan.
Andr. in c. ij. infrà, de obserua. ieiu. referentis magi-
strum Arnaldum de Villa noua: de quo etiã per Ana.
in c. sicut ex literarum. infrà, de homi. Quare autem
non prohibetur uinum, quod est maioris nutrimenti,
quàm carnes, uide beat. Tho. secunda secundæ, quæst.
cxlvij. artic. ult. ubi dicit, quòd eius uirtus non est du-
ratiua & augmentatiua spirituum, sicut carnium: & si-
militer aliquid beatus Thom. in quarto sententiarum
dist. xv. quæst. ij. art. j. quòd licet uinum faciliùs incitet,
quàm carnes, tamen eius incitatio non durat, sicut in-
citatio carnium: & dat simile in leguminibus. ¶ Item
dum glo. hîc dicit, de Roma, ipsam declara, ut per glo.
in c. qualiter. vij. q. j. quæ simpliciter no. quòd sanũ est
4 stare Romæ. ¶ In † ea. glo. ibi, in deteriorem exitum.
Idem, si in dispendium salutis: putà, si obligat ad ue-
niale: per quod licet quis non priuetur uita æterna,
tamen differtur eius assecutio, donec sit purgatum in
purgatorio: ideo tale iuramentum non obligat, secun
dum do. Anto. Abb. & alios hîc. Allegant Archid. &
Ioan. And. in c. quamuis. de pac. lib. vj. & text. & gloss.
in c. si aliquid. xxij. quæst. iiij. quod est præcipuè no-
tandum, secundum Imol. hîc, & in c. dilectus. suprà,
quod metus causa. ubi idem tenet domi. Ant. & idem
tenet Bald. in c. j. §. sacramenta. de pa. iura. fir. & Imol.
in c. fin. infrà, de rescript. & in c. cùm contingat. infrà,
eodem. Et ideo dicit Bald. in fin. suprà, de pact. quòd
pactum includens peccatum ueniale non tenet. Et ista
re uera sunt notanda ad irritanda mille iuramenta,
licet uenialia sint plurima, ut in §. criminis. xxv. dist.
& mouentur isti per d. c. quamuis. in uerbo, dispendio.
ut etiam ibi per Domi. idem tenentem in iij. col. Aliud
est enim interitus. Et hunc inducit mortale ob dispen-
dium,

dium, quod denotat damnum etiam paruũ, secundũ
ipsum, post Ioan. And. ibi, qui dicit, quòd Archid.
ibi in isto dicto exaltauit uocem suã, sed quod habuit
5 à Lauren. & Io. An. in d. c. si aliquid. ¶ Idem † dic de iu-
ramento uergente in peiorem exitũ, ut in glo. hoc autẽ
contingit sex modis, ut per Archi. in c. si aliquid. alle-
gato in gl. quem latè referunt do. Ant. & do. Abb. hîc, &
elegantiùs ponit Bal. in l. si ad excludendã. C. de re. cre.
Et tangunt isti unũ modum, s. qñ excludit ab eo, quod
est de genere bonorũ: putà, de non acceptanda promo
tione. Et licet aliqui dicant tale iuramentum tenere, ut
sentit gl. incip. argumentũ est hîc. in c. innocens. xxij. q.
iiij. & Gratianus in §. fi. ea. q. & causa. Tamen Archi. in
d. c. si aliquid. & in c. innocens. tenet tale iuramentũ esse
inductiuũ peccati. Et probat, ut hîc refert & sequitur
do. Ab. admittens hoc, quando uult contrauenire iura
mento propter bonũ publicum: secus, si propter bonũ
priuatum, non ut prosit, sed ut præsit, iuxta c. qui epi-
scopatum. viij. q. j. Bene facit, quo no. Io. And. in c. si ele-
ctio. de elec. lib. vj. ubi dicit, ꝙ peccat mortaliter, qui est
idoneus, si non acceptat prælaturã: & aliquid per do.
Car. in cle. j. in prin. de conces. præben. cũ concor. quas
credo scripsisse in rub. de testi. cog. ante fi. Vbi autẽ est
alius idoneus, iuramentũ est seruandũ, sm Domi. latè
post Archi. in c. Florentinũ. lxxxv. dist. ¶ Item † uergit
6 in peiorem exitum, qñ excludit opus indifferens pia
intentione pro Deo, aut proximo, faciendum: ut putà,
loqui cum proximo intrare domum, & similia, quæ
imminente necessitate fieri possunt non obstante iu-
ramento, ut not. in c. cùm quidam. infrà, eod. Ex quo
infertur, ꝙ iurans non fideiubere, potest fideiubere, ut
latè per Io. An. in Spe. in ista rub. Vbi tñ hoc intelligit,
qñ salus proximi corporalis, uel spiritualis periclitaret
ex denegatione fideiussionis: & fuit cõclusio Old. licet
ipse non dicat, cons. xc. inci. Quidam iurauit. ubi etiam
facit differentiã inter clericũ & laicũ, dicens, clericũ ad
hoc minus obligatũ, per c. j. j. de fideiusso. Et refert do.
Ant. in c. cùm quidã. j. eo. se respondisse, ꝙ tale iuramen
tum non obligat, sed ꝙ ad cautelam facit quendã ab-
solui. Sed adde, ꝙ etiã, ubi non immineret periclitatio,
de qua dictũ est, adhuc nõ obstante iuramento fideiu-
beri potest: quia licet fideiussio nõ sit hoc casu in præ-
cepto, sicut in alio casu, est tñ de consilio & opus ex pie-
tate faciendũ propter Deũ & amorem proximi. Et ut
prædictũ est, potest quis se obligare, ut declinet à talib.
nec à Deo acceptat talis obligatio, sm do. Ab. in dispu.
incip. stante statuto. & hoc etiã per Ro. in l. non solùm.
§. morte. ff. de ope. no. nun. & Archi. in c. sicut. xj. q. j. & in
c. non est. & in c. animaduertendũ. xxij. q. v. Et adde, ꝙ
differentia facta per Old. inter clericum & laicum non
procedit in clerico in patrimonialibus: imò magis est
officium clerici uti his operibus, quàm laici, sm Domi.
quem uide in c. laicus. de fo. cõp. lib. vj. Est uerum, ꝙ ad
opera charitatis, putà ad eleemosynã, quis nõ tenetur,
nisi concurrat, ꝙ sibi supersit respectu sui & suorum, ꝙ
indigens aliter nequeat sustentari, per bea. Tho. ij. ij. q.
xxij. arti. v. quẽ latè refert Domi. post Arch. in c. sicut ij.
xlvij. dist. & do. Ab. hîc. Tamen istud nõ obst. quia non
negatur, quin extra talem casum quis non teneat fide-
iubere: & probat in §. fi. xxij. q. iiij. sed dicit, ꝙ potest, si
uult non obstante iuramento. Et istis adde Io. And. in
7 c. ij. j. de solu. ubi dicit, ꝙ si † ecclesia habet pecuniã su-
perfluam, illam rectè mutuat: cùm eñ teneatur de su-
perfluo facere eleemosynam, c. aurũ. xij. q. ij. c. fi. xvj. q. j.
fortiùs tenetur mutuare indigentibus. ¶ Et per hoc ap
paret non esse sumendum argumentum à contrario
ex isto tex. ꝙ omne id, quod potest seruari sine interitu
salutis æternæ, debeat seruari, si est iuratum: imò etiãsi
esset contra bonos mores naturales, nõ ligaret: regula,
non est obligatorium. de reg. iur. in vj. Secus, si contra
bonos mores ciuiles. Et qui sint, dicetur in c. cùm con-
tingat. maximè examinando materiam authẽ. sa-
cramenta puberum. C. si aduer. uen. & c. ij. de pac. li. vj.
Idem, si esset prestitum per iracundiam, quæ fuerit tan-
ta, quòd illud ea durante deliberatè non fecisset, ut per
Ioan. And. & do. Anto. in c. sicut ex literis. j. eod. & do.
Abb. hîc. Bene facit, quod de professione facta per
iracundiam dicit do. Ant. in d. c. sicut. & quod de uoto
dicit gloss. in c. dudum. in uerbo, iracundiæ. j. de con-
uer. qui & de confessione gloss. in c. ex literis. in uer.
admonita. infrà, de diuor. cum alijs allegatis per Ro. in
singula. cccccxxiij. quod incip. Volo commentari. l.
quicquid calore. cum similibus. Et iuxta hoc subdit
hîc domi. Abb. de iurante redire ad carcerem, de quo
dicetur post eundem in c. sicut. el iij. j. eo. ¶ In glo. in
8 uer. iuramentum. in fin. Not. † gloss. ordinariam, an
meticulosum iuramentum obliget: & de hoc per glo.
& Archi. plenè in c. authoritatem. xv. q. vj. per Doct. c.
ij. s. eod. & ibi dixi ponendo conclusionem, ꝙ obligat.
Et idem tenet Ioan. And. in c. uerùm. j. eod. & in c. ad
audientiam. s. quod met. causa. & Inno. in c. ueniens.
j. eod. & Arch. in c. qui sacramento. xxij. q. iiij. & Spec.
in tit. de legato. §. nunc ostendendum. uersic. xxiiij. &
beatus Tho. ij. ij. q. lxxix. artic. vij. ¶ Hanc conclusio-
nem declara primò, nisi iuramentum interponeretur
super contractu improbato à lege, ut per domi. Abb.
ualdè solenniter in c. cùm contingat. in j. col. j. eod. &
retuli in c. ij. suprà, eod. ¶ Et declara secundò, quòd
non habeat locum, quantũ ad Deum: & hoc, quando
iurans non intendit se obligare, de quo statur dicto
suo, c. significasti. el j. infrà, de homi. cum similibus. Et
ita tenent hîc Ioan. And. dom. Card. & do. Abb. Si au-
tem intenderet se obligare, ligaretur, secundum Tho.
in loco præallegato: & contraueniendo peccat mor-
taliter, sed ratione metus non punitur ita acriter, sicut
si uenisset contra iuramentum liberè præstitum. ¶ Ter-
tiò declara, ut ualeat & obliget efficaciter, adeo quòd
requiritur absolutio: tamen contraueniens non pu-
nitur ab ecclesia militante pro mortali, sicut aliàs con
traueniens spontaneo iuramento licito. Ita probatur
expressè in c. uerùm. infrà, eod. Ratio est: quia ecclesia
nõ præsumitur, quòd habuerit animum se obligandi,
arg. c. quia super hoc. suprà, de renun. Not. Ioan. And.
post Hostiens. in d. c. uerùm. Vult autem, quòd obliget:
quia nõ est cognitrix secretorum cordis, c. erubescant.
xxxij. dist. & posset esse, ꝙ habuisset animum se obli-
gandi. Sed si contrauenerit respectu pœnæ, quæ est
restringenda, eligat ecclesia mitiorem partem: quia
punit pro ueniali, secundum communem opinio. Si
autem pro certo constaret, quòd habuit animum se
obligandi, puniretur pro mortali, secundum do. Abb.
hîc ita singulariter restringentem dictum c. uerùm. &
ita posset procedere opinio Calde. & do. Card. in d. c.
uerùm. ¶ Quartò declara, ut habeat locum, quando
sumus in dubio, an uoluit se obligare, an non: sed si
constat ecclesiæ, quòd nullo modo intendebat con-
sentire, tale iuramentum sequens non obligat, secun-
dum Imo. per id, quod habetur in c. j. suprà, quod met.
causa. & in l. qui in aliena. §. Celsus. ff. de acquir. hæred.
¶ Quintò declara, ut non procedat in casibus, in qui-
bus metus irritat ipso iure: de quibus in c. abb. suprà,
quod met. causa. nam si interponitur iuramentum,
non obligat. Ita alleg. Pet. de Ancha. consil. cclxxv. qđ
incip. retento ordine dubiorum. in j. col. ubi clarè hoc
non sentit: sed solùm dicit, quòd à iuramento per me-
tum extorto peti debet absolutio: quia tenet, ut hîc, &
in c. uerùm. infrà, eod. & quia gesta per metum non
sunt nulla ipso iure, sed rescinduntur, nisi in certis
casibus iuramentum sit nullum: tamen hoc fortè ex
uerbis suis infertur: & pro hoc adduco glossam j. in
c. ij. infrà, de eo, qui duxit in matri. quæ dicit, quòd
sicut matrimonium contractum metu, est ipso iure nul
lum, c.

ium, c. cùm locum. j. de sponsa. ita etiam iuramentum extortum super tali metu. Et illam facit ibi singularem do. Abb. dicens, esse casum, in quo iuramentum metu extortum non obligat fortè secundum ipsum: quia est contra bonos mores. Item cōtra substantialia matrimonij: nam iuramentum metu extortum non tribuit libertatem consensus: non minùs ergo consensus est coactus intercedente iuramento. Ex quibus uerbis procedere posset ista declaratio noua. ¶ Vltimò declara, ut habeat locum in coactione conditionali: secus, si præcisa, ut per Goffr. & alios in d. c. uerùm. licet dicant, ꝙ difficile hoc esse posset, ꝙ quis præcisè cogeretur loqui, ut ibi per eos, maximè do. Abb.

SVMMARIVM.

1 ✠ Actio an detur ex sola obligatione naturali.
2 Terra tota potest subijci interdicto, si dominus non seruat conuentionem iuratam, &c.
3 Abbas an possit adire hæreditatem monachi sine consensu ipsius monachi.
4 Abbas an possit deputare monachum, ut perpetuò possit stare extra claustrum.
5 Homo liber non potest regulariter dari pro obside.
6 Fallit hæc regula quinque modis, ut hîc per ordinem, & numerum 7. 8. 9. 10.
11 Debitor an possit renunciare cessioni bonorum, promittendo quòd non cedet bonis. Vide nu. 12.
13 Iuramentum, quo se debitor obligat ad carcerem, an ualeat.
14 Pactum quòd liceat creditori capere debitorē authoritate propria, si non soluat in termino, an ualeat.
15 Mulier licet non renunciet Velleiano, quo principaliter iuuatur in fauorem sui merito, contractus tamen in contrarium, firmatus iuramento, ualet.
16 Iuramentum an excludat minorem, uel mulierem, restitutione in integrum.
17 Promittens factum, an & qualiter teneatur adimplere promissa.
18 Promittens factum alienum, qualiter teneatur.
19 Iuramentum ubi est præstitum, an requiratur excussio.
20 Debitor potest se obligare sine iuramento ad standum in certa ciuitate, & inde non discedere sine licentia creditoris.

CAPITVLVM IX.

X rescripto. ¶ Monachi, qui pro debito monasterij iurant stare in obstagio, & fideiussores, qui iurauerunt creditorem indemnē seruare, iuramentum seruare coguntur. H. D. ¶ Notabilia plura j. colligentur in gloss. maxi. & inter cætera
1 colligitur ex tex. fm Host. ꝙ † ex sola naturali obligatione actio datur: nam monachi non poterant obligari ciuiliter, per notata in c. placuit. xvj. quæst. j. & in c. ex parte. j. de accusa. ubi monachus dicitur ciuiliter mortuus: & sequuntur hîc do. Ant. & Imo. & est singulariter notandum, secundum do. Car. ad materiam c. j. s̄. de pac. & credit do. Abb. hoc esse uerum, per notata ibi, sed non per istum tex. quia ex quo interuenit consensus abbatis, putat eos obligatos ciuiliter, cùm eorū uelle depēdeat ab abbate, c. si religiosus. de elec. lib. vj. Vbi aūt non interuenisset talis consensus, nedum non obligaretur ciuiliter, sed nec naturaliter: quia ius resistit huic obligationi, c. non dicatis. xij. qu. j. & c. ij. de testa. lib. vj. Et ideo non posset accedere fideiussor, l. j. & ij. ff. de fideiuss. secundum do. Ab. hîc: qui secus dicit in seruo. Ille enim naturaliter obligatur, l. naturaliter. ff. de condi. inde. quia lex ciuilis non resistit, sed nec assistit, & nō renunciat propriæ uoluntati, sicut monachus, d. c. nō dicatis. Cætera de contractib. monachorū uide per Inn. in c. cùm olim. el ij. j. de priui. & in c. quod quibusdā. de fideiuss. & Bar. in l. si seruus cōmunis. ff. de
2 stipu. ser. ¶ In fi. tex. Nota † totam terram posse subijci interdicto, ex eo ꝙ dns non seruat conuentionē iuratam, etiamsi conuentio concernit cōmodū pecuniariū & priuatū interesse. Hodie uerò ipso iure est nullū interdictum latū in aliquem locū pro pecuniario debito, ut in extrauag. Bonifacij VIII. incip. Prouidè. de quo per Arch. in c. sicut domini uestimentū. xvj. q. vij. & Cal. in trac. de ecclesiastico interdicto, in secundo membro.
3 q. xvj. & Domi. in c. si sentētia. de sen. excō. lib. vj. ¶ In † gl. j. ibi, uoluntate illorū. Idem tenet solus Bal. hîc, sicut abbas nō potest adire hereditatē delata monacho, nisi de consensu monachi, l. acquiritur. §. j. de acqui. re. do. quia ius adeundi est inseparabile à persona, l. Paulus. ff. de acqui. hære. Etsi dicatur, ꝙ monachus non habet uelle, nec nolle, uerū est ad faciendū, sed ad non faciendū sic, fm ipsum alleg. l. cū proponas. C. de hære. insti. & l. fi. C. de acqui. pos. ¶ Sed Host. & alij hîc tenēt, monachū ēt inuitū posse dari obsidē pro utilitate monasterij. Et hoc tolerat ad tempus, sicut aliqñ manet in alicuius prælati, uel magnatis seruitio non sine utilitate monasterij, ut per illū negotia ipsius promoueant, ut in tex. & gl. not. in c. cū pastoris. vij. q. j. nec potest monachus abbati resistere, cū uoluntas sua pendeat à uoluntate abb. non sint excōicati, arg. c. ut famæ. j. de sen. excō. lib.
4 vj. secus, si inuito abbate, ut hîc per eū. An † aūt posset deputare monachū, ut perpetuò posset stare extra claustrum? Dicit hîc Host. ꝙ non: & facit c. monachi. xx. q. iiij. Et propter necessitatē infirmitatis nō concedit monacho cella extra claustrū: quia stabilitas loci, seu claustri est de regula, c. sicut ex literis. j. eo. & c. placuit. xvj. q. j. Si tñ subest causa urgēs, uel rationabilis, posset abbas concedere monacho, ut stet extra monasteriū in certo loco, ut probat ex gl. in d. c. pastoralis. quæ loquit sine prefinitione tēporis: & expressè no. Inn. in c. insinuāte. qui cleri. uel uouē. licet dicat, ꝙ abbas nō potest se obligare, ut nunqs cū reuocet, per c. & ad monasteriū. & in c. tales nec alicui. j. de stat. mo. Non tñ potest reuocare sine causa, ut per do. Car. in cle. j. §. præmissa. de sup. neg. præla. Et pro his facit, quia ubicunq; monachus fuerit, dū modò de mandato abbatis, semp est sub obediētia abbatis, ut dicebat Ab. antiquus in c. cū illorū. de sen. excō. An aūt possit totū conuentū subtrahere à monasterio pro ipsius necessitate? Dicit Host. hîc, ꝙ non, licet limitet do. Abb. nisi aliud suaderet magna necessitas & utilitas, arg. c. si Canonici. de offi. or. lib. vj. & c. ex parte. de uer. sig. & c. ij. j. de iure pa. ¶ In ea. glo. in fi. Vltra gl. dantur aliæ solutiones per Doct. hîc multa dicentes. Sed uera & bo. est una sol. Bald. hîc, quod est speciale propter debitum ecclesiæ: quia sicut pater potest dare pro obside filium in casu necessitatis, l. ij. allegata in gl. ita abbas monachum. Casus est hîc notabilis, fm eum: & hoc tenendū, quia cùm monachus æquiparet filio familiâs, ut per gl. in l. si filius. in fi. iuncto tex. ff. de iudi. & Archi. in c. statutum. xviij. q. j. & Spec. in tit. de sta. mo. uer. xviij. & Bart. in l. j. in iij. q. ff. de uul. & pupil. cū similibus: & filiusfamiliâs possit dari pro obside, ut s̄. ergo & monachus. ¶ Si aūt tenemus, ꝙ æquiparetur seruo, ut per gl o. j. in c. parochianos. j. de sen. excō. & glo. in l. cùm hæredes. §. fin. ff. de acqui. pos. & in l. Pedius. ff. de arbit. & Inn. in c. cū olim. el ij. j. de priui. cum similibus: & idem erit, quia etiam seruus potest dari pro obside, l. si seruus. ff. de pig. ac. & iura allegata in gl. loquuntur de homine libero: & ita hîc non ualuit obligatio, ut de homine libero, sed ut de seruo: & ita quiescere possunt multiloquia Doctorum. Hîc tamen tutiùs esset tenere,
5 quod dicam proximè uer. fallit. ¶ Regulariter † itaꝙ liber homo dari nō potest pro obside, nec poni in ob-
6 stagio, ut in iuribus allegatis in gl. ¶ Fallit † primò, ut est dictū in filio cōcurrente magna necessitate. ¶ Fallit secūdò in imperatore: quia dare pōt hostib. obsides, &

eidem dari possunt, & hoc casu sunt quasi serui. Vnde non possunt sine licentia principis testari, l. obsides. cum ibi not. ff. de testa. ut hîc per do. Abb. qui idem putat in Papa, quo ad personas sibi subiectas, arg. c. cuncta per mundum. ix. q. iij. Et sic intellige c. ut pridem. & glo. xxij. q. viij. Idem putat in principe habente iura imperij, seu ius indicendi bellū, iuxta notata in simili per Bald. in l. infamem. ff. de pub. iudi. & in l. acta. §. de ampliand. ff. de re iudi. & in l. j. §. de qua re. ff. de postu. cū similib. ¶ Fallit † tertiò, nisi darentur obsides, qui non
7 mutant statū, nec seruire cōpelluntur, sed solum modò retinentur, ut propter hoc meliùs obseruentur cōuentiones, propter quas dati sunt, secundum Bald. plenè in l. ij. in ult. col. C. de patribus, qui fil. distr. & ibi dicit, quòd nedum inter principes, sed etiam inter priuatos tales dari possunt propter obseruantiam eorum, qui fieri consueuerunt, non ut sint pignori creditoris, ita quòd habeat ius in eis, sicut haberet in pignore, nec ut possit cogere ad seruiendum, aut possit eos locare alij, seu pignorare: talia enim fieri prohibitum est, & pœnam merentur, c. ij. j. de pig. & §. si uerò. alleg. in glo. sed solum modò pro obseruatione conuentionum licitè possunt retineri. Alleg. istum tex. & c. exposita. s̄. de arbit. Et habebit talis datio obsidum talem effectum, secundum eum, quòd ille, qui retinet, non potest dici facere iniuriam, neque dolum committere in retinendo. Nec obst. hoc, quòd potest ab ipso detento, uel ab ipso dante, uel ab alio conueniri, qui non habet ius in eo, l. iij. §. fi quis uolente. ff. de lib. ho. exhi. secus, si alius habens ius in eo, & qui non consensit dationi, cum repe-
8 teret. ¶ Sed † contra hanc fallentiam tenet hîc Imol. & do. Abb. non tamen alleg. Bald. & dicit, quòd per conuentionem non iuratam non potest in homine libero ius obligationis constitui, ut detineatur inuitus, per iura allegata in glo. licet de facto quandoq; aliter seruetur. & malè: ut dixit glo. in l. ij. Videtur enim carcer priuatus, quem lex ciuilis execratur, l. j. C. de priua. carce. & est species seruitutis, ad quam quis nō compellitur, sicut dicitur, quòd quis non compellitur præcisè ad factum, l. stipulationes non diuiduntur. uer. Celsus. de uerb. obl. & iura aliud probantia narrāt factum, secundum do. Abb. ¶ Et quamuis pro hoc etiam faciat, quia nemo est dominus membrorū suorum, l. liber homo. ff. ad legem Aquil. & quia omnis conuentio inducens seruitutem est reprobata, l. Titio centum. §. ij. ff. de condi. & demon. facit l. ij. ff. de lib. homi. exhib. & l. & si uolens. & l. interrogatam. C. de lib. cau. tamen substentabilius puto dictū Bald. in d. l. ij. Et idem saltem de consuetudine tenet Spec. de renunc. & conclusio. §. j. uer. item est beneficium, quod dicit. & ita etiam tenuit gloss. in d. c. exposita. in uerb. obsidum. & ibi expressè Imol. & Imo. in l. obsides. ff. de testa. & glo. hîc in j. fol. quam pro uera firmat hîc do. Card. Neque dicitur carcer priuatus: quia fit lege tolerante, sicut ualet pactum cum scriptore, quòd completo libro de stando in compedibus, ut per Spec. alleg. s̄. & est gl. nota. in l. stipulatio. §. fundi. ff. de oper. nō. nun. & ibi hoc notant Doct. & Bar. in d. l. stipulationes, in viij. q. Et si istud esset contra bonos mores naturales, ut sentit do. Abb. non conualidaretur iuramento, prout in sequenti fallentia, regula, non est. lib. vj. Nec obst. d. l. liber homo. quia istud non est damnificare corpus perpetuò: neque talis seruitus est reprobata, quia non est duratiua. Item non est propriè seruitus, ut probant uerba Bal. & ista confirmantur optimè ex infrà dicendis in quæstione, de pacto de
9 non cedendo bonis. ¶ Fallit † quartò, nisi interueniret iuramentum: quia putat do. Abb. hîc, quòd tuncis, qui iurauit, potest compelli ad obseruationem iuramenti, ut stet in loco, donec obseruet, quod conuenit: non tamen aliter debet detineri inuitus, quia esset contra bonos mores, secundum ipsum. Sed certè per proximè dicta uidetur, quòd imò talis possit compelli inuitus stare in loco, maximè quia iuramentum debet seruari in forma specifica, s̄. eod. ad nostram. & ibi dixi. Vnde si iurat non recedere, cogeretur præcisè stare, uel cogetur soluere, prout fuit factum hîc. Et istud sentit hîc Imol. ¶ Præterea licentia abbatis facit, quòd monachus possit inuitus detineri: quia non potest resistere Abbati, ut dicit do. Abb. in sequenti fallentia. Ergo idem facit iuramentum: quia non potest resisti Deo, cui est iuratum. ¶ Fallit quintò & ultimò in abbate, qui uellet deputare monachum non propriè ut obsidem, sed simpliciter ad standum in certo loco, donec essent seruatæ, etc. quia etiam eo inuito potest secundum do.
10 Abb. ¶ Fallit † etiam in clericis secularibus, quos inuitos non posset episcopus modo prædicto obligare, & non sint ita astricti, nec poterunt inuiti teneri, licet à principio consenserint: arg. c. contingit. j. de sent. excō. nec episcopus in hoc poterit dispensare, arg. c. si diligenti. s̄. de for. compet. secundum ipsum. Et per ista uerba uult expressè do. Abb. monachum non posse dari, ut uerum obsidem: quod credo uerum, licet Bald. ut supra retuli, æquiparādo eum filio aliter sentiat. Si enim ex toto æquiparetur filio, uel seruo in casu isto, sequeretur inconueniens, quòd teneretur seruire creditori, quod esset in opprobrium religionis, contra c. studeat. in fi. l. dist. & concurreret duplex seruitus in eadem persona: una ratione professionis, alia ratione obligationis: quod repugnat in re sacra, per regulam, semel Deo. lib. vj. Et ideo dicere oportet, quòd isti non essent propriè obsides, ut expressè uult glo. & Imol. hîc. Considera etiam, dum do. Abb. dicit, quòd clericus, qui à principio cōsensit episcopo dari in obsidem, potest postea inuitus detineri apud creditorem etiam non consentiente episcopo: quia fortè idem est in eo, quod in monacho. Ex quo enim clericus à principio consensit, uariare non potest, c. cùm autem. de iure pat. c. oriundus. xxxij. q. v. Et sicut pro utilitate publica, id est, ut crimen puniatur, aliquando licet clerico seruire laico iussu episcopi, d. c. ut famæ. ita quando esset clericus in obsidem datus pro utilitate ecclesiæ, uidetur tutus, cùm detinentur de licentia episcopi. Bene admitto differentiam inter monachum & clericum in uno, s. quòd monachus possit à principio inuitus obligari, sed cleri-
11 cus non. ¶ Et † ista inducuntur hîc eleganter per do. Ant. & Imol. ad quæstionem, quam non uidentur decidere, utrùm quis possit renunciare beneficio cessionis, promittendo non cedere bonis? & uidetur, quòd non: quia per cessionem bonorum euitantur carceres, l. j. C. qui bon. ced. poss. & sic renunciando cessioni obligat se ad carceres: & per consequens, ad speciem seruitutis, l. ij. ff. de lib. hom. exhib. Et ideo non ualet, d. l. Titio centum. §. j. ff. de condi. & demon. Et ita tenuit Bart. & Imol. in l. alia. §. eleganter. ff. sol. mat. alleg. glos. in authen. imò. C. de act. & ob. Idem Ang. in repe. l. nemo carcerem. C. de exact. trib. lib. x. & Cyn. latè in d. l. j. qui bon. ced. poss. & do. Ant. in c. cùm contingat. j. eod. & facit opin. do. Abb. hîc in alia materia, de qua s̄. ¶ In
12 contrarium † facit: quia fauori pro se introducto quilibet renunciare potest, l. si quis in conscribendo. C. de pac. Item, quia per acceptationem quinquennialem iudiciorum debitor uidetur renunciare beneficio cessionis, l. fin. & glo. fin. C. qui bon. ced. poss. quantò magis expressè renunciari potest l. cùm quid. ff. si cer. pet. Et secundum hanc partem consuluit Feder. consil. lx. incip. Quòd pactum seu renunciatio. Idem tenet latissimè Imol. in c. cùm contingat. xij. char. uer. item aduerte: quia per prædicta. j. eod. & Ang. & Roma. in d. §. eleganter. & sentit Imol. hîc. Non obstat, quod de seruitute dictum est: quia non est uerum, ut dicit glo. in d. l. j. post-

c. ex rescripto.

quam carceratur debitor lege permittente: nec est uerum, quòd sit contra bonos mores: quia, ut dicit Bart. in dicto §. Titio centum, si carceratio esset contra bonos mores, non fuisset à lege inducta: & latiùs respondet istis Imol. in d. §. cùm contingat. Et hoc tenendo limita, secundum Feder. in d. consil. nisi esset manifesta & notoria mendicitas: quo casu pactum etiam iuramento firmatum non tenet: quia uideretur esse contra ius alimentorum. Et per pactum non possit deduci, ne egeat, sed teneatur in solidum: alleg. c. cùm quidam. §. eod. & notata per Spec. in tit. qui filij sint legi. §. §. uer. pone. ubi habetur, quòd pactum iuratum contra ius alimen-
13 torum non tenet. ¶Ista † etiam faciunt ad quæstionem dubiam, u-
a *Vtrùm] Adde tu: posito q. pactum ualeat, an transeat ad hæredes? Bart. in l. si decesserit. ff. q. satisda. cog. in princ. in uers. & sic per hanc l. tenet, q. non transit ad hæredes. Adde ad ista, q. secus est in statuto: quia si statutum disponit, q. debitor non soluens posit incarcerari, eo mortuo, tunc similiter eius hæres poterit incarcerari. Et sic statutum loquens de incarcerãdo debitore, habet locum in eius hærede. Ita tenuit Bart. in l. postulante. ff. ad Trebel. in princ. ubi do. Alexand. limitat tribus modis post Bal. in l. per diuersas. in x. q. C. mandati. & post Salic. in l. fin. §. in computatione. C. de iur. delib. Idem tenet Ang. in l. j. C. qui bon. ced. possunt. Roma. in l. alia. §. elegãter. ff. sol. mat. Pau. de Cas. & do. Alexand. in d. l. si decesserit. quicquid teneat Angel. sibi contrarius in repet. l. nemo carcerem. in penult. colum. C. de exactor. tribut. lib. x. Et puto, quòd sit triplex ratio diuersitatis inter pactum & statutum. Primò, quia statutũ semper loquitur, l. Arriani. C. de hæret. & sic statutum loquitur ita in hærede, sicut in debitore, cùm tunc hæres sit debitor. Secũda ratio est, quia plus potest statutum, quàm pactum, ut declarat Bart. in l. omnes populi. ff. de iusti. et iur. in iij. q. tertiæ q. principalis. Tertia ratio est, quia in pacto, quando uerba pacti sunt dubia, debent interpretari contra eum, qui ex pacto se fundat, cum debuerit legem apertiùs dicere, & sic de hærede facere mentionem: l. ueteribus. ff. de pact.*

utrùm [a] ualeat pactum, per quod debitor in instrumẽto obligat se ad carcerem: de quo per Ang. in authen. ut non fiant pignorationes. in fi. & per Angel. Imo. & Roma. in d. §. eleganter. & Imol. in d. c. cùm contingat. & Bald. in l. Titio centum. §. Titio. ff. de condi. & demon. & Angel. in l. nemo potest. ff. de leg. j. & communis opinio est, quòd non: tum, quia debitor non est dominus membrorum suorum: tum, quia non possunt partes facere, quin debeat solẽnitas & ordo iudiciorum seruari, ut per glo. in c. de causis. §. de offic. delega. cum similibus. Sed de iure non potest inchoari processus ab executione, sed requiritur libellus, litis contest. & sententia, l. j. C. de execu. rei iudic. & ad capturam in ciuilibus procedere debet libellus, l. consentaneum. & ibi Bart. & Doct. C. quomodo & quando iud. not. Bart. in l. ex eo. C. ad l. Iul. pecul. Facit solẽne dictum Innoc. & Hostien. in c. P. & G. suprà, de offic. deleg. ubi dixit non ualere conuentionem, per quã debitor conuenit, quòd si in termino non soluit, possit excommunicari non data alia citatione & contumacia, & sic non seruata forma c. sacro. infrà, de sent. ex-
14 com. ¶Similiter † non ualet pactum, quòd liceat creditori authoritate propria capere debitorem nõ soluentem in termino, secundum Bald. in d. authen. imò propter glo. ibi, C. de act. & obli. & Angel. in l. si unus. §. pacta, quę turpem. ff. de pact. & Bart. in d. §. eleganter. & Bart. & Bald. in d. l. Titia. & Angel. in d. l. nemo carcerem. & Imol. in d. c. cùm contingat. Bal. in authen. sacramenta puberum. in j. colum. Vbi hoc ampliat, etiamsi sit iuratum. Et Spec. de renun. & conclu. §. j. uer. item est beneficium. qui dicit, quòd fallit in scriptore: nam ualebit pactum, quòd possit teneri in compedibus. Item fallit in obside propter generalem consuetudinem: alleg. istum text. Item fallit in eo, qui pecunia redemptus fuit ab hostibus: quia pro tali pecunia non restituta potest à redimente inuitus retineri, secundum An gel. in dicta l. nemo. per l. fin. C. de capti. Item fallit in debitore fugitiuo, secundum Bal. hîc: nam hoc fit lege permittente, l. ait prætor. §. si debitorem. ff. de his, quæ in fraud. cre. Et subdit Bald. hîc, quòd à contrario ualet pactum, quod debitor non possit personaliter distringi, per l. si conuenerit. ff. de re iudic. & c. Odoardus. §. de solu.
15 ¶In † glo. pen. in fi. Ista tertia solutio tenetur, ex qua not. diligenter, & semper tene menti, secundum Imol. & do. Abb. hîc: quòd licet mulier non renunciet Velleiano, principaliter iuuatur in fauorem sui merito, & contractus in contrarium firmatur iuramento, arg. c. ij. de pac. lib. vj. & sic multo minùs non iuuaretur dicto beneficio, si renũciasset cum iuramento. An autem possit sine iuramento renunciare: gloss. communiter tenet, quòd sic, si mulier priùs fuit certificata de beneficio Velleia. aliàs secus: & sic seruatur, secundum Imol. hîc. An autem de iure procedat, communiter tenetur, secundum ipsum, quòd si fiat in iudicio, tenet renunciatio, l. fin. §. pen. ff. ad Velleia. Sed si extra iudicium, regulariter nõ tenet: quia ex eadem fragilitate uidetur renunciare, ex qua se obligauit pro alio, l. doli clausula. §. diuersum. ff. de noua. & remittit ad Cyn. & Bart. in l. fin. C. ad Vellei. ¶Ad-
16 de Lud. Ro. in l. sciendum. ff. de uerb. oblig. ubi examinat, an † ad excludendum minorem, uel mulierem ab auxilio restitutionis in integrum, iuramentum tantum operetur, quantum si interuenisset certificatio de qualitate beneficij ætatis, uel Velleiani sibi competentis: & latissimè concludit, quòd sic: quia iurans censetur cogitasse se nullo beneficio, si quod sibi competeret, uti posse. Et quamuis non cogitauit in specie, sufficit cogitasse in genere, & refert dicta Bald. in l. ij. C. de rescin. uend. & pro hoc dicit esse casum rotundum hîc non destruendo literam: quia hîc nulla fit mentio de certificatione beneficij Velleiani, & tamen compellitur mulier seruare iuramentum. Nec obstat, quòd fideiussit pro ecclesia, & sic pro pia causa: quo casu non habet locum beneficium Velleiani, l. fin. C. ad Velleia. quia de hoc text. nihil præsupponit, secundum ipsum dicentem se mirari istum text. non fuisse priùs à Doctoribus notatum, & dolet se inaduertenter aliquando consuluisse in contrarium. Sed adde dom. Ant. in c. si diligenti. suprà, de for. compet. ubi idem tenet, & alleg. istum tex. & quædam alia: præsertim l. cùm pater. §. filius matrem. de leg. ij. Idem tenet Archi. & Ioan. And. in c. ij. de pac. lib. vj. per illum text. indistinctè loquentem: & idem tenet Bald. in authen. & dom. Abb. hîc, & do. Abb. in d. c. si diligenti. & Paul. de Cast. in l. fin. circa fin. ff. ad Velleia. per tex. in authen. sacramenta puberum. C. si aduer. uen. ubi per iuramentum excluditur minor à beneficio restit. in integ. absque alia certioratione illius beneficij. Istud etiam uidetur de mente Bart. in l. si quis pro eo. in v. membro, ff. de fideiuf. & est notabile dictum, licet fortè non probatur ita bene hîc, sicut dicit Ro. quia non potest ista mulier se obligare pro abbate, nisi in facto monasterij, cùm abbas nihil habeat proprium, c. abbati. liiij. dist. Reliqua, quo ad istam renunciationem Velleiani, dic, ut
17 per Doct. in dicto c. si diligenti. ¶In † glo. fin. ibi, hoc solùm uidetur iurasse. Si intelligitur iste tex. quòd conuiuges promiserunt tanquam fideiussores principales debiti, cessat motiuum glo. & possunt conueniri, secundum ea, quæ habentur in authen. de fid. in princ. Sed glo.

glo. uidetur sentire istos fuisse fideiussores obligationis facti, uidelicet ut conuentio de obsidibus & alijs obseruetur: quo casu promittentes factum alienum tenentur solùm præstare operam, quam possunt, & non aliud. Et secundum hunc intellectum collige unum singulare, secundum do. Abb. quòd licet aliàs promittens factum alienum, ad nihilum obligetur, nisi specificè promiserit se facturum & curaturum, l. stipulatio ista. in prin. de uerb. ob. tamẽ si simpliciter promisit factum alienum cum iuramento, obligatur ad operam præstandam, ut fiat, sicut si se specificè obligasset, ut sic ua-
19 leat iuramentum eo modo quo ualere potest, d. l. cùm pater. §. filius matrem. de leg. ij. & ad hoc facit text. & glo. in c. sicut ex literis. & in c. ex literis. el ij. de sponf. secundum ipsum. ¶Adde in terminis pro hac not. glos. fin. relatam ad tex. in c. tibi domino. lxiij. dist. & glo. ij. in c. ubi non est. xxx. quæst. ij. & glo. in c. de forma. in uer. consilium. in fin. xxij. quæst. v. & glo. mag. in c. unico, xxxj. quæst. ult. & Ang. & Imol. in l. inter stipulantem. in princ. ff. de uerb. oblig. & Bart. in l. si quis pro eo. in vj. membro, ff. de fideiuf. & Bald. in §. si quis alij. Insti. de inut. stipul. & in l. fin. C. de non nu. pecu. & do. Ant. in c. cùm contingat. in vj. char. §. eod. & Bald. in l. pactum. in ix. q. C. de colla. & Anch. in regula, accessorium. de reg. iur. lib. vj. & Roma. & Raph. in l. fin. §. fi. ff. si cert. pet. Et do. Abb. post alios in c. gemma. §. de sponf. ubi uide: & dicit, quòd de iure Canonico est casus de hoc ualde not. in c. ex literis. el ij. & in c. sicut ex literis. §. de sponf. in quibus ualet illa iurata promissio, Promitto, quòd talis tibi nubet: & rationem assignat ibi glos. quia iuramentum supplet ad illam promissionem, s. me facturum & curaturum. Vnde dicit ibi esse casum pro Canonistis ad illud commune dictum, quòd iuramentum habet uim regulæ, Si non ualet, quod ago, ut ago, ualet ut ualere potest. Ad quod Legistæ semper allegant d. §. filius matrẽ. & cum prædictis concordat etiã Bald. hîc per istum tex. iuncta gl.
18 ¶Et † ista essent utilia in utroque foro: sed in foro Canonico dicendum est fortiùs, quòd promittẽs factum alienum, etiamsi non iuret, semper obligatur ad faciendum & curandum, quantum in se est, ut id fiat. Ita eleganter dicit do. Ant. in c. ex literis. el ij. in c. sicut ex literis. & in c. gemma. infrà, de sponf. Et est uerum, quod do. Abb. in c. ex literis. dicit, quòd hoc est æquissimũ, sed nõ probatur, quia interuenit iuramentum: & pro ipso facit, quia loquitur in matrimonio, in quo etiam simplex promissio facti alieni tenet de iure ciuili: & subintelligitur clausula, Facturum & curaturum, l. Titia. in princ. iuncta glo. j. ff. de uerb. obl. Tamen pro opin. do. Ant. est glo. multùm sing. in c. Eleutherius. in glo. ij. xcj. dist. quæ loquitur indistinctè, & mouet se ex æquitate iuris Ciuilis, per quã in stipulationibus prætorijs simpliciter promittens factum alienum intelligitur promisisse facturum & iuraturum, l. quoties quis. ff. de uerb. obl. Et adde hîc unum, quòd quando promittitur factum alienum, & adijcitur pœna, si tale factum est contra legem, non tenet etiam pœna: gloss. est in l. stipulatio ista. in princ. ff. de uerb. oblig. propter quam consuluit latè do. Card. consilio lxxxvj. incip. Do. Nicol. marchio Astensis. quòd nõ tenuit promissio pœnalis facta per dom. Mantuæ, & dom. Paduæ: in qua promiserunt facere, quòd marchio Nicolaus daret Bononiensibus Nouantulam & Bazanum: quia sunt terræ ecclesiæ. Ergo hoc promittere nõ potuerunt. Et no. quòd promittens factum alienum, etiam apposita pœna, si probat se fecisse & curasse, licet secutum non fuerit, euitat pœnam, secundum dom. Abb. latè post do. Ant. in dicto c. gemma. quia difficultas excusat à pœna, ut per Bart. in l. continuus. §. illud. ff. de uerb. oblig. & in terminis consuluit Feder. consi. cxxij. incip. Maritus promisit. ¶Item not. perpetuò, quòd mihi obligatus facere & curare, quòd Titius faciet aliquid, non oportet, quòd à me interpelletur ad faciendum, uel curandum, nec excusatur dicendo, non fui interpellatus, ut curarem, secundum Bald. in c. domino guerram. in arg. l. j. C. de priua. carce. & in l. locationis. ff. locati. & l. non impossibile. ff. de pact. ¶Extra glo. dicit hîc Bald. per istum tex. quòd hîc non fit mentio de executione debitoris: quia promissores promiserunt facere & curare. ¶Item, quia iurauerunt: & est bene notandum, secundum ipsum, quòd † ubi est iuratum, non requiritur excussio, quæ interdum requiritur ex dispositione legis, interdum ex figura conuentionis, l. fin. §. sed si cum Seio. ff. si cert. pet. & differunt: quia ubi beneficio legis, debet opponi ante litem contest. sed ubi ex tenore pacti, potest opponi quandocunque: & alleg. Bart. in l. j. C. de conueni. fisci debi. lib. x. ubi dicit, quòd aliud est fideiubere, aliud promittere quem indemnẽ conseruare: quia intelligitur in subsidium, si principalis non est soluendo: & sic sentit Bald. hîc, quòd in quocunque iurante sit uerum dicere, quòd nulla præcedente executione posit inuitus conuenirí. ¶Sed contrarium est apertè de mente Bar. in l. si quis pro eo. in viij. membro, ff. de fideiusso. circa quod concordat Angel. in l. quæ accessionis. eod. tit. do. Ant. & Imol. in c. cùm contingat. §. eod. & ipsemet Bald. ibi uult expressè competere exceptionem executionis. Non obst. iuramento: regulari enim debet iuramentum secundum naturam contractus, super quo interponitur, l. fin. C. de non num. pecu. l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis cau. & quia iuramentum recipit conditiones à iure subintellectas, c. quemadmodum. §. eod. & hîc est una, scilicet in casu, quo principalis non sit soluendo, authen. præs. nte. C. de fideiuf. & istud uerius. ¶Subdit etiam Bald. hîc, quòd monachus potest agere contra abbatem, ut liberet eum ab obsidione: quia inter dominum & seruum potest esse iudicium pro persona & libertate, licet pro rebus, si non competeret actio mandati, tamen competit officium iudicis, l. Mæuia. ff. de manu. test. l. seruos ad custodiam templi. ff. de alimen. & cib. leg. Et hoc procedit, etiamsi monachus non stetit diu in obsidione. Nec obst. l. Lucius. in fin. ff. manda. quia dicit signanter Bald. quòd non habet locum, quando fideiussor est in carcere, etiamsi latissimus sit carcer, ut ciuitas alicui assignata pro carcere: nam licet damnum pecuniarium possit reparari, carcer tamen irreparabilis est, & interim possit carceratus mori, quando non est expectandum, arg. l. ij.
20 & iij. ff. de ferijs. secundum ipsum. ¶Subdit † etiam Bald. hîc, quòd debitor potest se obligare absque iuramento ad standum in certa ciuitate, & inde non discedendum sine licentia creditoris: alleg. Innoc. hîc. Ex quo infert, quòd idem poterit iudex, licet non possit committere creditori, quòd eum detineat captum: alleg. l. missi opinatores. C. de exacto. tribu. lib. x. ¶Vltimò tangit hîc Ioã. And. quis faciet expensas pro obsidibus? & uidetur dicere, quòd debitor: & ita firmat hîc do. Card. ¶Sed distinguit Imol. aut ipse obses non facit seruitia ei, cui est datus, & debet ipsemet sibi facere expensas: & si alius faciat, poterit repetere in l. si necessarias. in princ. ff. de pig. act. Secus tamen, si seruus commodatur: quia commodatarius, cui seruiet, faciet sibi expensas, l. in rebus. §. possunt. ff. commo. Et sic dicit Imol. obseruari in obsidibus. Et istis adde glos. in c. diffiniuit. xvij. q. iiij. quæ dicit, quòd ecclesia debet pascere fugientes ad eam. Et adde glo. fin. in c. fin. §. de regula. & dicit Angel. in l. minimè. ff. de appel. q. faciens quem carcerari, debet eum pascere, si ille non habet, unde se alat. Alleg. gl. in l. fi. C. de eroga. mili. anno. lib. xij.

c. ex rescripto.

SVMMARIVM.

1 ¶ *Periurus non est ipso facto remotus à beneficio, sed per sententiam priuandus.*

2 *Criminosus non perdit ipso facto beneficium acquisitum per prius, etiamsi esset homicida.*

3 *Infamis licet nõ priuetur ipso facto beneficio ecclesiastico, secus tamen est in alijs dignitatibus & honoribus non beneficialibus: quia illis ipso facto priuatur.*

4 *Collatio beneficij facta periuro, an sit nulla, uel annullanda. Adde nu. 5. & 6.*

7 *Clericus an possit priuari beneficio ratione fidei uiolatæ.*

8 *Infamis licet non possit habere dignitatem, potest tamen esse antiquus, uel decurio ciuitatis.*

9 *Querela an tantùm importet actionem ciuilem, an etiam criminalem. Vide nu. 10.*

11 *Statutum si disponit, ne quis in consilio proponat de collecta imponenda, an habeat locum, quando imminet magna necessitas.*

12 *Imperator an possit congregare consilium data negligentia ecclesiæ.*

CAPITVLVM X.

Verelam. ¶ Periurus est ab ecclesia remouendus, quando non ex necessitate, sed ex uoluntate uenit contra licitum iuramentum. H. D. ¶ In text. ibi, non necessitate. No. secundum Bald. hîc, ꝙ qui non soluit in termino, non præsumitur periurus, nisi primò inquiratur, an uoluntate non soluerit, an necessitate coactus: quod dicit esse not. dignum ad notata per Innoc. in c. super his. infrà, de accus. ubi dicit, quòd quando creditor opponit debitori periurium, habet fundatam intentionem suam, eo ipso ꝙ probat se mutuasse & lapsum esse terminum, etiamsi non probet *illum non soluisse: secus in tertio opponente periurium*: quia debet probare illum non soluisse, ut ibi per eum: & alias ibi dixi: nam illa dicta singulariter declarantur per prædicta. Vel non sufficiat probare non soluisse eo casu, quo probandum est, nisi etiam probetur eum non soluisse non ex necessitate, sed ex uoluntate, per istum text. iuncto dicto Bald. de quo nunquam sis oblitus. ¶ In text. ibi remouentes.

1 Not. periurium † non ipso facto remotum à beneficio, sed esse per sententiam remouendum: & sentit expressè glo. iij. hîc in fin. quæ dicit, quòd iste meritò debet priuari. Et sic not. uerbum Priuari. Et ita tenent hîc omnes Doct. Ad idem est decisio Innoc. in c. inter dilectos. post princ. infrà, de excess. præla. ubi dicit, quòd petenti beneficium suum non potest opponi exceptio periurij, uel adulterij, uel alterius criminis non inducentis ipso iure priuationem beneficij. Et illa dicta Innocen. reassumpsit Dominic. in c. quo iure. in pen. col. viij. distin. & in c. studeat. l. dist. & do. Abb. in c. si constiterit. infrà, de accus. & hîc in c. item cùm quis. in penult. col. suprà, de resti. spol. Et istud etiam probatur in c. ij. in uersic. remoueretur. suprà, de rescript. & in c. fin. in uer. debebit. de iureiur. lib. vj. & facit, quod not. Dominic. in c. quo iure. in ult. col. viij. distinc. ubi dicit, quòd nullum crimen inducit priuationem ipso iure, nisi sit iure cautum. Allegat Innoc. in c. cùm nostris. infrà, de excess. præl. Tamen dicit Dominic. de hoc se dicturum in c. studeat. l. dist. sed ibi non dicit aliud, nisi quòd concludit homicidam non esse ipso iure priuatum. Et ad istud de homicida, uide do. Card. & Anan. in c. inquisitionis. in princ. de accus. cum concord. & additio. quas ibi multùm utiliter extendit. Et pro doctrina Dominic. in dicto cap. quo iure faciunt, quæ proximè dicentur. Quòd aũt dicit, in iurib. prædictis periurium esse priuandum beneficio, procedit, quãdo principaliter agitur ad puniendum delictum periurij: aliàs punitur pœna extraordinaria suspensionis, uel simili. Ita tex. in c. ij. in fin. infrà, de fideiuss. ut ibi declarat do. Abb. in ult. not. Et istis adde, quòd ratione periurij etiam commissi respectu certi beneficij priuatur quis non solùm ipso beneficio, sed etiam omnibus alijs, & inhabilitatur perpetuò ad beneficia suscipienda. Ita text. ẖ. c. proxim. quem multùm not. ibi dom.

2 Abb. in ij. not. ¶ Similiter † de eo, quòd quantumcunque quis sit criminosus, non perdit ipso facto beneficium acquisitum per prius, etiamsi esset homicida, ut probatur in c. clericus. ibi, priuetur. infrà, ne cleric. uel mona. & in c. ex literis. iuxta episcopatum cedat, & in uerb. amouentes. infrà, de excess. præla. & tamen homicida est detestabilior canonibus, ut hîc per ipsum: & idem tenuit hîc do. Card. & adducit do. Abb. glos. in princ. in c. fin. infrà, de iure pa. quæ dicit, quòd pœna priuationis non imponitur, nisi caueatur lege. Idem Imol. hîc in alia quæst. dicens, quòd nullum crimen inducit priuationem beneficij, nisi exprimatur in iure. Alleg. gloss. xv. quæst. viij. in summa: de qua multùm exclamat: sed ultra ipsum est similis in c. Apostolis. in glo. fin. lxxx. dist. & facit c. ij. in fin. in c. cùm uos. suprà, de offic. ord. licet in suis terminis do. Abb. ibi eam impugnet. Et quòd pœna priuationis non imponatur, nisi ubi iure cauetur, tenet etiam do. Abb. in c. fin. in fin. suprà, de præsumpt. & in c. cùm uenerabilis. infrà, de excep. Facit tex. in authen. de non eligendo secundo nubem. §. cùm igitur. ibi, non est lex tale quid dicens. Per quem tex. dedit theoricam Bald. in authen. ex testimonio. suprà, de secun. nup. dicens, quòd in materia priuatiua id, quod nõ est lege cautum, nunquam inducit priuationem. Facit tex. cum gloss. in l. sed & si quis. §. diuus. ibi, pœnam in eum statutam non esse. ff. de relig. & sum. fu. Et ideo dicit Innoc. in c. bonæ. el ij. in gloss. post mortem. circa med. suprà, de elect. quòd pœna priuandi quem ipso iure potestate eligendi nunquam imposita dicitur, nisi iure exprimatur. ¶ Limi-

3 tatur † autem, quod de infami dictum est, eum non esse statim priuatum, ut non procedat in alijs dignitatibus & honoribus non beneficialibus, quoniam illis priuatur ipso iure infamia, secundum do. Abb. hîc per tex. no. in l. ij. §. miles. ff. de his, qui no. infam. ubi text. innuit, quòd infamia priuat quem militia ipso iure: & licet glo. ibi extendat ad militem cælestis militiæ, & sic contra prædicta, tamen propter diuersitatem rationis dicta æquiparatio non procedit ex doctrina do. Abb. in c. episcopus. infrà, de præben. & in c. j. de cle. ægro. ubi sic declarat glo. uulgata in l. miles ita. ff. de re iudi. Et diuersitas rationis est hîc, quia maior est conuentio inter prælatum & ecclesiam, quàm inter militem & militiam, per c. inter monachos. suprà, de elec. & c. inter cor-

4 poralia. suprà, de transla. præla. ¶ Sed † imminet hîc grauis dubitatio, utrùm collatio beneficij facta periuro sit nulla, an uerò annullanda? Et quòd sit nulla, tenet Feder. consilio 50. incip. Quæritur, an collatio. quia crimẽ periurij etiam post peractam pœnitentiam infamat, c. testimonium. suprà, de testibus. xvj. quæst. j. c. j. sed infamibus portæ dignitatis, etc. ut hîc in gloss. Ad idem alleg. c. cùm in cunctis. & c. nihil est. & c. congregato. suprà, de elec. & alleg. Hostien. in c. inter dilectos. infrà, de excess. præla. ubi exponit irritandam, id est, irritam nunciandam. Idem expressè sentit do. Abb. hîc, qui dicit, quòd licet infamis non sit ipso iure priuatus, ut est dictum, tamen collatio facta infami non tenet, per dictam regulam, infamibus. Et sic not. quia ipse uult, quòd idem crimen potest inducere nullitatem collationis ipso iure, & tamen non inducit priuationem tituli ipso iure, quando sequitur titulum: & fa-

cit c.

5 cit c. super his. ẖ. de accus. ¶ Contrariam † partem tenet hîc Card. dicens se tenere, quòd periurus non est omnino incapax tituli beneficialis: si enim sic esset, statim quòd incurreret periurium, esset priuatus titulo: & sic do. Card. sentit contrarium eius, quod sentit hîc dom. Abb. in alio, uidelicet quòd crimen non inducens priuationem ipso iure non inducat etiam nullitatem collationis. Et pro hac parte alleg. do. Card. gloss. Innocen. in c. cùm nostris. in princ. infrà, de consec. præben. ubi dicit, quòd homicidæ & alij irregulares sine dispensatione iustè tenent dignitates suas, quousq; denuncientur, uel deponantur, etiamsi tales sint tempore collationis, uel electionis, & sic in hoc uerbo faciat ad propositum: secus dicit, si tempore collationis, uel electionis beneficij non essent capaces, ut illiteratæ mulieres, uel infantes. Ex quo exemplo incidenter not. & non obliuiscaris, quòd collatio facta illiterato est statim nulla, & sic illiteratus est magis exosus canoni, ꝗ homicida. Pro istis etiam adducit do. Card. text. in dicto c. inter dilectos. intellígendo uerbum Irritandum, propriè. Item quia ibi collatio secunda sequens collationem infamis est nulla, per c. consideraúimus. suprà, de elect. Ergo prima tenuit: aliàs non præstaret impedimentum regula, non præstat. de reg. iur. in vj. Et ad illud, quòd infamibus portæ, etc. dicit, quòd possunt excludi, sed non probat, quòd sint ipso iure incapaces, dicto c. inter dilectos. Item quòd periurus sit infamis, non est expeditum, & recipit distinctionẽ, ut traditur in c. testimonium. suprà, de testi. & ibi latè dixi:

6 & ita resider do. Card. ¶ Et † pro ista parte, quam sequor, est unum nota. dictum do. Compos. in c. capitulum. in glo quia q. uer. sed nunquid collatio. suprà, de rescri. ubi dicit, quòd non inuenit, quòd electio, uel collatio facta de constituto in crimine non inducente irregularitatem sit nulla: & ideo dicit, quòd talis electio non est nulla, sed annullanda. Allegat d. c. inter dilectos. ibi, propter indignitatem meruerit reprobari. & confirma: quia usurarius est infamis, l. improbum. & ibi Bald. C. de infami. & tamen electio usurarij ibi non fuit nulla. Allegat etiam Compos. c. si celebrat. infrà, de cler. excom. mi. & c. consideraúimus. suprà, de elect. & hoc dictum Compos. ponit Ioan. And. in c. auditis. super gloss. ult. uer. sed quid si eligitur criminosus. suprà, de elec. & sequitur Archi. & Dominic. in c. in scripturis. viij. quæst. j. & in c. studeat. l. dist. Ioan. And. in c. dudum. el ij. super uersi. electionis tempore. suprà, de elect. & in c. inter dilectos. super uer. usurarium. Et quòd collatio facta infami non sit ipso iure nulla, tenet Cald. in tit. de præb. consilio xx. quod incip. Pendente. & in tit. de accus. consi. iiij. incip. Formata. allegando Innocen. in locis præalleg. & adde elegantẽ doctrinam dom. Abb. in c. graue. in penult. col. infrà, de præben. ¶ Et aduerte: quia licet Compos. in loco præallegato sentiat crimen inducens irregularitatem causare nullitatem collationis, tamen Innocen. aliter loquitur, & meliùs in dicto c. cùm nostris. Et ista latissimè ampliari possent ex his, quæ posui in c. inquisitionis. in princ. infrà, de accus. ¶ Dubitant etiam do. Abb.

7 & Imol. utrùm † ratione fidei uiolatæ possit clericus priuari beneficio? & uidetur, quòd non: quia cùm pœnæ sint restringendæ, regula, odia. de reg. iur. lib. vj. dispositum de uiolante iuramentum non debet extendi ad minus, iuxta l. iij. C. si minor se maio. dixerit. Et hanc partem tenet Gasp. Cald. & do. Card. in c. ij. infrà, de sponsi. & Rot. in anti. decis. clij. incip. Item no. quòd posito. & decisi. ccccxxxv. incip. Vtrùm uiolator fidei, in eisdem. Et ibi respondet ad c. peruenit. infrà, de fideiuss. quod loquitur copulatiuè in uiolante fidem & iuramentum: secus, si solam fidem. Idem tenet do. Ant. & Imol. hîc: quia licet fidei præstatio æquiparetur iu-

ramento, c. ad aures. suprà, quod met. causa. & d. c. peruenit. tamen differunt in impositione pœnæ, per not. in c. clericus. infrà, eod. & facit doctrina glos. xv. quæst. viij. in summa, quòd pro nullo crimine clericus priuatur, nisi lege sit cautum. Idem per eandem tenet Anan. in c. querela. infrà, ne præla. & Dominic. latè in c. fin. in penult. col. de iureiur. lib. vj. & do. Card. in c. ad aures. & sentit Imol. in c. cùm tempore. in j. col. suprà, de arb. dicens, l. si quis maior. allegatam in glo. non procedere in uiolatore fidei, contra Ioan. And. & do. Ant. ibi, & Spec. in tit. de arb. §. fin. uer. sed pone. Contrariam partem, quòd uiolator fidei priuari possit beneficio, sentit glo. infrà, & ibi Hostien. & do. Abb. in c. querelam. infrà, ne præla. & glo. j. & do. Abb. in c. constiturus est. de transac. & Archi. & Ioan. And. plenè in c. j. de sepul. lib. vj. & do. Abb. hîc, & in c. ad aures. suprà, quod met. causa. quia cui competit disputatio iuramẽti, competit diffinitio iuramẽti: sed cui competit diffinitio, competit diffinitum: & iurare est aliquid Deo teste affirmare: & iurans per fidem, ita affertur Deo teste, sicut si per Euangelia, quibus non debetur maior reuerentia, quàm ipsi Deo, seu fidei suæ: nec oportet, quòd iuramentum sit super re tecta, per c. & si Christus. infrà, eod. nec est opus uerbo Iuro, ut ibi, & in c. ego enim. suprà, eod. nec minus peccat uiolator fidei: imo aliquando plus, putà, si est iuratum per creaturam: nec ponderatur maioritas delicti, quia quomodocunque peccet, succedunt iura loquentia de periurio simpliciter non expresso magis uno, quàm alio: & dicit Archi. in dicto c. j. de sepul. lib. vj. ista æquiparari, Iuro per fidem meam, uel per euãgelia. Et quòd uiolator fidei sit periurus, tenet Archi. xxij. quæst. j. in Summa, & Innocen. in c. & si Christus. circa med. infrà, eod. & do. Ant. clarè in c. tuis. suprà, de testi. Et istam partem sequar: quia rationibus suis malè posset responderi, licet prima sit benignior. ¶ In glos. in uerb. irretiti. Dicit hîc mirabi-

8 liter Bald. quòd † *infamis non potest habere dignitatem*, tamen potest esse antianus, siue decurio ciuitatis suæ. Alleg. Bar. in l. j. C. de mune. & hono. non continuan. lib. xj. sed errauit Bald. quia Bart. non loquitur de infame, sed infante: prout loquitur text. ibi: tamen ignosci debet uilibus oculis Bald. subdit etiam Bald. hîc, quod tantum est cessare à solutione per annum, quando est iuratum, quantũ est cessare biennio, quando non est iuratum: quod est aureum ad materiam l. ij. C. de iure emphy. ¶ Item dicit Bald. hîc, quòd conductor, qui non obseruat pactum, potest repelli à moderno usu illius anni, sed non à perpetuo usu aliorum annorum, pro quibus uult soluere pensionem. Fallit, si est periurus: nam tunc potest in totum remoueri, ubi paupertas eum excuset, per istum tex, quem dicit se nescire alibi. ¶ In gloss. in uerbo, remouentes. ibi, in modum quasi denunciationis fuit hæc querela. not. glos.

9 quòd † querela propriè non concernit actionem ciuilem: & in hoc est singularis: & facit ad multa, maximè ad statuta. secundum do. Card. & do. Abb. hîc: & adduco istam glo. ad intellectum eius, quod pulchrè dixit Imol. in c. j. suprà, de postu. ubi dicit, quòd in casu c. prælatis. de homi. lib. vj. non poterat ullo modo sequi pœna criminalis, quia agebatur ciuiliter: nam istud dictum probatur ex illo tex. in uerbo, querelam. quem

10 tex. ipse no. iuncta ista glo. Sed † quòd imò querela imporet illam actionem criminalem, est glos. peregrina in c. Maximianus. in glo. j. lxxxxj. dist. nisi dicas, quòd ista procedit propriè sumendo. Et adde, quòd etsi uerbum, querela. largè importat etiam appellationem, uel petitionem restit. in integ. ut per glo. in l. iij. C. quomodo & quando iudi. tamen propriè illa dicitur querela, quæ refertur ad eum, qui requiritur circa appellationem. Ita est gl. in c. querelam. in gl. j. suprà, de procu.

c. querelam.

quam do.Card. facit ibi sing.& unicam: & eam no. do. Abb. hîc, & ibi, dicens hoc notandum propter statuta loquentia de querelantibus in certis causis, ut non extendant ad legitimè appellantes, cùm statuta sint stricti iuris. Et quòd ista differant, probatur ex doctrina do.Ant.in c. significasti.el j.infrà, de homi. ubi concordando glos. in c. statutum. §. assessorium. in uer. relinquatur.de rescri. lib. vj. circa alia contraria in clem.j.in uer. oneramus. de iure pat. dicit, quòd prima loquitur per uiam appellationis, secunda per uiam querelæ: facit tex.in c.j. suprà, de offic. leg. ubi querimonia & appellatio ponuntur, ut diuersa: & sic uno prohibito aliud non prohibetur, nisi lex expresè utrumque prohibeat, ut de archiepiscopo dicitur in c. Romana. de appel. lib. vj. & in c. uenerabilibus. §. j. de senten. excom. eod. lib. Et pro dicta differentia inter appellationem & querelam facit c. concertationi. de appel. lib. vj. & tex. optimus.in l. fin. §. illud.C.de temp. appel.ibi, nostram maiestatem adire, & querelam deducere. Vbi est casus, quem Bald.not. ꝙ à tarditate iudicis non potest appellari, sed potest querelari: quia tardare non est grauare propriè, arg.l.quoniam in prioribus. C. de inoffi.

11 testa. ¶In † glo.in uer. necessitate. No. iura allegata in gloss. ad excusandum propter necessitatem: & hinc etiam nos uidemus, quòd si statutum prohibet sub pœna, ne quis in consilio proponat de imponenda collecta, non habet locum, quando imminet magna necessitas, secundum Bart. in l.diuus. ff. de peti.hær. ubi dicit, quòd propter necessitatem statutum efficitur non statutum. Et hinc est, quòd propter necessitatem licitum est uenire contra iura ciuilia, quæ dicunt appellandum gradatim, putà quando unus iudex deficit, secundum Bart. in l. j. §. si quis. ff. de appel. facit c. si is, cui.& c.si à subdelegato. de offic. deleg.lib.vj. ubi occurrente excommunicatione delegati non appellatur à subdelegato non in totum ad ipsum subdelegantem, sed ad primum. Et hinc est, quòd si iudex statutus ad appellationes audiendas est absens, licitè appellatur ad decuriones, secundum Bar.in l.ubi absunt.ff.de tut. & cu.da. ab his. Et hinc est, quòd si iudex causarum ciuilium est absens, potest iudex maleficiorum cognoscere de causis ciuilibus, & si statutũ annullat instrumenta non scripta per notarium matriculatum, & si nullus matriculatus reperiatur, poterit alius non matriculatus rogari. Ista tria ponit Ang.in repe.l.si uacantia.ij.q. C.de bo.uac.lib. x. Et in casu necessitatis possunt milites incastellari in ecclesia, secundum Inno.in c. cùm ecclesia.ĩ.de immu.eccles.refert Bal.in l.nullus.C. de sum. trinit. Et peregrini possunt in ecclesia hospitari, c.nulli. xlij. dist. Et licitum est laico baptizare, c. sanctum. de conse.dist. iiij. glo. fin.in cle.j. de baptis. Et potest tolerari super re non consecrata, c. sicut.de consec. dist. j. Et potest sacerdos chrismare, q. iiij. & licet confiteri laico, c.quem pœnitet.de pœnit.dist. j. & excusatur non ieiunans, c.ij. infrà, de obser. ieiu. & conducentes lacus piscium tenentur dare plus solito in casu necessitatis, secundum Bald.in l. & ad præsens.in fin.C.de murile.lib. xij. & nauis ui uentorum adducta ad certum portum non soluit gabellam de mercibus aliàs debitam, Bart. in l.j.C.de naufrag. statuta facta per adunantiam generalem possunt infringi propter necessitatem non obstante statuto, secundum Bart. in l. cùm nauarchorum. C. de nauicu. lib. xj. & potest episcopus alienare non obstante iuramento de consulendo Papam, secundum do. Ant. in c.fin.de eccles. ædi. & clericus potest se absentare non obstante iuramento de consulendo episcopum, secundum do.Ant.in c. inter quatuor. ĩ. de cleri.non resi.& stipendiarij impunè deprædantur pro uictu in bello licito, secundũ Ang.in l. ij. §. cùm in eadem.ff.ad l.Rhodi.de iac.& licitum est domino imponere charitatiuum subsidium, secundum Bal.in l.ij.per illum tex.C.de oper.liber.& licitũ est uenire contra proprium iuramentum licitum, si superior habens absoluere, nõ est in loco, secundum Innoc.in c.uenerabilem.

12 de elec.Et † in casu necessitatis etiam licitum est imperatori congregare consilium data negligentia ecclesiæ, secundum do.Card.in repe.c.licet de uitanda.s.de elec. & Pet.de Monte in sua monarchia. Et licitum est consilio intromittere se de spectantibus ad Papam, si in expectanda successione noui Pontificis imminet magna necessitas, secundum Pet.in d.monarchia. Elicitum est prælato alienare bona etiam prohibita alienari à testatore, secũdum Ioan.And.in c.uerùm.ĩ. de condi. appo. Et licitum est committere in alio loco testamentum, C. de fi.instr. Et licitum est in casu necessitatis tangere eucharistiam à constituto in peccato, secundum Innoc. c. quod in te.ĩ.de pœnit. & remis. Alij effectus necessitatis referri possent, sed isti sunt utiliores: quos non retulissem, nisi esset hæc ultima lectio. ¶Et ita ad metam huius anni, Deo duce, applicabimus, in quo si breuior fuerim, attribuatur aduersæ ualetudini: sed adepta, ut spero, capitis conualescentia ad pristinũ feruorem, & quotidianum reuertemur anno sequenti, & continuabo omnino in hoc tit.in seq. decre. Offeruntur enim semper nobis in hoc tit. plurima quotidiana, & mirum in modum grata omnibus, quos ad cõtinuationem suauium laborum humiliter inuito.

SVMMARIVM.

1 *Clerici seculares & religiosi, ponuntur ut diuersa.*

2 *Religiosus continetur etiam appellatione religiosi præfecti ecclesiæ seculari.*

3 *Habere pro se legem, & rationem legis, paria sunt.*

4 *Pœna apposita facienti aliquem actum, an committatur, si actus ille sit nullus. nu. 5.6.7.*

8 *Periurus circa certum beneficium priuatur non solùm illo beneficio, sed etiam alijs, quæ habet.*

9 *Iuramentum temerarium an sit tantæ efficaciæ, ut quis possit priuari beneficio.*

CAPITVLVM XI.

TVanos. ¶Si præsentatus iurat præsentanti de antiquo censu augmentando, & postea contrarium iurat instituenti, ualet secundum iuramentum, & non primũ: tamen ab ecclesia remouebitur. H.

1 D. ¶In † tex.ibi, clerici religiosi, etc. Not. ultra alios, ꝙ clerici seculares & religiosi ponuntur, ut diuersa: & sic appellatione unius non uenit alterum, iuxta l.si idem. C.de condi.& ista multis iuribus ponuntur ut diuersa, ut in c.in quibusdam.in fi.ĩ.de pœnis.& c. licet.in prin. s.de offi.ordi.& in c.ad Apostolicam. de reg.iur.in vj.& in cle.ij.ad fi.de uita & hone.cle.& in c. ad abolendam. in prin.ĩ.de hære. & in cle. cupientes. §. sanè.de pœn. & in c.inter quatuor.ĩ.de relig. do.& in c. ad audientiam. el ij.ĩ.de eccle.ædi.& in c.tua nos,ĩ.de testa.& in c.j.de sepul.lib.vj.& in c.accusatus.§.fin.& in c.ut officium.§.ad conscribendas.de hæret.lib.vj.Et no.glo.fi.in c.ad hoc. s.de offic.iud.& gl.ij.in c.religiosus.de testi. lib. vj.& gl. in uer.religiosi.in cle.j.de deci.& in cle.j.in uer.regulariter.de sup.neg.præla.& in cle.j.in uer.religiosus.de reb. eccle. non alie. Et hinc est, quòd dispositio c. licet. ĩ. de reg.non procedit in clericis secularibus, ut no.glo.ij.in c.admonet.s.de renun.quia sine petitione licentię possunt profiteri, ut ibi latiùs per Imol.in j. & penult. col. ¶In contrarium, quòd appellatione religiosorum ueniant clerici seculares, est gl. in c. præsens in religiosos. xx.q.iij.& tex.cum gl.in uer.religiosis.in c. nullus itaque per ambitum.j.q.j.& gl.in c. ex multa. in uer.religiosi.ĩ. de uo-

c.tua nos:

de uoto.& glo.in cle.j.in uer. præsidentis. de rescript. & glo ij.& iij.in c.obeuntibus. lxiij. dist. & in c. in nomine Domini.in uer.religiosissimi. xxiij. dist.& ibi Dominic. & probat tex.& ibi Domin.in c.fin.xlviij.dist.& in c. sacerdotes. xvij. distin.& in c.ex antiquis. liiij.dist. & in c. generalis. & in c. si quælibet. eadem distinc. & ubique Dominic. Sed concordia prædictorum sumitur ex notatis per Ioan.And.& do.Ant. & do. Abb. in rubr.ff. de regu. & aliquid per do. Abb.in c.dilecti. in j. col. suprà, de maio. & obe. & in c. causam. el j. suprà, de iudi. & in clem.j.de sup.ne. præla.& Dominic.in dicto c. in nomine Domini. & Imol.hîc præ cæteris.& in c.ecclesia. s. de consti.& Ioan.And.& Domin.in d.c.officium.§.uerùm. de hære.lib. vj.& do.Abb.in rub.infrà, de uita & ho.cle. In quibus locis dicitur aliquos dici religiosos largè, & sic etiam dicũtur laici deuoti, ut in c.fin. infrà, de rebus eccles.non alie.& in d. ecclesia. aliqui magis strictè, & isti sunt clerici seculares: aliqui propriè, & isti sunt solum profitentes tria substantialia professionis. Vnde in materia odiosa & pœnali, in qua uerba sumuntur propriè, c. statutum.de elec.uerbum Religiosi intelligitur de talibus, ut latiùs in dictis locis. Quibus adde unum, quod no. dicit Ioan. And. in addi. Spec. in tit. de rescrip.præsent. §.ratione autem causæ. in j.col.uersi.dicit, quòd stylus curiæ habet, quòd enumeratis clericis, seu specificatis, per clausulam generalem comprehenditur religiosus: quia licet sit qualitatis diuersæ, tamen non multùm differt: quia cõprehenditur sub eodem genere, per c. duo. xij. q. j. Et hoc signanter refert Imol. post do. Ant.in c.sedes. s. de rescript. & faciunt not. per

2 Pet.de Anch.in cle.j.in ult.col.de elec. ¶An † autem appellatione religiosorum ueniat religiosus prefectus ecclesiæ seculari? Glo. sentit, quòd sic, in cle. j. in uer. regulares.in fin. de deci. & ipsum sequitur do. Ant. consilio xxxviij. incip.ut suprà, solenniter. & idem glo.j. in cle. religiosus. de procur. quam sequitur ibi do. Card. in j.oppos.c.quorundam. in princ. in uerb. mendicantium.de elec.lib. vj. ¶Contrarium dixit glos. in cle. religiosus.de procur.quam sequitur ibi do.Card.in j.op. & idem gl.ij.in prin.c.religiosus.de testa.in vj.Sed contra ut eleganter per Dominic.in d.c.quorundam.§.fin. ubi dicit, attendendam esse subiectã materiam, an causa statuti, uel legis ita militet in translato, sicut in alio, an non? & ita est locus alleg.Si tamen lex utitur termino uniuersali, putà, quicunque religiosi, etc. tunc indistinctè tales comprehenduntur, ut not.glo.j.in fin.in d.

3 cle.ij.de deci. ¶In † tex.ibi, ratione & Lateranensis concilij authoritate. Nota, quòd paria sunt habere pro se rationem, uel authoritatem: & ideo dicit glo. in c. consuetudo.in uer.ratione.j.dist. quòd deficiente lege potest allegari ratio: & sequitur Dominic. ibi, & do. Abb. in c.fin.suprà, quod met.cau.& in c.pastoralis.s.de fide instru.facit tex.in c.ratio nulla.infrà, de præbend.& ibi colligit do. Abb. quòd licitũ est arguere per rationem naturalem, etiam absque allegatione iurium. Ad idem alleg.c.secundò requiritur.ĩ.de appel.& l. scire. §. sufficit.in uer.ex ipsa naturali iustitia.ff.de excus. tut. & glo. in d.c.consuetudo. facit tex.in cle. cùm rationi. de elec. & ibi idem colligit do.Card. post Paul. allegando glos. in dicto c. consuetudo. facit tex.in c.ex eo.ibi, tam iuris, quàm rationis.de elec.in vj. & ibi glo. colligit idem, & alleg.ibi Ioan.And.tex. in c.uides. in uer. disputatione agendum, ratione innuẽdum.xxiij.quæst.v.facit l.munerum.§.mixta. ibi, disputando optima ratione diffiniuit.ff.de muner.& ho.Et hinc est, quòd in consideranda legis intentione semper attenditur eius ratio: quia, secundum Dy.in reg.certum.de reg.iur. lib. vj. ratio legis est anima legis. Et istud uulgatum dictum sequitur Bal.in l.si quis seruo.C.de furt.& in l.j.C.de interdi.& in l.j. C. quæ sit lon. consue. Propter quod dictum dicit do.Abb.in c.j. suprà, de iura. calum. quòd quando ratio exprimitur in lege, illa restringit & ampliat dispositionem legis etiam in odiosis. Alleg.l.cùm pater.§.dulcissimis.de leg.ij.& idem Imo.in c. ij. suprà, de cõsti.per l.& mulier. ff. sol. mat. Et pro tanto singulariter scribit Dominic.in c.ut litigantes. de offic. ord. in vj. quòd sicut ad inducendum consuetudinem contra ius requiritur spatium xx. annorum, ut traditur in c. fi. suprà, de consue. eodem modo ad inducendam cõsuetudinem, quæ esset contrà generalem rationem legis. Et ad hoc no.glo.ibi in uer. statuimus. Et ideo dixit do.Ant.post Inno.in c.cùm speciali.ĩ.de appel. quòd sicut sententia lata contra legẽ expressam, est nulla, c.j.infrà.de re iudi. cum simili, ita etiam lata contra rationem legis. Hinc est, quod dixit Bald.in authen.quas actiones.uer.sed ego dico.C.de sac.san.eccles.quòd licet ad inducendam legum correctionem requiratur lex expressa, l.præcipimus.C.de appel.nec sufficiat subauditio, ut per glo. in c.cupientes.§. quòd si per xx. in uer. petere. de elec. lib. vj.tamen si ratio posita in l.noua, est apta corrigere legem antiquam, illam corriget, etiamsi tenor legis nouæ hoc non dicat. Similiter uidemus, quòd quando corrigitur ratio legis, dicitur esse correcta ipsa lex, ut per Bart.post glo.in l. j. ff. de legi.tuto.& latè Imol. in c. post translationem.suprà, de renun. ubi respondet ad rationem Ioan.And.ibi aliter tenentis, scilicet, quòd licet cesset ratio, remanet tamen authoritas: quia dicit ipse, ꝙ authoritas regulatur secundum mentem disponentis: & mens & ratio legis uidentur esse idem, l. cùm mulier.ff.sol.mat.ut ibi latè per eum, & Sali.in l.fi. C.de legi.hære.Ex quibus patet, quid operetur ratio in lege: propter quod est acta illa profunda materia, quando liceat extendere legem ab identitate rationis, de qua est plenum utrunque ius, ut patet ex notatis, & per Imol. in l.si uerò.§.de uiro.ff.sol.mat.& do.Matthe.Mathesilanus in tractatu de extensione, & Imol.in cle.j. de elec. & Dom.in c.j.de temp. ord. lib. vj. cum multis alijs. ¶Et ad ista adduci potest, quod not.Bald. in l.j.§.j.in princ. C.de cad.tol.ubi dicit, quòd ratio naturalis est optimus legis clypeus. Et dicit Bal. in l.cõmissoriæ.C.de pac.inter emp.& uidetur, quòd litera occidit, spiritus autem eius & ratio uiuificat: & dicit tex.in §.j.xx.dist.quòd eò, quò quisque magis ratione utitur, eò maioris authoritatis eius uerba esse uidentur: & dicit Bal.in l.solam.C.de testi.circa fi.ꝙ homo, qui non uult se fundare in ratione dicti, dicitur temerarius & carere arbitrio boni uiri: & dicit Bal.in l.actor.C.de proba. ꝙ suspecta ratio non reddit dictum suspectum. Imò est dignum admiratione, secundum eum, ꝙ credatur dicto alicuius, & non causæ siue rationi dicti: & idem dicit in l. ius eius.eo.tit. Et dicit Bal.in l.quoties.C. de suis & legi. ꝙ uirtus legis consistit in naturali ratione: quia lex speculatur in natura, ut in §.adoptio. Instit. de adopt. Et dicit Bald.in l. conuenticulam.C.de episc.& cler. & in l. data opera. C. qui accus. ꝙ ratio est illa, quæ ampliat & restringit dictum testis: & dicit tex.in c.illa.xj. q. iij. ꝙ illa cautela est laudabilis, in qua tota ratio agit, & fauor nihil sibi usurpat. Et dicit Tullius in iij. Tusculanarũ quęstionum, ꝙ munus animi est ratione bene uti: & ibidem in viij. bene, inquit, adhibita: ideo, ꝙ optimum sic: neglecta uerò multis multiplicabitur erroribus, nihil sine ratione fieri: & Tullius in lib. de Legibus: quid est, non dicam, in homine, sed neque in cælo atque in terra ratione diuinius? & Sene.in iiij.lib.de Beneficijs, Nihil sine ratione faciendum est: & idem in epistola ad Lucillum, Vis omnia tibi subijcere, subijce te rationi: & Aristo. ij. Magnorum Moralium, quæ fiunt absque ratione iudicante, directiones à fortuna sunt: & dicit Arch.in c.ex eo.de elec.in vj.ꝙ ratio est quidam motus alicui uisum mentis acuens, ueraque à falsis distinguens: & dicit Sene.epi-

stola lxvj. ratio est naturæ imitatio: & per hoc non miror de eo, quod scripsit do. Car. in cons. lxxxviij. ubi dicit, ꝙ licet sit magna authoritas Ioan. And. tamen proposuit nemini cedere, nisi urgente ratione, præterq̃ in his, in quibus ratio dari nõ potest. Et in quo differt ratio à causa, uide do. Card. post Paul. in cle. dudum. uer. ab olim. in iij. oppos. de sepul. ¶ In tex. ibi, pro periurio.
4 No. secundum Bal. hîc, ꝙ † ex inualido iuramento contrahitur reatus periurij, licet nõ contrahatur obligatio iuramẽti: & sic uidetur hîc tex. ꝙ pœna opposita gerenti certum actũ, habeat locum actio, quãdo ille actus ex alio capite non tenet: & adduci potest tex. in l. quid ergo. §. cùm aũt factũ. ff. de infami. ubi puniẽ contrahens matrimoniũ, etiamsi matrimoniũ nõ teneat. Ad idem, quod no. Bar. in l. si quis legatum. ff. de fal. & Cy. & Sali. in l. j. C. de sepul. uio. & Albe. in ij. parte stat. q. xlix. ubi
5 dicunt, ꝙ † notarius faciens instrumentũ falsum, punitur, etiãsi aliàs instrumentũ esset nullum ratione subiectæ materiæ, uel deficiẽtis solennitatis. Ad idem, quod not. do. Ant. & do. Abb. in c. olim. s̃. de rescrip. ubi dicũt per illum tex. ꝙ si quis falsat literas, quæ aliàs sunt nullæ, uel iniustæ: tamẽ in curret pœnã falsi, licet ex hoc mitiùs puniatur, secundũ eos, qd̃ no. Ad idem, quod not. do. Card. in cle. j. in viij. oppos. de consang. & affi. ubi dicunt, ꝙ constitutus in sacris, si contrahit matrimoniũ, punitur, licet matrimoniũ non teneat. Ad idem, quod no. Ioan. And. in regula, nõ est sine culpa. de reg. iur. lib. vj. & do. Ant. in c. cùm causam. el j. in ult. col. s̃. de testi. & Bar. in d. l. si quis legatũ. ubi dicunt, ꝙ licet testis deponat falsum in iudicio nullo, & sic dictũ eius ex alio capite nõ ualeat, tamẽ punitur de falso. Et pro his facit text. in c. dispendia. de rescri. lib. vj. & in cle. j. eo. tit. ubi puni-
6 tur impetrãs rescriptũ nullum. ¶ Sed † contrariũ uidetur, ꝙ imò pœna apposita gerenti certũ actum non habeat locum, quãdo ille actus sit aliàs nullus, per regulam, nõ præstat. de reg. iur. in vj. & qa uerba debent intelligi cum effectu, c. relatum. cum si. j. de cle. nõ resi. Ad idem, quod no. Bal. in l. j. §. hæc uerba. p illum tex. ff. qd̃ quisq; iuris. ubi dicit, ꝙ statutũ puniens opponentẽ aliquã exceptionem cõprehendit opponentẽ illã ineptè: & ibi dicit singulariter Ang. ꝙ ,ppter sententiã nullam iudex nõ facit litem suã: & est gl. not. & ibi Bar. in l. fi. in gl. j. ff. de uarijs & extraor. cog. nisi eã executus fuisset, ut per Bal. in l. obseruare. §. proficisci. in xxj. q. ff. de offi. ,pcons. Facit etiã, quod dicit Bal. multùm elegãter in l. iij. C. de episc. audien. ubi dicit, ꝙ si emphyteota uendit rẽ ecclesiæ irrequisito dño, nõ incurrit pœnã, l. ij. C. de iure emphy. si cõtractus non fuit aliàs solenniter factus: putà, qa minor alienasset sine consensu ,ppinquorum requisito pro forma statuto. Ad idẽ, quod not. Bar. in l. fi. C. cõmunia de leg. ubi dicit, ꝙ si punit cõtrahens non soluta gabella ex forma statuti, nõ incurrit pœnã, quæ facit contractũ nullũ: & latè ponit Ro. cons. ccccxxxiiij. incip. cùm dilucidè. Ad idẽ, quod not. Bar. in l. non putauit. §. non quæuis. ff. de cõtra tab. ubi dicit, ꝙ statutũ puniens cedentẽ actionẽ suam nobili, non habet locũ in cessione, quæ nõ fieret ritè. Ad idem tex. in l. ea quidem. C. si mancipiũ ita alie. fuit, ne manumi. p quem dicit Bal. ibi, ꝙ per frustratoriũ factũ pœna efficaciter nõ cõmittitur: qa ex nihilo nihil fit. Et alleg. Philosophum. Ad idem, quod no. gl. ualde singulariter in c. significantib. in gl. fi. s̃. de off. dele. quæ dicit, ꝙ ubi cõtractus principalis non tenet, non tenet etiã pœna. Vnde infert ibi do. Abb. ꝙ cõpromissum factũ p partes in materia nõ cõpromissibili, non ligat partes, etiãsi apponat pœna. Et dicunt ibi Bal. & do. Car. illam gl. esse unicã, ꝙ si partes sub pœna dant iurisdi. priuato, non tenet pœna, ex quo nec principale: & est alia gl. in l. sed si patronus. §. fi. in gl. quæ incipit, Ac si ratione. ff. si quid. in frau. patro. Ex quib̃ uidet, ꝙ ista dicta pulchra & quotidiana sint adinuicem repugnantia. Et uide s̃. eo. ex scripto. ubi &
7 ista essent ponenda. ¶ Sed † ex dictis do. Car. in cle. j. in viij. opp. de consang. & affi. & Bal. in d. l. ea quidẽ. & Bar. in d. §. cùm aũt factũ. potest dici, ꝙ aliquando lex considerat solum factũ & animũ facientis, non aũt effectũ: & tunc etiã de actu nullo imponitur pœna. Ita tex. in l. eũ, q̃ duas. C. de adul. & in d. §. cùm aũt factũ. & in c. nuper. de biga. & tex. hîc. Vnde punitur cõtrahens bis matrimoniũ non solutè, quãuis actus nõ teneat, sed sufficit, ꝙ habeat formã debitã: qa l. habet nudum factũ p delicto. Et hoc modo procedunt primò allegata. Aliquãdo lex nõ cõsiderat factũ, nec affectum animi, sed principaliter effectũ, q̃ sequi potest: putà, qa loquitur p uerba nõ denotantia nudũ factum, sed effectũ: & tunc data nullitate actus pœna nõ cõmittitur, facit l. j. in fi. ff. de abigeis. ubi lex reputat illud nõ esse delictũ, dato iusto errore, etc. Idẽ, ubi l. loquitur sub cõditione, quæ est iuris, nõ facti: qa tunc, si cõditio nõ existat de iure, non cõmittitur pœna: & ꝙ de iure esset cogitatum, apparet ex uerbis, quæ habent iuris significatũ, ut est casus elegãs
8 in d. l. ea quidem. Et ista nõ tradas obliuioni. ¶ In † tex. ibi, perpetuò excludant. No. ꝙ ratione periurij etiã cõmissi respectu certi beneficij priuat qs non solùm ipso beneficio, sed etiã omnib. alijs: & est inhabilis ppetuò ad beneficiũ suscipiendũ. De quo facit festũ hîc do. Ab. ad hoc, de quo istud uerbũ Perpetuò, operatur, ꝙ si episcopus taliter priuato uellet beneficiũ de nouo conferre, nõ posset, ut est gl. reputata sing. in c. cupiẽtes. §. cæterùm. in uer. perpetua. de elec. in vj. & illã sequit ibi do. Card. in cle. ij. uer. si uerò. in j. q. de ui. & hon. cle. Et idem dicimus, ubi esset in lege uerbum Irrecuperabiliter, fm Io. And. in c. super eo. j. de rap. & sequit ibi Io. de Ana. Et idẽ, si diceret Nullo modo, de æta. & qualit. Et idẽ, si diceretur omnino priuet, fm do. Abb. in c. qualiter. el ij. in prin. j. de accus. & sequit ibi Ana. Vbi aũt nõ sunt similia uerba, & dubitat, an episcopus posset dispensare, recurritur ad plenè no. in c. at si clerici. §. de adult. s̃. de iudi. Et adde, ꝙ hanc pœnã inhabilitatis potest infligere legatus, & episcopus, secundũ gl. in d. cle. ij. in uer. inhabilis. quã Imo. ibi in eo, quod dicit de episcopo, facit singularẽ: & fuit dictũ Spe. in tit. de leg. §. superest. uer. sed nunquid potest. ibi allegatũ in glo. Sed no. ꝙ taliter in abdicatis beneficiati, secundum do. Abb. post do. Ant. in c. per inquisitionẽ. de elec. & do. Abb. in c. postulasti. s̃. de for. comp. & Ioã. And. in d. uer. sed nũquid. tex. opt. in c. si cõpromissari. in fi. de elec. in vj. & in l. ex ea. ff. de postu. quod si est generaliter uerũ, multum importat: sed fortè ,pcedit solùm, quando inhabilitas fit ex delicto cõmisso in damnum certi loci, cuius respectu pœna imponitur, iuxta c. presbyteri. j. de pœ. & gl. fi. in c. quia clerici. j. de iure pa. & tex. in c. si canonici. §. fin aũt. de offic. ord. lib. vj. cum si. & tũc consonũ est, qa in alijs locis non fit inhabilis, ut ,pbatur rectè in cle. j. §. ipsius filij. & ibi allegatis in gl. in uer. ciuitatib. de pœn. & in d. c. si cõpromissarius. Sed ubi aliquis inhabilitaretur etiam habita ratione certi delicti nõ concernentis magis unum locum, cũ aliũ, non credo, ꝙ inhabilis hîc esset habilis alibi: tum, per d. c. postulasti. ubi ratione delicti hîc cõmissi perditur beneficiũ alibi: tũ, tamẽ p id, qd̃ expressè no. Inno. in c. qualiter. el ij. in fi. gl. maio. j. de accu. ubi dicit, ꝙ quælibet sententia lata cõtra clericũ de crimine, facit, ꝙ ubicũq; sit, licitè denegant sibi beneficia, p c. pastoralis. in fi. j. de app. Et hanc cõsiderationẽ credo sentire do. Ab. in d. c. postulasti. Et in ipsa poteris cogitare. Ex qua infertur ad q. de qua aliàs habui respõdere, nũquid cõstitutio synodalis episcopi nostri priuãs habentem capellã in episcopatu, si acceptat cura tũ, & si postmensem retinet utrũq;, priuatur utroq;, habeat locum in capellano acceptãte curatũ extra diœcesim & dico, ꝙ nõ, licet capellã perdat. Sed tamen in eo, quod dixi proxi-

proximè de inhabilitate, teneri potest, ꝙ inhabilitatio facta ab homine etiam pro delicto, non operetur extra territorium, per prædicta, & per d. cle. j. à specialiter: secus, si ab homine declararet de inhabilitate facta à iu-
9 re. ¶ In † glo. ij. in prin. Si iste intellectus gloss. esset uerus, sequeretur, quòd pro temerario iuramento clericus posset deponi, quod est falsum, ut probatur in c. significauit, & cap. grauius. infrà, de censi. ubi reatus talis iuramenti, quale fuit hîc, aboletur pœnitentia, & dicetur in cap. sicuti nostris. ¶ Et ideo pro intellectu text. dantur duo intellectus. Primus est, ꝙ dato, ꝙ pro temerario iuramento quis nõ possit deponi, ut iuribus cõtrarijs, tamen hoc nõ fuit temerarium, nec omnino illicitũ, nec inducẽs salutis æternæ interitũ, uel dispendiũ in omnẽ casum. Nã posset tale iuramentũ esse licitum, si causa subesset, ut pensio augeat̃, & authoritate superioris, ut in cap. prohibemus. & ibi not. j. de censi. ¶ Itẽ soluere pensionẽ maiorẽ præiudicat soli iuranti: tũ ex hoc nõ præiudicetur ecclesiæ, quo ad successores, c. ueniens. suprà, de transac. Vnde tale iuramentum non est propriè temerarium, imo tenet, & expedit, quòd super eo fiat absolutio, ut possit contrauenire, d. c. significauit. Et hæc solutio uera est, secundũ do. Car. ¶ Secundus intellectus est, quòd etiamsi primum iuramentum non ualuisset, tamen non debuit iurare secundò, quando declararet & panderet de primo: quod si non facit, & ꝛtium iurat, uidetur uelle contrauenire primo, & uiolasse primũ, ac si fuisset licitum, & sic primũ censetur licitum in eius præiudicium propter affectionem cum opore subsecuto, dato quòd actus sit nullus, ut in simili dicitur in c. debitum. s̃. de biga. Nec obst. ꝙ iste non sit periurus: quia quo ad se, & quo ad uulgi opi. non potest euadere periurium: & hoc sentit Inn. hîc, qui dixit, quòd iste erat perplexus inter duo iuramenta contraria, ut si unum seruabat, aliud seruare non poterat. Sentit etiam Io. An. dum exponit text. quòd iste non poterat uitare periurium secundum fatuam opinionẽ quorundam, uel propter suam erroneam conscientiã. ¶ Et ex his habes casum sing. fm do. Ab. in quo quis priuat̃ beneficijs propter iuramentum temerariũ, & putat, ꝙ tale periurium non sit sufficiens ad depositionem ab ordine, iuxta not. in c. cùm non ab homine. de iudi. per Imol. idem tenentem. Et pro ipsis adduci potest, quod pulchrè legimus alibi, clericum posse ut irregularem puniri, solùm ad euitandam sinistram opi. uulgi reputantis eum irregularem, licet ne sic scandalũ occurrat, ut eleganter probatur in c. ex literis. el j. & ibi glo. pe. infrà. de homi. & consequenter Hosti. Io. An. & alij intellígentes de graui scandalo. Et hinc est, ꝙ propter scandalum euitãdum quis efficitur incligibilis, licet aliquem defectum non patiatur, ut in c. cùm olim. j. de cle. coniug. & propter scandalum repellitur ab illa promotione, ut in c. cùm teneatur. j. de præben. & propter scandalum imminens remouetur episcopus inuitus, quamuis innocens, dato sibi cambio, secundum Inn. in c. nisi cùm pridem. de renun. & Archi. in §. ecce. vij. q. j. cum cõcor. Et propter imminens scandalum in populo Christiano Papa potest deponi, secundum gloss. uulgatam in c. si Papa. xj. dist. & latè do. Abb. in dispu. episcopus, & quidã rector, & latè per Petrum de Monte in sua monarchia in viij. char. cum si. Et sic in promotionibus ecclesiasticis habetur respectus ad sinistram opi. uulgi. Et de scandalo plura dicam in c. nihil. j. de præscrip. ¶ Sed contra istum intellectum facit text. in l. decurionum fiij. C. de pœnis. ubi uanæ populi uoces non sufficiunt ad alicuius cõdemnationem. Ad idem c. si ergo. viij. q. j. & quod in simili dicitur in c. Osius. de elec. s̃. fortiùs facit, quod no. do. Ant. & do. Ab. in c. per inquisitionem. s̃. de elec. & do. Ant. do. Abb. & Imo. in c. super eo. eod. ti. ubi dicunt, quòd infamia facti nunquam deijcit iam promotum, nisi dicamus, ꝙ ista limitantur, nisi immineret graue scandalum, uel ꝙ in tex. nostro nondum iste erat promotus, sed promouendus, quo casu opinuulgi bene impedit, per c. omnipotens. cum concor. j. de accus. notant Doc. in d. c. super eo. Vel possumus tenere intellectum præcedentem. ¶ Vltimò tanguntur hîc duo: primũ, de quo in glo. qualiter peccet transgrediens licitum iuramentum, uel temerè iurans: secundum, quale iuramentum præstant clerici beneficiati episcopo. Et de utroq; dic, ut hîc per do. Abb. qui præ alijs bene loquitur: & non refero, quia nihil adderem.

c. cùm quidã.

SVMMARIVM.

1 ¶ Dignitas personæ regulariter auget delictũ, & sic etiã pœnam.
2 Religiosus licet sit dignior laico, non tamen plus peccat in eodem genere delicti, quàm alij.
3 Religiosus in tribus casibus plus peccat in eodẽ genere delicti, quàm alij: quos uide.
Et hæc intelliguntur de perseuerantibus in monasterijs: & c. nu 4.
5 Priuatus grauius punitur pœna corporali, quã existẽs in dignitate.
6 Qualitas personæ non consideratur in conscientia, sed peccata considerantur ex contemptu.
7 Contemptus qualiter cognoscatur in peccante.
8 Delinquens pdiùm plus peccat cæteris paribus, quã occultè peccans.
9 Clandestinitas est maxima coniectura contractus simulati.
10 Actus quando dicatur fieri clàm.
11 Pœna apposita receptanti bannitum in domo, alleuiatur receptanti consanguineum.

CAPITVLVM XII.

Vm quidam. ¶ Episcopi de piurio grauiùs, quàm alij, sunt puniendi. Hoc primò. Illicitũ est iuramentum de non præstando subsidiũ patri, uel matri, & alijs cõsanguineis. ¶ Et ad intellectũ huius prin. & eorum, quæ scribuntur hîc per gl. & Doc. quia omnes sequũtur eandẽ uiam, potest fieri una conclusio, subijciendo certas declarationes, per quas includantur dicta sua & aliorũ alibi, & deinceps referã, ubi oportebit scripta celeberrimi & antiqui Canonistæ cuiusdã Gallici Henrici Boich, quæ ad manus meas nouiter peruenerunt, licet ab alijs nõ referantur. ¶ Conclu-
1 sio. Dignitas † personæ delinquentis regulariter auget delictũ, & per cõsequẽs pœnã. Ita tex. hîc, & in cõcor. primò alle. in glo. & in cle. ij. de ui. & ho. cle. & ibi do. Car. in uerb. dignitatẽ. in v. q. ubi dicit post Pau. & Zẽzelinũ, ꝙ ibi exigitur maior honestas, ubi est maior status & prorogatiua: & ideo uidet maior cõtẽptus, & per cõsequẽs maior pœna: quia debet correspõdere delicto, c. nõ afferamus. xxiiij. q. j. & bene probatur in c. magna. post prin. de uoto. ubi gesta prælatorũ sunt exẽpla subditorũ dicentiũ, ubi est Deus istorũ? & ibi do. Ant. & alij. Vnde dicitur in c. præcipuè. xj. q. iij. tot mortib. digni sunt, quot exẽplo eorũ ad inferos mittunt: & ideo clericatus aggrauat crimẽ falsi, l. presbyteri. C. de epis. & cle. canonizata in c. presbyteri. v. q. vj. ubi dicitur, maiori pœna digni sunt, qui ex nostris iusionib. honorãtur. Ad idẽ l. Pedius. ff. de incẽ. rui. & nau. ibi, ex personarũ cõditione & rerũ qualitate. & habet̃ per gl. in uer. exercent. in c. excõmunicamus. §. credentes. j. de hæreti. & in l. locis j.
2 discurrẽdis. ¶ Prima declaratio cõclusionis est, ꝙ † licet religiosus sit dignior laico, tũ non plus peccat in eodẽ genere delicti, quàm alij, fm Io. An. latè in c. accusatus. de hære. lib. vj. quia ex multis bonis, quæ facit, absorbetur peccatum ipsius, si sit leue: & faciliùs resurget ab illo propter intentionẽ, quã habet ductam ad Deũ, quæ licet ad oia intercipiat̃ de facili recuperat̃, sicut Petrus, qui statim post culpã amarissimè fleuit, Mat. xxvj. in fi. & hoc seqt̃ Dom. in c. homo Christian. in fi. xl. dist. & in d. c. accusatus. & etiã sequitur do. Ab. hîc per illud Psal-

mistæ: *Si ceciderit iustus, non collidetur: quia Dominus supponit* manum suam. & dicitur in c. septies. de pœnit. dist. iij. Septies in die cadit iustus, & resurgit: & *sic licet iustus cadat, nõ perdit nomen iusti, ex quo per bona opera illico resurgit: & ista sequitur dom. Abb. in* c. nisi specialis. suprà, de offi. leg. & in c. ex literis. suprà, de dolo & contu. & per Bald. in l. j. C. si seruus extero. Et *ista procedunt etiam in religioso nobili: quia per professionem factam in religionem non censetur amplius* nobilis, uel potens, sed æqualis cum cæteris, secundum gloss. j. in c. ea, quæ. in v. quæst. de statu mona. & in c. præsens. xx. q. iij. & in c. scripsit. xxvij. q. ij. & Bal. in l. Deo nobis. C. de epis. & cle. Et ista de religioso inducit hîc solus dom. Abb. ad episcopum, ut leuiùs dicatur delinquere, quàm inferior, cùm dicatur religiosissimus, nisi peccet contra uotum emissum in receptione ordinis, uel ex contemptu reipublicę in scandalum aliorum, ut hîc per ipsum: cui nec obstaret tex. in c. si quis homicidiũ. & ibi Domi. l. dist. ubi episcopo homicidæ imponitur pœnitentia xv. annorum, & depositio: inferioribus autem pœnitentia minoris temporis, nisi dicatur illud es-
3 se ratione scãdali: & sic etiã intelligitur iste tex. ¶ Sunt † autem tres casus, in quibus magis peccat religiosus in eodẽ genere peccati, quàm alius, de quibus per beatũ Tho. ij. ij. q. clxxxvj. ar. fin. & Io. An. & Domini. in d. c. accusatus. §. fi. & Domi. in d. c. homo Christianus. & dom. Abb. hîc. ¶ Primus, cùm peccat contra uotum religionis, putà fornicando contra uotum continentiæ, uel furtum faciendo contra uotum paupertatis, uel inobediendo contra uotum obedientiæ. ¶ Secundus, quando peccat ex contemptu: & tunc est ingratus diuini beneficij, quo sublimatus est ad statũ perfectionis, & Dei filium conculcat per contemptum. Vnde Hieremiæ xj. ultra medium, Quid est, quòd dilectus meus in domo mea fecit scelera multa? ¶ Tertius casus est, cùm peccat scandalosè, ꝗ multi ad eius uitã respiciunt: unde Hieremiæ xxiij. In prophetis Hierusalem uidi similitudinem adulterij, & iter mendacij, & confortauerunt ma-
4 nus pessimorum, etc. ¶ Et † *ista intelliguntur de perseuerantibus in monasterio*: aliàs eorum delicta semper sunt grauiora: quia de ipsis dicit August. in c. quantum libet. xlvij. dist. non sum deteriores expertus, quàm *qui in monasterio defecerũt*: & dicit beatus Tho. ubi suprà, quòd tales efficiuntur pessimi: & inducit illud Hieremiæ secundo circa medium, Confregisti iugum, rupisti uincula mea: & de talibus dicit gloss. in cle. in plerisq; de elec. quòd discurrendo curias principum cantant illud Psalmistæ: Laqueus contritus est, etc. An autem religiosus magis mereatur in eodem genere meriti, quàm alius, uide beatum Tho. ij. ij. q. lxxxvij. art. vj. cuius uerba ad literam ponit gloss. eo non allegato in cle. j. in uersi. seipsum. de reli. & ue. sanc. & dicitur, quòd sic, maximè propter uirtutẽ latrij orientẽ ex uoto, professionis, quæ latrij est cultus & seruitus soli Deo debita, ut ibi, & ꝑ Dom. in c. si Canonici. §. cæterũ. in ult. col. de off. ord. lib. vj. & beatum Tho. ij. ij. q. xciij. ar. j. in responsione ad secundum artic. & arti. ij. in determi. quæstionis: & per rationes adductas in dictis locis tollitur opinio glo. in uer. uoluerint. in c. ij. infrà. de obseruan. iciu. ¶ Se-
5 cunda declaratio † in imponẽda pœna corporali grauiùs punitur priuatus, quàm existens in dignitate, l. ij. C. ut nemo priuatus. & d. l. Pedius. ff. de incẽ. rui. naufr. & facit gloss. in c. cùm beatus. lxv. dist. & idem gloss. in c. non cogantur. xj. dist. & glo. j. hîc, & Io. An. & dom. Ant. in c. ea, quæ. infrà, de sta. mo. & Ana. in c. j. in ult. col. infrà, de cleri. uena. Et ibi dixit glo. solennis, quòd non dicitur *inferri maiori pœna minor: quia aliqua censetur maior in eo, quæ esset minor in minore*: & pro hac declaratione uide glo. in c. qui contra pacem. xxiij. q. j. & tex. & glo. in uer. nobilitati. in c. fi. infrà, de pœ. & text. in l. properandum. §. fin autem. C. de iudi. & Bar. in l. quædam. ff. de pœ. Et in dictis locis dicitur, secus in pœna pecuniaria, uel spirituali: & ideo dicit in l. fi. circa me. C. de sum. tri. quòd statuta terrarum duplicantia pœnas contra nobiles intelliguntur de pœna pecuniaria, non corporali, per l. illicitas. in fi. ff. de off. præsi. Nec obst. ꝗ deferendo maioribus personis in pœnis, uideatur lex uti acceptione personarum: quia respondet Io. An. in c. ij. ff. de off. deleg. in vj. quòd cõsideratur acceptio, quo ad iustitiam ministrandam: sed in coactionibus & pœnis dignitati defertur, ut in iuribus ibi alleg. in j. glo. & per glo. in c. contumaces. l. dist. potest iudex gratificari in aliquibus considerando not. per glo. in c. fi. suprà, de transac. Et ꝗ in iustitia deferenda non plus deferatur maiori, quàm minori, latè probat hîc Henricus Boich allegãdo, quod habetur Prouerbiorum xviij. accipere personam in iudicio, non est bonum: & regulam, in iudicijs. de reg. iur. in vj. & tex. in l. sacris. circa fi. C. de proximi. sacrorum scrini. lib. xij. Et amplia, siue in cognoscendo, siue in diffiniendo, secundum Io. de Imol. in d. regula, in iudicijs. ¶ Fallit in generali clausula. Et quidam alij, contenta in rescripto ad lites, quæ ad maiores personas expressiùs non extenditur, in c. sedes. suprà, de rescrip. *tum in odium impetrãtis, qui potuit eas exprimere, tum propter odiositatem rescriptorum*, c. fi. s. de resc. & c. P. & G. de offi. deleg. ¶ Et subdit, ꝗ in reuerentia exhibenda bene defertur maiori, per c. sanè. el ij. *in primo responso, de offic. deleg.* & per c. ij. eo. tit. in vj. & c. uolentes. & c. antiquæ. infrà, de priui. nam honor est quædam reuerentia in uirtutis testimonium alicui exhibita, ut in primo Ethicorum: & ideo uirtus sola est honoris debita causa: & dicit, quòd honoratur etiam aliquis propter uirtutẽ alterius, sicut principes, & prælati, etiamsi sint mali, honorantur propter dignitatem eorum. ¶ Item aduerte: si diceretur, quòd secundũ hæc pœna non respondet delicto: quia si delictum est maius ratione dignitatis, ergo maior debet esse pœna: respondet dom. Card. post Laudi. & Zenze. in cle. multorum. in prin. in prima oppos. & in xij. q. de pœnis. quòd minor pœna reputatur maior in maiore. Allegat gloss. in d. l. j. cum qua cõcordat glo. fi. in c. ij. de offi. deleg. lib. vj. & subdit do. Card. quòd quamuis deferatur dignitati, tamen cum hoc stat, quòd augetur delictum ratione dignitatis. Et adde Domi. in c. presbyter. xxviij. dist. ubi dicit per illum text. quòd aliquando plus peccanti minor pœna imponitur, quando ex aliqua iusta causa credebat sibi licere, quod fecit: facit gl. in c. cũ uenerabilis. in uer. migrasse, suprà, de consue. & quod ibi do. Ab. & Imo. & gloss. in l. fi. ff. de abigeis. & in l. igitur. ff. de lib. causa. cum similibus. ¶ Sunt tamen sex casus, in quibus non diminuitur pœna ratione dignitatis. ¶ Primus est, ubi aliquis delinqnit in derogationem officij sui, secundum Bart. in d. l. quædam. per illum tex. ¶ Secundus est, quando agitur de puniendo transgredientem mandatum superioris, secundum Bal. signanter in c. j. §. si quis uerò temerario. de pa. iu. fir. per illum tex. ¶ Tertius est in ꝓditore, ut in seq. declaratione. ¶ Quartus est, ubi est nimia contumacia, per c. sanè. el ij. suprà, de offi. dele. Notant Ioan. An. & dõ. Ant. in d. c. ea, quę. & Henricus hîc. ¶ Quintus est in errante in fide: quia siue sit Papa, siue Imperator, siue clericus, siue laicus, punitur nullo respectu habito ad eius gradum, secundũ Archi. in c. qui contra pacem. xxiij. q. j. ¶ Sextus casus est ille, de quo per gl. ij. q. iiij. in summa, quæ dicit, Papã posse deponi cũ duobus testibus, licet in cardinali requirãtur plures, ut ibi. ¶ Tertia declaratio: Propter quã litatẽ pœnæ defertur magis nobili, quàm ignobili, secũdum Bat. in l. desertorẽ. in prin. per illũ tex. ff. de re milit. & Bald. in c. j. §. rusticus. de pa. te. Et ideo nobiles nõ suspenduntur in furca, sed uiles, secundum ipsos: & sequitur

quitur dominus Abb. hîc. Quòd amplia etiam ad plebeium diuitem & honestum, secundum Barto. in l. j. §. seruì. ff. de pœnis. ¶ Et ad huiusmodi dilationes facit text. & gloss. in uer. inferiores. in cle. multorum. de pœnis. & text. in c. pastoralis. in prin. suprà, de offi. dele. & ibi dominus Abb. allegat Bald. in d. §. seruì. facit l. quoties. C. de dignitatibus. lib. xij. ubi constitutus in dignitate debet citari in scriptis. Facit l. medicos. C. de profess. & me. lib. xij. & cap. quàm periculosum. de sen. excom. lib. j. & cap. inquisitores. de hære. lib. vj. & gloss. in uer. pontificalem. in c. felicis. de pœnis. in vj. ¶ Quod autem dictum est de furca, non procedit in proditore, secundum Bald. hîc. arg. huius text. *qui dicit*, quòd in regno Franciæ nobiles committentes proditionem suspendũtur in altioribus furcis. ¶ Quarta declaratio. Nulla distinctio personarum fit ad imponendas pœnas relatiuas, sed prædicta habent locum in pœnis similiter impositis. Vbi autem eadem pœna imponitur uni, quę alij, habita relatione ad aliam, nunquam augetur, uel minuitur ex qualitate personarum, secundum Bal. latè in leg. athletas. §. item calumniator. ad fin. ff. de infa. ubi dicit, quòd si nobilis accusat diuitem, & deficit in probatione, punitur eadem pœna, & non maiori: quia lege cauetur, quòd puniatur eadem pœna, & ubi sunt talia uerba, non fit distinctio personarum, ut est gloss. ord. in l. ad Commentariensem. C. de cust. reorum. Nec obst. leg. ab imperatore. ff. de præuaricatoribus. ubi in pœna talionis habetur distinctio personarum, quia ibi punitur eadem l. ¶ Et aliud est dicere eadem pœna. Pœna enim talionis est eadem qualitate, & non sufficit plus, uel minus, quàm si pœna ueniret imponenda accusatori ex eodem crimine: & ita dicit tenere Gui. de Cu. ibi. & in l. ij. C. de fi. instru. ¶ Ex quo apparet conuersio, secundum Bald. quòd licet ex statuto magnus debeat puniri in quadruplo, quàm popularis, si magnus facit falsam accusationem contra popularem, ita quòd debeat puniri popularis crimine probato contra eum, & hoc facit pœnæ identitas. Vnde statutum de pœna quadrupli loquens debet intelligi, ubi pœna imponitur non habito aliquo respectu, sed simpliciter: non autem in pœnis relatiuis: quod est no. dignum & menti tenendum, secundum eum. Et sic declaro prædicta, & cum hoc concordat etiam Bald. in d. l. ij. in fi. C. de fid. instru. allegando gloss. in d. l. ad Commentariensem. super qua etiam Bald. meminit de Guil. de
6 Cu. in d. l. ij. ¶ Quinta declaratio. In † foro conscientiæ non attenditur qualitas personarum, sed peccata considerantur ex contemptu, secundum gloss. hîc, & in d. c. homo Christianus. Et in dubio existens in dignitate uidetur plus contemnere, quia plura à Deo recepit: & sic est magis Deo obligatus, & in eo maior uidetur esse ingratitudo, ideo magis uidetur peccare, & maximè ratione exempli, secundum Inno. post alios hîc, & Inn. in c. inter corporalia. §. sanè. suprà, de translatio. & l. om-
7 ne delictum. §. j. ibi, augetur autẽ. ff. de re milita. ¶ Sed † non declarant isti, quomodo cognoscatur contemptus in peccante: de quo est gloss. trita in c. Metropolitanum. in gloss. j. ij. q. vij. dicens, ex contemptu fieri, quando fit aliquid sine causa: & dicit ibi Domi. post Hugo. quòd contemnere est aspernari, & non curare. Alle. c. qui humanis. xij. q. ij. & c. excellentissimus. in fi. xj. q. iij. Sed uide omnino eleganter Domi. quem Fulg. non allegat, in c. nullus. xv. dist. post Archi. in cap. quicunq; lvj. dist. ubi dicit, quòd *quis dicitur ex contemptu facere*, quando uoluntas eius renuit subijci ordinationi legis, uel regulæ, & ex hoc procedit ad faciendum contra legem, uel regulam. ¶ Quando autem ex conuerso propter particularem causam aliquam, putà ex concupiscentia, uel ira inducitur ad faciendum contra statuta legis, uel regulæ, non peccat ex contemptu, ut ibi latiùs: ad quod etiam uide dom. Card. post Stephanum in cle. j. in iij. not. de sepul. & aliquid per Cal. in tit. de sen. excom. consi. iiij. ¶ Et not. quòd in dubio faciens scienter contra ius, dicitur contemnere, ut est gloss. not. in c. cùm illorum. infrà, de sen. excom. in. uer. in contemptis. & dic, quòd aliud est contemnere, aliud non parêre, ut est gloss. & ibi Do. in c. quis autem. x. dist. ¶ Item not. quòd faciens actum prohibitum sine deliberatione non dicitur contemnere, ut est gloss. in §. aliàs ea demum. in uersic. plus accipit. xxv. dist. & ibi Domi. Et adde, quòd licet faciens actum contra legem consilij non peccet, ut latè per dom. Anto. & Imo. in c. nam concupiscentiam. suprà, de consti. tamen fallit, nisi faciat ex contemptu, ut est gloss. in d. c. quis autem. x. dist. Et sub ista declaratione inferri potest ad id, quòd not. & non dedicit gloss. in c. fin. xiiij. q. ult. & dom. Abb. hîc, *qui dicit*, quòd si non apparet, quis magis contemnat, in dubio plus excusatur delinquens cum pulchra, quã cum deformi: quia præsumitur magis tentatus. Facit c. sciendum. de pœnit. dist. iij. ¶ Sed tamen attentis prędictis uidetur in dubio præsumi maior contemptus in cognoscente turpem: quia quasi sine causa uidetur delinquere: & idem sentit Archi. in d. c. fi. ¶ Sexta declara-
8 tio. Cæteris † paribus delinquens palàm magis delinquit, quàm delinquens occultè, ratione exempli & scandali, l. iij. C. de sum. tri. & c. præcipuè. xj. q. iij. & bo. tex. in cap. j. ad fi. de uoto. lib. vj. & facit illud Psal. Beati, quorum tecta sunt peccata. Tamen non semper dicitur in maiori culpa: quia in materia prohibita, quomodocunq; facit, semper præsumit dolus, l. j. C. de sica. c. j. suprà, de præsumpt. Si autem materia esset permissa regulariter, sed certo casu prohibita, tunc attentans casum prohibitum dicitur magis culposus, si facit clàm, quàm palàm: imo faciens palàm potiùs præsumitur errore, quàm dolo ductus, ut l. fin. ff. de ritu nup. ubi ita *dicitur de desponsante consanguineam*: & illam not. Do. in c. presbyter. xxviij. dist. & Bart. post Dy. in l. ij. §. & generaliter. ff. ui bo. rap. Et per illam l. infert notanter Bal. post Ia. But. in l. iij. C. de sum. tri. & dom. Abb. in c. de hoc. j. de cele. mis. & hîc, ꝗ professus, qui relicto claustro contraxit clàm matrimonium, est suspectus de hæresi. Si autem palàm hoc fecit, præsumitur potiùs error, quàm malitia, ut latiùs in *dictis locis*, in quibus ita reducuntur no. per gloss. & Archi. in c. nemo. xxxij. q. iiij. & in c. clericus solus. lxxxj. dist. Et per hæc infert Bar. in l. pupillus. §. fi. ff. de autho. tuto. quòd si tutor emit rem pupilli palàm, præsumitur bona fide, per l. non existimo. ubi text. not. ff. de admi. tut. secùs, si emit clàm, ut illo §. fi. in prin. & dicit Imo. in l. post contractum. de do-
9 na. quòd † clandestinitas est maxima coniectura contractus simulati, per l. fin. de ritu nupt. & est text. in l. ab Anastasio. uer. si quis autem occultè. C. man. & ibidem no. Bal. & ideo per extrauagantem Io. XXII. quæ incipit, & si deceat. excommunicati sunt ipso facto prælati uisitantes curiam Romanam occultè, & in statu non cognoscibili, & collatio beneficij est suspecta: imo, secundum quosdam, nulla: ut latè per Imol. post glo. in uersic. occultè. in c. unico, infrà, ut eccle. benefi. & ignorantia iuris nunquam excusat illum, qui facit actum clàm, etiamsi esset persona aliàs excusabilis, ut est gloss. in l. j. C. de interdi. matri. quam multũ sequitur Bal. in l. quicunq; in pe. col. C. de seruis fugi. & Ana. in c. cùm ex iniuncto. j. de hæret. & est optimus text. in c. cùm inhibitio. infrà, de clan. despon. ubi illud, quod aliàs gestum ex ignorantia excusatur, si fiat clàm, & q. ix. in cap. est protestatio clandestina. non releuat protestantem, nec uitiat actum expresso consensu partium celebratum, secundum Barto. in l. qui in aliena. §. Celsus. ff. de acqui. hære. nisi fieret ex iusta causa, ut per metum, secundum Bal. in l. si repetendi. C. de cõdi. ob. caus. per cap. j. suprà, quòd

c. cùm quidã.

a *Dicitur autem actus*] *Adde tu, quòd multis modis dicitur fieri clàm. Et primò, quando fit aliquid non seruata solennitate requisita, Bart. in l. fin. ff. de ritu nup. Dicitur etiam actus fieri clàm. quando non est seruata consuetudo: Bart. in l. ij. C. de his, qui ex publicis ratio. lib. x. Item dicitur fieri clàm, quando fit actus adeo occultè, quòd non potest uenire ad notitiam aduersarij: Bart. in l. non intelligitur. §. tacita. ff. de iur. fisc. Item dicitur fieri clàm, quando fit actus non citato eo, qui posset cõtradicere: Bart. in l. alio. in v. col. ff. de alimen. & cib. leg. in uersic. sed ille. Item dicitur fieri clàm, quod fit per scripturã priuatam: non autem, quod fit per publicum instrumentum. Ita Bart. in l. in tantis. ff. de leg. j.*

b Pœna] *Adde, quòd ubi pœna est apposita receptanti bannitum, quòd non habet locum ista pœna, quãdo bannitus infert uiolentiam receptatori, ut ipsum acceptaret. Ita Bal. in l. dilectis. ff. de noxal. in j. col. & ibi Ludo. Roma. & etiam idem tenet Lud. Ro. in l. j. §. in eod. ff. ad Sylla. Et adde, q̃ idem est in recipiente patronũ, uel dominum bannitum: quia minor pœna est ei imponenda: Cyn. et Bal. in l. j. C. de his, qui latrones.*

quòd metus cau. & c. si iustus. infrà, de appe. ¶ Dicitur † autem actus [a] fieri clàm, quando deficit præsentia iudicis, uel alterius, cuius præsentia, uel decretũ requireretur. Et idem, si fit actus taliter, q̃ non potest deuenire ad notitiam, cuius interest, secundum Bart. in l. ij. C. de his, quæ ex publicis rationibus. lib. x. per illum text. & glo. in uer. occultè. & aliquid per eundem in l. j. ad fi. C. ubi de prædijs curia. lib. xj. & illud de decreto probatur in d. c. cùm inhibitio. cum glo. in uer. clandestinum. Idem, si aliquid fit de nocte, secundum Bald. in l. cùm fratrem. in princ. C. de his, qui. ut indig. alle. in simili not. per glo. in l. si exceptione. §. sed in hac. in uer. ignorantia. ff. quod me. causa. & idem not. Ange. in l. j. §. occisorum. ff. ad Syllania. Idem, quando aliquis facit actum per interpositam personam, secundum Bart. in l. pupillus. per illum text. ff. de autho. tuto. Et de alijs modis per gloss. in d. c. cùm inhibitio. & per Angel. in l. ut tacitis. ff. de leg. j. & Barto. in l. non intelligitur. §. tacita. ff. de iure fisci. ¶ Vlteriùs nota ex illo text. in uersi. illi uerò. quòd iuramentum de non loquẽdo cum personis coniunctis, de quibus in textu, est illicitum: & adde, q̃ si iurassem non loqui cum persona non coniuncta, non importat meritum, uel demeritum: tamen si uideo te errare, & non corripio, pecco saltem uenialiter, secundum Bald. in l. si ad excludendam. prope fin. Est ergo meritum loqui, secundũ ipsum: quia officium bonorum debet obstare erroribus: & paulo pòst sentit, quòd non est necessaria absolutio à tali iuramento, de quo dubitari potest, per istum text. & gloss. à fortiori, de quo super gloss. pen. Sed considera rationem huius text. loquentis coniunctis sanguine, quàm cum alijs: & per hanc specialitatem intuitus sanguinis introductum adduci potest ad id, quod habetur in text. gloss. & Bald. in l. eos. ff. de recepta. ubi † pœna [b] apposita receptanti bannitum in domo, alleuiatur in receptante coniunctum sanguine: quia non delinquit, prout alij. Idem de uxore receptante maritum, dicit Spec. de dona. inter uir. & uxo. §. fin. Et ad istud de coniunctis sanguine, per quam præsumitur, quod aliàs non præsumeretur facit textus in l. Procula. ff. de proba. & in leg. j. §. largiùs. in uer. in honorem sanguinis. ff. de successo. edicto. & in l. Aurelius. §. Titius testamento. ibi, propter naturalem affectum. ff. de li. leg. & in l. si seruus communis. ff. de donat. inter uir. & uxo. & in l. si seruus plurium. §. fi. de leg. j. & in l. aliena. C. de leg. & in l. qui cum uno. §. fin. de re mili. & in l. si tutor aliquo. ff. de suspe. tu. & in c. sciant cuncti. de elect. lib. vj. & in cap. non æstimemus. xiij. q. ij. & in cap. Petrus. infrà, de homi. & in cap. constitutis. suprà, de testi. & in c. quia præsulatus. j. q. iiij. Et hinc est, quòd ita consideratur pœna apposita consanguineo meo propter me, si qua apponeretur, in d. c. sciant. & not. Baldus in leg. j. C. de indicta uidu. Baldus & Sali. pulchrè in leg. fin. C. de sponsa. & Bartolus in leg. Titia. ff. de uerbo. ob. & in leg. hæres meus. §. fi. ff. de condi. & demon. & in l. de pupillo. §. si qs ipsi. in x. q. de ope. noui nun. facit c. afferte. & ibi dixi, suprà, de præsump. Et similiter inimicitia contracta cum uno de attinentibus, transit ad omnes propinquos in gradu, secundum do. Abb. in c. cùm P. in secundo notabili, per illum textum in fi. rà, de app. Et iniuria facta uni de familia, censetur facta toti familiæ, l. j. & ibi Barto. C. si quacunq; prædius potestate. Et declara, ut per Bald. ibi, uer. reuoco in dubium. & probatur in l. ita stipulatus. §. Chrysogonus. in fi. ff. de uer. ob. & Bald. in l. unica. C. de raptu uir. & Bart. in l. cùm scimus. C. de agrico. & censi. lib. vj. & Bald. in l. raptores. C. de episc. & cle. in cap. j. de eo, qui interfe. frat. domini sui, & Ioan. And. in regula, frustra. in Mercu. & Imol. & Ro. l. si finita. §. si de uectigalibus. ff. de dam. infec. Et dicit hîc Bald. esse expressum in isto c. quòd pater etiam cum iuramento non potest priuare filium alimentis, nec maritus uxorem. Et not. quòd coniuncti inter se debent præstare subsidia uitæ: & facit cap. ij. suprà, de arb. Per quam dicunt domi. Abb. & Imol. quòd clericus potest sororem pauperem dotare ex beneficijs: facit c. studeat. in fin. l. dist. ubi prouidetur clerico deposito non solùm pro sustentatione sua, sed etiam filiorum. Bonus text. & gloss. & ibi Domi. in cap. omnino. xxxj. dist. Et hinc est, quòd tamẽ fauetur persequenti iniuriam suorum, quantum suam, c. omnibus. iiij. q. v. & in c. de cætero. in uersi. suam, uel suorum. suprà, de testi. cum similibus. ¶ In † gloss. penul. ibi, ad cautelam, & sic non de necessitate fit ista absolutio, sed ad cautelam, secundum gloss. & idem dicunt dom. Abb. & Imo. hîc, quia text. assertiuè dicit, hoc iuramentum illicitum: & ratio est, quia repugnat legi diuinæ: Honora patrem & matrem, etc. & idem de fratre & sorore ratione coniunctionis: uel, secundum dom. Abb. fit absolutio facti, ne quis notetur de periurio. Et quòd non teneat, facit c. quæ sacramento. xxij. q. iiij. & c. prox. de pœ. dist. iij. Sed contra gloss. tenet Innoc. hîc, dicens, quòd est opus uera absolutione: & sequitur hîc expressè dom. Car. reiecta dist. iurium, an quis iuret non loqui, uel non præbere subsidium: quia etiam possibile est, quòd iuramentum de non præbendo præsidium, non uergat in dispendium salutis æternæ: ut quia pater non indiget: & sufficit, quòd aliquo casu tale iuramentum potest esse licitum, ut quia pater est hæreticus, cui filius non uult cohabitare: & hoc sufficit, ut nõ possit cõtraueniri sine licentia, c. si uerò. suprà, eod. Ideo litera hîc exigens absolutionem, nõ est impropriandа: sed dicit: q̃ prima opinio posset procedere, ubi imminеret casus, q̃ tale iuramentũ produceret peccatũ: aliàs procederet secũda: & in dubio fortè, antequã hoc apparêret, uerior uidet opi. Inn. quia si tale iuramentũ diceretur nullũ, ꝓpter resistentiã legis diuinæ, non esset differentia, etiã ad illũ, qui iurauit non loqui non coniunctis: quia de ipso dictum est, Dilige proximum tuum, sicut teipsum: & subdit hîc Ioan. And. talem absolutionem posse concedi ab episcopo, ex quo non reseruatur superiori, per cap. nuper. de sen. excom. Et addidit hîc do. Ant. quòd ubi iuramentum, de quo in text. esset factum de persona non coniuncta, & esset talis, cuius conuersatio esset inductiua peccati, ualeret: aliàs autem tale iuramentum uidetur mittere odium, & non ualere. Sed dicit Imol. hîc, q̃ etiam tunc fortè est idẽ: quia uidetur posse seruari sine peccato: sic ualeret iuramentum de non intrando domum Martini, nisi eueniat casus, in quo non loqui,

loqui, uel non intrare sit inductiuum peccati, secundum Archi. in cap. inter cætera. xxij. quæst. iiij.

SVMMARIVM.

1 Ius monachatus retinetur per abbatiam, uel prioratum.
2 Factum calore iracundiæ, an obliget.
3 Iuramentum emanans calore iracundiæ, an obliget. Adde nu. 4.

CAPITVLVM XIII.

SIcut ex literis. ¶ Non ualet iuramentum monachi claustrum abiurantis, & sibi de hoc grauis pœnitentia imponitur. H. D. ¶ In text. ibi, prior. iuncto uersic. monacho. not. quòd monachus, licet efficiatur prior, non tamen perdit nomen monachi. Facit c. fin. infrà, de symo. ubi appellatione monachorum uenit abbas. Ad idem c. ex eodẽ. infrà, de priuil. & ibi dicit dominus Ant. in ij. notabili, quòd etiam in priuilegijs appellatione fratrum uenit abbas: & cum istis concor. dominus Abb. in cap. causam. el ij. suprà, de iudi. & declarantur per dom. Ant. in cap. uniuersitati. in ult. col. infrà, de sen. excom. & domi. Cardi. in cle. j. in vj. opposit. de regula. & dom. Abb. & Ana. in d. c. fi. de symo. & ibi examinaui. Et ex isto text.
1 infert hîc do. Abb. quòd † cùm per prioratum, uel abbatiam retineatur ius monachatus, licet prior, uel abbas renunciet, uel deponatur, remanet monachus illius monasterij: & idem dicit se tenuisse post dom. Ant. in c. cùm ad monasterium. infrà, de sta. mona. licet Ioan. And. aliter ibi sentiat, & Fede. latissimè consi. xix. incip. quidam monachus. quorum opi. procedit de iuris rigore: sed ista de æquitate, secundum ipsum: de quo etiam per Imol. in cap. ex transmissa. in ult. col. de statu mona. & in cle. ij. in ult. col. de reg. & ibi dominus Card. in fi. & Domi. in cap. accedens. in not. l. dist. & Bald. in l. si quis de togatis. C. de aduo. diuer. iudi. & dom. Anto. in cap. cùm causam. suprà, de elec. & dominus Card.
2 consil. lxxvij. & Anch. in c. nullus. de elect. lib. vj. ¶ In † text. ibi, iracundiæ calore. Nota iuncto fi. literæ, quòd calor iracundiæ non excusat à peccato, imò temerè iuranti imponitur pœnitentia. Et colligit hîc Baldus, quòd calor iracundiæ non excusat, maximè monachos, qui debent uiuere in humanitate & mansuetudine. Putat tamen dominus Abb. hîc, quòd est iusta causa minuendi pœnam, licet non totaliter eam excludat, per tex. in §. notandum. ad fi. ij. q. iij. in l. unica, C. si quis impe. maledix. & in l. omne delictum. ff. de re mili. Et
3 subdit hîc Io. And. quòd † etiamsi iuramentum emanat calore iræ, obligat: quod eleganter temperat dom. Ant. nisi calor iracundiæ fuisset tantus, quòd illud deliberatè non fecisset: quia tunc, cùm hæc uoluntas sit indiscreta, non est obligatoria, uel saltem per episcopum de facili relaxanda: & remittit ad not. per Ray. in sum. in tit. de iuramento. circa princ. Subdit hîc simpliciter Imol. quòd gloss. ibi super text. Ray. tenet simpliciter tale iuramentum obligare, quia uidetur in culpa taliter iurans: & ideo sibi imputandum, iuxta regulam, damnum. de reg. iur. in vj. & per consideration em domini Anto. an sit tanta iracundia, etc. facit, quod no. Ioan. And. & dominus Ant. in c. dudum. infrà, de conuer. coniug. ubi dicunt, quòd c. sunt, qui. xvij. q. iiij. non procedit in tali iracundia: & sic dicunt intelligendam gloss. in illo c. dudum. in uer. iracundiæ. dum dicit, uotum per iracundiam factum non tenere: secus, si iracundia non sit in tali gradu: quia talia cùm sint in se bona, ut uotum, donatio ad pias causas, & similia, non egent deliberatione. Et sequitur hoc dictum dominus Abb. hîc, & in d. c. dudum. & ibi subdit, quòd quia difficile probari posset de isto tanto furore, in dubio stare tur opi. Ioan. And. ibi uolentis, uotum calore iracundiæ factum regulariter tenere. Et ista consideratio difficultatis probationis militat etiam isto casu. Idem pro opi. Ioan. And. quòd iracundia regulariter non uitiet iuramentum aliàs licitum, facit, quod not. gloss. pe. in c. ij. infrà, de uoto. quæ uult, quòd uotum emissum ex facilitate, est ualidum, sed dispensabile. Ad idem, quod not. Host. in Summa, de maledicis, ubi dicit, quòd blasphemandi per iracundiam non remittitur pœna, per cap. ij. uersi. & præsumpserit. De facili enim quis nõ blasphemat, nisi iratus. Sed dominus Ab. & Ioan. de Ana. in cap. ij. limitant hoc, nisi esset tanta iracundia, quòd induceret alienationem mentis, sicut dicitur, quòd ebrio remittitur pœna, l. omne delictum. ff. de re mili. & censetur alienus mente, c. à crapula. infrà, de uí. & ho. & maximè, quando procederet iracundia ex iusto furore: secus, si daret operam rei illicitæ, putà post amissionem in ludo, ut ibi per eos. Et ad hæc induco optimè, quod not. Innoc. in cap. cùm dilectus. ante fin. suprà, quod metus cau. & refert & sequitur Imo. post alios ibi in ult. col. ubi dicit, quòd licet professio, cùm sit opus optimum, non uitietur ex dolo dante causam professioni, ut d. c. dudum. & ibi concordant: tamen ubi esset dolus tantus, qui deciperet prudentem, secus esset: quia ubi est tantus dolus, & circumuentio, non uidetur esse ullus consensus in profitente: & ideo dicitur uitiari professio ex dolo, sicut uitiaretur ex metu, qui caderet in constantem uirum, cap. j. cum materia, suprà, quod me. causam. Et ex ista decisione Inno. formaliter infertur in proposito, quòd habentia alterare mentem ex toto, uitiant consensum, & uidetur fieri ex errore. Vnde dicitur in l. non fatetur. ff. de confes. quòd qui errat, non consentit: & ideo professio alienata mente facta non tenet, c. sicut. el j. infrà, de regu. Ita in proposito iuramentum emissum calore tantæ iracundiæ, quòd inducat cæcitatem mentis, non obligat tanquam carens consensu: secus, si non est tanta iracundia: quia obligat, sicut leuis dolus uel leuis iracundia non impediunt requirentia liberum consensum, ut in exemplis
4 prænotatis. ¶ Est † uerum, quòd dominus Abb. hîc recedit ab ista opi. & firmat indistinctè, quòd iuramentum præstitum per iracundiam, uel ex abrupto, careat consensu: & per consequens, non obliget, licet ad cautelam peti possit absolutio: & mouetur per notata in c. literaturã. infrà, de uoto. ubi Ioan. And. post beatum Tho. ponit requisita de essentia in uoto, uidelicet deliberationem, propositum & expressionem: quorum altero deficiente uotum non obligat. Vnde idem putat dominus Abb. in iuramento æquiparando ipsum uoto. ¶ Sed nihilo minùs stare possunt prædicta, cum quibus expressè concordat dominus Abb. in c. si uerò. suprà, eod. & in d. c. dudum. & facit, quod not. Ar. in c. proclíuus. xx. q. iij. ubi dicit loquens de uoto, quòd licet calor iracundiæ ipsum uitiet, quo ad Deum, tamẽ quo ad ecclesiam non: quia ex quo exprimitur, semper cogitur uouens illud perficere. Et præsumit ecclesia deliberationem & propositum in dubio, secundum ipsum: & sic etiam puto in iuramento. Vbi autem appareret consensus, haberet locum consideratio domini Abb. Ecclesia enim militans incerta de gradu furoris & de passione iurantis, an ex ira efficiatur alienus mente, uel non, eligit tutiorem partem, sicut declarat in simili dominus Abb. in d. c. si uerò. in fi. loquens de iuramento extorto per metum. Et eius dicta ibi multùm faciunt ad hanc materiam. ¶ De alijs actibus gestis per iracundiam, quando ualeant, uide aliqua per Ro. sing. ccccxiij. incip. Volo commentare. ubi etiam uidetur tenere, quòd iuramentum per iracundiam non obligat, per textum. in leg. ij. C. ad leg. Iuli. maie. Et hoc idem

c. sicut ex literis.

idem dicit de confeſsione facta calore iracundiæ, & allegat gloſſ. uulga. in cap. ex literis. in uerſi. admonita. infrà, de diuort. circa quam uide etiam do. Abb. ibi, & hîc, & in c. fin. ſuprà, de conſe. & in c. afferte. ſuprà, de præſump. & in c. at ſi clerici. in prin. ſuprà, de iudi. & do. Anto. & Imo. in c. olim, §. de rep. & do. Abb. in c, cùm uenerabilis. propter gloſſ. ij. ibi, §. de excep. & do. Abb. in c. cùm olim. el ij. de priuil. & dn. Ant. in c. atteſtationes. infrà, de deſpon. impu. & de materia per Abb. in c. j. in ij. no. ℣. de his, qui filios occi. ubi dicit, quòd iracundia nõ excuſat à peccato, niſi inducat alienationem mentis. Item uide do. Ab. poſt alios in c. de multa. de præbend. ubi ponit, an acceptatio ſecundi beneficij curati facta per iracundiam, facit primum curatum uacare: de quo etiam per Card. in cle. j. in j. opp. de offi. iud. ubi tenet, quòd non: ex quo habet fieri cauſa cognita & conſentiente ſuperiore: & ſic uult, quòd actus non momentaneus non dicatur excuſare ab iracundia: quod not. & bene facit gloſſ. in c. ſi quis iratus. iij. q. iij. dicens, quòd reiteratio inducit ſignum deliberationis, nec poteſt allegari iracundia: & ſequitur Bald. ni fallor, in l. j. C. de erro. calcu. & de materia uide omnino Domi. in d. c. ſi quis iratus. ubi ad intellectum l. ſi non conuicij. C. de iniurijs. diſtinguit, quòd aut quæritur, an iniuria dicta per iracundiam puniatur, quantum ad ſimplicem iniuriam: & punitur, quia iniuriari dicitur, d. l. ſi non conuitij. & optimè probatur in d. c. ſi quis. ubi text. uult, quòd licet ſit exira, ſit conuitium. Si autem quæritur, an puniatur, non tanquam pro iniuria, ſed tanquam pro delicto, uel calumnia: & tunc non punitur, quantum ad hunc finem, per illum tex. ſecundum ipſum: & uide etiam Spec. in tit. de accuſa. §. j. uerſi. quid ſi uocauite. ubi dicit, quòd ſi dixi tibi iniuriam prouocatus à te dicto, uel facto, ſum excuſatus, nec ſum tibi ex hoc cõdemnandus: argu. l. j. §. cùm arietes. ff. ſi quadru. paup. feciſſe dic. & ſequitur Archi. in c. neganda. el ij. in ſi. iij. q. xj. ſed do. Abb. in c. dilecti. in fi. ℣. de except. & pleniùs in c. j. in j. col. ℣. de iniur. non credit hoc ex toto uerum, q̃ d. l. ſi non conuitij. omnino tollat pœnam iniuriæ: & facit l. ſi ex plagijs. §. tabernarius. ad l. Aquil. Credit tamẽ, quòd iſta ſit iuſta cauſa minuendi pœnam: quia iuſto calore excitatus intuli tibi iniuriam, per l. ſi adulteriũ. §. imperatores. ibi, difficillimũ eſt, &c. ff. de adul. Et pro hoc optimè adduco text. in c. ſignificauit. in frà, de pœ. & remiſ. & quod ibi not. Io. An. & Doct. in c. ſignificaſti. el ij. infrà. de homi. cum concor. quas aliàs ibi dedi: ubi, licet defenſio ſine moderamine inculpatæ tutelæ nõ excuſet à delicto, tamen eſt iuſta cauſa minuendi pœnam ratione præcedentis prouocationis. Itẽ quòd calor iracundiæ ſit iuſta cauſa minuendi pœnam, probatur ex l. j. C. ſi quis impe. maled. & in l. famoſi. ibi, lubricum linguæ, &c. ff. ad leg. Iul. maieſt. & in c. ſi quis iraſcitur. xiij. q. ij. & in c. inebriauerunt. xv. q. j. & in c. cùm apud Theſſalonicam. xj. q. iij. Et an ualeat excommunicatio lata per iracundiam? Videtur tex. quòd ſic, in c. epiſcopus ſi fortè. xj. q. iij.

FINIS.

SERIES CHARTARVM,

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z Aa Bb Cc Dd
Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vu Xx Yy Zz
AA BB CC: Omnes terniones, præter CC quaternionem.